



2
6
272














SVMMA
COMPENDIOSA
SACRAMENTORVM
ECCLESIÆ,

CASVVM CONSCIENTIÆ,
AC DE NONNVLLIS THEOLOGICAE
VERITATIS RESOLVTIONIBVS

Ex diuersis Sacræ Scripturæ Voluminibus collecta, & in septem Partes diuisa, (vt pagina quarta ostendit .)

QVÆ
SVMMA SVMMARVM
IVRE VOCARI POTEST.

Ad faciliorem eruditionem Ecclesiasticorum , & præsertim Confessorum, Curamq. animarum habentium, & cunctorum tandem Christi fidelium apprimè vtilis, & necessaria ,

A R. D. Antonio de Litteratis Albetano Romano Ciue.





ROMÆ, Typis Iacobi Mascardi. MDCXI.

Superiorum permissu , & Priuilegio .

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. P. M. Sac. Pal. Apostolici.

Cæsar Fidelis Vicesg.

Ex commissione Reuerendissimi P. M. S. P. A. Fr. Ludouici Ystella, Liber cui titulus est, Summa Compendiosa Sacramentorum Ecclesiæ, & conscientiæ casuum, editus à R. D. Antonio de Litteratis de Albeto Romano est diligenter perlectus, nec in eo est deprehensus error, aut in fide, aut in moribus: quapropter imprimi Typis poterit. In quorum fidem me subscripsi die 20. Septembris. 1631. Romæ.

Don Raphael Rastellius Clericorum Regularium.

Imprimatur. Fr. Thomas Pallauicinus Bonon. Mag. & Reuerendissimi P. Fr. Ludouici Ystella Sacr. Pal. Apostolici Magister Socius, Ordinis Prædicatorum.



✠ 2 Par-

Partes principales huius Summæ.

IN Prima agitur de Septem Sacramentis Ecclesiæ, & circa quodlibet Sacramentum de varijs, ac necessarijs casibus.

In Secunda de ijs, quæ circa præcepta Decalogi Confessarij scire debẽt, & quæ occurrere possunt circa humanas actiones; nempe de emptione, venditione, æc de restitutione, de actibus, & contractibus ferè omnibus humanis, licitis, & illicitis; de obligatione Episcoporum; de rebus Ecclesiæ nõ alienandis; de iure patronatus, ac alijs multis.

In Tertia de Censuris ferè omnibus, ac de Interdicto, Suspensione, Irregularitate, Apostasia, ac de eorum absolutionibus.

In Quarta Compendiolum de nonnullis Theologicæ veritatis resolutionibus, Presbyteris etiam pernecessarijs, & præsertim illis, qui præ inopia libros multos emere nequeunt.

In Quinta de vltimis temporibus, id est, de fine Mundi, de Lymbis, de Purgatorio, de Indulgentijs, de Suffragijs, de Iudicio extremo, de Inferno, & de gloria Paradisi.

In Sexta de Diuinis, Ecclesiasticisq. officijs, tam nocturnis, quam diurnis; de locis, temporibus, personis, & rebus Deo dicatis, origine, & significatione.

In Septima de Ordine generali Visitationis solemnis ad vsum Reuerendissimorum Episcoporum, cum omnibus suis requisitis. Ac demum de Cœremonijs seruandis in primis, & secundis Vesperis, & Missis solemnibus per Episcopum, vel per Cardinalem Episcopum Pontificaliter celebrandis.

Vltimo verò loco, & in calce tandem huius Operis, Sermonem de Christi Natiuitate ab Auctore compositum pro sua pietate, & ex ipsamet Summa totum ferè desumptum inuenies.

PAVLVS PP. V.


D FVTVRAM REI MEMORIAM. Cum sicut accepimus dilectus filius Antonius Litteratus Presbyter almæ Vrbis nostræ incola opus quoddam de Sacramentis, casibus conscientiæ, & Theologia à se conscriptum, & a dilecto filio Magistro Sacri Palatij, (vt ipse Antonius asserit approbatum) in lucem ediderit, ac vereatur ne alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt hoc ipsum opus typis cudi facere curent in ipsius Antonij præiudicium. Nos eius indemnitati ne ex impressione huiusmodi dispendium aliquod patiatur prouidere, ipsumq. specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Antonio, vt decennio proximo a primæua dicti operis impressione, dummodò tamen antea à prædicto Sacri Palatij Magistro, vt præfertur approbatum sit, computando durante, nemo tàm in Vrbe quàm in vniuerso statu nostro Ecclesiastico immediatè vel mediatè nobis subiecto opus supradictum sine speciali dicti Antonij, aut eius hæredum, & successorum, vel ab eis causam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs sine huiusmodi licentia impressum vendere, aut venale habere seu proponere possit, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuersis, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus præsertim librorum impressoribus, & bibliopolis sub quingentorum ducatorum auri de camera, & amissionis librorum & typorum omnium pro vna Cameræ nostræ Apostolicæ, ac pro alia eidem Antonio seu eius hæredibus, & successoribus, aut ab eis causam habentibus, ac pro reliqua tertijs partibus accusatori, & Iudici exequenti, irremissibiliter applicandis, & eo ipso absque vlla declaratione incurrendis pœnis, ne dicto durante decennio opus supradictum, aut

aliquam

aliquam eius partem, tam in magno quam in paruo folio, etiam pretextu declarationum, siue additionum, tàm in Vrbe quam in reliquo statu nostro Ecclesiastico prædictis, sine huiusmodi licentia imprimere, aut ab alijs impressum vendere, aut venale habere, seu proponere, quoquomodo audeant seu præsumant. Mandantes propterea dilectis filijs nostris, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatis, seu eorum Vicelegatis, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iustitiæ ministris, Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status nostri Ecclesiastici prædicti quatenus eidem Antonio, eiusq. hæredibus, & successoribus seu ab eis causam habentibus huiusmodi in premissis efficacis defensionis præsidio assistentes quandocunque ab eodem Antonio seu alijs predictis fuerint requisiti pœnas predictas, contra quoscunque inobedientes irremissibiliter exequantur. Non obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, aç quibusuis statutis, & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, ceterisq. in contrarium faciendo non obstantibus quibuscunque. Volumus autem vt præsentium transumptis, etiam in ipso opere impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quę ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę. Datum Romę apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die xxvij. Iulij. M.DCXI. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Scipio Cobellutius.

ILL.MO ET REVER.MO D.

D. FABRITIO VERALLO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

ANTONIVS LITTERATVS S. P.



QVemadmodum omnes homines naturali desiderio (Cardinalis Amplissime) ad cuiusque rei cognitionem propensi sunt, quanquã non omnes æquè cognoscendarum rerum studio ducũtur, sic naturaliter omnes ad beneficentiam, & humanitatem nati sumus. Quare rectè sentiebant Stoici, homines hominum causa esse generatos, vt alter alteri prodesset. Quapropter, ego quoque hac naturæ lege condocefactus, cum viderem multa Sacerdotibus, ijsque, qui ad sacros Ordines promoueri volunt, quibusque animarum cura demandata est, necessaria esse; contra verò non paucos præsertim externos, siue propria, siue Sacerdotij tenuitate pressos, siue aliqua alia de causa, à libris quantunuis necessarijs emendis deterreri, minusq. de earum rerum cognitione, quas non ignorant esse sui muneris, cogitare. mei imbeccillitatem ingenij, & summam virium mæarum ad munus id ob eundum infirmitatẽ veritus non sum, quominus diuino auxilio fretus, à quo sancta nunquam deseruntur, conatus tuo æquissimo, sanctissimoq. voto satisfacere pro virili mea parte studerem, atque hunc librum cui SVMMA COMPENDIOSA Titulus est, conscriberem, vbi ex multis, varijsq. Summistarum voluminibus, atque Apostolicis auctoritatibus collegi quæcunque tandem non solum Sacerdotibus, & animarum curam habentibus; sed Episcopis, etiam Visitatotoribus, & Ecclesiæ sanctæ Præsulibus, vniuersis denique Christi fidelibus necessaria mihi visa sunt,

& profutura; ea ferè omnia tandem, si non ad pleniorem eruditionem, saltem ad veritatem doctrinæ, quo ad satis visum est in breue quoddam Compendium breuissimis distinctum interrogationibus, & responsionibus, seruato rerum ordine, & vno tantum volumine eorum necessitati, diligentissimè subuenire curaui, vt facilius ipsi percipere, & memoria retinere possent, quicunque ea vbi opus esset ad manus habere voluissent: credo sanè hos nostros labores postremos, ac perexiguos, forè tamen non ingratos, nec inutiles, sed fructus vberes allaturos. Quamobrem (Illustrissime Princeps) humiliter abs te peto, vt hoc munus humile humillimi serui tui æquo animo suscipere digneris, cui enim potius, quam tibi dicarem, habebam neminem: præsertim cum singulare tuum in litteratos patrocinium, & peculiarem in me humanitatem, ac beneuolentiam semper prospexerim. Suscipe igitur hilari fronte, & humanitate illa, quæ nemini non patet, hoc tenue munusculum, tanquam testimonium mei in te amoris, & admirabilis obseruantiæ: nec muneris exiguitatem, sed dantis animi propensionem, & voluntatem perpendes. Quod si (vt spero) à te fiet, ad maiora me audentius præparabo. Non desinam interim Deum Opt. Max. orare, vt maximè diuturnam tibi, felicemq. vitam concedat. Vale.

AVCTOR AD LECTOREM.



Acerdotalis dignitas, sicut maxima est omnium dignitatum, ita Sacerdos, qui mediator est inter Deum, & homines excellere deberet omnes vitæ bonitate, & scientia: vitæ enim bonitas est valde necessaria, scientia etiam; quia sapientissimum esse oportet, & perspicacem in omnibus Sacerdotem, & mille, vt dicitur, ex omni parte oculos habentem; quippe, qui non solum sibi, sed populo viuit. Quia populorum iniquitate damnantur Sacerdotes, si eos, aut ignorantes non erudiunt, aut peccatores non arguunt, sicut peccatorem conuenit argui, ita iustum non exulcerari. Salomon non aurum, non diuitias, non terrenam gloriam à Deo petijt, sed vt sciret populum Dei regere, & iudicare. Si hoc elegit rector corporum, multo magis hoc eligere debent rectores animarum, vt ingressum ad fidem, & egressum ad spem populo Dei demonstrent. Animaduertat ergo Sacerdos, quia ad satisfaciendum districto iudici, de sua tantummodo anima fortasse vix sufficit, & quot subditis præest reddendæ apud Deum rationis tempore, (vt ita dicam) tot solus animas habet. Sed quid de Sacerdotibus externis dicam? qui quidem valde distant à locis, in quibus ea, quæ ad eorum pertinent officium docētur, & præ inopia, & beneficiorum tenuitate migrare non possunt, nec libros emere, ita vt vix vnum habeant: ex quo tamen ea omnia sanè, quæ sibi opus essent, non possunt desumere: non audeo respondere, nec de illis aliud iudicium facere, nisi quod indecorum est valde, vt ij debeant populum gubernare, qui non nouerunt gubernare se ipsos. cap. indecorum, de ætate, & qualit. quia ignorantia, (maximè in Sacerdotibus) cunctorum errorum est mater. cap. ignorantia. 38. dist. ideo eis permissum non videtur de Fide Catholica disputare; quia, vt habetur in Euangelio: Si Cœcus Cœcum ducit, in foueam ductor prius cadet, inde secundus, dicit text. in cap. cum sit ars, de ætat. & qualit. & not. in glos. in cap. quod quidam dicunt. §. quod vt plenè. in verbo Cœco. 1. q. 1. &c. Propterea ego (Candide Lector) charitate ductus, immo multorum maximis quoque Presbyterorum precibus, eorum necessitati subuenire curaui. Nam, inquit Ambrosius, necessitatem aliorum, quantum possumus iuuemus, & plus interdum, quam possumus:

mus: nihil tam secundum naturam est, quàm iuuare consortem naturæ. Vult enim Deus vnumquemque alterius angustias, vt proprias sentire, & quomodo sibi in tali tribulatione, si esset; subueniri cuperet, ipse alteri propter Deum subuenire non postponat. Dicebat Traianus Imperator (licet infidelis esset, & gentilis) Talem Imperatorem me priuatis ostendam; qualem priuatus ipse Imperatorem optassem. Nollem igitur me stultitiæ arguas, amice Lector, dicens: quod cum pæne mundus scateat summis, in eodem genere scribendi meum ingenium experiri voluerim: Conscientiæ namque liber adeo implicitus, atque adeo obscurus est, vt si ad eum explicandum, atque elucidandum singulis diebus mille volumina præscriberentur, adhuc scribendum aliquid superesset. Hactenus dixi, quid me potissimum mouerit, ne me id laboris temerè, vel inconsulto suscepisse putes. Tentaui ergo aliqua scribere, confisus illius præsidio, qui ora mutorum aperit, & linguas infantium facit disertas, vt darem magis perfectis, & peritioribus materiam altiora, & subtiliora, ac magis vtilia scribendi similis paruo catulo, qui latratu suo magnos Leporiarios incitat ad currendũ: Sed quia Deus succurrit semper bonæ menti, hoc opus inter scribendum, (præter opinionem quidem) creuit multum. Ex multis tandem, varijsq. Summistarum voluminibus, atque Apostolicis auctoritatibus collegi, quæcunque non solum indoctis, sed etiam Sacerdotibus doctis, & animarum curam habentibus, atque Episcopis, Visitatoribus, & Ecclesiæ sãctæ Præsulibus vniuersis, deniq. Christi fidelibus necessaria mihi visa sunt, & profutura: ac ea omnia in breue quoddam Compendium recto ordine redigere, & vno tantum volumine eorum necessitatem diligentissimè iuuare studui. Non ergo grauentur venerabiles Sacerdotes audire à me Sacerdote (licet indigno) & eorum minimo famulo, quod ab alijs (fortasse) non audiuerunt. Nam dicit Vgo: Ab omnibus libenter disce, quod tu nescis; quia humilitas commune tibi facere potest, quod natura cuique proprium fecit. Sapientior omnibus eris, si ab omnibus discere volueris; qui ab omnibus accipiũt, omnibus ditiores sunt. Audi Crisippum in Prouerbijs: Quod tu non nosti, fortassis nouit Asellus. Et Augustinus: Ego iam senex, & sexaginta annorum ætatis non erubescerem à puero anniculo edoceri: licet enim dicat Seneca, turpe esse senem addiscere, tamen turpius est eum ignorare. Caueat igitur spiritualis iudex (inquit Augustinus) vt sicut non com-

misit

misit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ. Ignorantia enim est causa peccati, inquit S. Thomas in 1.2. quæst. 76. art. 1. & 1. quæst. de malo, quæst. 3. art. 6. & in 2. dist. 22. art. 4. Ignorantia voluntaria non excusat peccatum. 11. quæst. 3. excellentissimus, qui ignorat ignorabitur. 1. Corinth. 14. 38. dist. qui ead. 15. quæst. 1. in princ. Erubescimus cum sine lege, aut auctoritate loquimur, vt ff. de suppell. leg. l. labeo, & l. de col. l. illam, & ibi Sal. & extr. ne sed. vac. cap. 2. & in §. consideremus. & glos. ordin. ibi in auth. de trien. & semisse. coll. 3. C. de repu. l. dissentientis. C. de iure fisci. l. certa forma. lib. 10. & in Proœmio lib. 6. Dico ergo, quod addiscere debet quilibet etiam Prælatus, nec debet erubescere; & non solum debet addiscere à maiori, sed etiam à minori, (vt dicit Aug.) dum tamen sit eruditus. ad quod 38. dist. nullus Episcopus propter opprobrium senectutis, vel nobilitatis generis à paruulis eruditis, & minimis, si quod fortè est vtilitatis inquirere negligat: qui enim male viuit, & desinere, atque agere bona recusat, se magis diaboli membrum, quàm Christi esse ostendit, & potius infidelis, quam fidelis esse monstratur. Quomodo autem officium suum quilibet exequi velit, si nescit ea, quæ ad suum officium spectant. Nam, inquit S. Thom. 2.2. quæst. 76. art. 2. quod quisque tenetur scire illa, sine quorum scientia actum debitum rectè exercere non potest. In hoc itaque volumine nostrorum laborum (benigne Lector) inuenies ferè omnia, quæ ad Presbyterorum officium pertinent. Verum, quia nemo sibi tantum tribuere debet, vt putet à se omnibus numeris absolutum emitti posse. Rogo te, Lector amantissime, vt quæ tibi legenda proponimus, attentè legas; & diligenti examine perpendas; si quid erit, quod probes, Deo vnde profectum est, tribuas; si qua offenderis, quæ improbanda potius, quam probanda iudicaueris, meæ siue inscitiæ, siue ignauiæ condones, oro: ea si tu comiter, humaniterq. (vt bonum virum decet) emendaueris, magnam gratiam à me inieris, & harum rerum studiosis haud mediocriter commendaueris. Quidquid namque ego sum, & nostra omnia scripta sanctæ Romanæ, & Apostolicæ Ecclesiæ iudicio, censuræq. submitto. Vale.

IN-

INDEX CAPITVLORVM
PRIMÆ PARTIS.

INDEX II. PARTIS.

DE DECEM PRAECEPTIS.

DE II. PRAECEPTO.

DE III. PRAECEPTO.

DE IV. PRAECEPTO.

DE V. PRAECEPTO.

DE

De no-

PARS QVINTA.

PARS SEXTA.

PARS SEPTIMA.

Index Capitum Finis.

IN-

INDEX COPIOSISSIMVS EORVM, QVÆ IN HAC COMPENDIOSA SVMMA CONTINENTVR.

A

Abso-

Anima-

B

C

Confes-

D

F

Fundus

H

Hone-

Irre-

Iudi-

L

Ludens

N

O

P

S

Stulto

T

Index rerum notabilium Finis.



PRAEFATIO.



Vm diuitias ſuas omnium rerum auctor, & moderator Deus alijs communicare vellet, Adamum rationis participem creaturam procreauit, quæ ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, & poſſidendo beata eſſet, & creatam in Paradiſum lætitiæ, & voluptatis omnis prontuarium tranſtulit, atque ibi de coſta eius dormientis Euam illi ſociam formauit, præcepitque Adæ Deus dicens ex omni ligno Paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas, in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris, quia mortuus in anima, morti etiam corporali ſubiacebis. Inuidia verò diaboli, & perſuaſione vxoris Euæ, quam diabolus allexit, parens noſter cum delicijs ſuis Euæ, quicquam aſpergere moleſtiæ nollet, vxori maluit gratificari, quam Deo, tandem in fraudem inductus, comedit & cecidit, confeſtimque exul, ac perditus in omne genus ſecum radicem malitiæ, & peccati traduxit. Sciebat enim ille calidus humani generis hoſtis, quia ad hoc homo poſitus erat in Paradiſo, vt ſi ſe conditori ſuo per obedientiam vinculis charitatis aſtringeret, ad cæleſtem Angelorũ patriam (vnde inuidus ille ſua ſuperbia deiectus,) quandoque ſine carnis morte transiret. Cuiuſmodi ergo peccato; ipſe, & eius vxor Eua à Paradiſo exultationis eiecti, æterna beatitudine exhæredati, innocẽtia, & originali iuſtitia priuati ſunt, ex cuius priuatione in difficultatem ad opus bonum, propensionem ad malum, imprudentiam ad futura præuidenda incurrerunt. Iam in damna, miſerias, erumnas, morbos, famem, ſitim, frigus, æſtum, & alia mala innumerabilia, ac demum etiã in ipſam moriendi neceſſitatem inciderunt. Quæ omnia mala, iuſto Dei iudicio in totam poſteritatem diffuſa ſunt: natura enim humana (quæ in primis parentibus tota erat) per peccatum tota corrupta eſt, totamque iuſtitiam, & immortalitatem perdidit, quare non niſi corruptos iniuſtos, & mortales filios generare potuit, & diabolus iure filios ſibi vendicauit eos, quorum libertatem à primis parentibus emerat: ſerpebat videlicet peſtis in dies latius inexpiabiles, quotidiè religiones inducebantur, in orbem terrarum, quæ morifero, æc teterrimo afflatu genus humanum vniuerſum perdebant. Cum placeret igitur longius relegare peccatum, conſulit verbo, lege, prophetis, signis, plagiſque, ac prodigijs

digijs, sed cum neque hac ratione errores suos commonitus agnosceret mundus: Deus optimus maximus humanæ salutis amator, cui propriũ est misereri semper, & parcere, qui iustus est simul, & misericors, qui iustitiam in misericordia, & misericordiam in iustitia seruat, nolens vniuersum genus in omnem æternitatem perire, & à Paradisi gloria, ad quam ipsum creauerat ad perpetuitatem exulare. Misit tandem filium suum vnigenitum, vt carnem indueret, ac hominibus appareret, & tanquam excellẽtissimus medicus peccatores ab omni malo, & plaga curaret. Qui ex altissimo beatorum animorum concilio, non alia profecto de causa descendit in terras, & quia per semetipsum in forma diuina ab hominibus cognosci non potuit, vt autem videretur, verbum caro factum est, assumendo carnem, assumpsit enim humanitatem, & non dimisit diuinitatem. Ita idem Deus, & idem homo, in natura Dei æqualis patri, in natura humana factus est mortalis pro nobis, manens enim, quod erat, suscepit quod non erat, vt liberaret, quod fecerat. Nulla profecto causa veniendi Christo Domino, nisi, vt peccatores saluos faceret; Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicinæ. Venit ergo ipse cœlestis medicus humani generis reparator, quia tandem vndique ac passim, iacebat ægrotum genus humanum totum perierat, ex quo peccauit vnus, in quo totum erat, ideo venit vnus sine peccato, qui saluos faceret omnes, sine peccato. atque ita sanauit ægrotum, vt morbus requirebat, vt eger ipse. vt ægritudinis occasio Aegrotus igitur est homo, morbus autem originis est labes peruetusta. Huius porro piaculi origo, quamuis ex rationis consensu potissimum emanauit, occasionem tamen sumpsit ex sensibus carnis: Vt ergo medicina respondeat morbo, non tantum esse spiritualem par fuit, verum habere de sensibilibus signis, vt sicut sensibilia fuerunt animæ occasio labendi, ita essent ei occasio resurgendi, & ob hanc denique causam, medicina nostri vulneris, consistit in Ecclesiasticis Sacramentis: de quibus omnibus suo ordine, Deo fauente disseremus.

IN

IN CHRISTI NOMINE AMEN.

*ERENISSIMI IMPERATORIS monet authoritas, vt fiat principium decens, & amicabile Deo, in authent. quomodo oportet Episc. circa princ. & Gratianus prima quæst. 1. cap. cum Paulus &c. principatus. Ideoq. Optimi Maximi Dei inuocato præsidio de Sanctissimis Sacramentis, & eorum Ministris, &c. in hac Prima Parte tractabimus: Sed quia, vt ait Cicero. 1. offic. Omnis, qui de re aliqua instituitur sermo, debet à diffinitione proficisci; vt intelligatur quid sit id, de quo disputatur. Ideo à diffinitionibus incipiemus, & per interrogationes, & responsiones tractatum sequemur. Diffinitio itaq. secundum eundem Ciceronem debet esse breuis, & dilucida oratio naturam rei exponens. &c.*

De Sacramentis in genere, & in specie. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentorum necessaria cognitio.*
2 *Sacramenti variæ diffinitiones.*
3 *Sacramentum vnde dicatur.*

Acramenta, quæ quidem sunt tanquam religionis prima fundamenta pertinent ideo ad prima fidei rudimẽta: Vnde non solum, qui suscepturi sunt ordines, sed vniuersus Populus tenetur rudi saltem minerua aliqua ex parte nosse: Sacerdotes verò, cum ipsi sint sacramentorum ministri, & maximè Confessores, ac animarum curam habentes, qui de illis debeant populum interrogare, eisdemq. eos instruere, plenius, ac perfectius populo eadem ipsos scire oportet, atq. eo amplius, quod pleriq. casus nõ parum cognitu difficiles, qui confessoris quantumcumque sapientis opera, & consilio indigeant, sæpius illis contingant. Erit ergo hæc summa de Sacramentis, & casibus conscientiæ eo ordine, & modo conscripta, vt sit examinandorum vsui, etiam accomodata; ac primo quidem breui descriptione de Sacramentis in genere agemus tum inde de singulis particulatim quid sint, quæ materia, forma: minister: suscipiens, & effectus referetur, vt inde etiam ordinandi, & sacerdotes facilè, ac breuiter ea scire possint, & circa hæc singula casus, qui accidunt, & præcipua quædam

dam scitu digniora ad Sacerdotum, & cõfessorum quoq. instructionem exponemus; sed iam proprius accedamus.

2. Quid est Sacramentum? ℞. secundum S. Aug lib. 10. de Ciuit. Dei; est sacræ rei signum, de conf. dist. 2. cap. sacrificium, & Mag. sent in 4. dist. 1. & S. Thom. par. 3. quæst. 60. art. 2. Vbi aduerte (dicit Sotus in 4. sent. dist. 1 quæst. 1. art. 2.) quod quando dicitur sacræ rei, non intelligitur quælibet res sacra, & Deo dicata; quia sic Crux, Calix, & alia multa essent Sacramentum; sed res sacra sanctificans nos. Diximus signum sacræ rei, idest res, quæ præter speciem, quam ingerit sensibus, facit in cognitionem alterius venire: dicit Aug. lib. 2. de doctrina christiana. Per sacram igitur rem, intelligimus gratiam, quæ facit sacram animam, & Deo dicatam? & est signum, idest quædam res sensibilis (vt fit sacramentum) hoc est quoddam sensibile exterius, quod significat gratiam dari interius, & debet esse signum operatiuum, & efficax, quia significando dat gratiam; dicitur etiam sacramentum, vt ait Mag. sent. inuisibilis gratiæ, visibilis forma, quod idẽ est, vt ait idem Aug. Quæ diffinitio generalis est, & conuenit sacramentis tàm nouæ, quàm veteris legis, quia tàm illa, quàm ista sunt ex similitudine repræsentatiua, & ex institutione significatiua; Eadem verò diffinitio conuenit sacramentis nouæ legis, sed supplenda est ita, vt eius similitudinem gerat, & causa existat, quia non solum ex similitudine repræsentant, vel ex institutione significant, sed etiam ex virtute diuina sanctificant, & gratiam conferunt, per quam anima curatur ab infirmitatibus vitiorum, & hoc est, quod induit Aug. in alia diffinitione, & lib. de corpore Christi, dicens, Sacramentum est illud, in quo sub tegumento rerum visibilium, Virtus diuina operatur, & benè etiam Doct. & S. Thom. in 4. sent. quæst. 60. art. 1. 2. 3. & 4. & Conc. Trid. sess. 13. cap. 3.

3. Quæritur vnde dicitur sacramentum? ℞. secundum S. Thom. & Durand. in 4. sẽt. dist. 1 quod dicitur à sacrando actiuè, sicut medicamentum à medicando, & ornamentum ab ornando. Et sicut medicamentum est illud, quo aliquis medicatur, & ornamentum, quo quis ornatur; sic sacramentum est aliquid, quo aliquis sacratur.

Dicitur quoq. sacramentum quasi sacrans mentem, vel sanctificans animam, vel quasi signum sacræ rei, vel sacrum signatum, vt expresse legitur in lib. 4. Mag. sent. dist. 1. in principio.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta nouæ legis sunt septem.*
2 *Sacramenta sunt septem ex proportione ad vitam naturalem.*
3 *Sacramenta sunt septem secundum septem diuersitates hominum.*
4 *Sacramenta sunt signata in septẽ signaculis.*
5 *Sacramenta sunt medicina sanitatiua morbi spiritualis.*
6 *Sacramenta fuerunt instituta à Christo Domino.*
7 *Sacramenta fuerunt instituta in verbis, et elementis.*
8 *Sacramenta fuerunt instituta multis de causis.*
9 *Sacramenta ab initio fuerunt instituta.*
10 *Sacramenta quæ imprimunt characterem.*
11 *Character quid sit.*
12 *Status fidelium in acie Ecclesiæ triplex.*

De numero Sacramentorum. Cap. II.

1. QVæritur quot sunt sacramenta nouæ legis? ℞. Secundum omnes Theolog. & præcipuè S. Thom. par. 3. quæst. 65. art. 1. & in 4. sent. dist 2. art. 1. ꝙ sunt septem, vt fuit determinatũ in Conc. Flor. sub Eugen. 4. in cap. ad abolendam, extra de hæret. & excommunicantur, qui de ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere præsumpserint, quam Ecclesia Romana docet. Præterea idem patet in Conc. Trid. sess. 7. de sacramentis in genere can. 1. cuius verba sunt hæc: Si quis dixerit sacramenta nouæ legis esse plura, vel pauciora, quam septem, videlicet. Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, anathema sit.

2. Sacramenta sunt septem, ex proportione ad vitam naturalem, vt colligitur in qua nascimur, augemur, & in statum perfectum

fectum peruenimus, & si in morbum labimur, sanamur, vt ad finem tandem vitæ perueniamus, quia hæc sunt facta ad vitã spiritualem perficiendam; Nam per Baptismum regeneramur, idest nascimur in vita spirituali. Per Confirmationem crescimus, seu roboramur. Per Eucharistiam nutrimur, & ad perfectũ statum ducimur. Per Pœnitentiam si deficimus; & in morbos peccatorum labimur, ab eis sanamur, & liberamur. Per Extremam Vnctionem ad finem tandem vitæ, seu exitum felicem præparamur, cõfortamur, & perducimur.

3. Item secundum diuersitates hominum in Ecclesia: Primum est intrantium, vt Baptismus: Secundum pugnantium, vt Confirmatio: Tertium vires resumentium, vt Eucharistia: Quartum resurgentium, vt Pænitentia: Quintum exeuntium vt Extrema Vnctio: Sextum ministrantium, vt ordo: Septimum nouos milites introducentium, vt Matrimonium.

4. Sacramenta etiam sunt signata in septẽ signaculis, quibus fuit veteris testamenti pagina sigillata, quam Agnus, qui habebat clauem Dauid (qui claudit, & nemo aperit) reserauit. Item in septem tubis, quibus Angeli cecinerunt. Item in septẽ stellis, quas habebat similis filio hominis in dextera sua. Item in septem panibus, quibus Dominus turbam satiauit. Item in septem oculis super vnum lapidem. Item in septẽ lucernis tabernaculi superpositis candelabro. Item in septem lationibus Naamam. Item Sacramenta sunt septem, quæ disponunt ad septem virtutes habendas: Nam Baptismus est sacramentum fidei; Confirmatio, spei; Eucharistia, charitatis; Pænitentia, Iustitiæ; Extrema Vnctio, perseuerantiæ, quæ est fortitudinis complementum: Ordo, prudentiæ; Matrimonium, temperantiæ. Item alia etiam ratio numeri sacramentorum est, quæ ordinatur contra triplicem culpam, & contra quadruplicem pænam: Vnde Baptismus ordinatur contra peccatum originale: Pænitentia, contra mortale; Extrema Vnctio, contra veniale: Ordo contra ignorantiam: Eucharistia, contra malitiam; Confirmatio, contra impotentiam; Matrimonium, contra concupiscentiam, quam temperat, & excusat.

5. Item alia adhuc ratio numeri, qua sacramenta sunt causa sanatiua morbi spiritualis admodum corporalium; Medicina verò corporalis quadruplex est, scilicet curatiua, conseruatiua, præseruatiua, & melioratiua. Simili modo etiam sacramenta curant; Baptismus curat simul, & totaliter. Pænitentia verò curat quantum ad pænam, culpa verò per contritionem formatam; Extrema vnctio, curat à morbis leuioribus, scilicet à venialibus: sicut Baptismus, & Pænitentia curant à lætalibus, sic ergo prædicta tria sacramenta, sunt quasi medicina curatiua: Confirmatio autem est medicina conseruatiua sanitatis spiritualis, in quà datur Spiritus Sanctus ad robur, & conseruationem gratiæ datæ in Baptismo: Matrimonium est medicina præseruatiua; Ordo est medicina melioratiua in augmentum gratiæ: Eucharistia hæc omnia simul facit, curat enim venialia, quæ sunt occasio ruinæ maioris, & conseruat gratiam inuentam in homine, & augmentat, sicq. meliorat, & nihilominus à peccato præseruat.

6. Quæritur sacramenta prædicta à quo fuerunt instituta? ℞. Iuxta fidem sacramenta omnia legis gratiæ Christus instituit, tamquam nouæ legislator in qua vocans ad præmia instituit sacramenta, & Concil. Trident. sess. 7. de sacram. in genere can. 1. cuius verba sunt hæc; Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à D. N. Iesu Christo instituta, anathema sit.

Christus enim verbum Patris, cum sit summæ bonitatis, sũmæq. veritatis, ac summæ virtutis, ratione sũmæ bonitatis, promisit præmia beatificantia; ratione veritatis instituit sacramenta adiuuantia; vt per sacramenta reparetur virtus adimplenda præcepta, & per præcepta, perueniatur ad præmia. Instituit autem sacramenta, in verbis, & elementis, vt ait Aug. accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, & est ibi elementum pro materia, & verba pro forma.

7. Quare sacramenta instituta sunt in verbis, & elementis? ℞. Vt haberent euidẽtiam significandi, & efficaciam, sanctificandi, quia dum elementa oculis, & verba auribus se offerunt, qui sunt duo sensus præcipuè cognoscitiui, dãt euidentiam significationis: Deinde verba sanctificant

elementa, vt plenior fiat humanæ recreationis efficacia.

8. Quæritur quare instituta sunt sacramēta? ℞. Quod multis de causis. Prima propter humiliationem, qua homo quærit salutem, subijciendo se inferioribus. Secunda causa propter eruditionem, qua homo per visibilia ad cognoscenda inuisibilia rapiatur. Tertia propter exercitationem, qua nociua decliner homo malā occupationem, & otium: Quarta, propter cōgruitatem medici ad medicinam, quia cum medicus sit Deus, & sacramenta medicina, congruenter debet continere aliquid diuinum, scilicet inuisibilem gratiam, & aliquid humanum, scilicet visibilem gratiæ formam. Quinta causa, congruitas ex parte infirmi, quia cū infirmus sit homo constans ex corpore, & spiritu: Spiritus autem in corpore non benè compatitur spiritualia in corporalibus rebus, sicut pilulæ, & nubulæ impalpabiles. Sexta causa est propter augumentationem meriti. Multum enim valet ad meritum, quando Deo creditur in his, in quibus humana ratio non p ebet experimentum.

9. Quæritur quando sacramenta fuerunt instituta? ℞. Quod ab initio fuerunt instituta ad curationem hominum, & semper cum morbo occurrerunt. In lege enim naturæ fuerunt oblationes, sacrificia, & decimationes; In lege autem scripta, introducta est circuncisio, & adiuncta est expiatio, atq. super addita oblationum, & sacrificiorum multiformis distinctio. In lege autem noua statuta sunt sacramenta numero pauciora, vtilitate potiora, virtute efficaciora, præeminentia digniora, atq. significatione euidentiora; vt inquit Aug. lib. 19. contra Faustum cap. 13. in quibus est impletio simul, & euacuatio omnium prædictorum, sicut ait etiam Hugo de Sācto Victore lib. 1. de Sacram. par. 12. c. 10.

Primi temporis sacramenta fuerunt sicut vmbra, medij temporis, sicut imago, siue figura, postremo verò temporis, scilicet gratiæ, sicut corpus quod intra se veritatem continet, & gratiam quam significatione representant, & principaliter conferunt, & promittunt: Prædicta patent, quia eiusdem mundationis similitudo est in oblatione legis naturæ, sed occultè inuenitur. In circuncisione verò euidentius aliquantulum exprimitur. per Baptismū autem manifestius declaratur.

Item sacramenta veteris legis nutriebant paruulos, exercebant perfectos, & duros onerando domabant, sed sacramenta nouæ legis conferunt quæ vetera de longinquo mostrabant. Vnde priora sacramenta præparauerunt, & produxerunt ad noua, sicut via ad terminum: sicut figura ad veritatem, & sicut imperfectum ad perfectum: Est alia differentia, quia commune est omnibus sacramentis, quod consistunt in rebus sensibilibus, inuisibilem tamen gratiam significantibus, sed speciale est in sacramentis nouæ legis, quod consistunt etiam in verbis, & in rebus.

Item sacramenta nouæ legis efficiunt, quod figurant, sed hoc non faciunt sacramenta veteris legis.

Item sacramenta nouæ legis iustificant, & quantum ad opus operatum, & quantū ad opus operans: sed sacramenta veteris legis iustificabant solum quātum ad opus operantis, quia non valebant facientibus, nisi quantum ad illorum charitas, & deuotio fidei se extendebat, hoc intelligitur de circuncisione, quæ cum non fuerit in lege data, nequaquam inter legalia computabatur, quia ipsa in paruulis tollebat originale peccatum, & gratiam conferebat, quod non faciebant legalia. Item legalia secundum Aug. fuerunt ante passionem Domini viua: & statim post passionem mortua: Et postquam claruit veritas Euangelij, fuerunt omnino sepulta. Nostra verò sacramenta vsq; ad finem semper in suo vigore permanebunt.

10. Quæritur quæ sacramenta imprimunt characterem? ℞. Sunt hæc tria. Baptismus, Confirmatio, & Ordo, & ideo hæc iterari non possunt, cætera verò possunt. De Baptismo l. ciuili extat Codex. Ne sanctum iteretur Baptisma, & Scot. dist. 6. q. 7. De cōfirmatione Sot. in 4. sēt. dist. 6. quæst. vnica art. 5. De ordine probatur per Cōc. Flor. & probatur per compendium Theologiæ, & comp. septem sacramentorum, & per alios Doctores.

11. Quid est character? ℞. Est quædam qualitas, seu donum quoddam diuinum in anima impressum, quo ipsa cōsecratur, & datur ei potestas ad suscipienda alia sacramenta. In Baptismo quidem ad susci-

pienda

pienda omnia alia sacramenta: In Confirmatione ad suscipiendos ordines; & in ipso ordine ad sacramenta omnia administranda, vel secundum S.Tho. quæst.63. par.3.art.4. quod est signaculum quoddã, quo anima insignitur ad suscipiendum, vel alijs ministrãdũ ea quæ sunt diuini cultus.

12. Sciendum quoque est quod triplex est status fideliũ in acie Ecclesiæ hierarchiæ, scilicet fidei genitæ, fidei corroboratæ, & fidei multiplicatæ; Per primum fit distinctio fidelium ab incredulis in Baptismo: Per secundum fit distinctio fortium ab infirmis, & hoc in confirmatione: Per tertium fit distinctio clericorum à laicis per sacramentũ ordinis. Hinc igitur est quod hæc tria sacramenta characteres imprimunt per quos indelebiliter impressos sẽper distinguntur. Vnde nullatenus iterari possunt; character ergo Baptismalis incipientium est: confirmationis verò proficientium; sed ordinis perfectorum.

SVMMARIVM.

1 *Circuncisio quando fuit instituta quomodo fiebat, et quando cessauit.*
2 *Circuncidi voluit Christus multiplici ratione.*
3 *Circunciditur Christus non solum circuncisione legali, sed spirituali.*
4 *Circũciditur Christus in suis multis modis.*
5 *Circuncidimur spiritualiter etiã nos fideles.*
6 *Circuncisio mutata fuit in Baptismum.*

De Circuncisione Christi. Cap. III.

IDem salutifere curationis auxilium circũcisio in lege cõtra originalis peccati vulnus agebat, quod Baptismus agere reuelãte gratiæ tempore consueuit, excepto, quod regni cælestis ianuam nedum intrare poterant, donec adueniens benedictionem daret, qui legem dedit, vt videri posset Deus Deorum in Syon. tantum in sinu Abrahæ, post mortem beata requie consolati, supernæ pacis ingressum, spe fælici expectabant. Beda super Luc.cap.2.

1. Quæritur quando fuit circuncisio instituta? ℞. Tempore Abrahæ de cuius genere nasciturus erat Sanctus Sanctorum, & fiebat illa circũcisio per circularem superfluæ pelliculæ incisionem, in signum debilitationis super abundantis concupiscentiæ, circuncisione illa auferebatur peccatum, cui tenebatur piaculum dãnationis, sed non aperiebatur ianua cæli Abb. de Bapt.cap. maiores: Cessauit autem circuncisio simpliciter quantum ad necessitatem salutis, quando baptismus consulebatur tàm gentilibus, quàm iudæis, id quidem, & alias probat post Scot. & S. Tho. Gabr. dist.1. quæst.4. par.2.art.3. concl.1. lib. 4. fiebat ipsa circuncisio gladio lapideo, & ascindebatur pellicula membri generationis, & conuenienter fiebat in tali membro. Primo quidem, quia signũ erat fidei, quia Abraham credidit Christum ex suo semine nasciturum. Secundo, quia erat in remedium peccati originalis, quod per actum generationis traducitur. Tertiò quia ordinabatur ad diminutionem carnalis concupiscentiæ, quæ præcipuè in mẽbris illis viget propter abundantiam delectationis venereorum.

2. Quæritur quare Christus Dominus noster voluit circuncidi? ℞. Primo, vt legem quam dedit alijs ipse compleret. Secundò, vt suam magnam humilitatem ostenderet, quia cæremonialibus, ad quæ non tenebatur, se subiecit, ipse namq. Dominus legis fuit. Tertiò, vt sanguinem suũ pro nobis non solum in ætate virili, sed etiam infantili funderet. Quartò, vt nos circuncidendos fore spiritualiter ostenderet. Quintò, vt hæreticos confunderet, qui dixerunt eum non verum corpus, sed fantasticum habuisse: Sextò, vt iudæis satisfaceret, qui scandalizati fuissent, si circuncisionem non accepisset. Septimò, vt legem veterem approbaret, quæ vsque ad ipsum obseruanda fuit, legalia enim sunt secundum Aug. ante passionem viua, sed post passionem Domini mortua; post quã verò per mundum claruit Euãgelium, sepulta (vt diximus.)

3. Dominus noster Iesus Christus circunciditur, non solum circuncisione legali, sed etiam spirituali, vnde etiam quadrupliciter possumus Domini circuncisionem assignare. Primò, circuncidit eũ Pater cultello paupertatis in Natiuitate. Secundò, circũciderunt eum parentes octauo eius die, cultello legis. Tertiò, circuncidit se ipsum in

in omni vita sua, cultello humilitatis. Quartò, circunciderunt eum Iudæi in passione cultello crucis, & hoc per milites Pilati.

4. Circunciditur etiam Iesus in suis quadrupliciter. Primò, per detractores, qui auferunt amicos, & famam; Secundò, per raptores, qui auferunt bona temporalia. Tertiò, per Hereticos, qui auferunt animam. Quartò, per Tyrannos, qui auferunt corpus.

5. Queritur si etiam nos debemus habere aliquam circuncisionem? ℟. Circuncisio nostra, spiritualis est duplex. Exod. 4. & 12. prima, scilicet mentis in præsenti, scilicet à culpa: secunda, corporis in futuro à pæna: Prima, figurata fuit per circũcisionem solemnem, quæ facta est in Egypto, & hæc triplex est, scilicet incipientiũ à vitijs, & hoc cultello iustitiæ: Item perficientium à superfluis cultello misericordiæ. Item perfectorum à mundanis curis, cultello perfectæ charitatis. Secunda, figurata est, per circuncisionem factam in Galgata in terra promissionis. Ios. 5. quia in octaua resurrectionis per petram Christum circuncidimur ab omnibus miserijs, ex quo patet, quod circuncisio nostra spiritualis efficacior est, quam iudæorum carnalis, & legalis: quia illorum circuncisio licet peccatum originale tulerint, tamen ianuam Paradisi non aperuit; sed nostra vtrunque facit.

6. Quare mutata fuit circuncisio in baptismum? ℟. Quia sacramentum baptismi est perfectius, & magis commune, Circũcisio illa competebat solis maribus, quia specialiter ordinatur contra peccatũ originale, quod contrahitur à patre, & non à matre: propter hoc fiebat in membro generationis quia erat in remedium peccati originalis, quod per actum generationis traditur, vt inquit S.Tho. 3.part. quæst.70. art.2. Mulieres verò circuncidi non poterant, quia corpus eorum non erat aptum circuncisioni in membro generatiuæ deseruienti (si verò sola mulier peccasset, filij non contraxissent originale) filiæ autem saluabantur in fide parentum, dum erant paruulæ: sed adultæ, per fidem propriam.

SVMMARIVM.

1 *Baptizati Baptismo Ioannis, tenebantur etiam baptismo Christi.*
2 *Baptismus Ioannis dicitur baptismus pænitentiæ, et quare.*
3 *Baptizari, et agere pænitentiam, quid.*
4 *Baptismo Christi obligabantur post passionem, et resurrectionem.*
5 *Quinque sunt considerãda in singulis sacramentis.*
6 *In ministro est necessaria intentio ad conficiendum sacramentum.*
7 *Effectus sacramentorum est auferre culpã, et conferre gratiam.*

De Baptismo Ioannis Baptistæ. Cap. IV.

1. QVæritur vtrum baptizati baptismo Ioannis Baptistæ tenebantur baptizari baptismo Christi? ℟. Secundum S.Tho.3 part.quæst 38. & 4. sent. dist.2. art.2. quod tenebantur omnes baptizari Baptismo Christi, quia Baptismus Ioannis Baptistæ non erat sacramentum, nec conferebat gratiam ex opere operato, nec consequenti remissionem peccatorum; Vnde Matthæus 1. Ego baptizo vos in aqua, ille baptizabit vos Spiritu Sancto: simile habetur Lucæ 3. & Ioannis 1. & Actuũ 1. & alijs, & legitur Act.9. quod Paulus rebaptizauit baptizatos baptismo Ioannis, & ad hoc est etiam Mag. sent. Aug. Hugo. Damascenus, ac alij; Et quod dicitur fuit Ioannes. in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum; non est intelligendum, quod Ioannes baptismus pœnitentiam, & remissiononem peccatorum contulerit: sed quod baptismũ in aqua tantum dedit, & baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum prædicabat.

2. Quare dicitur baptismus pænitentiæ? ℟. Quia baptizando docuit pænitentiam, vel qa baptizatis imposuit fructus dignos pænitentiæ, secundum S.Thom. Item baptismus Ioannis non dabatur in forma, in qua instituit Christus, vt scribit Gabr. dist.2.quæst.2.art.1.lib.4. baptizabat autẽ Ioannes in forma futuri; vt tenet Mag. sent.

sent. & post eum Alex. Petr. de Palud. & S.Tho.

3. Quid est baptizari, & agere pœnitentiam? ℞. Secundum Iacob. de Valent. super psal.50. quod nihil aliud est nisi effici membrũ Christi,& eius sanguine aspergi, ac eius passione participare.

4. Quæritur quando ceperunt homines obligari ad baptismum Christi? ℞. Secundum S.Thom. 3. part. supra quod post passionem Christi,quia per baptismũ configuramur passioni, & resurrectioni Christi, in quantum morimur peccato, & resurgimur ad nouitatem vitæ spiritualis.

5. Quæ sunt consideranda in singulis sacramentis? ℞. Quinque scilicet, Materia, Forma, Minister, Suscipiens, & Effectus; Materia sunt res;& dicuntur Materia, quia sunt ex se indeterminatæ,sed per Formam determinatur, Forma sunt verba,& dicũtur verba Forma, quia determinant ipsam rem sacramenti ad talem effectum: Minister est, qui exhibet sacramentum; Suscipiens est, qui capax rationis; Effectus est, gratia, quæ datur in anima; Reliqua verò, quæ sunt in sacramentis pertinent ad solénitatem Ecclesiasticam; ita vt si omittantur sit peccatum mortale, vel veniale, iuxta subiectam materiam, validum tamen sacramentum.

6. In Ministro est necessaria intentio conficiendi sacramentum, & faciendi quod facit Ecclesia videlicet, quod Christus fecit, & instituit Con.Trid.Sess.7. can.11. & intẽtio ista in ministro, si non fuerit actualis sufficit saltem virtualis, vt infra cap.23. num 13. & 14.

7. Quæritur quid est effectus sacramentorum in genere? ℞. Est auferre culpam, si eam inuenit, & conferre gratiam, vel augere, si debitè, & deuotè sumantur.

SVMMARIVM.

1 *Baptismus quid.*
2 *Baptismus fluminis, idest à quæ.*
3 *Baptismus flaminis idest Spiritus sancti.*
4 *Baptizandi sunt etiam sanctificati in vtero matris.*
5 *Baptismus sanguinis idest Martyrum.*
6 *Marty res si resuscitarētur tenerentur baptizari baptismo aquæ.*
7 *Sacramentorum, quædam necessitatis,quædam dignitatis, et quædam ordinis.*
8 *Baptismus dicitur sacramentum maxime necessitatis.*
9 *Confirmatio est sacramentum dignitatis, et etiam necessitatis.*
10 *Pœnitentia Eucharistia, et extrema Vnctio dicuntur sacramēta ordinis, et necessitatis.*
11 *Ordo dicitur sacramentum dignitatis, et voluntatis.*
12 *Matrimonium dicitur sacramentum voluntatis.*

De Baptismi Sacramento. Cap. V.

1. Quæritur quid est baptismus? ℞. Est ianua omnium sacramentorum, S. Thom. 3.part. q.69. art. 7. quia nulli confertur in Ecclesia aliud Sacramētum ante ipsum.

Item baptismus est ablutio corporis exterior facta sub hac forma verborum, nempe. Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Sot. in 4 sent. dist.3.quæst.vnica art.5. concordat S.Tho. concl. vnica, & exprimitur,& Conc.Trid. sess.7. can. 2. Matth. 28. baptizantes eos, &c. vel est lauacrum regenerationis, & renouationis.

2. Quæritur quotuplex est baptismus? ℞. Triplex,vt notat. glos. super illud Hebreorum 6. baptismata doctrinæ, & secũdum Damasc. & Aug. lib. 4. de vnico baptismo, & de conf. dist. 4. cap. baptismi vicem,scilicet fluminis,idest aquæ, de quo Ioan.3. Venit Iesus in terram Iudeam, & baptizabat. Item idem: Nisi quis renatus fuerit ex aqua. Qui baptismus fit cõmuniter in aqua naturali, & talis liberat à pæna, & culpa, & gratiam infundit in habitu; & characterem imprimit.

3. Secundus est baptismus flaminis, idest Spiritus Sancti de quo fit mentio, 15.q.1. cap. firmissimè, & ibi glos. & de cõs.dist.4. cap. necessarium,& ibi glos. & Actuum 2. Vos autem baptizabimini Spiritu sancto. Qui baptismus tunc fit, quando quis desiderat baptizari,sed non habet per quem baptizetur, & talis in fide decedens, saluabitur, vt in Decret. Apost. de presbytero non baptizato, & Aug.lib.8 de Ciuitate Dei,& lib. de Vnit. bapt. & hic delet

culpam, & gratiam habet in vsu, in quo meritum consistit. Et Isaias cap.4. dicens, si abluerit Dominus, sordes filiorum Syon, & sanguinem Hierusalem lauerit in spiritu iudicij, & spiritu ardoris &c. Item baptismus flaminis, siue pænitentiæ, est contritio cordis, aut præparatio sufficiens ad gratiæ infusionem, & per quam de cógruo meretur remissionem peccatorum Iste baptismus solus est iterabilis, & baptizati hoc baptismo, licet recipiant effectum baptismi aquæ, quantum ad remissionem culpæ, & infusionem gratiæ, non tamen regulariter quantum ad remissionem pænæ. Probat hoc Gabr. quæst.2. art. 2. concl.8. sufficienter facienti enim quod in se est, Deus assistit conferendo necessaria ad salutem; habens enim fidem, desideriumq. baptizandi, & contritionem in casu impossibilitatis recipiendi baptismum aquæ; facit quod in se est, ergo ei assistit Dominus in necessarijs. Hæc autem sunt gratiæ collatio, & peccatorum remissio Sot. in 4. sent.dist.3.art.11.

4. Quæritur vtrum sanctificati in matris vtero, sint baptizandi? ℞. Secundũ Scot. quæst.6. dist.4. quod sic, & Palud. dist. 6. quæst. 1. art. 2. & 3. Nam quilibet viator quantumcunq; iustificatus tenetur ad baptismi susceptionem, (nisi Deus dispensauerit) quia hoc est mandatum Christi: Vide de hoc (si placet) Gabr. dist. 4. art.5. dub.1.lib.4. Tres fuerunt in vtero sanctificati, scilicet, Ieremias, Virgo Beata, & Ioannes Baptista. Dicit Palud.6.quæst.1. lib.4.

5. Tertius verò est baptismus sanguinis, qui includit baptismum flaminis in adultis, & non è conuerso, nam sine charitate nó haberet rationem baptismi, hic ergo baptismus de cons. dist. 4. cap. Cathechismus; & secundum S. Tho.3.part.q.67.art.12. & lib 4.sent.dist.4. art.3. qui baptismus fit in Martyrio pro Christi nomine suscepto, vt patet de Innocentibus, & iste baptismus liberat ab omni tentatione, & statim confert præmium, quia Martyres statim, sine retardatione in cælum volant; sicut patet de Beato Stephano qui dixit: Video cælos apertos, Act. 7. & Apoc. Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine, & dealbauerunt eas in sanguine agni; horum autem baptismatum, (vt diximus) excellentissimus est sanguinis, iuxta verbum Domini, Ioan.15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis; & vt infra cap.11. num.5. Sot. in 4.sent. dist.4.art.11.in fin.

Item quamuis baptismus sanguinis non sit sacramentum, quia desunt sibi conditiones sacramenti, tamen effectum baptismatis sacramentalis, nedum æquat, sed abũdanter vincit, & superat, inquit Gabr. concl.9.quæst 2.dist.4. lib. 4. Nam baptismus sanguinis tollit omnem culpam, adimit recidiuam, confert sine mora præmiũ, & tribuit maiorem gratiam, & per consequens gloriam ampliorem; Nam qui Martyrium, propter Deum suscipit, se totum Deo offert, & facit quantum potest, quia maiorem charitatem nemo habet, & per hoc maiorem gratiam consequitur, quia solus meretur aureolam, & in Ecclesia honorabiliorẽ sepulturam; Baptismus aquæ solus imprimit characterem; Baptismus pœnitentiæ solus est iterabilis; Baptismus verò aquæ, solus est sacramẽtum, Sot. dist. 3.quæst.vnic.art.11.& ipse solus baptismus aquæ, est simpliciter in præcepto ad remissionem peccati originalis, & actualiũ.

6. Quæritur quia Martyres in martyrio finiunt hãc vitam, & ad terminum viæ perueniunt; sed dato quod miraculosè resuscitarentur, vtrum tenerentur ad baptismũ aquæ? ℞. Quod tenerentur ita tenet Holkot. q. 1. quarti. talis enim baptismus iustificatorum non erit frustra, vt inquit etiam Petrus de Aliaco, q. 2. art. 2. lib. 4. quia per eum seruatur obedientia dicti præcepti.

7. Quæritur quomodo diuiduntur sacramenta? ℞. Quod quædam sunt sacramẽte necessitatis tantum, vt Baptismus; quædam dignitatis, & certo modo necessitatis, vt Cõfirmatio: quædam ordinis, & necessitatis, vt Pœnitentia; Eucharistia, & extrema Vnctio; quædam dignitatis, & voluntatis, vt Ordo: quædam voluntatis tantum, vt Matrimonium.

8. Quæritur quare baptismus dicitur sacramentum necessitatis? ℞. Quoniam sine eo nemo saluari potest, & quia in maxima necesśitate à quocunque conferri potest, (dummodo in forma Ecclesiæ cõferatur) & est quædam profesśio in fide catholica.

9. Quare

9 Quarè Confirmatio dicitur ſacramẽtum dignitatis, & certo modo neceſſitatis? ℞. Quia à ſolo Epiſcopo confertur, & dicitur etiam neceſſitatis, quia ex contẽptu illud dimittens, non ſaluatur.

10 Quare Pænitẽtia, Euchariſtia, & Extrema Vnctio, dicuntur ſacramenta ordinis, & neceſſitatis? ℞. Quia tantum à ritè ordinatis, ſecundum claues Eccleſiæ dari debent (niſi in neceſſitate) in qua quis poteſt etiam laico confiteri, licet non ab eo abſolui; Dicuntur etiam neceſſitatis, quoniam ex contemptu illa dimittens, ſaluari non poteſt.

11 Quarè Ordo dicitur ſacramentum dignitatis. & voluntatis; Dicitur quia à ſolis Epiſcopis confertur, vel quia non niſi dignis, & dignè, ad illud aſſumendus eſt: dicitur etiam voluntatis? ℞. Quia voluntariè accipitur, & ſine illo quis ſaluari põt.

SVMMARIVM.

1 *Aqua naturalis elementaris eſt materia baptiſmi.*
2 *Aquæ minerales, et liquores non dicuntur materia baptiſmi.*
3 *De aqua fluente ex latere Chriſti poterat fieri baptiſmus.*

De materia ſacramenti Baptiſmi. Cap. VI.

1. QVæritur quæ eſt materia ſacramenti Baptiſmi? ℞. Eſt aqua naturalis elementaris, patet hoc Io. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt &c. Et ita definitur in Conc. Florent. ſub Eugen. IV. ac etiam in Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 1. cuius verba ſunt hæc; Si quis dixerit aquam veram, & naturalem non eſſe de neceſſitate baptiſmi, atque verba illa D. N. Ieſu Chriſti, Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c. Ad metaphorã, aliquam detorſerit. Anathema ſit. Vnde ergo quicquid nõ eſt aqua, nõ eſt materia baptiſmi. Vt cognoſcatur autẽ ſi aqua ſit, vel non, ſciendum eſt, quod omnes mutationes, quæ adueniunt aquæ, dummodo non corrumpant ſubſtãtiam eius, non impediunt quod non ſit materia baptiſmi, vt ſi ſit ſalſa nam ſal non deſtruit ſubſtantiam aquæ, licet eam alteret; De iure niſi ſit magna pinguedo, quod mutet ſubſtantiã. De lixiuio etiam, & alijs huiuſmodi, quæ ſolũ alterant, & non deſtruunt.

2. Diximus quod debet eſſe aqua præter liquores: Vnde nec in vino, nec oleo, aut alio liquore, nec in aqua artificiali, vt roſacea, aut alterius herbæ, vel fructus expreſſa, nec in alijs aquis naturalibus, ſed non elementaribus, vt ſunt minerales, nec in ſaliua, ſudore, vrina, lixiuio nimis ſpiſſo, nec in ſero lactis, neq. in niue, gelu, glaciæ, niſi liquefiant, nec in aliquo humore, qui non ſit aqua naturalis elementaris tenebit baptiſmus: Quod ſi aquæ naturali elementari aliquid aliud miſceatur vt ſal, vinum, oleum, butirum, &c. tunc ſi quidem aqua nomen, & ſpeciem amictat, vt dicitur, vinum dilutum, vel mel aquoſum &c. non tenebit baptiſmus; & idem dicendum eſt de mineralibus, ſulphureis aluminoſis, ferruginoſiſq. miſtionem alicuius habent cum aqua elementari; Quod autem aqua ſit calida, vel frigida, vel tepida, vel alio modo alterata, vt facta rubea, viridis, vel alio colore affecta; nihil refert.

3. Quæritur ſi fieri potuiſſet baptiſmus in aqua fluente de latere Chriſti? ℞. Secundum S. Tho. quod ſic; quia fuit vera aqua.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmi forma quæ ſit, et alia ibidem.*
2 *Baptiſmi regulæ quatuor quo ad formæ variationem.*
3 *Baptiſmi forma variari poteſt multis modis*

De forma ſacramenti Baptiſmi. Cap. VII.

1. QVæritur quæ eſt forma ſacramenti Baptiſmi? ℞. Quod eſt hæc, ſcilicet. Ego te baptizo In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Et dum hãc formam profert miniſter aquam infundat ſuper ſuſcipientem, nam dicunt omnes Doctores; accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum; ſi ergo non accedit, nec fit ſacramentum; eſt etiam neceſſaria intentio actualis, aut virtualis, faciendi, quod Eccleſia pretendit, hoc eſt quod Chriſtus fecit, & docuit; alias puer

non

non esset baptizatus, secundum Innoc. in d.cap. 1. de Baptismo, & idem de eo, qui durante prolatione verborum substantialium baptismi non tangit aqua, sed solum ante, vel post illam, cap. detrahe, 1.q. 1. vbi hoc sentit Card. S. Sixti, & S. Thom. 3.par.q.66.art.8. vbi satis exprimit Caiet. & Magist.Maior.in 4.dist.2.q.2.

2. Quatuor regulæ sunt considerandæ circa formam tam baptismi, quam aliorum sacramentorum, & generaliter, dum formæ sensus relinquatur, & Primò,quocũq; modo fiat eius mutatio, vel in hac, vel in alia lingua, ita vt significatio maneat, tenet sacramentum S.Thom.quæst.60. art 7. ad 1. 2. & 3. licet sacrilegium committat, quicunque quomodocunque forma Ecclesiæ consuetam transmutauerit.

Secunda regula, significatio verborum spectanda est, tum ex proprietate grãmaticæ verborum, tum accomodatione vsus Ecclesiæ ipsorum verborum, ita vt etiam si propietas grammaticæ non maneat propter barbarismos, vel solecismos dum significatio percipiatur ex vsu, & accomodatione Ecclesiæ, vt v. g. si quis diceret: Baptizo te, In nomine Patrias, & Filias,& Spirituas Sanctas: baptismus teneret, vt Zaccharias Papa in cap.retulerunt,de cõs. dist.4. determinauit.

Tertia regula dum explicatur actus baptizãdi, qui per ipsum ministrum exerceatur, & is qui baptizatur cum inuocatione triũ Personarum Sãctissimæ Trinitatis semper tenet baptismus quibusuis verbis fiat, & quocunque idiomate,vel lingua.

Quarta regula, cum est dubium an aliquis fuerit baptizatus,& idem est de alijs sacramentis, debemus vti forma conditionata, v.g. si es baptizatus non te baptizo;si non es baptizatus, ego te baptizo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

3. Item variari auté forma potest sex alijs modis,scilicet, Verborum mutatione,Corruptione, Detractione,Additione,Trãspositione, & Interruptione; Mutatio etiam verborum potest esse in primo verbo, in secũdo, & in tertio, vel in omnibus simul; In primo quidẽ verbo, si dicatur per ego, nos te baptizamus, & tunc in plurali non tenet: at si in singulari, sit sensus ob grauitatem personæ,vt si Episcopus &c. peccaret quidem, sed teneret baptismus; vt in secundo verbo per te,vos,siue in singulari, siue in plurali baptizaret,dum omnes simul baptizarent,teneret. Item si nomen proprium exprimeret, vel commune, vel appellatiuum: videlicet sic,seruus Christi, hic homo &c. In tertio verbo baptizamus in singulari teneret (vt diximus) sed non in plurali significatione. At baptizatur in indicatiuo, & baptizetur in imperatiuo, teneret vt Græci faciunt, sed si baptizaretur in optatiuo non teneret, quia desideratur actus, & non exprimitur fieri.

Abluo,Tingo,Mergo, & similia, teneret,quia idem significant, quantum ad rem ipsam, & baptizandi actus; in verbo in nominibus Patris, & Filij, & Spiritus Sancti,non teneret;quia indicatur diuersitas essentiæ personarum.

In quinto verbo,In nomine Domini nõ exprimitur Sancta Trinitas.In nomine Sãctæ Trinitatis non teneret, non exprimẽmendo personas distinctè cum sit necessaria personarum expressio. Nec etiam in nomine Sanctæ Trinitatis, & indiuiduæ vnitatis, imò etiam, si vna,vel duæ tantũ, nominentur personæ,non teneret.

In nomine Christi olim in primitiua Ecclesia tenuit,sed nunc non est in vsu,quem Ecclesia dimisit; vnde Zaccharias Papa in cap. Synodo de cons. dist. 4. Perfectus inquit,Christianus nemo est,nisi, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti,fuerit baptizatus; Nam si quis vnam de Trinitate personam nõ nominaret in baptismo illud baptisma verum esse non potest, Sot. in 4. sent.dist.3.q.vnica art.5. & S.Thom.concl. vnica, &c.

In nomine Ingeniti, Geniti, & Spirati; In nomine Generantis, Geniti, & Procedentis, vel alijs quibusuis nominibus significantibus ipsas personas per earum aliquas,teneret,vt probabilior opinio asserit. Item Latinæ, Grecæ,Arabicæ, aut quauis alia lingua, vel idiomate, forma proferatur tenebit. Additione, vt baptizo te manibus meis hodie in Ecclesia &c.In nomine Patris,& Filij, & Spiritus sancti,& Beatæ Mariæ Virginis, & huiusmodi non impediretur baptismus,& hoc tamen intelligitur quãdo ille,qui hoc addit non intendit facere nouum ritum, nec hoc faciat ex malitia, sed ex mera simplicitate, secus autem esset, si intẽderet illud, quod addit

esse de forma, quasi volens nouum ritum adducere; constatq; intendit formã proferre, qua vtitur Ecclesia, quarè non tenerit baptismus, S. Tho. ibidem. Similiterq; non credat, & intendat, quod baptismus efficaciam habeat, ex Beatæ Mariæ, vel B. Petri, sed ex sola intentione, Sanctissimæ Trinitatis (vt diximus) distinctè in personis prolatæ.

Impeditur baptismus quando additio corrũpit sensum, & è contra reuerentiam personarum; vt si dicitur, Baptizo te In nomi- In nomine Patris maioris, & Filij minoris, quia personæ æquales sunt.

Si verò additio non corrumpat sensum, nec sit contra reuerentiam personarum, baptismus non impeditur dicendo, Baptizo te in nomine Patris omnipotentis, & Filij vnigeniti, & Spiritus sãcti Paracliti &c.

Detractione omittendo aliquid, quod sit de essentia formæ, nõ est baptismus, S.Tho. ibidem, sed si subtrahitur aliquid, quod nõ sit absolutè de essentia formæ, sed solum de institutione Ecclesiæ sicut Ly. Amen non impediretur baptismus, sed peccaret tamen, qui hoc scienter faceret.

Transpositione, vt in nomine Spiritus sancti, & Filij, & Patris te baptizo, vel quandocunq; aliter communiter ordo verborum teneret, nisi in ordinata transpositione variatur sensus, vt pereat oratio, vt baptizo in nomine te Patris &c.

Interuptione secundum S. Thom. ibidem quod si sit tanta interruptio, quod intercipiat intentionem baptizãtis, non est baptismus: sicut si dicatur. In nomine Patris, (& interponatur longa fabula) & postea dicatur, & Filij: si autem fuerit parua mora, sicut interruptio, vt puta verbi non corrumpentis formam vt si dicatur: in nomine Patris omnipotẽtis; aut interruptio silentij, aut tussis, & hoc, quod intentionem non disconueniet, baptismus teneret.

SVMMARIVM.

1 *Baptizandi ritus, est seruandus.*
2 *Immersiones, et aspersiones quomodo debent fieri.*
3 *Faciens vnam immersionem vbi consuetũ est facere trinam peccat.*
4 *Faciens trinam immersionem, et ad vnamquamq. intendens vnum baptisma dare repetendo formam peccat.*
5 *Caput aspergi debet quando apparet, sin autem membrum quodcunq. apparet.*
6 *Baptismus debet fieri in Ecclesia propriæ Parochiæ.*
7 *Omnes Christiani vnguntur oleo benedicto, et quare.*
7 *Baptizandi tangũtur saliua nares, et aures.*
9 *Baptizandi Suff lantur, et adiurantur.*
10 *Baptismus debet fieri Chrismatæ nouo.*
11 *Solemnitates baptismi à nullo debent fieri, nisi à Parocho, vel Episcopo, aut de eorum licentia.*

De Ritu Baptizandi. Cap. VIII.

1. QVæritur quomodo administrandum est baptismi sacramentum? ℞. Quod est seruandus ritus secundum consuetudinem diuersarum Ecclesiarum quia dupliciter datur baptismus Quandoq; per immersionẽ, ita quod totus puer immergatur in aqua. Quãdoq; etiam datur per aspersionem scilicet quando puer aspergitur, & super eum aqua infunditur.

2. Quæritur vtrum hæc immersio semel, aut pluries debet fieri? ℞. Secundum ritum diuersarum Ecclesiarum quandoq; fit terna immersio, vel aspersio quandoq; vnica, & his consuetudo Ecclesiarum est seruanda.

3. Quæritur in locis vbi consueuit Ecclesia ternam immersionem facere, si vnica fieret, nunquid esset puer baptizatus? ℞. Sot. 4. sent. dist. 3. q. vnica, art. 8. quod esset baptizatus, sed peccaret faciens contra mandatum Ecclesiæ, & consuetudinem nõ obseruaret, sed transgrediens; nisi simplicitas eum excusaret.

4. Si vero baptizans intendit facere trinã immersionem, & in prima puer moriatur ante prolationem formæ, non est baptizatus, secundum Petrum de Pal. si verò intenderet ad vnamquamq; immersionem vnum baptisma dare, & ad singulas immersiones repetens verba formæ, peccaret, quantum in se est, pluries baptizans, S.Thom. in 4. sent. q. 6. art 8. ad 3.

5. Quæritur quæ pars corporis debet immergi, vel aspergi? ℞. Caput, quia omnes sensus vigent; & in eo est principium vitæ ani-

animalis; Et si caput haberi non potest, puta si est in vtero matris, alia pars, quæ haberi potest, & si sola manus apparet, & de periclitatione timetur in tali casu debet aspergi illa pars, quæ apparet; & pie credendum est, quod Deus supplet defectum: Si tamen post modum viuus habeatur debet aspergi caput sub conditione, (vt supra dictum est) & ita erit securius, quia aliter non intelligitur securus.

6 Baptismus ergo tàm per immersionem, quàm per aspersionem vnicam, vel ternã debet fieri in Ecclesia siue in parochia ipsius Ecclesiæ in qua habitat baptizãdus.

7 Quæritur quare omnes Christiani bis vngantur ante baptismum? ℞. Quod vngitur oleo benedicto, primò in pectore; deinde inter scapulas; post baptismum verò bis, scilicet, chrismate primò, in vertice, deinde per Episcopum in fronte; & secundum Aug. 5. dist. Ecclesiarum, primò in pectore, in quo est locus cordis, vt baptizãdus per Spiritus sancti donum, abijciat errorem, & ignorantiam, & suscipiat fidem rectam, quia virtus, & fide viuit, & corde creditur ad iustitiam: Inter scapulas verò, & per Spiritus sancti gratiam excutiat negligentiam, & torporem, & exerceat in bonam operationem, quia fides sine operibus mortua est. In pectore, vt per operis exercitium, fit fortitudo laborum; In scapulis, quatenus fides per dilectionem secundum Apost. operetur.

8 Quæritur quare baptizandi nares, & aures tanguntur saliua? ℞. Quod fit cathecuminis ad exemplum Christi: qui quendam mutum, & surdum sanauit tangens cum sputo linguam eius, & mittens digitum in aurem eius dixit, 'affeta, quod est, adaperire, ad accipiendũ odorem Dei notitiæ, & aperiantur eius aures ad audiendũ mandatum Dei, & sensum ex intimo corde ad respondendum propter gloriam, etiam muneris, & operis.

9 Quæritur quare sufflantur paruuli, & adiurantur? ℞. Vt expellatur ab eis diaboli potestas, quæ decipit hominem, & det locum Spiritui sancto, & ideo dicitur, Exi ab eo immunde spiritus &c.

10 Baptismus debet fieri cum chrismate nouo, scilicet illius anni, nisi vrgẽte necessitate; & sacerdos contrarium faciens, punitur, vt in cap. si quis, de cons. dist. 4. Et idem dicendum de Confirmatione cap. quoniam, de sent. excom. lib. 6.

11 Solemnitates quæ fiũt in baptismo nullus, siue in necessitate, siue extra, debet facere, nisi sit proprius Sacerdos, vel Episcopus, vel de eorum licentia.

SVMMARIVM.

1 *Baptismi minister debitus est sacerdos.*
2 *Baptizari possunt pueri à Clericis absente Sacerdote.*
3 *Baptizare aliquem non debet sacerdos de aliena parochia.*
4 *Baptizare in necessitate cogente potest pater proprium filium.*
5 *Baptizare in necessitate potest infidelis cum non adsit fidelis.*
6 *Baptizare non potest Angelus bonus, neq; malus, neq; anima separata.*
7 *Baptismus non teneret si duo homines baptizarent, quorum alter aquam effunderet, & alter verba proferret.*
8 *Baptismus teneret cum duo homines, simul baptizarent.*
9 *Baptizatus non esset puer, si duo homines, vel tres dicerent nos baptizamus te.*
10 *Vnus potest baptizare plures.*
11 *Compaternitas contrahitur per procuratorẽ.*
12 *Procurator tenens pro alio non efficitur cõpater.*
13 *Baptizatus ioco, vel fictè recipit sacramentum Baptismi & characterem, non autem rem sacramenti, idest gratiam.*
14 *Baptismi sacramentum habet priuilegium, quod non habent cætera sacramenta.*
15 *Baptizare se ipsum nemo potest.*
16 *Baptizari non debet qui manet in naturali voluntate peccandi.*
17 *Baptizare, & tenere in necessitate potest quicunque.*
18 *Baptizatum à sacro fonte, vnus, vel duo ad plus, suscipere possunt.*
19 *Baptismo interesse possunt omnes cõsanguinei in gradu attinentes pueri baptizati.*
20 *Abbas, Abbatissa Moniales, & huiusmodi, non possunt esse compatres.*
21 *Pueri pueros à sacro fonte leuare nõ possũt.*
22 *Masculus pro fœmina baptizatus, ex incuria sacerdotis rebaptizari non debet.*
23 *Baptizari à symoniaco nullus debet.*
24 *Mulier mortua, & puer in vtero creditur viuere, quid agendum.*

25 Si

25 *Si puer in vtero reperiatur mortuus quid agendum.*

26 *Puer quamuis morti propinquus, non est proiiciendus in puteum, neque in flumen, vt baptizetur deficiente aqua.*

27 *Puer cum fune in canistro immergendo, & eleuando de aqua cum verbis, & intentione posset quis baptizare, sed melius, & securius esset cum aqua ex panno intincto, & expressa.*

28 *Baptizati, nec Iudæus, nec Paganus baptizando efficitur compater.*

De Ministro Sacramenti Baptismi. Cap. IX.

1. QVis est ministr sacramēti Baptismi? ℞. secundū S.Tho.in 3. par. quæst. 67.art.1.2.3.4 & 5 & secundum omnes Theol. in 4.sent.dist.3. quod debitus minister est sacerdos, quia ipse est principalis sacramentorum minister; & ideo preces, & principaliter ad ipsum pertinet administratio sacramentorum.

2. In necessitate verò vrgente, & sacerdote absente possunt pueri à clericis baptizari, & si clerici non adessent, possunt à laicis, si adessent; sin autem, à mulieribus, & ideo tam viri, quam mulieres debent esse à sacerdote ad baptizandum pueros bene instructi: sed nullus laicus præsumat baptizare, nisi in necessitate vrgenti, vt habetur dist.4.Mulier.

3. Sacerdotes autem non debent aliquem bapt. nisi esset de eius parochia, vel de licentia curati.16.quæst.1. interdicimus.

4. Quæritur vtrum pater possit in necessitate baptizare proprium filium, & ius petendi debitum matrimonij non perdat? ℞. Quod vxor pariēte, & nullus alius fuerit præsens, nisi pater, in tali necessitate vrgenti, licitum est, & iure petendi debitum non priuatur: si autem id sine necessitate fecerit, grauiter peccaret, & iure petendi debitum matrimonij priuatur. & idem vxor eius.

5. Quæritur in necessitate, si non adsit aliquis fidelis, si possit infidelis baptizare? ℞. Quod minister congruitatis est sacerdos, (vt diximus:) In necessitate tamen potest esse quicunque cuiuscunque sexus; nationis, gradus, sectæ fidei: quia non est necessaria fides in ministro, sed intentio faciendi, quod facit ecclesia: videlicet quod Christus fecit, & instituit. Vnde intentio est ita necessaria, quod si desit, non conficitur sacramentum. dist. 22. cap. præter. §. verum, & de cons. dist. 24. cap. in necessitate. & Conc. Trid. sess. 7. can.4.& extr. de sum. Trinit. cap.1. §. fin. quod sacramentum Baptismi ritè collatum, in forma ecclesiasticæ à quocunque proficit ad salutem.

6. Quæritur vtrum in necessitate possit Angelus bonus, siue malus baptizare? ℞. quod non, nec anima separata à corpore, vt patet 1 q.1.cap.debit. quia hæc dispēsatio est tantum commissa homini secundum S.Tho. tamen si certum esset bonum Angelum baptizare aliquem, præsumendum esset, quod ex diuina commissione hoc fecisse, & sic esset baptizatus, vt inquit arm.§.47. sed Gabr. dist.6.art.2. conclus.1.lib.4. dicit quod omne suppositum naturæ intellectualis potest verè baptizare, quod debitis materia, & forma, & intētione valet baptizandum abluere, sed magis probabile est quod illa potentia de facto, non est concessa nisi viatoribus.

7. Quæritur an possint duo homines vnū puerum baptizare, quorum vnus formam proferret, & alius aquam infunderet. ℞. S.Tho.3 par.q.66 art.5 & in 4. sent. dist.6. quæst.2. art.1. quod non, quia forma esset falsa, dicendo: Ego te baptizo, & est alter qui baptizat.

8. Quæritur si duo homines simul baptizarent, & proferrent formam; Respondetur quod tenet Baptismus, quia ab vtroque, & à singulis proficitur sacramentū, quod si alte eorum citius formam cum ablutione, vel aspersione absolueret, ille solus baptizaret, & non ij duo; & si duo simul absoluant, tunc baptizant, & vnius in quantum omnes, sunt vnum in Christo; repræsentāt vnam personam Chisti principaliter baptizantis, & conferentis vnū sacramentum, vnde conferunt vnum baptismum, vt inquit S.Tho.3. par. quæst.82. art. 2. loquēs de pluribus simul vnam hostiam consacrantibus. dicit, quod si quilibet eorum operatur in virtute propria superfluerent alij celebrantes vno sufficienter celebrante: Sed quia sacerdos non consecrat, nisi in persona Christi; multi

multi autem ſunt vnum in Chriſto; ideo, non refert vtrum per vnum, aut multos hoc ſacramentum conſacretur, niſi quod oportet ritum Eccleſiæ ſeruari.

9. Quæritur ſi duo, vel tres dicerent ſimul nos baptizamus te? Reſpondetur non eſſet baptizatus ſecundum S. Tho. in 4. ſent. quæſt. *66*. art. 5. qui dicit, quod plures non poſſunt ſimul vnum baptizare, quia actus multiplicatur ſecundum multiplicationem agentium ſi perfectè ab vnoquoque agatur.

10. Quæritur vtrum vnus poſſit baptizare plures? Reſpondetur ſecundum S. Tho. quod ſic in neceſſitate aſpergendo, vel aliter, & oportebit dicere in forma: Ego baptizo vos, nec erit mutatio formæ, quia vos eſt idem, quod te, & te: dicendo autẽ nos mutaretur, quia nos, non eſt idẽ quod ego, & iſta opinio dicit Petr. de Palud. quod communiter tenetur.

11. Quæritur vtrum compaternitas contrahatur per procuratorem? Reſpondetur quod ſic, nam communis conſuetudo Principum eſt per procuratorem tenere ſuper fontes: licet Archid. teneat contrarium.

12. Quæritur compater an efficiatur procurator tenens? Reſpondetur ſecundum Feder. de Senis. quod non, per cap. confrater. de off. deleg. quia hoc non intendebat. Io. Andr. dicit quod ſic; ſed opinio Federici eſt melior.

Item Concil. Trid. dicit quod vnus debet eſſe, qui baptizat, & non plures, vt patet ſeſſ. 24. cap. 2. & ſecundum S. Tho. 3. part. quæſt. *66*. art. 5. ad 4.

13. Quæritur ſi quis ioco, vel fictè ad baptiſmum accedat, & faceret ſolum, quod ibi facit Eccleſia vtrum Sacramentum recipiat? Reſpondetur, quod talis recipit ſacramentum Baptiſmi, & characterem, non autem rem ſacramenti, ideſt gratiam Spiritus ſancti; & ſi recedat à fictione, tũc ſuſcipit gratiam, & obtinet virtutem ſacramenti: Nec eſt rebaptizandus, ſed debet confiteri de fictione, S. Tho. quæſt. *69*. art. 10. ad vlt. & dicit, quod remittuntur ei peccata præterita, & præſentia, ſed futura deinde per pœnitẽtiam, & Mag. ſent. lib. 4. diſt. 4. idem ſentit.

14. Quæritur quare ſacramentum Baptiſmi habeat tale priuilegiũ, quod non habet Euchariſtia, nec cętera ſacramẽta, quod recedente fictione, valeat, & attritio, quamuis cum pœnitentia valeat, non autem poſt pœnitentiam? Reſpondetur ſecundum S. Tho. in 4. diſt. 4. quæſt. 3. art. 2. quod ratio eſt, quia ſacramentum Baptiſmi eſt ſacramentum neceſſitatis, & non poteſt iterari, quia imprimit characterem; cætera vero ſacramẽta præter Ordinẽ, & Cõfirmationẽ non imprimunt characterẽ, & ita effectus eorum poteſt reiterari, & recuperari, ſed in ſacramento Baptiſmi non; & ſic ille eſt verè baptizatus, & ſi effectus eius non repararetur ſic, in vanum eſſet ſuſceptus.

15 Quæritur vtrũ poſſit quis ſe ipſum baptizare? Reſpondetur ſecundum S. Tho. 3. part. quod non; quia baptizans efficitur pater ſpiritualis baptizati, & quia nullus poteſt eſſe pater ſui ipſius, ergo nec poteſt ſe ipſum baptizare: Inſtitutio enim Chriſti eſt in alia perſona, & non dixit, Baptizantes vos, ſed Baptizãtes eos, &c. Matth. vlt. Nec poſſet ſeruare debitam formam; & ideo neceſſario requiritur diuerſitas perſonarum, quarum vna intelligitur in illo per nomine, ego, & ſecunda in illo per nomine, te, vt patet in cap. debitum, extra de Baptiſmo, & eius effectu. & idem dicit Aug. & habetur idem extra eo cap. debitum. Quod autem dicit, Innoc. 3. in quodam decretali, quod Iudæus, qui ſe ipſum immerſit in aquam, dicens: Ego te baptizo me, in nomine patris ad patriam ſi deceſſiſſet euolaſſet; intelligi debet, inquit, propter vim contritionis, & deuotionis: ex eius magnitudine hoc procedere videbatur, vt inter Iudæos exiſtẽs, quaſi periculo mortis ſe offerret. Item ſi quis immergat ſe in aquam, & alius dicat, Ego te baptizo, non eſt baptizatus; ſufficit vnam guttam aquæ tangere baptizãdum, licet melius, vt lauetur. Abb. de bapti. cap. licet Græcos.

16 Quæritur vtrum debeat baptizari, qui eſt in actuali voluntate peccandi? Reſpondetur, quod talis nullo modo eſt baptizandus, & de hoc non eſt dubitandum, de conſ. diſt. 4. omnis qui iam ſuæ voluntatis conſtitutus eſt arbiter, cum accedit ad ſacramentum fidelium, niſi pœniteat, non poteſt nouam vitam inchoare S. Tho. 3. par. quæſt. 68. art. 4. & art. 8. ad 4. & Scot.

in 4. diſt. 4. Palud. in 4. diſt. 4 quæſt. 1. & Duran. in 4. quæſt. 4. & act. 2. Agite pœnitentiam, & baptizetur vnuſquiſque veſtrũ. & Sot. in 4. ſent. diſt. 5. quæſt. vnica, art. 4. dicit tam qui recipit, quam qui confert, mortaliter peccat, & ſacrilegium committit. Pœnitentia verò, quæ requiritur ante Baptiſmum eſt contritio, ſicut in ſacramento Cõfeſsionis; niſi excuſetur ignorantia, qua putat ſe ſufficientem dolorem habere; & infra cap. 10. num 9.

17 Quæritur in caſu neceſsitatis, quando nullus reperiretur ſi quis poteſt puerum tenere, & baptizare? Reſpondetur, quod in ſumma neceſsitate, poteſt quamuis ſit iuſtum, vt aliqui ad ſuſcipiendum puerũ de ſacro fonte accedant, qui patrini vocantur: nam qui baptizat eſt ſicut pater ſpiritualis, & qui ſuſcipit, eſt ſicut mater ſpiritualis, vel nutrix, qui eum nutrire ſpiritualiter, & erudire tenetur.

18 Quæritur quot ad ſuſcipiendum puerũ de ſacro fonte debeant eſſe? Reſpondetur, quod vnus, vel duo, & non plures ſicut patet in Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. vbi dicit: Docet experientia propter multitudinem prohibitionum multoties in caſibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia, quibus, vel non ſine magno peccato perſeueratur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimuntur. Volens itaque magna ſynodus huic incommodo prouidere, & à cognationis ſpiritualis impedimento incipiens; ſtatuit, vt vnus tantum, ſiue vir, ſiue mulier iuxta ſacrorum canonum inſtituta, vel ad ſummum vnus, & vna baptizatum de ſacro Fonte ſuſcipiãt, inter quos, & baptizatum ipſum, ac illius patrem & matrem tantum ſpiritualis cognatio contrahatur, & Parochus antequã ad Baptiſmum conferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur, quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum, vel eos tantum ad illum ſuſcipientem admittat, & in lib. ad hoc deputato eorum nomina ſcribat, doceatq; eos quam cognationem contraxerint ne ignorantia vlla excuſari valeant. Quod alij vltra deſignatos ſi baptizatum tetigerint cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahant. Conſtitutionibus in contrarium facientibus non obſtantibus. Si parochi culpa, vel negligentia ſecus factum fuerit arbitrio ordinarij puniatur.

19 Quæritur ſi plures cõſanguinei poſſunt inter eſſe? Reſpondetur, quod omnes conſanguinei in gradu attinentes pueri baptizati, & eius parentum, pro vnica perſona reputantur, & ideo quando dicitur quod ſolum duæ perſonæ recipiantur ad leuandum puerum, intelligitur de illis, qui nihil attinent puero, nec eius parentibus, & inter quos poſsit matrimonium copulari.

20 Quæritur qui non poſſunt eſſe patrini? Reſpondetur, quatuor perſonarum genera eccleſia non admittit in patrinos. Primum genus eſt Monachus, Abbas, Abbatiſſa, Moniales, & huiuſmodi, de conſ. diſt. 4 cap. non licet, el primo, & 16. quæſt. 1. cap. placuit communi; ſi tamen tenent ſunt cõpatres: Secundum genus, ſunt infideles: Tertium genus illi, qui non ſunt confirmati, quia nondum poſſunt vocari fideles, nec veri teſtes eſſe poſsũt 2 quæſt. 7. non poteſt & cap. ſequenti. Quartum genus vir, & vxor ſimul, 30. quæſt. 4. cap. quod videtur, niſi prius ambo votum caſtitatis emiſerint; ſi ambo eundem puerũ de fonte leuarent ſpirituales parentes eiuſdem fierent. Vnde carnaliter commiſceri vlterius non debent.

21 Quæritur ſi pueri pueros à ſacro fonte leuare poſſunt? Reſpondetur, quod non, niſi adultæ ætatis, & tot annorum, quod poſsint recordari ſuorum operum, & ideo ad ſuſcipiendum pueros, pueri nõ admittantur, quia filios ſuos docere neſcirent, & propter labilem etiam eorum memoriam, quandoque poſſent filias ſuas ſpirituales in vxores ducere.

22 Quæritur ſi eſt rebaptizandus puer, quẽ baptizauit ſacerdos, ex imprudentia credens eſſe feminam? Reſpondetur, quod non, quia Baptiſmus nullum proprium ſexum ſibi appropriauit, ſed naturam humanam. Dicunt multi Doctores, & dicunt, quod ſi quis baptizat Io: credens baptizare Petr. nihilominus Ioannes eſt verè baptizatus, & ſecundum Hoſt. qui dicit, ſi baptizans intendit baptizare perſonam cuiuſcunqne ſexus, eſt baptizata, ſi verò marem tantum, non eſt baptizata; ſi autem ſimpliciter baptizat, ſicut non cogitans de mare aut fæmina eſt baptizata,

quia

quia scilicet intendebat baptizare personam quicquid esset: & ita tam masculus baptizatus, pro fœmina, quam fœmina pro masculo, non est rebaptizãdus, sed appropriandum nomen, quod suo sexui congruit, verbi gratia si dixit Ioanna dicat Ioannes.

23 Quæritur quid si minister non præcisus, sit adeo malus, vt baptizare non velit, nisi data pecunia? Respondetur secundum S. Tho. quod si baptizandus est adultus, sufficit, ei ad salutem petere baptismum, quia baptizatur baptismo flaminis; nec debet propter hoc committere symoniam; si verò sit puer debet ipse, qui offert, vel alius potius puerum baptizare, quam dare pretium pro baptismo symoniacè licitũ tamen est ei aquam emere, si alias habere non potest: quia aqua non est sacramentum, etiam si sit santificata, non operatur ad baptismum de necessitate eius existens quasi sanctificata, sed quasi aqua. Ideo nõ emit aquam sanctificatam, sed aquam simplicem.

24 Quæritur quid agendum est, si mulier mortua fuerit, & puer quem habet in vtero creditur viuere? Respondetur quod si constiterit eam esse mortuam, debet statim aperiri, & puer extrahatur ab ea, & si viuus reperiatur baptizetur. Item si puer corio inuolueretur, & in aqua inuolutus perfunderetur, ita quod aqua non tangeret nudum pueri corpus cæteris adhibitis, intentione, scilicet, & forma, puer non baptizaretur, inquit Gabr.

25 Quæritur quid agendum si puer in vtero reperiatur mortuus numquid est cum matre sepeliendus? Respondetur quod de hoc sunt variæ opiniones quidam dicunt esse sepeliendus cum matre licet non fuerit baptizatus, quia portio matris est, & huic opinioni videtur consentire Gaufridius in summa sua: Alij autem dicunt, quod non, quia post perfectè formatus, anima eius, est distincta ab anima matris licet ei etiam coniunctum fuerit corpus eius, & ab ea sumpsit alimentum, & ideo idem est iudicium de eo sicut de pagano; hæ duæ opiniones inueniuntur in decretis de consf. dist. 1. super illud Ecclesia in qua mortuorum: Vltima opinio videtur melior.

26 Quæritur quid si in casu necessitatis proijciens puerum morti propinquum in flumen, vel in puteũ dicens verba, & intẽdens baptizare? Respondetur quod non erit baptizatus. Petr. de Pal. 4. dist. 6. quæst. 1. art. 2. quia baptizans debet aliquo modo attingere baptizatum, & Syl. 4. baptizatus. §. 8. refert, quod in baptismo nõ solum requiritur immersio, sed etiam eleuatio ab aquis in signum resurrectionis Christi, & refert etiam alias opiniones.

27 Quæritur si cum fune in canistro puerum immergendo, & eleuando de aqua cum verbis, & intentione? Respondetur quod erit bapt.zatus secundum eundem Petr. de Pal. sed melius, & securius esset pannum, vel aliquid aliud in aqua, cum fune, intingere, & de eo aquam exprimere, & cum illa baptizare, vt dicit idem.

28 Quæritur vtrum Iudæus, vel paganus baptizando contrahat compaternitatem? Respondetur quod non, vt notatur in rubrica ex eo, quod de reg. iur. lib. 6. per Io. Andr. baptizans enim repræsentat personam Christi. & idem dicendum, si Iudæus vel Paganus teneret puerum Nam tenens repræsentat Ecclesiam militantem, quam ipsi repræsentare non possunt, cum non fuerint incorporati.

SVMMARIVM.

1 *Baptismum tenentur recipere omnes homines ex præcepto Dei, etiam sanctificatus in vtero matris.*

2 *Baptismum suscipere paruuli, & adulti possunt.*

3 *Baptismus dandus non est pueris infidelium inuitis parentibus.*

4 *Baptizandus non est puer in vtero matris.*

5 *Baptizandus est caput si apparet, sin autem membrum quodcunque.*

6 *In quacunque parte corporis quantalibet pars aquæ infundatur, dummodo puer non fuerit mortuus, tenet baptismus.*

7 *Monstrum quomodo est baptizandum.*

8 *Baptizandus non est, qui est in peccato mortali, & non vult ab eo abstinere.*

9 *Baptizandi sub conditione sunt pueri relicti à meretricibus.*

10 *Baptizandi statim sunt pueri, adulti verò*

cum

cum de fide sunt bene instructi.
21 *Baptismus fit immergendo, & aspergendo.*
22 *Immersio, vel aspersio quid significat.*
23 *Si omnibus paruulis in baptismo datur æqualis gratia.*
24 *Pueri omnes, qui sine Baptismo decedunt in lymbos puerorum descendũt, & triplex status distinguitur in homine post animæ infusionem.*
25 *Baptizandus non esset mortuus si resuscitaret.*
26 *Pœna damni, & sensus est quadruplex.*
27 *Pueri hæbreorum sunt similes pueris christianorum.*
28 *Iudæi, & pagani vsum rationis habentes contra Dei præceptum scienter facientes mortaliter peccant.*
29 *Baptizantes imagines sapiunt hæresim.*
30 *In adultis ante baptismum non requiritur confessio, sed virtus interioris pœnitentiæ.*
31 *Susceptores in baptismo tenentur pueros instruere de articulis fidei, & orationem Dominicam eos docere.*

De Suscipiente. Cap. X.

1. QVæritur qui debent suscipere sacramentum Baptismi? Respondetur secundũ omnes Doct. post Christi passionem omnes homines mundi tenentur ex præcepto Dei suscipere baptismum, S. Thom. in 4. sent. quæst. 66. quod quilibet tenetur etiam si quis esset sanctificatus in vtero matris propter tres rationes. Prima, vt acquiratur charater; coadunetur populo Dei, & deputetur ad percipienda alia sacramenta. Secunda, vt per Baptismi susceptionem conformetur corporaliter passioni Christi. Tertia propter bonum obedientiæ quoad præceptũ de Baptismo quod omnibus dandum est Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto. &c.

2 Quæritur si paruuli possũt suscipere Baptismũ? Respondetur quod possunt paruuli, & adulti suscipere, nam dicere paruulũ non esse baptizandum, est hæreticũ; sed alia dispositio est necessaria in paruulo, alia in adulto, quia in adulto requiritur contritio, vel saltem attritio, vt sequatur effectus Baptismi in gratiam; est necessaria etiam intentio, vt totaliter recipiatur Baptismus, quia si coactus recipit, nõ est baptizatus, sed debet rebaptizari: sed quomodocunque spontè existimetur habere intentionem, erit baptizatus, hæc omnia non requiruntur in paruulo, quia ratione caret.

3 Quæritur quibus dãdus est Baptismus, & quibus non? Respondetur quod pueris infidelium, & Iudæorum non est dandus inuitis parentibus, maxime tempore, quo carent vsu rationis cum secũdum ius naturale in tali tempore sint sub cura, & tutela parentum, qui possunt eos inducere ad relinquendum, quod ignoranter susceperunt, quod quidem verteretur in fidei detrimentum, vnde Aug. dicit quod non est faciendum bonum, vt inde perueniat malum: Si verò sint proprij serui, vel absint longè à parentibus, au t nõ sunt sub eorum cura, tunc quando eis datus fuerit Baptismus teneret S. Tho. 3. part. quæst. 68. art. 10. & 4 dist. 4. Capreol. cum multis alijs Thomistis.

4 Quæritur si puer existens in vtero matris possit baptizari? Respondet S. Tho. quod non, quia talis verè natus non est, nec Ecclesiæ, nec subijci potest ministris Ecclesiæ lib. 2. de Baptismo paruulorum, scilicet sicut, qui non vixerit, non potest mori. Item qui natus non est prius, non potest dici renasci de regeneratione aquæ Baptismi, vt dicit Richar. in 4. sent. dist. 4. quæst. 2. art. 3. dicunt Doctores quod per priuilegium speciale à Deo sanctificari potest puer in vtero matris. Vnde mater viuens non debet scindi; vt puer possit nasci, & baptizari propter præceptum non occides; nam iuxta dictum Pauli Apost. ad Rom. 3. dicens etiam, quod nõ sunt facienda mala, vt eueniant bona, Petr. de Pal. dist. 6. quæst. 1. art. 1. at si non constaret mater esse mortua differatur executio vsque post partum, ne pereat innocens cum nocente. ff. de pænis l. prægnantis, & ff. de inoff. testam. l. posth. tunc potest scindi etiam, si puer adhuc viueret baptizandus (vt diximus supra) sed potest puer in vtero matris martyrizari, sicut & sanctificari, licet non baptizari, vt Petr. de Pal. dicit in 4. cond. si Iudæus filiam fæcundatam à Christiano in dispectum

Christi abortiri faciat, videtur quod puer Martyr. habens causam, & pœnam; sicut similiter si prægnãs propter Christum interficiatur, Martyr. est; nec prægnans condemnata ad mortem scindenda est, sed est expectandus partus. Patet in lege negat. ff. de statu hominum. & in lege prægnantis. ff. de pœnis, & aliter facere, est magnum sacrilegium.

5 Quæritur si apparet aliquod membrũ pueri, & immineat periculum, quid agendum? Respondet S. Thom. quæst. 68. art. 11. ad 4. quod si apparet caput illud debet aspergi aqua baptismali, si aliud membrũ non caput, non nocet aspergi, quia diuina misericordia non est arctanda, & si postea viuus nascatur, potest ad cautelam sub conditione baptizari.

6 Quæritur cum quis baptizatur, & aqua cadat super pedem, & non super caput pueri, an erit baptizatus? Respondetur quod sic, quia quantalibet pars aquæ infunditur, & siue cadat aqua super caput, siue super pedem, dummodo puer non fuerit mortuus ante ablutionem, & finem verborum prolatorum glos. ordin. de cõs. dist. 4. proprie Innoc. in cap. debitum de baptism. Lapus alleg. 104. quæ incipit corpora.

7 Quæritur quomodo baptizandum est monstrum? Respondet etiam S. Thom. in quolibeto, quod aut certum est esse duas animas, puta si sunt duo colla, duo capita, & duo pectora, potest iudicari etiam duo corda; & tunc sunt baptizandi sigillatim: si vero est dubium baptizetur vnus prius, deinde alius sub condictione supradicta.

8 Quæritur vtrum baptizandus est adultus, qui est in peccato mortali, & non vult ab eo abstinere? Respondetur quod non debet baptizari: & quamuis baptizaretur, teneret tamen baptismus, sed non consequeretur gratiam, at si compos mẽtis postea factus non est rebaptizandus, vt supra dictum est, cap. 9. num. 16. & ita dicit Aug. cap. tunc valere, de cons. dist. 4. maximè si habuerit saltem attritionem.

9 Quæritur quid de pueris relictis à meretricibus in foribus Ecclesiarum, & biuijs, de quibus dubitatur an fuerint baptizati? Respondetur quod sunt baptizandi cum conditione, vt supra dictum est; & idem etiam faciendum est de pueris, quos obstetrices ad templum deferunt, & ab eis baptizatos domi in necessitate asserunt.

10 Quæritur quando debet quis baptizari? Respondet S. Tho. in 4. sent. quæst. 68. art. 3. quam citius potest puer baptizari est magis laudabile. & Conc. Trid. sess. 5. de peccato originali. Primò, quia interim posset mori, & sic damnaretur. Secundò, quia Dæmones non habent tantam potestatem in baptizatis quantam in non baptizatis. Tertiò, quia in pueritia homo facilius assuescit in his, quæ sunt christianæ religionis, & fortius hæret. Sed non ita in adultis: dicit S. Tho. 3. part. q. 68. cum statim conuertuntur, & ratio est, quia, ne in talibus sancta mater Ecclesia decipiatur, vt Ioan. 14. quia non est omni spiritui credendum; Secundo, quia de fide ante baptismum debent esse bene instructi; Tertiò, quia laudabilius est propter reuerentiam sacramenti baptizari in solemnitatibus præcipuis, scilicet in Paschatæ, & Pentecostes, Sot. in 4. sent. distinct. 5. quæst. vnica ar. 3. si verò mortis periculum immineret essent statim baptizandi, Sot. qui supra.

11 Quæritur quomodo fit Baptismus? ℟. Duobus modis; vno immergendo in aquã, alio aspergendo cum aqua; sed quisq; debet seruare ritum Ecclesiæ suæ, vt dictum est supra in cap. 8. de Ritu baptizandi.

12 Quæritur quid significat immersio, vel aspersio in Baptismo? ℟. S. Thom. 3. par. q. 66. ar 6. quod significat sepulturã Christi. Vnde per Baptismum homo moritur, & sepelitur in Christo. Rom. 6. quia per baptismum virtute mortis, & passionis Christi abluuntur peccata nostra, & sicut ipse per mortem, & post mortem positus fuit sub terra in sepultura, & post resurrectionem ascendit è terra. ita homo quando immergitur ponitur sub aqua: quando verò eleuatur ascendit. Solet fieri trina immersio, aut ratione, vel honore, Sanctissimæ Trinitatis, aut quia Christus fuit tribus diebus in sepulcro.

13 Quæritur si omnibus paruulis datur æqualis gratia in Baptismo? ℟. S. Bonau. lib. 4 sent. dist. 4. quod quantũ est de se in Baptismo datur pueris æqualis gratia, & hoc quantũ est de lege communi, & idem S. Tho. Primò, ratione morbi, idest peccati origi-

originalis, qui morbus est æqualis omnibus pueris. Secundo, quia omnes pueri sūt æqualiter dispositi, & nullum habent peccatum actuale, sed tantum originale. Tertiò, quia sacramentum est vnum, & æquale in se; ergo æqualiter operatur in omnibus paruulis. Verumtamen quia Deus non alligauit potentiam suam sacramentis; & ideo potest dare vni plus, & minus si illi placeat.

14 Quæritur quid de pueris qui sine Baptismo decedunt, & de illis, qui in vtero matris moriuntur? ℞. Descendunt ad Lymbum puerorum, vbi est pœna damni, & non sensus, & vbi neque esuriunt, neque sitiunt, nec sentiunt frigus, neque calorem, immò nullam pœnam sensibilem sustinent, sed solum sunt priuati visione Dei, & hæc dicitur pœna damni; Aug. in lib. de fide ad Petrum, & habetur in cap. firmissimè, vers. firmissimè, de cons. dist 4. & idem in cap. nulla ead. dist. Accedit ad prædicta, quod inquit S. Bonauent. in 4. dist. 6. quæst. 1. super litteram, quod triplex status distinguitur in homine post animæ infusionem. Primus, est in vtero; in quo statu manifestus est Deo soli; & per eius voluntatem potest sanctificari, non per nostram cooperationem, cum non cognoscat eum Ecclesiam, nec sit de foro Ecclesiæ. In secundo statu, quia notus est nobis, Deo, & Ecclesiæ, remedium potest habere à Deo, cooperante adiutotio alieno non suo. In tertio statu, cum sit omnibus modis notis; scilicet Deo, & sibi, & Ecclesiæ potest omnibus modis adiuuari. Aliud priuilegium non habent pueri mortui in vteris maternis, nisi martyrium, sicut Innocentes pro Christi nomine, & tandem manet in potestate Dei, qui non allegauit potentiam suam sacramentis, vt dicit Mag. in 4. dist. 1. cap 3. & iste modus dicendi, est catholicus. Parentes verò dum puer est in vtero, debent Deum, pro eo quotidie orare.

15 Quæritur si defunctus resuscitaret, vtrum debeat rebaptizari? ℞. Quod non, quia anima, quæ immortalis est, accepit characterem, quod durat propter animæ immortalitatem, pro quo est notandum, quod character est signum spirituale indelebile distinctiuum fidelis, ab infideli: ideo non confertur in sacramentis, quæ solent iterari, secundum Mag. sent. dist 4. quarti sent. Vnde sciendum est, quod Christus non habuit characterem, quia character est signum, & signum repræsentat signantem, & sic esset ab alio; Christus autem quia est à nullo, nullum habuit characterem.

16 Quæritur quotuplex est pœna? Respondetur quadruplex, quædam est pœna dāni, & sensus, & istam pœnam sustinent damnati in Inferno, & ideo dicitur pœna damni, quia carent visione Dei: pœna verò sensus dicitur, quia patiuntur in anima, & post diem Iudicij patientur in anima, & corpore, vt habetur de diuite Epulone Luc. 16. dicente: Crucior in hac flamma; fuerunt verò aliæ animæ in Limbo, videlicet, Sanctorum Patruum, quæ nec pœnā damni, nec sensus habebant: Aliæ patiuntur pœnam sensus, & non damni, vt sunt animæ in Purgatorio, quæ licet patiantur pœna sensus in anima, non autem pœna damni, quia sperāt quotidie habere visionem Dei. Aliæ autem habent pœnam damni, & non sensus, vt sunt pueri mortui sine baptismo, illi enim habent pœnam damni, quia nunquam habebunt visionem Dei, vt diximus supra.

17 Quæritur an pueri hæbreorum sint similes pueri christianorum, sine baptismo dicentibus, quia nullum peccatum actuale, sed tantum originale habent? Respondetur, quod æqualem pœnam damni habent; At si infidelis cum ad annos discretionis peruenerit, si non suscipit fidem, tunc ipso facto, mortaliter peccat. Nam nullam excusationem potest habere infidelis, quia christiana fides prædicata est per vniuersum mundum Marc. 16. Euntes in mundum &c. Ita quod quandocunque moritur talis infidelis, Iudæus, Paganus, siue Hæreticus, immediate ad Infernum descendit, Marc. 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, qui verò non crediderit condemnabitur.

18 Quæritur si Iudæus, siue Paganus, aut aliquis infidelis, quamuis non sit Christianus faciens contra præceptum Dei, vtrum peccet? Respondetur, quod si id scienter facit, habens vsum rationis, mor-

taliter peccat, & ignorantia eum non excusat, Aug. de gratia, & libero arbitrio. Quia diuina præcepta sunt data, vt nullus excusationem habeat de ignorantia.

19 Quæritur quid de his, qui baptizant imagines, vel rebaptizant puerum? Respondetur, quod isti sunt iudicandi; Hæretici cum manifestè sapiant hæresim, quando ex sui natura, præfertur aliquid quod manifestè est hæresis, sicut baptizantes imaginem præsefer, quod sit capax huius sacramenti, & rebaptizare puerum præsefert, quod bis conferri possit Baptismus, Sylu. in verbo hæresis, 2. quæst. 3. vers. quod quantum.

20 Quæritur si ante baptismum in adultis requiratur confessio specialis exterior? ℞. Quod non, sed requiritur virtus interioris pænitentiæ, S. Tho. in 4. sent. q. 68. art. ad 3.

21 Quæritur ad quid tenentur susceptores in baptismo? Respondetur, tenentur admonere quos tenuerunt, vt castitatem cu stodiant, iustitiam diligant, & charitatem teneant, & ante omnia symbolum, & orationem dominicam docere, de cons. dist. 4. cap. vos autem, & secundum Magist. in 4. dist. 6. à patrino exigitur diligens cura circa eum, pro quo respondit, quod S. Thom. limitat, verum quando notabiliter sunt negligentes.

SVMMARIVM.

1 *Baptismi effectus est omnem culpam originalem, & mortalem delere, & conferre gratiam.*
2 *Per Baptismum tollitur infamia.*
3 *Baptismus non tollit pœnam in foro exteriori, neq; irregularitatem ex bigamia contracta.*
4 *Nulla pænitentia est iniũgenda Iudæis, siue Paganis, quamuis baptizentur in simile ætate.*
5 *Quinque modis statim cum quis moritur euolat ad cælum, & sequitur quomodo saluentur pueri non baptizati.*
6 *Cathechismus quid sit, & exorcismus.*
7 *Cathechismus vnde dicatur.*
8 *Interrogationes quæ debent fieri puero baptizando.*
9 *Effectus Cathechismi, quid.*
10 *Illa quæ sequuntur post Baptismum.*

De effectu Baptismi. Cap. XI.

1 Quæritur effectus Baptismi quid? ℞. Est delere omnem culpã tàm originalem, quã mortalem, & cõferre gratiã, & aperiri ianuã Paradisi, S. Th. in 4. sent. q. 69. ar. 7. Itẽ S. Bonau. super 4. dicit, qđ baptizatus dignè sumentibus, delet oẽm culpã ori ginalem, & venialẽ, & restituit primã innocentiam, quo ad animam, & insuper extin guit ignem inferni, ac etiam Purgatorij, quantum ad ipsum baptizatum, & delet omnem satisfactionem, quam in præsenti vita pro peccatis suis homo deberet explere, Aug. in Enchiridion cap. 43. & vt habetur de cons. dist. 4. cap. per bapt. & Ambr. qui allegatur à Mag. sent. 4. dist. 4. dicit quod in Baptismo non requiritur gemitus peccatorum, quia gratis omnia cõdonantur. In Baptismo sic omnia, & originalia delicta, & propterea commissa mundantur, vt illi nos restituat puritati, in qua Adam noscitur esse procreatus, Cassiod. super Ps. 5. vide part. 4. c. 2. num. 5.

2 Quæritur vtrũ Baptismũs deleat infamiã? ℞. Quod per Baptismum tollũtur, & consequẽter quæ ex peccatis in quantũ ꝑ peccata cõsequuntur, & infamia sequitur peccatũ sub ratione peccati, ideo tollitur, vt in c. sine pænitentia, de cons. dist. 4. ibi glos.

3 Quæritur vtrum Baptismus tollat pænã peccato debitam in foro exteriori? ℞. Sm̃ S. Tho. quod non, & sm̃ Petr. de Palud. qui dicit, quod Baptismus nõ tollit suspendiũ à fure, nec pænã Ecclesiasticam, vt irregularitatem, quæ ex bigamia cõtrahitur, sed illã, quæ sequitur homicidium, sm̃ veriorem opinionem, c. quis viduã dist. 50. glos. tñ in c deinde, dist. 26. videtur dicere, qđ tm̃ tollit, q̃ seqtur homicidiũ cũ peccato.

4 Quæritur infidelis, Iudæus, siue Paganus, si in senile ætate baptizaretur, vtrũ sit illi aliqua pænitẽtia imponẽda? ℞. Quod nõ, imò si mille annis vixisset, & omni die mille peccata mortalia ꝑpetrasset, si cõteretur fidemq; susceperit, & cum deuotione baptizatus fuerit, tunc nulla pænitentia satisfactoria est illi imponenda, nam Baptismus tollit omnẽ satisfactionẽ; Sot. dist. 5. q. vnic. ar. 4. & si talis immediatè post Baptismũ, moreretur statim euolaret ad cælũ.

5 Quæritur vtrũ homines in hac vita poſſit Deo ſatisfacere, vt nihil ſatisfactionis reliquũ ſit in purgatorio ſoluendũ? ℞. Quod ſi aliquis dicit fieri non poſſe, vt vllus homo in pñti vita perficiat, & ſoluat tãtas, tamq̃ diuturnas pænas pp humanæ vitæ imbecillitatem, & breuitatem, poteſt tamen homo illas pænas redimere indulgentijs, quę ſumuntur ex theſauro Eccleſiæ, & ita non tantum ſatisfaciet Eccleſiæ, verum etiam diuinæ iuſtitiæ, & ad plenũ quidem iuxta de cauſa dantur indulgẽtiæ, nam ſicut diuina iuſtitia per miniſtros Eccleſiæ tẽporales pænas taxauit; ita diuina miſericordia, per miniſtros Eccleſiæ, taxatas pænas relaxat, dum præcio, quod ex theſauro Eccleſiæ depromitur, ſoluuntur diuinæ iuſtitiæ illa temporalium pænarum debita.

Item quinq; modis, cũ quis moritur ſtatim euolat ad cælum. Primò, per baptiſmum paruulorũ, in quo ipſi paruuli directè paſſioni Chriſti configurantur, quia quantum eſt ex ſe, baptiſmus delet omnẽ culpã originalem, & mortalẽ, (vt diximus) & ſi baptizatus ſic moreretur, ſtatim euolaret ad cælum, & in ſignũ huius veritatis, Chriſto baptizato, apti ſũt cæli, vt habetur Matth. c.3. Secundò, per martyrium; vnde, vt dicitur 25. q.1. cap. meritò, qui pro Chriſti nomine moriuntur, proculdubio, vitam æternam cõſequuntur. Priuilegium enim Martyrum eſt hoc, quod qui per Chriſto mortem ſuſtinent in terris, æternam vitam inueniunt in cælis.

Rurſus Baptiſmus ſanguinis eſt etiã paruulis, ob martyrij priuilegium conferendi gratiam ex opere operato, imò Sot. in 4. diſt. 3. quæſt. vnica art. 11. tenet quod prodeſt etiam paruulis in maternis vteris exiſtentibus, ſi eorum matres pro Chriſto martyrium ſubirent. De paruulis natis, quod in odium Chriſti, & Chriſtianæ religionis occiduntur, non eſt dubium, vt patet de Innocentibus. De illis aũt qui in maternis vteris exiſtunt, & nõ ſunt capaces baptiſmo aquæ, piè creditur, cum ipſi quoque propter Chriſtum cum matre occidũtur, Caiet. autem loco hoc non eſt audiendus, qui de pueris ante vſum rationis, quibus ſacramentũ Baptiſmi aliqua de cauſa applicari non poteſt, dicit quod ſigno crucis cũ inuocatione ſanctiſs. Trinitatis muniatur, ſufficit eis ad ſalutẽ, quod ẽt extendit ad illos, qui in vtero moriuntur, licet de iſtis, non ita aſſertiuè loquatur, & hoc vocat Dei ſupplementum, vbi ſacramẽtum, vel aliquid eſſentiale ei deeſt. Non negamus Deum id facere poſſe, cũ eius virtus, non ſit alligata ſacramentis, nec ẽt negamus Deũ, aliquos ſine ſacramento ſanctificaſſe, ſed dicimus hoc non poſſe, per certa, & vniuerſali regula aſſignari, vt videtur aſſerere Caietanus, & de illis, qui ſine baptiſmo moriantur, quantumcũq; ſignẽtur ſigno crucis, niſi de eorum ſalute aliqua habeatur reuelatio non eſſe loquendum, iuxta priuilegium quibuſdam factũ, ſed ſecundum legem, quam in Euangelio habemus: Niſi quis renatus fuerit &c. cõtra hanc Caiet. ſentẽtiam, Sot. in 4. diſt. 5. quæſt. vnica art. 2. & 11. facit multa argumenta, at ego illis relinquo. Tertiò, quòd plenariam indulgentiam cõſequuntur, ſed ſciendum eſt, quod indulgẽtiæ proſunt illis qui ſunt diſpoſiti, & faciunt ea, propter quæ indulgẽtiæ datæ ſũt, & ſi quis ſic moreretur ſtatim ad cælũ euolaret, quia nullum eſt impedimẽtum aſcendendi ad cælum, ex quo quis moritur in gratia, niſi ſolutio pænæ: & S. Tho. in 4 ſent. diſt. 20. dicit, quod qui indulgẽtias ſuſcipit, non abſoluitur (ſimpliciter loquendo) à debito pænæ, ſed datur ſibi de Theſauro Eccleſiæ, vnde debitum ſoluat, ergo cum remiſſa eſt pæna illa tota per indulgentiam, idẽ eſt, ac ſi eſſet ſoluta; & ſic iuſtitiæ Dei ſatisfacta eſt, cum ex Theſauro Eccleſiæ illa pæna ſoluta eſt. Quartò per ingreſſum religionis approbatæ, in qua regulariter viuitur, vbi ſciendum eſt ſecundum S. Tho. 2. 2. quæſt. vlt quod quis rationabiliter conſequitur plenariã remiſſionem omniũ peccatorum, per ingreſſum religioſis, ſicut per aſſumptionis; Nam hoc eſt holocauſtum, maximũ quo quis totaliter mancipatur per religionis ingreſſum, quod recedit omne genus ſatisfactionis, vt habetur 16. quæſt. 1. cap. admonere. Religioſus enim offert Deo omnis res temporales, imò mundum totum propter Deum relinquit, & hoc per votum paupertatis, amodò nunquam per proprium denarium poſſidendo, vt patet 12. quæſt. 1. cap. dilectionis: vbi dicitur. In Religione exiſtens non debet habere denarios, ſi non vult perire cum illis. Item

offert Deo corpus voto castitatis, & abstinentiæ. Item offert Deo propriam voluntatem, & hoc per votum obedientiæ; quod est maximum sacrificium, resignare propriam volũtatem propter Deũ, & subijcere eam prælato suo. Item sciendum est, quod eandem gratiã consequuntur ingredientes, & profitentes religionẽ, quam consequuntur baptizati. Item S. Thom. dicit, quod si per ingressum religionis, non absolueretur ab omni reatu pænæ, nihilominus ingressus religionis vtilior esset, quam peregrinatione Terræ sanctæ ad promotionem ad bonum, quod præponderat absolutionem à pæna, & quando quis profitebitur, si intendit seruare ea, quæ in professione permittit, scilicet regulam, & ordinem suum, à primo ingressu, indulgentiam consequitur, & si non intendit seruare, sic profitendo, statim peccat mortaliter. Vnde August. dicit, Difficile expertus sum meliores, quam qui in monasterijs deferuntur, & 47. cap quantumlibet. habetur dist. Quintò, qui per opera pænalia plenam peccatorum suorum satisfactionem impleuit. Vnde Ber. dicit, Quantũcunque peccator magnus sit, tamen potest cum pænitentia tantum mundo sustinere pænam, quod dimittetur ei tota pæna, ad quam est obligatus. Pro quo est sciendũ quod pænitentia, & satisfactio, quæ iniũgitur, aut est maior, aut æqualis, aut minor. Si pænitẽtia est maior, quam peccata requirant, tunc superfluum illud cedit homini in præmium. Si minor, tunc residuum supplebit in purgatorio. Si æqualis, statim euolat ad cælũ.

Multa sunt quæ præcedunt Baptismum, & quæ sequuntur: illa verò, quæ præcedunt sunt Cathechismus, & Exorcismus.

6 Quæritur quid est Cathechismus? ℞. Secundum S. Thom. 4. sent. dist. 6. q. 2 ar. 2. quod est instructio credendorum explicitè baptismum præcedens, ordinans ad bonum, nihil efficiendo, sed instruendo tantum. Item Cathechismus, & Exorcismus, sunt tanquam præparatoria, & præmittuntur in baptismo, vt in ipso gratia efficacius operetur. Tribus de causis Cathechismus institutus est. Primò, propter instructionem de articulis in cõmunibus ad fidei susceptionem. Secundò, propter instructionem ad fidei professionem. Tertiò, propter responsionem ad fidei obseruationem, qui verò est adultus, habet peccatum proprium; & per se debet respondere ad ea, quæ requiruntur ab eo: Sed paruulus, qui actuale peccatum nullum habet, nec per se respondere potest: requiruntur ideo hæc per Vicarium, qui pro ipso respondeat, de fidei obseruantia. Exorcismus autem institutus est, vt à baptizando diaboli potestas, repellatur. Nã propter peccatum hominis diabolus in hominem potestatem accipit; & ideo tàm adulti, quàm paruuli exorcizari debent ad expulsionẽ diabolicæ potestatis.

7 Quæritur vnde dicitur Cathechismus? ℞. Secundum Panorm. in cap. dilectus de capel. mo. in glos. vers. cathechisms, quod dicitur à cathechizo, idest doceo, vel instruo: Iste actus ergo instructionis vocatur Cathechismus, & in eo nulla contrahitur cognatio spiritualis.

8 Quæritur quæ interrogationes fieri debent in puero baptizando? ℞. Quod cũ primum baptizandus ad Ecclesiam portatur, tunc primò, interrogatur an abrenuntiet diabolo, & respondent patrini, abrenuntio: Et iterum interrogatur vtrum credat in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & Patrini respondent, credo. & propter hoc baptizãdus instruitur de vita, & fide. De vita enim docetur renuntiare diabolo: De fide verò docetur credere in S. Trinitatem. Interrogatur etiam si credit in Ecclesiam catholicam, Sanctorum cõmunionem, remissionem peccatorum. Respondent patrini, credo. Deinde per sacerdotem in faciem paruuli insufflatur, vt expellantur ab eo diabolicæ potestates, & vt per pium sacerdotis misterium, malignus spiritus cedat Spiritui Sancto, de cons. dist. 4. cap. postquam se, & cap. sacerdos, ead. dist. & secundum S. Aug. hæc omnia fiunt ex imperio Saluatoris, qui dixit discipulis suis: Ite docete omnes gentes baptizantes eos, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

9 Quæritur quid est effectus cathechismi? ℞. Secundum S. Thom. in 4. sent. dist. 6. quod cathechismus habet effectum in corpore, & in anima, quia miniut potestatem dæmonis, ne possit tantum in homine sicut prius, & ne Baptismum, & alia bona impediat.

10. Quæ-

10 Quæritur quæ ſunt illa, quæ ſequuntur Baptiſmum? ℞. Sunt iſta tria. Primum eſt vnctio Chriſmatis in vertice quæ ſignificat deſcenſus Spiritus Sancti. Secundum eſt veſtis alba, quæ deſignat innocentiæ puritatem. Tertium eſt candela, quæ in manu ponitur, quæ deſignat lumen cognitionis, quod debet habere baptizatus, in bonis ſectandis, & malis euitandis.

De exorciſmo vide in cap. 46. nu. 15. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio eſt ſacramentum nouæ legis.*
2 *Confirmationis ſacramentum à Chriſto inſtitutum.*
3 *Quæ ſunt de ſubſtantia ſacramenti Confirmationis.*

De Confirmatione. Cap. XII.

1 QVæritur quid eſt Confirmatio? ℞. Eſt ſacramentum nouæ legis, quo datur gratia, animam corroborans ad fidei confeſſionem. Item eſt vnctio Chriſmatis in fronte baptizati facta ab Epiſcopo ſub præſcripta forma verborum videlicet. Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis &c.

Item ſecundum S. Thom. part. 3. q. 72. art. 1. ad 2. Cõfirmatio eſt ſacramentum ſpeciale, ordinatum ad quandam perfectam ætatem ſpecialem, & ſicut Baptiſmus ordinatur ad regenerationem vitæ, ita Confirmatio, poſt Baptiſmum ordinatur ad pugnam: Vnde in cap. Spiritus Sanctus, de cõſ. diſt. 5. dicitur Spiritus, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifere deſcendit lapſu in fontem plenitudinem tribuit ad innocẽtiam in confirmatione augmentum præſtat ad gratiam; In baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam; in baptiſmo abluimur; poſt baptiſmum roboramur.

Item Confirmatio, ſecundum Scot. in 4. ſent. diſt. 7. quod eſt vnctio hominis viatoris aliqualiter conſentientis, vel libero arbitrio nunquam vſi, facta in fronte in figura crucis cum chriſmate ſanctificato, & hoc à miniſtro idoneo, ſimul cum intentione debita inungente, & certa verba proferente, ſignificat efficaciter ex inſtitutione diuina vnctionẽ animæ. Per gratiam roborantem, ad confitendum cum fiducia fidem Chriſti. Item ſecundum Nauarr. cap. 22. num. 8. quod Confirmatio eſt ſacramentum vnctionis chriſmatis conſecrati, quo Epiſcopus frontem baptizati inungit, ſub certa forma verborum.

2 Quæritur à quo fuit inſtitutum ſacramentum Confirmationis? ℞. Secundum S. Thom. in 4. ſent. diſt. 7. quod à Chriſto, quando impoſuit manus ſuper pueros nõ exhibendo, ſed promittendo, ſecundum illud Io. 16. Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos, & hoc ideo, quia in hoc ſacramento datur plenitudo Spiritus Sancti, quæ non erat danda ante Chriſti Reſurrectionem, & Aſcenſionem; ſecundum illud Io. 7. Nondum erat Chriſtus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.

3 Quæritur quot ſunt de ſubſtantia ſacramenti Confirmationis? ℞. Sex, duo ex parte ſacramenti in ſe, ſcilicet, Materia Chriſmatis, & forma verborum; duo ex parte miniſtri, ſcilicet, dignitas, Pontificalis, & debita intentio; & duo ex parte ſuſcipientis, ſcilicet frons, in qua debet fieri chriſmatio, & quod confirmandus ſit baptizatus.

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis materia, quæ.*
2 *Quare aditur balſamum oleo.*
3 *Balſamum quid ſignificat.*
4 *Oleum quid ſignificat.*

De materia Sacramenti Confirmationis. Cap. XIII.

1 QVæritur quæ eſt materia ſacramenti Confirmationis? ℞. Secundum S. Thom. in 3. part. quæſt. 72. art. 2. 3. & 4. quod eſt, chriſma confectum ex oleo oliuarum, & balſamo, ab Epiſcopo conſacratum, vt bene dicitur in Concil. Trid. ſeſſ. 7. can. 2. de Confirmatione, & quamuis non ſit ſubiectum gratiæ, vel conſecrationis ſpiritualis: eſt tamen inſtrumentum ad cauſam, dum gratiam &c. Vnde ſecundum eundem S. Tho. in 4. ſent. diſt. 7. quod gratia confertur in hoc ſacramẽto,

non solum communiter, sicut in quolibet sacramento confertur gratia, mundans à peccato; sed est specialis gratia, per quã quis deputatur ad effectum sanctitatis, & fit idoneus ad Christum confitendum: Vnde grato facit magis gratum.

2 Quæritur quare in Confirmatione additur balsamum oleo? ℞. Quoniam fide operante per dilectionem lucere, & bona fama redolere, ad honorem Dei, & ad vtilitatem proximi debemus: Odor enim balsami in oleo bonam operationem longe, lateq. diffusam gratiam Spiritus Sancti cooperante demonstrat.

3 Quæritur quid significat balsamum? ℞. Quod bonam famam, propter eius bonum odorem, significat.

4 Quæritur quid significat oleum? ℞. Quod propter charitatem, nitorem conscientiæ, quam habere debemus significat.

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis forma.*

De forma Sacramenti Confirmationis. Cap. XIV.

QVæritur quæ est forma huius sacramenti Confirmationis? ℞. Secundũ S Tho.3.par.q.72.art.4 quod hæc est: Cõsigno te signo crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

In qua forma tria ponuntur. Primum est causa sanctificationis, ibi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Secundum est ipsum robur spirituale, quod homini confertur per hoc sacramentum, ibi: Confirmo te Chrismate salutis.

Tertium est signum, quod pugnatori datur ibi, Signo te signo crucis.

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis Minister est Episcopus.*
2 *Chrisma Episcopus conficiens debet Missam celebrare.*
3 *Chrisma nouum debet cõfici singulis annis.*
4 *Chrisma non debet accipi nisi à proprijs Episcopis.*
5 *Chrisma Abbates accipientes ab aliis, quomodo peccent.*
6 *Papa potest committere sacramẽtum Chrismatis simplici sacerdoti.*

De Ministro Sacramenti Confirmationis. Cap. XV.

1 QVæritur quis est Minister huius sacramenti? ℞. Secundum omnes Theologos, quod est solus Episcopus, de conf.dist.5. cap.manus, cap.nouissimæ, & cap. ieiunij, & Conc. Trid. sess. 7.can.4. de Confirmatione.

2 Quando Episcopus vult Chrisma conficere, debet Missam celebrare in Ecclesia cathedrali, nisi ex iuxta causa fuerit impeditus, extra de celebratione Miss. cap. te referente.

3 Chrisma nouum debet confici singulis annis in cœna Domini, & vetus in Ecclesia cremari, de conf.dist.3. cap.litt.

4 Chrisma non debet accipi, nisi à proprijs Episcopis, de conf.dist.4. cap.Presbyter.

5 Abbates Chrisma accipientes ab alijs, peccant; nisi habeant priuilegium, vt possint accipere, à quibus velint, vt dicit glo. ibidem.

6 Quæritur si Papa potest committere hoc sacramentum simplici sacerdoti? ℞. Quod sic, quia habet in Ecclesia plenitudinem potestatis, S.Thom quæst.72. ar.11. in 4. sent. & vt habetur dist. 95. cap. peruenit, & Vrbanus Papa, dicit, Omnes fideles per manus impositionem Episcoporũ Spiritum Sanctum post Baptismum accipere debent, vt pleni Christiani inueniãtur, de conf.dist.5.cap. manus, cap. nouissime, & cap.ieiunij.

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis sacramentum omnes christiani suscipere debent.*
2 *Confirmationis sacramentum characterem imprimit.*
3 *Confirmationis sacramentum quando confertur.*
4 *Confirmationis sacramentum quomodo debet dari, & recipi.*
5 *Confirmationis sacramẽtum datur in fronte.*

De suscipiente Confirmationem. Cap. XVI.

1 QVæritur qui debent suscipere sacramentum Confirmationis? ℞. Secundum S. Tho. in 4. sent. dist. 7 2. art. 8. ad 4. quod omnes christiani, tàm viri, quã mulieres; dummodo habeant vsum rationis, hoc est, vt sint apti ad confitendũ nomen Christi, & ideo deberent expectare vsque post septemnium; quia melius recordantur, cuius gratia datur Alapa.

Episcopus non consecratus, secundum Petr. de Pal non potest confirmare, quia est actus ordinis, nec debet confirmare subditos aliorum Episcoporum, si tamen facit, tenet, nec incurrit suspensionem (sicut ordinando alienos) nõ enim est lege cautum.

2 Hoc sacramentum imprimit characterem, & ideo iterari nõ potest sine peccato mortali, confert gratiam, & in eo cõtrahitur spiritualis affinitas (sicut in Baptismo) impediens matrimonium.

3 Quæritur quando confertur hoc sacramentum Confirmationis? ℞. Quod omni tempore potest cõferri, sicut potest dari Baptismus, & Chrisma confici, de sent. excõmun. cap. cum ex eo, & eod. tit. cap. quoniam lib. 6.

4 Quæritur quomodo debet conferri hoc sacramentum? ℞. Secundum S. Tho. loco citato art. 12. ad 2. quod debet dari, & recipi à ieiunis propter reuerentiam sacramenti, sed non est de præcepto, & si confirmandus est adultus, debet confiteri (si commisit peccatum mortale) vt in dicto cap. ieiunij.

5 Quæritur hoc sacramentum datur homini in fronte? ℞. Vt homo Christum sine timore, & rubore audacter confiteatur, extr. de sacr. vnit. cap. 1. Inter omnia autẽ loca corporis humani, maxime frons manifesta est, quæ quasi nunquam obtegitur, & ideo datur in fronte, vt manifeste confirmatus ostendat se esse christianum, S. Tho. q. 72. art. 9.

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis effectus est robur ad Christi fidem confitendum.*
2 *Confirmandus debet ab alio teneri quamuis sit adultus.*
3 *Confirmandum vnus, non plures tenere debet.*
4 *In Confirmatione vir vxorem tenere nõ debet, nec è contra.*
5 *Cõfirmatio an sit de necessitate salutis: cum sequentibus.*
6 *Qui ordinandi sunt, debent prius confirmari.*
7 *Confirmatio ante Baptismum non tenet.*

De effectu sacramenti Cõfirmationis. Cap. XVII.

1 QVæritur quis est effectus sacramenti Confirmationis? ℞. Quod est robur, vt indubitanter fidem Christi, & nomen eius confiteatur.

2 Quæritur cur ille, qui confirmatur quãuis sit adultus debeat teneri ab alio? ℞. Secundum S. Thom. vbi supra art. 10. quod licet ille sit adultus corporaliter, nõdum tamen est adultus spiritualiter, & sicut ille, qui de nouo natus indiget alio, qui eum instruat in his, quæ pertinent ad conseruationem vitæ; ita qui assumuntur ad pugnam indigent instructore, à quo doceantur ea, quæ pertinent ad modum certaminis.

3 Quæritur quot possunt tenere ad Confirmationem? ℞. Quod vnus tantum, vel vna, quia non est distinctio sexus, de cons. dist. 4. cap. non plures, sicut in Baptismo, & ille qui tenet debet esse confirmatus, secundum S. Thom. 3. part. q. 72. art. 11. Si tamen plures sunt, tenentes omnes efficiũtur compatres suscepti, de cog. spirituali cap. fin. lib. 6.

4 Vir non debet tenere vxorem, vel è conuerso, quia oriretur impedimentum cognationis spiritualis, nec pater propriũ filium; nec è contra, neque frater fratrem, aut sororem, quia inter eos carnale vinculum sufficit.

5 Quæritur si hoc sacramentum Confirmationis est de necessitate salutis? Respondetur quod non, sed dimittens ex contemptu, mortaliter peccat, ex negligentia verò tantum venialiter, secundum Caiet. quia debet esse sibi sollicitus de sacramẽto cõmuni omnibus christianis

ad

ad robur fidei à Christo instituta.

6 Qui ordinandi sunt prius debent confirmari; quia ordo præsupponit characterem, confirmationis (non de necessitate) sed de congruentia secundum S.Thom. 4. sent.q.35.art.4.

7 Quæritur an possit dari confirmatio ante Baptismum? ℞. Quod non, nec data teneret.

SVMMARIVM.

1 *Eucharistia est sacramentum in cibum spiritualem animæ.*
2 *Eucharistia est sacramentum, & sacrificium.*
3 *Eucharistiæ sacramentum sunt species ipsæ.*
4 *Eucharistia est vnum sacramentum quamuis sub diuersis speciebus contineatur.*
5 *Eucharistiæ sacramentum est de necessitate salutis.*
6 *Eucharistiæ sacramentum vocatur pluribus nominibus.*
7 *In Eucharistitia post consecrationem nihil de substantia panis, & vini remanet.*
8 *In Eucharistia Christus est totus in tota, & totus in qualibet parte hostiæ.*
9 *In Eucharistiæ sacramento, & sub vnaquaque specie manet Christus totus.*
10 *In Eucharistia Christus manet tandiù, quã diù manet species pani, & vini.*
11 *In Eucharistia Christus est adorandus adoratione latriæ.*
12 *In tam parua specie panis, manet Christus tàm magnus, quàm in cruce pependit.*
13 *In hoc sacramento Christus est sicut fuit in vtero matris, & sicut fuit in cruce.*
14 *Christus post sumptionem manet in specie panis in stomaco, quandiù species ipsæ manent indigestæ.*
15 *Vtrum Christus moueatur in sacramento.*
16 *Vtrum Christus manducauit se ipsum in die cœnæ.*
17 *Eucharistiæ, & Baptismi sacramentum Christus instituit in propria persona.*
18 *Eucharistiæ sacramentum fuit multis reuelatum.*
19 *In die cœnæ Christus dedit corpus suum Iudæ proditori.*
20 *Quare Christus dedit corpus suum Iudæ proditori.*
21 *Quomodo intelligitur dedisse corpus suum ad perniciem.*
22 *Corpus passibile in die cœnæ dedit Christus discipulis suis.*

Vide plura in cap. 18. secund. part. de Miss. aud.

De Sacramento Eucharistiæ. Cap. XVIII.

1 QVæritur quid est Eucharistia? ℞. Quod Græca dictio est;& idem est quod bona gratia Eucharistia est sacramentum nouæ legis à D. N. institutum in cibum spiritualem animæ. Eucharistia est sacramentum altaris, & conficitur ex pane, & vino, secundum S. Tho. 3.part.q.74.art.1. diximus cibum spiritualem animæ, iuxt. illud Matth. 26. Accipite, & comedite, & de cons. dist. 2. Panis, quia suscitasti à peccatis per Baptismum,& confirmati per Confirmationem, ne laborantes in via præsentis vitæ in certamine spirituali deficiant, opus enim habent spirituali cibo refici, alioquin Saluatore testante; si dimissi fuerint ieiuni, deficiant in via,Matth. 15.

Ideo post duo sacramenta, sequitur tertium, scilicet venerabilis Eucharistiæ sacramentum, quod est cibus animarum nostrarũ, iuxta illud Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem &c. Et vt à fidelibus frequentetur Saluator hortatur dicens: Accipite, & & comedite; Et rectus ordo seruatur sic vt post Baptismum, & Confirmationẽ ab adultis sumatur hoc salutare sacramentum. vt Exodi 24. legitur, quod submersis Aegyptijs in mari rubro, transitoq. mari prædicto, filij Israel, nouũ Pascha in azimo pane fecerunt in deserto; sic nos submersis dæmonibus in Baptismo cum peccatis nostris in deserto huius mundi Pascha nouum in azimis sinceritatis, & veritatis huius sanctissimi panis facere debemus.

2 Quæritur si Eucharistia sit sacramentũ? ℞. Quod est sacramentum,& sacrificium: sacramentum quantum admodum cibi, & potus, significans gratiæ spiritualis nutritionem; Quantum verò sacrificium est oblatio, & consecratio veri corporis, & sanguinis Christi, significans Christi oblationem, & mortem in cruce. Vtroque modo

modo tamen inſtituta eſt à Chriſto in die cœnæ, vbi inſtituti ſunt Apoſtoli ſacerdotes.

Item quatenus ſacramentum eſt maximum, & digniſſimum omnium ſacramentorum, vt inquit Paludenſis diſt.8. q. 1. lib. 4. & Scot. diſt. 8. q. 1. lib. 4. & ita determinatur in multis concilijs, & firmiter eſt de fide tenendum ab omnibus Chriſtianis. Item idem habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 13. can. 2. Eccleſiam cantat: Tantum ergo ſacramentum &c. Et tandem excellit cætera ſacramenta, & quaſi conſumatiuum eſt omnium aliorum, ſicut charitas omnium virtutũ. Bruliſer. diſt. 10. q. 1. lib 4. & Gabr. in ſermone quodam de corpore Chriſti, qui incipit: Memoriam fecit &c. & in illo, Eſurientes impleuit bonis &c.

3 Quæritur quid eſt illud, quod vocamus ſacramentum; an ſit actio ipſa, puta conſecratio, vel ſumptio Euchariſtiæ, vel aliquid aliud? ℟. Secundum S. Tho. 3 part. q. 73. art. 1. ad 3. & q. 78. art. 1 ad 2. & Sot. in 4. ſentent. diſt. 8. quæſt. vnica, art. 2. quod nec conſecratio, nec ſumptio Euchariſtiæ eſt ſacramentum, nec pars ſacramẽti; ſed ſacramentum Euchariſtiæ perfectũ eſt, id, quod remanet poſt conſecrationẽ, nam ſicut Baptiſmi forma ſine materia nõ eſt ſacramentum baptiſmi, ita nec conſecratio Euchariſtiæ eſt ſacramentum, nec ipſa ſumptio, ſed ſpecies ipſæ, & corpus Chriſti; ſunt ſacramentum, 1. q. 1. cap. pæn. & infra cap. 22. par. 2.

4 Quæritur ſi corpus Chriſti, quod continetur ſub diuerſis ſpeciebus, nempe panis, & vini, eſt vnum ſacramentum, vel plura? ℟. Quamuis ſub diuerſis ſpeciebus contineatur corpus Chriſti, vnum tamen eſt ſacramentum, non vnitate naturalis, cum ſpecies ſacramentales differant ſpecie, ſed vnitate finis, quia omnia quæ in eo ſunt, ordinantur ad vnum finem, ſcilicet ad continendum Chriſtum, vel ad faciendum vnitatem corporis Chriſti.

5 Quæritur ſi ſacramentum Euchariſtiæ eſt de neceſſitate ſalutis? ℟. Quod eſt præceptum Domini. Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Sacramentum hoc eſt de neceſſitate præcepti Eccleſiæ, vt deffinitum eſt in cap. omnis vtriuſque ſexus, de pænitentijs, & remiſſionibus, & longe efficacius. Item in Cõc. Trid. ſeſſ. 13. can. 9. ſic diffinitum eſt, cuius verba ſunt hæc: Si quis negauerit omnes, & ſingulos Chriſti fideles vtriuſque ſexus cum ad annos diſcretionis peruenerint, teneri ſingulis annis, ſaltem in Paſchate, ad communicandum, iuxta præceptum ſanctæ matris Eccleſiæ. Anathema ſit.

Item ſacramentum Eccleſiæ non eſt ita de neceſſitate ſalutis, ſicut Baptiſmus, quia nemo poteſt ſaluari, ſine baptiſmo realiter, vel in voto ſuſcepto; & tamen ſine Euchariſtia poſſunt ſaluari multi, vt de facto ſaluantur pueri baptizati.

6 Quæritur quare hoc ſacramentũ nominatur pluribus nominibus? ℟. Propter diuerſas proprietates, vel effectus: Vocatur Euchariſtia, quod ſonat bona gratia, quia gratia Dei vita æterna. Dicitur ſacrificium reſpectu præteriti temporis, quia eſt cõmemoratiuum Dominicæ paſſionis. Dicitur communio, vel ſynaxis reſpectu rei præsẽtis, ſcilicet Eccleſiæ vnitatis, qui cõmunicamus adinuicem, & vnimur per ipſam. Dicitur viaticum reſpectu temporis futuri, in quantum hoc ſacramentum eſt præfiguratum fruitionis Dei, quæ erit in patria; nam oſtendit nobis viam illuc perueniendi. Dicitur etiam Græco Metalepſis, ideſt aſſumptio, nã vt inquit Damaſc. lib. orthod. fid. cap. 14. quod per hoc filij deitatem aſſumimus hæc S. Tho. q. 73. art. 4.

7 Quæritur ſi in Euchariſtia poſt conſecrationem remanet ſubſtantia panis, & vini? ℟. Secundum S. Thom. q. 75. art. 2. imò omnes Doctores dicunt quod non, & hoc de fide tenendum eſt, fuit hoc determinatum in Conc. Conſtan. ſeſſ. 8. vbi condemnatus fuit Vuicleff. qui oppoſitũ tenebat. Item in Conc. Lateran. in cap. firmiter, de ſumma Trinitate, & fide cath. Item in Conc. Trid. ſeſſ. 13. can. 2. cuius verba ſunt hæc: Si quis dixerit in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento, remanere ſubſtantiam panis, & vini, vna cum corpore, & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, negaueritq. mirabilem illam, & ſingularem conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, manentibus dumtaxat ſpeciebus panis, & vini, quam quidem conuerſionem catholica Eccleſia aptiſſimè tranſubſtantiationem appellat. Anathema ſit;

De-

Definit autem, per consecrationem esse ibi panis materia, & forma, manibus accidentibus, & incipit ibi esse corpus Christi loco panis.

8 Quæritur vtrũ Christus sit totus in hostia, & totus in qualibet parte hostiæ? ℞. Iuxta fidem catholicam affirmatiuè, sic enim diffinitum fuit in Conc.Flor.sub Eugen. 4. & in Conc. Trid.sess.13.can.3. cuius verba sunt hæc: Si quis negauerit in venerabili sacramento Eucharistiæ sub vnaquaque specie, & sua singulis cuiusq. speciei partibus separatione facta, & totũ Christũ contineri. Anathema. & S.Tho. q.76.art.1.2.& 3.& vt infra cap. 22.par.2.

9 Quæritur an prædicta continentia, & existentia corporis, & sanguinis Christi,& totius Christi, sub speciebus panis, & vini, sit vera, & realis? ℞. Affirmatiuè sm̃ fidem catholicam,& ita diffinitur in Cõc. Trid.sess.13. can.3. cuius verba sunt hæc. Si quis negauerit in sanctissimæ Eucharistiæ sacramento contineri verè, & realiter, & substantialiter corpus, & sanguinẽ, vna cum anima, & diuinitate D.N. Iesu Christi, ac perinde totum Christum, sed dixerint tantummodo esse in eo, vt in signo, vel figura, aut virtute. Anathema sit.

10 Quæritur an huiusmodi realis existentia totius Christi, & partium eius in hoc sacramento duret, dumtaxat pro tempore, quo sacramentum est in vsu, hoc est, si sit ibi verè, & realiter solummodo quãdo sacramentum sumitur? Respondetur quod est ibi ab instanti consecrationis, & transubstantiationis vsque dum species ipsæ panis, & vini desinant esse in rerum natura, & sic in Conc. Trid.sess.13.can.4. cuius verba sunt hæc; Si quis dixerit per acta consecratione, in admirabili Eucharistiæ sacramento non esse corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, sed tantum in vsu, dum sumitur, non autem ante vel post, & in hostijs, seu particulis consecratis, quæ post communionem reseruantur, vel supersunt, non remanere verum corpus Domini. Anathema sit.

11 Quæritur si Christus in Eucharistia est adorandus adoratione latriæ interno, & externo cultu? Resdondetur affirmatiuè, & sic diffinitur in Cõc. Trid.sess.13. can.6. cuius verba sunt hæc. Si quis dixerit in sancto sacramento Eucharistiæ Christum vnigenitum Dei filium non esse cultu latriæ, etiam externo adorandum, atque ideo, nec festiua peculiari celebritate venerandum, neq; in processionibus secundum laudabilem, & vniuersalem Ecclesiæ sanctæ ritum,& consuetudinem solemniter circumgestandum, vel non publicè, vt adoretur populo proponendum, & eius adoratores esse idolatras. Anathema sit. Et licet etiam in sacrario reseruari, & ad infirmos quoq; honorificè deferri, vt ead. sess.can.7.patet.

12 Quæritur quando Christus tàm magnus, quàm in cruce pependit, possit esse sub tam parua specie panis? Respondetur quod Deo omnia possibilia sunt Luc. c. 1. & exemplum possumus recipere in naturalibus, sicut in pupilla oculi, vel in speculo; vbi videmus quod vnus mons totus, vel tota turris quantumcunque magna in paruo speculo, vel pupilla oculi, secundum figuram eius se recolligit, & figuratur, & tam oculus est quasi punctus, respectu talis rei; si hoc facit natura, non ne creator naturæ plus potest.glo.in clem. cap.si Dominum. extr.de reliqui.

13 Quæritur quando Christus sit in sacramento? Respondetur secundum S. Tho. in 4.dist. 10. quod idem est Christus qui de Virgine natus, & pro nobis passus est, in hoc sacramento continetur, & Conc. Trid.sess.13.cap.1. & 3.

14 Quæritur quandiù Christus maneat sub specie panis? Respondetur quod quamdiù species non digestæ sunt tamdiù in in stomaco sub dictis speciebus, & in qualibet parte visibili; & si iste, qui communicauit, est bonus, & bene dispositus, tunc post digestionem, manet effectus, idest gratia sacramenti: si autem malus, tunc post digestionem, recedit Christus ab eo: Nam in os Iudæ Christus in sacramento intrauit, sed quia immundum, & pollutum cor habuit, ideo ab eo Christus statim recessit: Simile est si in aliquam immunditiam, tunc adhuc maneret sacramentum quandiù manerent species, quia in os ipsius peccatoris pollutum intrat, & tamen nullum fructum consequitur, sed incurrit maximum periculum.

15 Quæritur vtrum Christus moueatur in hoc sacramento? Respondetur secundum S. Thom.3.part quæst.76. art.6. vbi ponit

duas

duas ꝓpoſitiones. Prima eſt, corpus Chriſti in Euchariſtia non poteſt moueri localiter per ſe, quia non poteſt tranſire ab vna parte hoſtiæ, ad aliam. Secunda, ad motum hoſtiæ, corpus Chriſti mouetur localiter per accidens, ſicut motis nobis mouentur ea, quæ ſunt in nobis, idem dicit Marſ. in 4. q. 7. art. 3. dub. 5. De alijs autem motibus alterationis, calefactionis, corruptionis, & ſimilibus, dicit S. Thom. & Scot. & alij quod non eſt ibi capax alicuius actionis, aut paſſionis naturalis, ſaltem alicuius reſpectu extrinſeci, reſpectu cuius habet ſe corpus Chriſti; ſicut non eſſet ſubſtantia ſpiritualis, & ita communiter tenent omnes, & hoc nõ eſt, propter impedimentum Chriſti; ſed naturaliter. Et ſicut in ſacramento hoc nõ eſſet mouibiliter Chriſtus, niſi ſolo motu locali, & ſi corruptis ſpeciebus deſinat ibi eſſe corpus Chriſti, non tamen dicitur corrumpi, ſicut nec ego deſinens eſſe in hoc loco dicor corrumpi. Manet igitur Chriſtus tàm diù in ſpeciebus, quàm diù manet, & ſubſtantia panis, & vini, ſi non eſſent conſecratæ.

16 Quæritur vtrum Chriſtus manducauerit ſe ipſum in cæna in die Iouis ſancta, quando adminiſtrauit ſe ſuis diſcipulis? Reſpondetur, quod habetur de conſ. diſt. 2. cap. nec Moyſes dedit vobis panem verum, ſed Dominus Ieſus ipſe conuiua, & conuiuium, ipſe comedens, & qui comeditur, ergo ipſe Chriſtus corpus ſuum in cæna manducauit, & gloſ. ſuper illum text. talis eſt. Prius enim Dominus poſtquam benedixit comedit, deinde dedit diſcipulis ſuis exituris, nec mirum ſi in ſacramento ſe comedit, qui ſe ipſum manibus ferebat, S. Thom. 3. part. q. 81. & refert Sot. in 4. ſent. diſt. 12. q. 2. art. 1. Ex hoc manifeſtè innuitur ipſum Dominum die cænæ ſumpſiſſe corpus ſuum; licet quidam non admittant, quibus obuiat Iſidorus ſupra Leuiticum in gloſ. illius litteræ, ſi per gratiarũ actione Leuit. 7. cap. vbi dicit quod Dominus noſter ſe ipſum aſſumpſerit, per hoc quod dicit aſſumpſitq; dedit diſcipulis ſuis. Vnde verſus.

Rex ſedet in cæna turba cintus duo dena, ſe tenet in manibus, ſe cibat ipſe cibus, Sot. qui ſupra: Comedit ergo Chriſtus ſe ipſum, ſed non quo ad effectum, vel neceſſitatem, quia non indigebat, ſicut nõ indigebat Baptiſmo, quem ſuſcepit, 1. diſt. 4. & hæc fecit Chriſtus, vt daret alijs exẽplum, diſt. 8. cap. per aquam &c. & per Doct. ſuper 11. diſt. 4. ſent.

17 Quæritur quare Chriſtus inſtituit in propria perſona ſacramentum Baptiſmi, & iſtud Euchariſtiæ? Reſpondetur, quod in Baptiſmo eſt inchoatio, & in hoc ſacramento conſumatio; Ideo Baptiſmum inſtituit in principio ſuæ prædicationis, & iſtud in fine, in receſſu a diſcipulis ſuis, & per hoc eis oſtendens magnum ſignũ amoris, ac etiam ſignum rememorationis; nam illa quæ vltimo proponuntur magnæ memoriæ commendantur. Idem dicit Saluator noſter Luc. 22. Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar.

18 Quæritur vtrum fuerit hoc ſacramentũ alicui reuelatum ante Chriſti aduentum? Reſpondetur, quod multis, & primo fuit reuelatum Abel, ſecundum Hug. quod primogenitus Dei filius humanũ lapſum repararet. Noè verò in tempore ſuo reuelatum fuit, quod humanum lapſum, repararet in aliqua creatura: ſed ignorabat vtrum eſſet angelica, vel humana. Tempore Abrahæ fuit reuelatũ, quod redimeret mundum in ſpecie humana, Gen. 26. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, ideo dedit decimã quia homo per dragmam decimam intelligitur, Luc. 15. Aron, & Noè in pecoribus offerebant. Ideo iſtis tribus Abel, quo ad perſonam vnigenitij Melchiſadech, quo ad ſpeciem panis, & vini: Abrahæ quo ad naturam hominis aſſumendam fuit veritas reuelata.

19 Quæritur vtrum Saluator noſter in cæna dederit corpus ſuum Iudæ proditori? Reſpondetur, quod ſic, 23. quæſt. ideo ſecundum Mag. ſentent. in 1. diſt. 4. & ſecundum omnes Doctores Theologiæ, & Canoniſtas.

20 Quæritur quare Chriſtus dederit corpus ſuum Iudæ, cum ſciret ei inferre iudicium, quia indignus erat? Reſpondetur, quod ratio fuit ne alijs diſcipulis ipsũ Iudam ſuſpectum redderet, & ex hoc Iudas tradendi eum occaſionem ſumeret. Alia ratio eſt, vt doceret ſacerdotes non debere reuelare ea, quæ in confeſſione eis dicuntur, & iuxta illud; Sumunt

enim

enim boni, sumunt mali, sorte tamen in æquali vitæ,&c.

21 Quæritur quomodo intelligitur illud 4 sent. quod Christus corpus suum ad perniciem dedit? Respondetur quod illud, ad, non tenetur ibi causaliter, quia corpus Christi numquam est causa damnationis alicuius, sed tenetur ibidem, ad, consecutiuè, scilicet, quia Iudas indignè sumpsit corpus Christi, consecuta est ipsi Iudæ damnatio.

22 Quæritur quale corpus administrauit Christus discipulis suis pridie quam pateretur? Respondetur, quod corpus passibile, quod tunc habebat: licet Hug. dixit, quod tunc assumpsit dotem impassibilitatis, 1.q.7. cap. Daymbertum de iur. patron. cap. quod autem.

Vide plura cap. 18. secund. par. de Miss. audiend. & cap. 22.

SVMMARIVM.

1 *Eucharistiæ materia, est panis triticus, & vinum ex vitæ.*

2 *Admixtio alterius materiæ in modica quantitate, non destruit materiam.*

3 *In pane corrupto non potest confici sacramentum, secus si in via corruptionis tantum.*

4 *In amido non potest confici sacramentum.*

5 *In pasta non potest confici sacramentum.*

6 *In pane fermentato potest confici.*

7 *In pane confecto cum aqua rosacea, aut cũ aliquo alio liquore non potest confici.*

8 *In pane de farina aliarum rerum cum farina triticea in parua quantitate potest confici.*

9 *Hoc sacramentum Christus instituit in specie panis, & vini, quia sunt materia, qua homo communis reficitur.*

10 *Vinum ex vite est propria materia huius sacramenti.*

11 *In aceto non potest confici, secus verò quando est in via.*

12 *In musto potest confici.*

13 *In vineta nimis adaquata non potest confici.*

14 *Papa non potest dispensare vt consacretur sine vino.*

15 *Vinum sine aqua potest consacrari, sed consacrans grauiter peccaret.*

16 *In consecratione requiritur determinata quantitas panis, & vini.*

De materia sacramenti Eucharistiæ. Cap. XIX.

1 QVæritur quæ est materia sacramenti Eucharistiæ? Respondetur, quod est duplex panis, & vini; sed panis debet esse triticeus, secundum S. Thom. 3. part. q.74. art. 1. & vinum ex vite, nam in alijs generibus nõ conficeretur sacramentum, vt in pane ordeaceo, vel ex lolio, aut millio, quia non sunt eiusdem speciei cũ frumento, secundum S. Thom. vbi supra. Albertus concedit, vt ex frumento, spelta, farre, siliga, possit fieri, quia dicit esse species sub genere frumenti contentas. Petrus verò de Pal. in 3. sent. dist. 11. q. 1. ar. 4. in 2. concl. dicit, quod far, & spelta, quæ generãtur ex tritico, sunt eiusdem speciei, ideo ex ipsis potest confici, & dicit, quod in quibusdam locis, ex hoc conficitur, Richar. autem, & Scot. dicunt in nullo istorum posse confici, sed solo in frumento, Archiep. Florent. 3. par. tit. 13. cap. 6. §. 1. dicit, hoc esse incertum, S. Tho. verò 3. par. q.74. art. 3 ad 2. quod si aliquod granũ ex frumento generari põt sicut ex tritico generatur siligo, ex eo confici põt, non autem ex spelta, farre, ordeo, & alijs; & hoc est tenendum.

2 Quæritur si sit admistio alterius grani cum frumento, vtrum possit confici sacramentum? Respondetur, quando admistio est in modica quantitate quæ non variet speciem potest confici; si verò est æqualis, vel plus, non debet confici, secundũ S. Thom. supra, ac alios Doct.

3 Quæritur si potest confici sacramentnm in pane corrupto? Respõdetur quod non, secus quando est in via corruptionis, quia saluatur ad huc species panis, licet peccent sacerdotes in tali specie consecrare propter irreuerentiam, secundum S. Tho. cum alijs.

4 Quæritur si potest confici in Amido? Respondetur secundum S. Thom. sup. & Scot. quod non, quia fit de tritico corrupto.

5 Quæritur si ex pasta cruds potest confici? Respondetur secundum S. Tho. sup. & Scot. quod non, quia pasta non est panis, si autem coquatur est panis; non enim cõsuetũ est hominibus vti pasta pro cibo.

6 Quæ-

6 Quæritur si in pane fermentato conficitur sacramentum? Respondetur quod ecclesia Romana vtitur in pane azimo, & ecclesia Græca in fermentato conficere, & peccaret sacerdos latinus celebrare in ecclesia Romana in fermentato, & similiter Græcus in Ecclesia Græca celebrare in azimo, & ideo peccaret etiam latinus si celebraret in ecclesia Græcorum in azimo, sicut & Græcus in ecclesia Latinorũ in fermentato, quia ritum ecclesiæ peruerterent in cap. literas de celeb. miss. & secundum S. Tho. sup. Rationabilius tamen faciunt, quia sic fecit Christus in azimo consecrans prima die azimorum, & quia corpus Christi conceptum fuit sine vlla corruptione: concordat Scot. probans Christum in azimo consecrasse. Debet ergo hostia esse de pane tritico mundo, & azimo. Vnde versus.

Hostia sit munda, sit candida, sitq. rotonda.

Azima de tritico, sit integra, dignaq. scripto.

7 Quæritur si potest confici in pane confecto, cũ aqua rosacea, vel alterius conditionis. Respondetur quod non, secundum Innoc. in quodam decret. ait, allegat S. Tho. sup. cum quo concordat Scot. & Richar. licet Ascen. & Duran. dicant, quod ex hoc potest confici, sed conficiens peccaret, prima tamen opinio, communior, & melior.

8 Quæritur si panis ex farina aliarum rerum, vel leguminum cum triticia mista, possit confici? Respondetur quod si maior pars esset triticea, ita vt possit dici panis triticeus, teneret, non autem alias.

9 Quæritur quare in pane, & vino, potius quam in alijs rebus fit hoc sacramentum? Respondetur secũdum S. Tho. duplici ratione Christo instituit hoc sacramentum sub specie panis, & vini. Primo, quia sunt materia conueniens huius sacramenti. Nam sicut aqua assumitur in sacramento Baptismi ad vsum spiritualis ablutionis quia corporalis ablutio communiter fit in aqua; ita panis, & vinum, quibus communes homines reficiuntur, assumuntur in hoc sacramento, ad vsum spiritualis manducationis. Secundo, quantum ad passionem Christi in qua sanguis est a corpore separatus, & ideo in hoc sacramẽto, quod est memoriale Dominicæ passionis seorsũ sumitur corpus sub specie panis, & sãguis sub specie vini.

10 Quæritur vtrum vinum vitis sit propria materia huius sacramenti? Respondetur quod simili proportione de vini materia dicendum est, sicut de pane, & sicut Dominus se comparauit grano frumenti, ita etiam se comparauit vini. Dicens: Ego sum vitis vera: Io. 15. Et sicut solus panis triticeus est vera materia huius sacramenti: ita etiam solum vinum de vite est propria materia ipsius sacramenti, & dum possit dici vinum ex vite: De alio liquore, etiam Balsamo, non potest confici secundum S.Tho. 3. part. quæst. 74. art. 5.

11 Quæritur si possit confici in aceto, vel in agresta? Respondetur quod neque in aceto, quod fit ex vino corrupto, neque in agresta, quia cum sit in via ad vinum, nondum potest dici vinum; De vino autem acetoso potest confici, licet sit in via corruptionis, tamen est adhuc vinum vt dictum est de pane.

12 Quæritur si possit confici in musto? Respondetur, quod in necessitate potest etiam ex vuis nouiter expresso, cap. si necesse de cons. dist. 2. & S. Tho. vbi supra, sed non debet vua in calicem, exprimi propter impuritatem, nisi ob magnam necessitatem. In vua autem non potest quia non est potabilis, sed comestibilis.

13 Quæritur si potest confici in vineta, quæ dicitur aquata? Respondetur quod non, si esset multum adaquata quę potius posset vocari aqua vinosa, quam vinum dilutum, secus quando esset parum de aqua, ita quod non mutet speciem vini, & hoc cum non possit aliud haberi.

14. Quæritur si Papa potest dispensare, vt consacretur sine vino in partibus vbi vinum non potest haberi? Respondetur quod non potest, vt dicitur accidisse tempore Alexandri vltimi, qui voluit dispensare, quibusdam petentibus, & fuit resolutum, quod non poterat. Vnde Iulius Papa reprehendit quosdam, qui pannum lineum musto intinctũ per totum annum seruabant, & quando volebant sacrificiũ conficeret, aqua partem eius lauabant, & sic offerrebant vt inquit S.Tho. quæst. 74. art. 8.

15 Quæritur si potest cõsecrari vinum sine aqua?

aqua? Respondetur quod potest, sed peccaret mortaliter, qui cōsecraret sine aqua, admistio enim aquæ in vino est de præcepto: cap. literas de celebr. miss. & Conc. Trid. sess. 22. cap. 7. non tamen est de essentia secundum Petrum de Pal. qui dicit quod Græci consecrant vere, nec apponunt aquam: Item debet esse aqua naturalis aliter scienter conficiens mortaliter peccaret. Et debet esse modica, vt cito in vinum conuertatur secundum S. Tho. sup. & Scot. & debet apponi in missa, & non in vrceolo, siue in dolio, vel in vegete, & quando apponitur in missa debet benedici, nam postquam in vinum erit conuersa, non amplius potest benedici: Vinum autem non benedicitur, tunc quia remanet.

16 Quæritur vtrum requirat determinata quantitas panis, & vini, ad materiam huius sacramenti? Respond. S. Tho. quæst. 74. art. 2. quod oportet vt quantitas huius sacramenti materiæ determinetur per comparationem ad vnum fidelium. Potest autem Sacerdos consecrare totam materiam panis, & vini positam coram se, quantumcumque sit pro vsu fidelium siue alias. Item S. Tho. dist. 11. quæst. 2. art. 5. quodl. 3. ad 1. & Petr. de Pal. dicit quod oportet materiam esse præsentem, alias non conficeretur, & esset falsitas, dū per pronomen demonstratiuum dicitur, Hoc est: & hic est, & non est ibi in præsentia determinata quantitas, vt possit consecrare tot hostias, & non plures, secundum communem sententiam Doctorum, & hæc tenenda.

SVMMARIVM.

1 *Eucharistiæ forma sunt verba consecrationis.*
2 *Forma sanguinis, sunt verba consecrationis.*
3 *Ecclesia latina consecrat in azimo.*
4 *Ecclesia Græca consecrat in fermentato.*

De forma Sacramenti Eucharistiæ. Cap. XX.

1 QVæritur quæ est forma consecrationis panis? Respondetur quod hæc est; Hoc est corpus meum: Ly. enim non est de essentia, tamen debet dici, quia Romana Ecclesia, sic vtitur, & qui scienter omitteret peccaret, faciens contra consuetudinem ecclesiæ, sed consecraret secundum S. Tho. in 4. sent. dist. 8. quæst. 2. art. 1. quodl. 1.

2 Quæritur quæ est forma sanguinis? Respondetur quod forma essentialis est hæc; Hic est calix sanguinis mei: reliqua verba noui, & æterni testamenti, vsque ad illa verba: Hæc quotiescunque, pertinent ad integritatē formæ quibus mirabiles Christi effectus declarantur.

3 Quæritur quare consecratur in azimo? Respōdetur ad imitationem Christi, quia prima die azimorum hoc sacramentum instituit Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. qua die nihil fermentatum esse debebat in domibus Iudæorum, & quia azimo pane magis significatur corpus Christi, quod sine cōmixtione, & corruptione conceptum, est, & fideliū sinceritas, & integritas, quæ ad huius sacramenti vsum requiritur, vt in azymis sinceritatis, & veritatis epulemur.

4 Quæritur quare Ecclesia Græca consecrat in fermentato? Respondetur quia verbum patris indutum est carni, sicut fermentum miscetur farinæ, & Græci non peccant consecrare in fermentato, ita in eo consecrare debent iuxta ritum illius Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Minister Eucharestiæ est Sacerdos.*
2 *Ordinandi concorditer cum Episcopo debet consecrationis formam proferre.*
3 *Schismatici, Apostatæ, & Hæretici possunt consecrare propter characterem.*
4 *Extra Ecclesiā missam celebrare non licet.*
5 *Ab excommunicatis, & hæreticis communionem recipere non licet.*
6 *Missam celebrare in mari, vel in fluuio non debet.*

De Ministro Sacramenti Eucharistiæ. Cap. XXI.

1 QVæritur quis est Minister huius Sacramenti Eucharistiæ? Responde-tur

tur, quod ſacerdos rectè ordinatus, vt in cap. firmiter de ſumma Trinitate, & fide catholica, vt in Conc. Flor. & in Cõc. Trid. ſeſſ. 22. can. 2. cuius verba ſunt hæc Si quis dixerit illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem, Chriſtũ non inſtituiſſe Apoſtolos ſacerdotes, aut non ordinaſſe, vt ipſi alijſq. ſacerdotes offerrent corpus, & ſanguinem ſuum; Anathema ſit. Et patet etiam ex vi ipſius nominis. Sacerdos enim dicitur a ſacrificando, ſed Euchareſtia eſt ſacrificium ergo ad ſolum ſacerdotem ſpectat. Item quia in lege veteri non pertinebat ad oẽs offerre ſacrificium, ſed ſolum ad ſacerdotes, & Abrahã obtulit decimas Melchiſedech, quia erat Dei ſacerdos, ergo etiam in lege noua ſolis ſacerdotibus licet offerre ſanctum ſacrificium Altaris.

2 Notandum eſt autem quãdo ordinandi cum epiſcopo conſecrant ſi aliqui dicant formam conſecrationis, antequam epiſcopus nihil faciunt, vt dicit Palud. & Caiet. nam intentio eorum eſt conſecrare cum Epiſcopo; ſecus autem ſi poſt ordinationem haberent intentionem conſecrandi, & proferunt ſupra debitam materiam conſecrationis formam.

3 Solus ſacerdos poteſt conſecrare: ſed quid ſi eſſet excommunicatus: Irregularis: ſuſpenſus: interdictus, degradatus? Reſpondetur, quod talis grauiſſimè peccaret quidem, ſed teneret conſecratio, quia character ordinis, qui eſt indelebilis in eis manet, & ſi talis celebrat manet tamen Irregularitas, vt inquit S. Tho. quæſt. 82. art 7. & 8.

4 Quæritur in quo loco debet miſſa celebrari? Reſpondetur in loco ſacro, & mundo vt puta in Eccleſia de conſ. diſt. 1. cap. nullus: extra vero Eccleſiam conſecratam celebrare non licet; ſine neceſſitate, vel licentia Epiſcopi de conſ. diſt. 1. cap. miſſarum. & Conc. Trid ſeſſ. 22. in decreto de obſeruandis, & euitandis in celebratione miſſæ; & debet eſſe paratus cum omnibus paramentis requiſitis, & altari conſecrato, ſaltem portatili cum calice conſecrato corporali, & palla de lino puro confectis, & conſecratis, de conſ. diſt. 1. cap. conſulto, & cap. veſtimenta.

5 Quæritur an liceat ab excommunicatis, vel hæreticis, ſeu peccatoribus communionem recipere, & eorum miſſam audire? Reſpondit S. Tho. quæſt. 82. artic. 9. quod licet non enim refugimus Dei ſacramenta. (Vnde hoſtia a talibus ſacerdotibus conſecrata, eſt adoranda, & ſi ſeruetur licitè poteſt ſumi a ſacerdote legitimo) ſed refugimus culpam indignè miniſtrantium, Melius tamen eſt a bono ſacerdote Miſſam audire, & ſanctiſſimam Communionem recipere.

6 Quæritur ſi in mari licet miſſam celebrare? Reſpondetur, quod nõ nec etiam in fluuio, & ob neceſſitatem, nec in loco vbi timetur de ſanguinis effuſione ſecundum Archiep. Flor. ſub diuo propter neceſſitatem licet celebrare potius quam miſſas perdere; quo caſu videtur Papa dare licentiam cap. concedimus de cõſ. diſt. 1. Et præter quam in caſibus a iure permiſſis, quicunq. celebrat, vel celebrare facit diuina, ipſo facto eſt ei interdictus Eccleſiæ ingreſſus cap. epiſcoporum de priuil in 6. Item in locis a iure, vel ab homine, iudice prohibitis, eod. cap. Quomodo fratres prædicatores ſuper hoc habent priuilegium, ſine præiudicio tamen parochialis Eccleſiæ, quod præiudicium intelligitur ſecundum, quod declarat Greg. 9. in quadam extrau. quæ incipit. Nos attendentes &c.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes, & fideles ieiuni, & bene diſpoſiti poſſunt communicari.*
2 *Infirmi in neceſſitate licet non ieiuni poſſunt communicari.*
3 *Pollutio nocturna cũ peccato impedit, ſumptionem; ſecus ſine peccato.*
4 *Pueris non eſt danda communio.*
5 *Amentibus ſi non timetur de irreuerentia poteſt dari.*
6 *Obſeſſo a dæmone non eſt deneganda.*
7 *Cathecumeno, & infideli, nullo modo eſt danda.*
8 *Pueris incepientibus diſcretionem, & deuotionem habere eſt danda.*
9 *Comuunicantes debet eſſe ieiuni ieiunio naturali.*
10 *In agone morientibus datur ad confortationem.*
11 *Quando hoc ſacramentum defertur ad in-*

firmos, debet ſacerdos portare cum decentia, & deuotione.

12 *Si occultus peccator manifeſtus tamẽ ſacerdoti petat publicè non eſt ei denegandum. Vide cap. 22. par. 2. alia multa.*

De ſuſcipiente Euchariſtiam. Cap. XXII.

1 QVæritur quis poteſt ſuſcipere ſacramentum Euchariſtiæ? Reſpondetur in primis ipſe ſacerdos celebrans: deinde fideles communicantes, & tam ipſe ſacerdos, quã fideles communicantes debent eſſe ita præparati, vt dignè sũmant, non in mortali peccato, ſed contriti, & confeſſi poſt mortale cõmiſſum; ſi habent copiã confeſſarij, & niſi habeant, potius abſtineant: Quod ſi ſit neceſſitas, vt in ſacerdote poteſt contingere; conteratur; & poſtquã primum poterit, confiteatur. & ſic non dicitur eſſe in peccato mortali: Item licet talis contritio, & dolor non fuerit ſufficiens, non tamen accedit indignè, nec de nouo peccat mortaliter quinimo virtuti ſacramenti; remittitur præcedens peccatum S. Tho. 3. par. quæſt. 79. art. 3. & quæſt. 80 art. 4. & Alex. de Aleſ. 4. par. quæſt. 46. memb. 3. ad ſecund. & Bonau. 4. diſt. 9. quæſt. 7. & Gabr. in can. lectione 5. & Marſil. 4. quæſt. 6. art. 4. concl. 1. Gerſ. in multis locis, & ſuper Magiſt. tract. 9. part. 3. & Adrian. quæſt. 1. de Euchariſtia, & omnes præter vnum, qui eſt Maior. Sic etiam ieiunus ieiunio naturali: & ſi quid per modum ſaliuæ deglutiſſet non impedit.

2 Quæritur ſi infirmus in neceſſitate aliquid commederit poteſt communicari? Reſpondetur, quod ſi in neceſſitate. & aliter fieri non poſſet ob eius infirmitatem, etiam non ieiunus accipere viaticum poteſt Arm. in verbo comm. §. 18.

3 Quæritur vtrum per pollutionem nocturnam, vel in vigilia poteſt quis communicari? Reſpondetur, quod pollutio nocturna nunquam eſt peccatum, ſed ſignũ, aut effectus peccati, inquit Palud. 4 diſt. 9. quæſt. 3. & idem S. Tho. 4. diſt. 9. quæſt. 1. art. 4. & 3. parte quæſt. 80. art. 7. quia talis actus non eſt immediate in poteſtate hominis. Quando verò eſt peccatum, vel ex cauſa peccati, inter ſpacijs viginti quatuor horarũ, impedit, & peccaret accedẽs ob irreuerentiã etiam ſi confeſſus inquit Richard. & quidẽ alij: Sed ſi eſsèt ſine peccato nõ impedit ſumptionem Euchariſtiæ. Hoc tenet Palud. vt ſupra cõcl. 2. & Gabr. lect. 10. in canone, & Gerſ. de materia celebrationis conſideratione 7. & Maior diſt. 9. quæſt. 2. Sylu. in verb. Euch. & Bonau. diſt. 12. quæſt. 3. Hoc patet, nã poſt confeſſionẽ non manet niſi quædã immunditia corporalis, ſed vt dicitur Matth. 18. Non lotis manibus manducare nõ coinquinat hominẽ, ergo &c. Nocturna, vel legitima cum coniuge, tũc impedit ex ſola decentia, & eſt tunc ſolũ cõſilij abſtinere per tres, aut quatuor, aut ſeptem dies; vt de cõſ. diſt. 2. omnis homo vbi etiam habetur, quod qui nõ cõmunicauerit in Paſcate. Pentecoſtes, & Natali Dñi, inter catholicos nõ cõnumerabitur.

4 Quæritur vtrum pueri poſsint communicari? Reſpondetur quamuis olim, aliquando eis ſit data, tamen non tenentur eam ſuſcipere, nec eſt cõueniens eis dare, qui neſciunt ſe probare, nec de iudicare corpus Domini, vt inquit Diuus Paulus, & poteſt periculum ſæpe eſſe, & vomitus, vel effuſionis, vel irreuerentiæ.

5 Quæritur vtrum amentibus dari poſſit Euchareſtia? ℞. quod ſi amens a natura fuerit aliquando rationis cõpos, & habuerit fidem, & petierit, & poſtea incidit in freneſim, ſi nõ timetur de irreuerẽtia, nõ erit ei deneganda vt cap. is, & qui in 26. q̃ſt. 6. & S. Tho. in 4. ſẽt. diſt. 8. q̃ſt. 2. art. 4.

6 Quæritur ſi eſt dãda obſeſſo a dæmone? Reſpondetur, quod eſt illa danda, vt dictum eſt ſupra, ſi petit.

7 Quæritur ſi danda eſt cathecumeno? Reſpondetur, quod non, nec infideli, nec hæretico, vel apoſtatæ, (ſed vt apertè dicamus, & sũmatim) tenentur ſumere fideles oẽs adulti, poſtquam incipiũt, vel poſſunt diiudicare corpus Domini, & ſe probare, idq. ſaltem ſemel in anno, ex præcepto Eccleſiæ tenẽtur cõfiteri omnia peccata ſua, & cõmunicari ſaltem tẽpore Paſchali, & qui non cõmunicat ad Paſcha; viuẽs ab ingreſſu Eccleſiæ prohibetur, & mortuus careat Eccleſiaſtica ſepultura; vt extr. de pænis, & remiſsiue cap. omnis vtriuſque ſexus; & Cõc. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. & 8.

& S.Tho.in 4.ſent.diſt.9.arg.5.dicit,quod pueris carentibus vſu rationis, qui non poſſunt diſcernere inter cibum ſpiritualem, & corporalẽ non debet corpus Chriſti dari, quia ab ipſis exigitur actualis deuotio,quã tales pueri habere non poſſũt, vt Cõc.Trid. ſeſſ.21. c.4. can.4.cuius verba ſunt hæc:ſi quis dixerit paruulis antequam ad annos diſcretionis peruenerint, neceſſariam eſſe Euchareſtiæ communionem anathema ſit, & ſeſſ.23. can. 9.

8 Quæritur ſi pueris incipientibus habere diſcretionem,etiã ante perfectam ætatem, videlicet decẽ,vel vndecim annorũ an poſſit dari? Reſpõdetur, quod poteſt ſi in eis diſcretionis ſigna, & deuotionis appareant. Vnde pueri informandi ſunt quod credere debeãt, quod Chriſtus,qui eſt de Virgine natus, & pro nobis paſſus in hoc ſacramẽto continetur,& quod nõ eſt ibi panis, ſed ſolũmodo ſpecies panis, quia in cõſecratione, tunc panis ſubſtantiatur in verũ corpus Chriſti, & in qualibet parte hoſtiæ, eſt verus Chriſtus, etiã in minima quamdiu manent ſpecies panis, aut vini,vt docet Conc. Trid.ſeſſ.13. ca.1.3.& 4 & can.1.eiuſdẽ ſeſſ. cuius verba ſunt hæc; ſi quis negauerit in ſanctiſſimæ Euchariſtiæ ſacramento contineri vere, & realiter, & ſubſtãtialiter corpus, & ſanguinem vna cum anima, & diuinitate D.N. Ieſu Chriſti, ac proinde totum Chriſtum,ſed tantumodo eſſe in eo,vt in ſigno, vel figura, aut virtute anathema ſit.

9 Notandum quoq. eſt, quia vt diximus ſupra quod hoc ſacramentũ non niſi a ieiunis percipi liceret, niſi in neceſſitate de conſ. diſt.2. cap. præsbyter, & c.liquido. Vnde ſciẽdũ,quod duplex eſt ieiuniũ, ſcilicet Eccleſiæ,& naturæ,Ieiuniũ Eccleſiæ eſt,ꝙ fit propter mortificationẽ carnis,& hoc non ſoluitur per ſumptionem aquæ, vel medicinæ; ſed ieiunium naturæ eſt, quod priuatur quacunq.re,& iſtud requiritur in celebratione miſſæ S.Tho. 3.part. queſt. 80. art. 8. allegat. Aug. epiſt. 118. in reſponſione ad Ianuarium. Idem dicitur in Conc. carthag. & habetur de conſ. diſt. 1. cap. ſacramenta, & cap. ex parte de celebr.miſſarum,vbi prohibetur ſacerdos bis celebraturus, ne in prima celebratione ſumat ablutionem: Vnde etiam ſi ſacerdos poſt mediam noctem ſumpſerit aliquid comeſtibile, vel potabile, ſiue ſit per modum medicinæ, ſiue quomodolibet, illa die abſtinere a celebratione debet.

10 Quæritur quare hoc ſacramentum datur in agone morientibus? Reſpondetur propter confortationem, quia tũc homo indiget magno auxilio, cum habeat longam viam tenebroſam, & igno tam ambulare, & ſicut corpus ſine cibo deficit, & per cibum cõfortatur, ſic anima confortatur per iſtũ cibũ,ſcilicet ſacramentũ.

11 Sciendum eſt etiam quando ſacramentum hoc defertur ad infirmum, debet ſacerdos illud portare cum magna reuerentia, & decenti habitu, ſuperpoſito mundo velamine: ferre, & referre manifeſte, & honorificè, ante pectus cum omni reuerentia, & timore, ſemper lumine præcedente vt ex hoc apud omnes fides, & deuotio augeatur,vt patet extr.de celeb. miſſ. cap. ſanè.

12 Quæritur vtrum ſi occultus peccator, ſed manifeſtus ſacerdoti, petat Euchariſtiam ſit ei denegãda? Reſpõdetur,quod ſi petat publicè. non eſt ei deneganda,ne infametur,ſi verò petat ſecrete poteſt denegari, publico autem peccatori, & notorio,licet publicè petat denegari debet; ſi peniteat poteſt dari: Vide plura de Euchariſtia cap. 22. part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Euchariſtiæ effectus eſt vnio cum Chriſto.*
2 *Euchariſtiæ effectus eſt collatio gratiæ.*
3 *Euchariſtiæ gratia tanta recipitur in vna quam in vtraque ſpecie.*
4 *Euchariſtiæ gratia non impeditur per peccatum veniale.*
5 *Hora celebrationis miſſæ eſt ab aurora, vſque ad nonam.*
6 *Celebrans miſſam debet ſaltem matutinas dixiſſe.*
7 *Celebrans capite cooperto ſine rationabili cauſa peccat.*
8 *Vnam tantum in die miſſam ſacerdos celebrare poteſt excepta die Natiuitatis Domini, & quare.*
9 *Sacerdos ſimplex non tenetur quotidie celebrare curatus verò in feſtis de præcepto.*

10 *Non licet sacerdoti celebrare feria sexta nec sabbato sancto.*
11 *Communicari quotidie potest, qui sine peccato est.*
12 *Sacerdos non debet impediri ab alienis cogitationibus.*
13 *Sacerdos legat verba cõsecrationis sãguinis*
14 *Actualis intentio est quam habet consecrans in ipso actu.*
15 *Virtualis intentio est, quam paruo tempore sacerdos habuit ante consecrationem.*
16 *Habitualis intentio est, quã per multos dies & annos habuit sacerdos.*
17 *Quomodo se habere debet sacerdos in aduertenter accipiens simul duas hostias.*
18 *Sacerdos habens corã se vndecim hostias, & intendit consecrare tantum decem quid?*

De effectu Sacramenti Eucharistiæ. Cap. XXIII.

1 QVæritur effectus huius sacramenti Eucharistiæ, quid est? Respondetur est vnio cum Christo, seu gratia nutrines animã, & conseruans in vita spirituali, qui cibus, & potus operantur in corpore videlicet spiritualis, nutritio substentãdo, augendo, reparando, & delectando: gratia denique dona, & virtutes infusæ: remissio peccatorum venialium, ac etiam mortalium, si quis accedat contritus, & attritus, putans se esse contritum: pænæ temporalis ex parte remissio, imminutio fomitis, & concupiscentiæ, illuminatio mentis, deuotio, feruor, & tandem vita æterna.

2 Item secundum S.Tho. 3. parte quæst. 79. art. 1. qui dicit quod primus effectus, est collatio gratiæ, quæ gratia confertur in sumptione, vt patet, Io. 6. qui mandu cat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Gratias, quas promittit Christus in hoc sacramento promittit ratione sumptionis; ergo ante sumptionem, non conferuntur, gratia verò hæc datur immediatè in ipsa sumptione, & omnibus sumentibus Eucharistiam, confertur æqualis gratia ratione sacramenti, & opere operato.

3 Quæritur si recipiũt maiorem gratiam qui sub vtraque specie hoc sacramẽtum recipiunt? Respondetur, quod non, nã si ita esset defraudaretur populus magna gratia cum profecto pia mater Ecclesia, non negaret illud sub vtraque specie, si daretur maior gratia: Vt qui etiã maiorẽ hostiã sumeret, maiorem perciperet gratiãm ratione quantitatis continue, quod falsum est, ac proinde ratione quantitatis discrtæ cum sub specie panis, & vini fit vnicum sacramentum.

4 Quæritur si iste effectus gratiæ impeditur per peccatũ veniale? Respondetur secundũ S.Tho. quod non, licet quis recipiat hoc sacramẽtum in actuali peccato veniali S.Tho. 3. part. quæst. 79. art. 8. Per peccatũ autẽ veniale impeditur actualis sensus, gustus, & delectatio spiritualis.

5 Quæritur qua hora missa celebrari potest? Respondetur, quod ab aurora, vsque ad horam nonam secundum S. Tho. quæst. 83. art. 2. sed propter aliquam necessitatem, aliquando potest aliquantulũ anticipari, & tardari, & consuetudinem Ecclesiæ modernæ seruatur, & contra facere esset peccatum mortale.

6 Quæritur vtrum sacerdos possit celebrare missam antequam recitauerit officiũ? Respondetur, quod celebrans missam debet saltem matutinas dixisse aliter secũdum Veru. mortaliter peccaret, quia fit contra generalem, & approbatam Ecclesiæ consuetudinem cap. in his dist. 11. Hinc Sylu. in verb. missa 1. §. 6. inquit omnes canonistas asserere, quod sit peccatum mortale. Ita etiam D. Anton. in prima part. suæ summæ tit. 1. cap. 16. §. 4. Host. in summa de celebr. miss. Nauar. de horis canon. c. 21. n. 30. licet cõtrariũ teneat Sotus lib. 10. de iust. & iur. quęst. 5. ar. 4. col. fin. sed distintione potest vtraque parte concordari, nã ad euitan dum scandalum, vel alia ex rationabili causa, potest dici sine mortali v.g. si venerit aliqua Illustris persona, Dux, vel marchio, aut episcopus & ita tenet etiam Arm. verb. missa §. 3. si tamen sine vlla necessitate vellet nondum dictis matutinis celebrare, tunc procedunt dicta Canonistarum.

7 Celebrans capite cooperto, sine rationabili causa, grauiter peccat, per cap. Nullus episcopus de cons. distin. 1. & quando legitur Euangelium omnes debent erecti stare, capite discooperto,

per

per cap. auth. apostolica de conf. dist. 1. Ang. verb. missa §. 8.

8 Vnam tantum in die missam regulariter celebrare potest Sacerdos, & valde felix est, qui dignè celebrat vnam cap. sufficit de conf. dist. 1. cap. te referente extra de celebr. missæ. Pluries tamen aliquando secundum S. Tho. quæst. 83. art. 2. vt in natiuitate D. N. dicūtur tres missæ, vt habetur de conf. dist. 1. cap. nocte sancta, & ratio quare illa die dicuntur illæ tres missæ, est propter misterium, quia per istas tres repræsentātur tres status: scilicet ante legem: sub lege: & statum gratiæ. Prima repræsentat statum ante legē, quando totus mundus erat in tenebris; Secunda repræsentat statum, qui fuit sub lege, in quo statu inceperunt Christum scire, propter dicta legis, & prophetarum, sed non habebant perfectam notitiam de eo: Tertia quæ dicitur in claro die, significat statum gratiæ in quo sumus: Alia causa est, ad repræsentandum tres natiuitates Christi: Prima repræsentat natiuitatem æternam, qua nascitur ex Deo Patre: Secunda ad repræsentandam Natiuitatem spiritualē qua nascitur Christus in animabus Iustorum per gratiam: Tertia, repræsentat Natiuitatem temporalem, qua Christus natus est de Maria Virgine secundum carnem.

9 Quæritur vtrum omnis sacerdos teneatur quotidie missam celebrare? Respondetur, quod simplex Sacerdos non tenetur quotidie celebrare, sed animarū curā habens, saltem in festis de præcepto tenetur celebrare, vt satisfaciat Populo Arm. cap. 1. de celebr. missæ. Et si quis instituitur in aliquo beneficio ad quotidie celebrandum, non tenetur secundum Panor. in cap. significatū de præben. & cap. consuluisti, de celebr. miss. sed debet intelligi quod celebret quanto frequentius potest salua sua honesta, & debita deuotione: similiter si institueretur ad dicendā quotidie peculiarem missam vt de mortuis, vel aliter; non obstante potest celebrare de festo, vel de feria, quando occurrit, cap. quidam de celebr. miss. secus quando instituitur celebrare in tali capella; quia tunc tenetur vel ipse celebrare, vel per alium supplere.

10 Quæritur an liceat Sacerdoti celebrare feria sexta, quæ est dies parasceuē, ac in die cænæ, & sabbato sancto? ℞. quod peccaret mortaliter etiam priuatè in die parasceue celebrare: est enim contraire iustissimæ ceremoniæ ecclesiæ quæ plurimū refert. Alia ratio est, quia illud sacramentum est figura passionis Christi, quæ tali die fuit facta, & veniente veritate, scilicet, passione, pro illa die debet cessare figura; In die cænæ, & sabbato sancto licet ritus Ecclesiasticus habeat, vt vna tantum celebraretur missa, non tamen eius obseruatio tanti refert, quādo priuatim saltem ex facultate Prælati, propter missā solemnem posset quispiam celebraret, ita Sot. in 4. sent. dist. 13. quæst. 2. art. 5. hinc secundo: Notandum tamen est, quod licet sabbato sancto, videamus celebrare, tamen missa quæ dicitur, non est eiusdem diei, sed noctis resurrectionis, vt significat collata, quæ incipit: Deus, qui hanc sacratissimam noctem, & per anticipationem dicitur, sic hostia quæ suscipitur in die parasceue, fuit cōsecrata in die cænæ: non autem tunc consecratur, quæ reposita erat in sepulcro, vt caute custodiretur.

11 Quæritur vtrum liceat quotidie hoc sacramentum suscipere? Respondit Aug. ad Ianuarium lib. 1. dicens. Si peccata non sunt tanta, vt excommunicandus quisq. videatur, non debet a quotidiana medicina dominici corporis separare: Item idem tractans illud Matth. 26. panem nostrum quotidianum, dicit, quod quotidie tibi pro sit, sic viue, vt quotidie merearis accipere; qui non meretur quotidie; non meretur post annum accipere. Item Ambr. in sermone de sacramento. Qui vulnus habet, medicinam requirit, vulnus est, quia sub peccato sumus medicina est venerabile, ac celeste sacramentum, si quotiescunque effunditur sanguis, in remissionem peccatorum funditur, debeo illū semper accipere, vt semper mihi peccata dimittantur, qui semper pecco, semper habere debeo medicinam: Item Cipr. de frequentationis vtilitate dicit. Mens cito deficit, quam non accepta Eucharistia rigat, & accedit. Item Bernardus. Non est paratum, sed aridum, & exangue cor illius, qui oblitus est comedere panem suū. Item idem corpus Christi ægrotis est medicina, debiles cōfortat,

valentes delectat; languores sanat, sanitatem conseruat, fit homo mansuetior, ad correptionem patientior, ad laborem ardentior, ad amorem sagatior, ad cautelã, & obedientiã pronior, ad gratiarũ actionem deuotior, & in omnibus gestibus, & moribus compositior. Hæc, & multa alia, & plura quam dici, & scribi possunt de hoc sacramento reperiuntur.

12 Impeditur quandoque ex alienis cogitationibus consecratio, & ideo debet celebrans esse attentus, vt in celebratione, & consecratione habeat actualem intentionem, consecrandi, vel saltem virtualẽ, & intendat facere, quod facit Ecclesia catholica, & tunc cogitationes non impediunt consecrationem, sicut de Iudæo suscipiente baptismum. de cons. dist 4.

13 Item verba consecrationis non debent corrumpi, nec addi, nec minui ex industria; immo propter cogitationes occupãtes mentem, bonum est legere saltẽ verba consecrationis sanguinis cum sint aliquàntulum prolixa.

14 Quæritur quæ sit ista actualis intentio? Respondetur quod est quando sacerdos proprio actu consecrans intendit consecrare.

15 Quæritur quomodo intelligitur intẽtio virtualis? Respondetur quando sacerdos paruo tempore ante missam illius diei, vel in præparatione missæ, vel dum induitur ad celebrandum, siue existens in altari, & postea in actu consecrationis obliuiscitur, illa vocatur intentio virtualis: & operatur.

16 Quæritur quæ est intentio habitualis? Respondetur est illa, quam per multos dies, vel annos, nonnulli sacerdotes, in mente determinant, vt quandocunque in vita sua, hic casus contingeret, quod sua intentio feretur ad hostiam etiam non visam, & hæc vocatur intentio habitualis, qua ipsi sacerdotes non consecrat secundum. Scot.

17 Quæritur quomodo se habere debet, sacerdos in hoc casu, quando inaduertenter accipit duas hostias simul coniunctas, & credit esse tantum vnam? Respondetur postquam animaduerterit Sacerdos post consecrationem duas esse hostias, & se nõ habuisse actualem, neque virtualem intẽtionem consecrandi eas, nisi vnam tantũ, quam vidit: separet illam à tergo adhærentem à consecrata, & post purificationem, eam sumat propter reuerentiam sacramenti: Si vero habuit intentionem actualem, vel virtualem, consecrandi totam materiam, quam habet coram se sumat eas, quia sunt consecratæ.

18 Quæritur vtrum sacerdos habens corã se vndecim hostias, & intendit consecrare tantum decem, si erunt omnes consecratæ? Respondetur quod si non determinauit quas decem intendat consecrare, nulla erit consecrata, quia requiritur intentio determinata; si verò habeat intentionem consecrandi totam illam materiam quam coram se habet (vt supra diximus) tunc erunt omnes consecratæ. Et talem intentionem sacerdos debet semper habere, scilicet consecrandi omnes hostias ante se positas, & sic non poterit errare.

SVMMARIVM.

1 *Missa est consecratio corporis, & sanguinis Christi.*
2 *Missa dicitur à mittendo.*
3 *Missam instituit Dominus Noster Iesus Christus.*
4 *Missa instituta est ad repræsentandum Christi passionem.*
5 *In Missa priuata sufficit interesse vnus qui respondeat.*
6 *Missæ effectus multiplex.*
7 *Sacerdos celebrans quotidie facit multa bona.*
8 *Sacerdos celebraturus plures missas, quomodo se debeat habere.*
9 *Sacerdos debet esse cautus in promissione celebrandi pro pluribus.*
10 *Sacerdos, qui promisit dicere plures missas, quomodo satisfaciat.*
11 *Promittens dicere vnam missam in particulari non potest mutare adhibitum, & quomodo de miss. Sancti Gregorii.*
12 *Missa sicca quomodo dicitur.*
13 *Sacerdos pransus potest conficere, & quãdo Missa dici debet alta voce, & ita dicentes officium in choro.*
14 *Missam audire tenetur quis omni festo.*
15 *Missam totam quilbet tenetur audire.*

De

De Sacrificio Missæ. Cap. XXIV.

1 QVæritur quid est missa? Respondetur, quod missa capitur dupliciter, vt notat Gabr. lect. 89. canonis: vno modo accipitur pro ipsa hostia sacra, de qua vener. Vgo lib. 2. de sacramentis part. 8. cap 14. ait. Ipsa hostia sacra, Missa vocari potest, quia transmissa est. Primũ scilicet a patre nobis, vt nobiscum esset postea a nobis patri, vt apud patrem pro nobis intercederet: Primum a patre nobis per incarnationem: postea patri a nobis per passionem. Modo in sacramento, per passionis eiusdem cõmemorationem; Primũ a patre nobis per satisfactionem, qui nobiscum esse incipit; postea patri a nobis per oblationẽ, qui pro nobis intercedit. Item Missa est consecratio corporis, & sanguinis Christi, quæ offertur Deo patri, & sumitur in memoriam vitæ, & passionis ipsius pro cũctis viuis, atque defunctis. Nam ab introitu, vsque ad passionem exhibetur a canone vsque ad cõplenda, passio, a complenda vsque ad benedictionem eius resurrectio exprimitur. Item Missa est passionis Christi contemplatio, & quasi repræsentatio: vt in Conc. Trid. sess. 22. cap. 1. 2. & 3.

2 Missa dicitur a mittendo, quia oblatio corporis Christi mittitur ad Cælum ministerio Angelorum de cons. dist. 2. cap. si sanguis.

3 Quæritur quis instituit missam? Respõdetur, quod D. N. Iesus Christus, quando panem in corpus, & vinum in sanguinem transmutauit. Vnde Petrus Apost. primo Antiochiæ celebrauit, Iacobus autẽ Apostolus, & Episcopus. Hierosolymis celebrauit, & Marcus in Alessandria, & Basilius Cesariensis tradiderũt nobis ordinem eam celebrandi: vt habetur de cons. dist. 1. cap. Iacobus, & Conc. Trid. vbi sup. & sess. 23. cap. 1.

4 Quarẽ instituta fuit missa? Respondetur ad repræsentandam passionem D. N. Iesu Christi, & missa significat Christum a Patre in hunc mundum missum, idest hostia, seu vota, & oblationes per ministerium Sacerdotum transmissæ, & a populo ad Deum. Vgo qui supra.

5 Quæritur quot interesse debent in missa? Respondetur, quod in missa priuata sufficit habere vnum, qui respondeat, & ministret, vt in cap. proposuit, de Fil. præsbyt. & Panor. in cap. quisque, de vita, & honest. cleric. Non tamen debet esse mulier, quia ministrare non potest, nec incensum circa altare deferre, cap. sacramenta distin. 23. &c. vestimenta de consec. dist. 1. In missa verò solemni, plures debent esse per cap. hoc quoque de consec. dist. 1.

6 Quæritur quod est effectus missæ? Respondetur per missã Deum nobis placatum, & propitium reddimus, peccatorum remissionem consequimur si sumus contriti in ea sacrificium, & hostia illa munda, (de qua Malachias vaticinatus est) pro viuis; & defunctis offertur.

7 Quæritur quid si Sacerdos nõ celebrat quotidie? Respondetur, quod sacerdos, qui se conscius peccati mortalis non inuenit, si nõ celebrat cælestẽ Trinitatem priuat gloria, & honore; Angelos gaudio, & lætitia: homines in terra laborantes, beneficio, & gratia: animas in purgatorio degentes patrocinio, & venia, & se ipsum priuat ordinatione mentis: informatur intellectus, verborum veritate, & famæ claritate. Item Beda Præsbyter. Accede ergo ad altissimum sacramẽtum, & communionem propter Trinitatis gloriam, Angelorum lætitiam, hominum gratiam: animarum veniam; ordinationem mentis: Formationem intellectus; verborum veritatem: Famæ claritatem: desiderium puritatem, animi stabilitatem; ista sit tota tua intentio, & finalis deuotio.

8 Quæritur quomodo sacerdos potest satisfacere in celebratione missæ pro vno, vel pro pluribus? Respondetur, si sacerdos est celebraturus pro aliquo, vel pro aliquibus, dummodo non fecerit promissionem alicui de merito totius illius missæ, & superueniat alius, vel Plures rogantes celebrari pro animabus defunctorum, potest omnes accipere, & valet pro omnibus secundum intentionem offerentiũ; Nam offerens eleemosynam, & rogantes offerri; dicuntur offerre sacrificium cap. non mediocriter de conf. dist. 5. Debet

ergo sacerdos esse cautus vt nulli permittat specialiter, sed dicat rogabo pro eo Sylu. verb. missa circa finem, & summa Ang. verbo missa §. 52.

9 Quæritur quid si sacerdos promittit tribus sigillatim celebrare vnam missam, & postea non celebrat nisi vnam pro illis tribus? Respondetur, quod secundum Petr. de Palude non satisfacit, potest tamen secundum eundem, & Arch. Flor. multis modis excusari. Primo propter impossibilitatem celebrandi, aut oportet ipsum celebrare secundum intentionem sui prælati. Secundo propter consuetudinem, & maxime si talis scit talem consuetudinem. Tertio, si in alijs suffragijs satisfacit; vel si haberet tantum effectum ad quemlibet trium, sicut ad vnam tenetur habere, vel sequendo superiorum opinionem.

10 Quæritur si sacerdos, qui tenetur dicere tres missas, & promisit vnam de Sācta Maria, aliam pro defunctis, aliam pro salute viuorum dicēdo vnam cum collectis proprijs prædictorum, & intendens illis satisfacere? Respondetur, quod fuerunt diuersæ opiniones doctorum, sed esse sciendum quod missa quælibet, quæ dicitur respectu operis operati: generaliter valet omnibus viuis, & defunctis existentibus in charitate, qui non sunt in patria; Secundo, valet singulariter illi pro quo eam dicit (si is dignè celebrat) Tertio, valet illis, qui sunt in statu gratiæ, & faciunt eam dicere pro se, vel quibus sacerdos per intentionem applicat, & sic non minus habebit, quilibet horum Trium, quam si pro singulo eorum, singulariter dixisset. Vnde vna missa posset liberare aliquando vnam animam de Purgatorio, si cum tanta charitate, & deuotione diceretur, vel si quis se moueret ad faciendum dicere, & sic quantum ad hoc scilicet per intentionem applicabilem, satisfacit sacerdos omnibus tribus, prout in Angelica subtilius, & melius apparet.

Quantum verò ad meritum generale non satisfacit, vnam dicens pro tribus: Potest autem satisfacere in alijs missis, & officijs, seu bonis operibus per spiritualem applicationem, & intentionem, & sic sufficienter satisfaceret, in missis, & alijs multis orationibus, & attenta consuetudine, tales (vt dictum est) optimè satisfaciunt.

11 Quæritur quid si promisit dicere vnam Missam de Sācta Maria, seu de Spiritu sancto, aut alijs Sanctis in tali ecclesia, seu altari, vel tali die? Respondetur, quod non posset mutare ad libitum, quia teneretur seruare promissum, & aliter non satisfacit nisi aliqua rationabile causa &c.

Item est notandum, quando quis promisit dicere Missas Sancti Gregorij, quæ sunt triginta, satisfacit dicendo missas currentes, vg. in Dominicis, & festis solemnibus, & duplicibus, quæ sunt sub præcepto, & habent propriam missam, cum vna tantum oratione, non dicant in istis festis plures collectas, sed sufficit dicere missas currentes festiuas, & applicare intentionem, alias esset magna abusio.

12 Quæritur quomodo dicitur missa sicca? Respondetur, secundum Guiliel. Episcopum in rationali diuinorum dicitur quum sacerdos non potest conficere, quia fortè iam celebrauit, vel ob aliam causam. Potest accepta stola Epistolam, & Euangelium legere, & dicere orationem Dominicam, & dare benedictionem, vel vt seruatur in aliquibus locis, & ecclesijs quando scilicet dicta missa; veniunt aliqui peregrini ad aliquam Ecclesiam, si non sit ibi aliquis sacerdos paratus celebrare, sacerdos induit se sicut si deberet dicere missam, & dicit eis missam de Beata Virgine Maria, vel de Spiritu sancto, vel de Trinitate, vel de illo Sancto pro quo fit peregrinatio, non tamen dicit canonem, nec consecrat, sed ostendit eis reliquias alias loco eleuationis corporis Christi, & ista vocatur missa sicca Deinde vide eundem can. de hoc latius qui ibi, & paulo post scribit sacerdotem posse vna die plures missas celebrare, & dicit quod Leo Papa sæpe septies, & aliquando nonies in eadem die missam celebrauit.

Quando sacerdos plures missas in die esset celebraturus, perfusionē non sumat, nisi in vltima missa, quoniam si in prima, vel in secunda re sumeret non esset ieiunus, & sic alia missa impediretur. Quando vero quotidie celebrat in vltimo, semper etiam perfusionem sumat

mat. de consec. distin. 2. comperimus, & cap tribus.

13 Quæritur vtrum pransus conficit? Respondetur, quod sic, licet hoc facere non debeat. Non enim ieiunium est de substantia, prout in canone innuit August. in cap. liquido, alias Dominus non confecisset.

Sacerdos dicens Missam ita voce submissa, quæ vix à clerico seruienti audiatur, irrationabiliter agit, & qui stant in choro dicentes officium, debent dicere alta voce, vt à Populo intelligatur, quia oratio communis, quæ fit à ministris Ecclesiæ in persona Populi, debet toti Populo, pro quo profertur, innotescere, secundum Sanctum Thomam 2.2. quæst. 83. articulo 12. alias non videtur satisfacere.

14 Quæritur, vtrum quis teneatur missam audire quotidie, vel saltem omni festo? Respondetur, quod missam audire omni festo de præcepto quilibet teneatur (non autem quotidie) vt in Concilio Tridentino sessione 6. in fine, nisi magna necessitas eum excuset, vel legitimo impedimento, vt elicitur ab Arch. Flor. & alijs Doctoribus, Infirmitas propria: & custodia infirmorum, puerorum, qui sine periculo relinqui non possunt officiales castellani: famuli, & famulæ, puellæ nubiles, quando prohibentur à parentibus, & viduæ per aliquot dies, si per laudabilem consuetudinem; secus quando hoc fieret per menses. Debent tamen Domini, & patroni, seruis, & ancillis suis dare tempus eundi sacrum audire quantum possunt.

15 Quæritur, quantam missam quis tenetur audire? Respondetur, quod missam totam de præcepto quilibet tenetur audire; & intelligitur à principio vsque ad benedictionem: & quia modicum pro nihilo reputatur. cap. re vera, de consecratione, distinct. 2. Ideo qui modicum dimitteret, vt introitum, vel huiusmodi, vel quia occupatur quis in ministerium missæ, non agit contra præceptum: secus si dimittit partem notabilem, vt epistolam, & Euangelium, & debet pro illo tempore vacare attentè his, quæ dicuntur, quia sic intendit Ecclesia, & non se occupet in alijs pro tunc. Et vbicunque Missam audit, satisfacit: similiter satisfacit quamlibet Missam audire.

SVMMARIVM.

1 *Altare quomodo debet esse, & quid significat.*

2 *Altare tàm stabile; quàm portatile ab Episcopo consecratur.*

3 *Altaria construere in Ecclesia non consecrata licet sacerdotibus, sine Episcopi licentia.*

4 *Altare non consecratur sine reliquiis, nec Altare consecrari super sepulcrum hominum licet, nisi Sanctorum.*

5 *Altare potest capi multis modis.*

De Altaribus. Cap. XXV.

1 Altare debet esse lapideum, in quo celebratur missa. cap. Altaria, de consecrat. distinct. 1. ex institutione Sancti Syluest. S. Thom. 4. sentent. distinct. 13. quæst. 1. art. 2. Nam lapis Christum significat, qui in Altari immolatur, & quia in lapideo sepulcro corpus Christi fuit reconditum; & quia de facili hæc materia vbique potest inueniri; antea vero erant Altaria lignea; vt est adhuc Altare Lateranense: nunc verò debet esse lapideum, vel saltem tabulam lapideam habere consecratam, super qua commode situetur hostia, & calix: Et potest etiam in capsula lignea, in qua debet esse tabula lapidea tantæ latitudinis, & longitudinis, quod in ea capi possit pes calicis, & hostia consecrata, vt dicit Petr. de Palu. & vt in Romana Curia vtitur, & hoc vocatur Altare portatile, siue viaticum, secundum Arch. 3. titul. 11. cap. 2. & in dicto Altari portatili conceditur celebrari in Ecclesia non consecrata, aut in via, cap. concede, de cons. dist. 1.

2 Altare tã stabile, quàm portatile tantum ab Episcopo potest cõsecrari: & exacratur quando lapis, qui est loco sigilli, est confractus, & diminutus, vel mensa, vel tabula superior mota. Dicitur sigillum lapis quo clauditur, siue sit supra, siue deorsum, siue in dextera parte, dum tamen eo claudatur foramen. Altare portatile non exacratur, nisi sigillum amouea-

ueatur. Si stabile exacratur: primo, violatum, puta, si cecidit aliquis lapis de tangentibus consecrationem, vel motum est sigillum, vel tota mensa; In altari firmo, non consecratur tantum tabula, sed totum Altare, ideo per enormem læsionem omittit formam, & est exacratum, si lapis additur de nouo, non fit sacer, quia non confunditur mixtione. Abb. de consf. Altar. cap. ad hæc.

3 Licet presbyteris sine Episcopi licentia in Ecclesia non consecrata propria auctoritate Altaria constituere, vt in cap. Nullus, de consf. dist. 1. In Ecclesia vero consecrata non licet sine Episcopi licentia, cap. quamuis, dist. 68.

4 Non consecratur Altare sine reliquijs, cap. placuit, de consf. dist. 1. super sepulcrum hominum Altare consecrari non potest, nisi Sanctorum, cap. non oportet, de consf. dist. 1.

5 Altare potest capi multis modis, vt inquit Brul. dist. 10. quæst. 1. lib. 1. Capitur pro ipso Deo vero, trino, & vno, vt dicit Psal. Introibo ad Altare Dei, idest, ibo ad Deum meum; Secundo, capitur pro ipso D.N. Iesu Christo. Apoc. 6. Vidi sub Altare Dei animas interfectorum, idest, vidi sub protectione Christi animas interfectorum, idest Martyrum.

Tertio, capitur Altare pro gloriosa, & benedicta Cruce, in qua Christus pependit, vnde canitur in Hymno Paschali, cuius Corpus sanctissimum in Ara crucis torridum, idest Altare. Quarto modo pro anima Iusti cuiuslibet existentis in gratia. Quinto, Altare potest capi pro anima peccatrice, & istud Altare est sacrilegum. Sexto pro statu Ecclesiæ militantis. Septimo, pro illo loco, in quo in lege veteri offerebantur victimæ. Octauo, pro Paradiso, vbi sunt animæ beatæ. Nono capitur, pro illo loco, in quo, vel super quem Sacerdos in noua lege offert Corpus Christi. Vide de hoc latius Alex. de Ales part. 4. quæst. 36. memb. 1. Et dicitur, Altare quasi alta ara, ratione situs, quia eleuatum est super terram, vt dicit Gab. lect. 13 cano. &c.

SVMMARIVM.

1 *Pænitentiæ Sacramentum quid.*
2 *Pænitentia est sacramentum.*
3 *Pænitentiæ sacramentum quare sic vocatur.*
4 *Pænitentia est multiplex.*
5 *Institutio sacramenti Pænitentiæ.*

De Sacramento Pænitentiæ, Cap. XXVI.

QVia impunitum non debet esse peccatum, puniatur ergo à te, ne tu pro illo puniaris: Peccatum tuum Iudicem te habeat, non patronum. Aug. de vtilit. agendæ pænit.

1 Quæritur. Sacramentum Pænitentiæ quid, & quis instituit? Respondetur, sacramentum Pænitentiæ est sacramentum nouæ legis à Domino Nostro institutũ in remissionem peccatorum commissorum post Baptismum; & ideo dicitur secunda tabula post naufragium. Item S. Thom. in 4. sent. dist. 14. & 16. dicit quod est virtus moralis pertinens ad iustitiam puniens peccatum quod dolet commisisse. Item Mag. sent. lib. 4. dist. 14. sic definit: Pænitentia est virtus, qua commissa mala plangimus cum emẽdationis proposito. Item S. Ambrosius. Pænitentia est virtus cordis, amaritudo animæ pro malis, quæ quis commisit. Item idem alibi. Pænitentia est præterita mala plangere, & plangendo iterum non committere; Item Conc. Trid. sess. 14. cap. 3. esse reconciliationem cum Deo, quàm pax, ac serenitas in viris pijs cum vehementi consolatione consequi solet.

2 Quæritur vtrum Pænitentia sit sacramentum? Respondetur, quod sic, & est conclusio de Fide: vt patet Ioann. 10. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Item Matth. 18. Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Ex his locis patet, quod est aliqua auctoritas, & iurisdictio inter homines ad remittenda peccata: Et iurisdictio inter homines exercetur per actum exteriorem: ergo Pænitentia est signum sensibile institutum à Deo, in remissionem peccatorum; ac proinde est sacramentum, quod patet auctoritate Ecclesiæ, in cap. ad abolendam extr. de hæreticis, & expresse inter sacramenta numeratur confessio pecca-

to-

torum. Et qui aliter sentiret de Sacramentis, quàm Ecclesia Romana sentit, inter hæreticos numeratur. Item in Conc. Flor. sub Eugenio iiij inter septem Sacramenta numeratur Pænitentia.

Item in Conc. Triden. sess. 14. de sacramento Pænitentiæ can. 1. sic definit: Si quis dixerit in Catholica Ecclesia Pænitentiam non esse verè, & propriè sacramentum pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis à Christo Domino Nostro institutum, anathema sit, & in 2. can. dicit: si quis confundens ipsum Baptismum Pænitentiæ sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo sacramenta distincta non sint, atque ideo Pænitentia non rectè. Secundam post naufragium tabulam appellari, anathema sit.

3 Quæritur quare vocatur sacramentum Pænitentiæ? Respondetur, quia sumpsit nomen ab vltimo, quamuis contineat contritionem, confessionem, & satisfactionem, vt dicit S. Tho. dist. 16. & quæst. 84. arti sicut sæpe vsitatum est, nam licet homo sit animal, corpus, substantia, non denominatur, nisi ab vltimo, quod est homo: quia vero vltima pænitentiæ, quæ est sanctificatio, est penalis, quamuis omnia, quæ sunt in hoc sacramento sunt pænalia: ideo vocandum est sacramentum Pænitentis totum agregatim ex illis partibus, tàm actus pænitentis, quàm absoluentis, & est sacramentum Iustitię contra peccatum mortale, quia confitens debet reddere, seu satisfacere vnicuique quod suum est.

Item Sylu. Pænitentia dicta quasi pænæ tentio.

4 Quæritur quotuplex est Pænitentia? Respondetur, quod multiplex, quædam vera, Aug. Pænitentia vera est peccata non committere, & commissa deflere. Quædam falsa. Isidor. irrisor est, & non pænitens, qui adhuc agit, quod pæniteat: Quædam est coacta. Psal. 31. Conuersus sum in erumna mea, &c.

Quædam est sera. Aug. Si tunc pænitens, quando peccare non potes; peccata te dimiserunt, non tu illa; Quædam iniqua. Matth. 27. Iudas pænitentia ductus, &c. Quædam desperata. Sapient, scilicet, Præ angustia spiritus gementes, dicentes intra se pænitentiam agentes. Quædam sancta, & meritoria. Bernardus, O felix pænitentium humilitas. O bona spes confitentium, quam potens est apud Omnipotentem, quam facile vincis inuincibilem, quam cito tremendum Iudicem conuertis in pijssimum patrem.

Debet pænitentia esse amara. Hierem. 6. Planctum vnigeniti fac tibi. Voluntaria. Aug. cum gaudio debet facere immortalis, futurus, quæcunque faceret homo pro differenda morte moriturus. Perfecta. Aug. Nulla pænitentia est sera, dummodo sit vera. Accelerata. Eccles. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum. Hier. Nauiculæ hærenti in solo finem potius præcide, quàm solue. Perseuerans. Cant. 5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

5 Institutum fuit hoc sacramentum Pænitentiæ à Christo Domino post resurrectionem, quando insufflauit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Ibi enim data fuit potestas remittendi, & retinendi peccata ad reconciliandos fideles post Baptismum lapsos Apostolis, & eorum legitimis successoribus, & per eos omnibus sacerdotibus, & in figura dixit leproso: Vade, ostende te sacerdoti, & decem leprosis: Ite, ostendite vos sacerdotibus.

SVMMARIVM.

1 *Pænitentiæ materia quæ.*

De materia Sacramenti Pænitentiæ. Cap. XXVII.

1 QVæritur, quid est materia sacramenti Pænitentiæ? Respondetur, materia huius sacramenti est duplex, scilicet remota, & propinqua. Materia remota sunt peccata pænitentis: Materia vero propinqua, sunt tres actus pænitentis, scilicet contritio, confessio, & satisfactio, sic fuit difinitum in Concil. Flor. sub Eugenio iiij. & idem etiam difinitur in Conc. Trid. sess. 14. cap. 3. de Pænitentiæ sacramento can. 4. his verbis: Si quis negauerit ad integram, & perfectam peccatorum

rum remissionem requiri tres actus in pænitente, quæ tres pænitentiæ partes dicuntur, aut dixerit duas tantum esse Pænitentiæ partes, terrores scilicet incussos conscientiæ, agnito peccato, & Fidem conceptam ex Euangelio, videlicet absolutione, qua sibi credit per Christum remissa peccata, Anathema sit.

SVMMARIVM.

1 *Pænitentiæ sacramenti forma quæ.*
2 *Pænitentiæ forma essentialis.*
3 *Impositio manus super caput confitentis quid.*

De forma huius Sacramenti. Cap. XXVIII.

1 QVæritur quæ est forma huius sacramenti? Respondetur, quod forma essentialis est, te absoluo: sed quia nullus potest absolui à peccatis, nisi prius fuerit absolutus ab excommunicatione si aliqua tenetur, & ob id confessarius in primis ad maiorem cautelam debet absoluere ab excommunicatione, quatenus possit, & postea à peccatis.

2 Quæritur, si forma essentialis est, te absoluo, quare multa alia præmittuntur, & postponuntur? Respondetur, quod ob congruentiam huius sacramenti, & sunt ista: Misereatur tui, &c. Dominus Noster Iesus Christus per suam pijssimam misericordiam te absoluat, & ego auctoritate ipsius mihi licet indignissimo concessa, absoluo te in primis, ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum, & indiges, deinde te absoluo ab omnibus peccatis tuis: in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Passio D. N. Iesu Christi, &c. Item Albertus in 4. sentent. dist. 17. dicit, quod forma essentialis est, absoluo te à peccatis tuis.

Item S. Thom. 3. par. quæst. 24. art. 3. ad 1. dicit, quod de substantia formæ est, ego te absoluo, sed hoc quod præmittitur, scilicet oratio, non est de substantia formæ, sed tantum ne sacramenti effectus impediatur ex parte pænitentis.

3 Quæritur quid significat impositio manus super caput confitentis? Respondit S. Thom. quæst. 83. art. 4. quod impositio manuum, in sacramentis Ecclesiæ fit ad designandum aliquem copiosum gratiæ effectum, vt in sacramanto Confirmationis, & Ordinis; sed hoc sacramentum Pænitentiæ, quia non ordinatur ad aliquam eccellentiam gratiæ consequendam, sed ad remissionem peccatorum, & ita in hoc sacramento manus impositio non est de essentia, imò magis competeret signum crucis, quam manus impositio in signum, quod per sanguinem Christi remittuntur peccata, & tamen non est de necessitate sacramenti.

SVMMARIVM.

1 *Pænitentiæ sacramenti minister est proprius sacerdos.*
2 *Potestas absoluendi sacerdotibus data est.*
3 *Per claues sacerdos ligat, & soluit.*
4 *Non sacerdos potest audire confessionem, & seruare sigillum, non tamen absoluere.*
5 *Excommunicati, & suspensi non habent vsum absolutionis.*
6 *Confessarius non bene instructus, sciat saltem discernere inter peccatum, & non peccatum.*
7 *Confessoris prudentia requisita, & quomodo se debeat habere circa pænitentes.*
8 *Confessor tenetur seruare sigillum Confessionis, & caueat ne signo, verbo, & nutu aliquo prodeat peccatorem.*
9 *Quando non inuenitur sacerdos in periculo mortis quid agendum.*
10 *Post hanc vitam non est locus pænitentiæ.*

De Ministro Sacramenti Pænitentiæ. Cap. XXIX.

AVgust. super Psal. inquit in persona confessoris: O homo quid times confiteri illud, quod per cōfessionem scio minus scio, quam illud quod nescio, cur confiteri erubescis peccata tua? peccator sum sicut & tu; homo sum humani a me nihil alienum: confitere homo homini: homo peccator, homini peccatori: elige quod vis, si non cōfessus latè inconfessus damnaberis ad hoc Deus erigit confessionem, vt liberet hominem humilem,

ad hoc

ad hoc damnatnon confitentem, vt puniat superbum.

1 Quæritur quis est minister sacramenti Pænitentiæ? Respondetur quod minister sacramenti est proprius saeerdos, & dicitur sex modis; Primo modo ipse pastor Ecclesiæ, vt Papa Episcopus, & Curatus in suis casibus; secundo per determinationem superioris, & Vicarij; tertio per priuilegium quibusdam indultum; quarto per licentiam proprij sacerdotis: dum tamen non licentietur nisi vir discretus, & honestus, & verè sacerdos. Quinto, propter necessitatem, quia instante mortis articulo: quilibet Sacerdos potest absoluere, & peregrini absoluuntur ab illis apud, quos sunt, sexto propter defectum sui sacerdotis, quando scilicet est idiota, vel proditor confessionis, aut quando solet mulieres confitentes prouocare tunc enim si non inuenit aliquem, qui auctoritatem habeat, efficitur ei sacerdos proprius, non quilibet sed discretus, & honestus, & notus, vel ex ordine vel ex persona. Item proprius Sacerdos est qui ritè ordinatus, qui debet habere tres cõditiones, videlicet potestatem, scientiam, & mores, seu vitæ bonitatem; Primo, potestas necessaria ministro est duplex ordinis, & iurisdictionis: potestas ordinis est potestas consecrandi corpus Christi verũ iurisdictionis vero, est potestas supra corpus misticum ideſt potestas conferendi sacramenta, & exercendi actus spirituales, vt absoluendi, & dispensandi; In ministro igitur requiritur vtraque potestas, vt possit consecrare, & habeat iurisdictionem in subditos, quos debet absoluere, & hanc iurisdictionem debet habere de officio, vt sit parochus, vel ex delegatione.

Est differentia inter potestatem ordinis, & Clauis: Claues enim sunt potestas spiritualis remouendi impedimentum regni cælorum quod est peccatum. Vnde potestas ordinis non est clauis, sed potestas iurisdictionis est vera clauis. Altera, dicitur clauis scientiæ .i. potestas discernendi à quibus sit remouendum istud impedimentum, & à quibus non. Vnde per hanc clauem; sacerdos potest interrogare crimina, & tanquam iudex de his iudicare. Requiritur scientia, vt sciat prorsus, quod ad suum officium pertinet. Requiritur bona vita, vt is sit in gratia Dei vel extimet se esse; sciendum quoque est, quod potestas requiritur de necessitate, scientia etiam requiritur de necessitate, sed non plena scientia, at saltem, vt intelligat illa, quæ audit in illa confessione.

Vt sit in gratia, non est necessarium, licet peccet mortaliter. Vnde est regula Omnis qui ministrat sacramẽtum quodcunque cum conscientia peccati mortalis, mortaliter peccat, non tamen semper requiritur cõfessio nisi in Eucharestia, sed sufficit contritio; & ideo in generali saltem dicendo verè suam culpam de omnibus commissis cum verò proposito amplius mortaliter non peccandi, & satisfaciendi Deo, & sic contritus ministret sacramentum.

2 Quæritur quibus datæ sunt claues? Respondetur secundum S. Tho. in 4. sent. 18 & 19. quod solis sacerdotibus data est potestas hæc à Domino vbi ait. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis &c. Nec obstat, quod soli Petro dictum est. Tibi dabo claues regni cælorum Matth. cap. 16. Quia illud fecit Dominus ad demonstrandum Ecclesiæ vnitatem vt omnes à Petro, & successoribus suis acciperent suæ potestatis originem 24. quæst. 1 cap. quicuuque & cap. loquitur.

3 Quæritur quomodo per claues dicitur sacerdos ligare, & soluere? Respondetur secundum Richar in 4. sent. dist 13. art. 1. quæst. 2. quod vno modo iudicando, scilicet cũ examinatione hominis conscientiam iudicat ei cælum clausum, vel apertum. Alio modo aperit relaxando aliquã partem pænæ prædicto debitam; & claudit pænitentem aliqua pæna sensus ligando, quam explere, eum oportet, vel hic, vel in purgatorio, antequam ingrediatur cælum: Tertio modo, claudit, & aperit excommunicando: sed hoc respicit forum contentiosum, potiusquam pænitentiæ.

4 Quæritur vtrum in articulo necessitatis, non sacerdos possit audire confessionem? Respondetur quod potest audire non autem absoluere; nam solis sacerdotibus datæ sunt claues Ecclesiæ, (vt diximus) & potestas ligandi, & soluendi;

Ioan.

Ioan. cap. 20: nam in tali casu, confessionem audiens tenetur seruare sigillum confessionis.

5 Quæritur vtrum excommunicatus suspensus, & huiusmodi possint absoluere? Respondetur quod excommunicatus suspensus, quamuis habeant potestatem, non tamen habent vsum talis potestatis, ex quo defectu confessio redditur inualida, & mortaliter peccat sacerdos audiens confessionem sine huiusmodi potestate.

6 Quæritur quomodo se habere debet confessor, qui non habet scientiem requisitam? Respondetur secundum S.Tho.in 4. sent. dist. 17. in expositione litteræ, vt sciat distinguere inter peccatum, & non peccatum, & inter veniale, & mortale; & tandem si in aliquo esset dubitatio, sciat considerare, vt possit recurrere ad peritiores, & sit prudens, si non est sciens.

7 Quæritur quomodo intelligitur ista prudentia in confessore? Respondetur quod habet esse prudens, scilicet pænitentem instruendo, interrogando, hortando, animando ad spem, & huiusmodi sed non exasperando, cum verbis iniurijs, & vultu turbato: sed sobriè, achilari vultu inuestigando; nec se ipsum intentationem præcipitet, & pænitentem doceat prædicta, quæ ignorat, & iuxta grauitatem peccatorum, & conditionem pænitentium, quo ad prædicta arguendũ confessor prudens se habeat, & pari formiter quoad omnes: At cum simplicibus se dulciter habeat; eosq. diligenter de modo confitendi instruendo rudes, & rusticos; ne eorum peccata enormia, reputent leuia, & eos absoluta confessione non iam in principio, nec in medio confessionis, ne propter timorem, vel verecundiam cælent, & dimittant aliquod peccatum, durius increpando. Sapientes verò, & eruditos, vrbanius corripiendo. Induratos, & insensatos, acriter arguendo, & quantum fieri potest verbis, & exemplis, ad compuntionem inducendo, ac terrorem extremi iudicij eis incutiendo. Mulieres autem blandis verbis, & mollibus, non alliciendo, sed potius seueris, & rigidis, corripiendo, & quam citius potest fieri superfluis colloquijs, penitus resecatis, & tandem de ipsis se citius expediendo. Et si pænitens malit interrogari, illum hortetur, vt prius dicat, quod meminit eo modo quo potest, licet in ordinatæ, & confusè. Dicitur hoc sacramentũ confessio, & nõ interrogatio, tamen vbi videret ob pænitentis ignorãtiam confessionem non esse integram, debet illum iuuare: & caueat ne per vllũ peccati genus minus benignam faciem, quam prius ostendat pænitenti: Et in fine confessionis, addat clausulam generalem. Idest, De cunctis meis peccatis mortalibus, & venialibus confessis, & occultis, & alienis, atque diebus festis commissis, dico meam culpam &c.

8 Quæritur si confessor debet seruare sigillum confessionis? Respondetur quod debet inuiolabiliter, etiam sub quocũque præcepto ei facto; etiamsi Papa præciperet sub quacunque pæna, & censura, non debet manifestare, quæ audiuit, in confessione secundum S. Tho. in 4. sent. dist. 21. quæst. 2. art. 1. quia quantum ad hoc nulli, nisi Deo subijcitur nam hoe esset non solum contra præceptum naturale, sed diuinum, quia contra charitatem fieret.

Præcipitur enim in cap. omnis. de pænit. & remiss. vbi dicit. Caueat sacerdos omnino ne verbo, aut signo, aut aliquo quouis modo; aliquatenus prodeat peccatorem ac si aliquid graue, vel turpe peccatum ab ipso audierir nulla signa admirationis, abominationis, aut pauoris ostendat, etiam si requiratur à quouis superiore &c. potest dicere semper absolutè, se nescire: quia nescit, vt homini subiectus: & de hoc potest etiam intrpidè iurare secundum S.Tho. ibidem ad 3. si verò contrarium fecerit deponatur & omnibus diebus vitæ suæ, ignominiosus peregrinando pergat. de pænit. & remiss. cap. omnis vtriusq. sexus.

9 Quæritur quid faciendum, quando nõ inuenitur sacerdos, si quis peccator præueniatur aliquo periculo maris, vel latronũ, aut alicuius alterius? Respondetur quod tunc in tali necessitate, pænitentiæ erit, vt peccator faciat quicquid potest cõmendando se Deo, veniam de suis peccatis petendo; dicat miserere mei Deus, vel aliquid simile quicquid enim possit,

etiam in vltimo statu facere hoc animo, vt concilietur Deus, & placatus reddatur & patienter illa mala tollerare: pænitentia est; talis namque non est extra salutis statum.

10 Quæritur an post hanc vitam, sit locus pænitentiæ? Respondetor, quod non, quia pro vt in corpore gessit, siue bonum, siue malum recipiet 2. Corinth. 5. & vbi ceciderit lignum, ibi manebit. Eccles. 2. Veniet nox, quando nemo poterit operari Ioan. 6.

SVMMARIVM.

1 *Penitentia est remedium sufficiens contra peccatum.*
2 *Pænitentiæ effectus multiplex.*
3 *Pænitentia est secunda tabula post naufragium.*
4 *Naufragium originalis, & actualis peccati est.*
5 *Opera mortificata quomodo viuificentur.*
6 *Pænitentia digna non est vbi propositum non peccandi deest.*
7 *Pænitentia vnde dicatur.*
8 *Pænitentia duplex interior, & exterior.*
9 *Pænitentiæ species tres: solemnis, publica, & priuata.*
10 *Pænitentia in peccato mortali facta, licet non satisfaciat Deo, satisfacit tamen Ecclesiæ.*
11 *Pænitentiam peragere etiam in vltimo vitæ quilibet potest.*
12 *Pænitentia est remedium ad salutem necessarium post peccatum.*
13 *Pænitentia de peccatis venialibus non est necessaria.*

De effectu Sacramenti Pænitentiæ. Cap. XXX.

1 QVæritur si pænitentia est remedium sufficiens contra peccatum? Respondetur, quod sic, Ezechielis 18. si impius egerit pænitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, vita viuet, & non morietur omnium iniquitatum eius, quas operatus est non recordabor. Item Ezechielis 33. cap. 2. Dissimulans peccata hominum propter pænitentiam, & Matth. 3. Pænitētiam agite appropinquabit enim regnum cælorum. Item Matth. 4. & Luc. 15. Gaudium est angelis dei super vno peccatore pænitentiam agente. Et 2. Corinth. 7. Quæ enim secundum Deum tristitia est, salutem operatur Luc. 17. si pænitentiam egerit dimitte illi, & sunt in vtroque testamento infinita exempla, & testimonia.

2 Quæritur effectus præcipuus pænitentiæ, quis? Respondetur, quod per pænitentiam absoluitur homo a peccato, restituitur Ecclesiæ, reconciliatur Deo; Donis spiritualibus ditatur. De filio Diaboli, efficitur filius Dei; regnum cælorum aperitur. Hæc est quæ angelos lætificat: impium iustificat, ammissa bona, reuocat: vitam æternam donat, pænam æternam vitat.

3 Item pænitentia est secunda tabula post naufragium ad quam potest homo recurrere quandiù est in statu vitæ præsentis; quandocunque, & quotiescunque voluerit diuinam misericordiam implorare, Pænitentia siue virtus, siue sacramentum, qua homini restituitur gratia, per quam attingit ad portum salutis: dicitur tabula post naufragium metaphoricè, rationes varie assignantur, sed sufficit vna quam, ponit Gabr. dist. 14. quæst. 2. art. 3. lib. 4. Mundus in quo creatus est homo mare magnum secundum: illud psal. maremagnum &c. Nauis est status innocentiæ, in quo per gratiam facile, & satis securè homo creatus poterat peruenire ad portum salutis, quia nondum erat illa scrupulosa rebellio, & periculosissima pugna, sensualitatis, & rationis: Naufragium est perditio status innocentiæ in Adam, quo integritas nauis facta est, & perditus innocentiæ status. Tabula sunt remedia idest sacramenta, quibus gratia perdita restituitur, sicut in Baptismo, & perfecta pænitentia, qua omnis culpa, & pæna remittitur non tamen status innocentiæ restituitur, quia manet peccati fomes, manet bellum intestinum, manent scopuli, & arenæ multiplicium impedimentorum, quæ in statu innocentiæ, non fuissent. Alias rationes alij assignant. Concordat S. Bonauentura vide Richar. dist. 14. circa litteram.

4 Quotuplex est naufragium? Respondetur,

detur duplex scilicet peccati originalis, & actualis. De peccato originali liberamur per tabulam Baptismi (vt diximus) quæ virtutem, & efficaciam accepit a tabula crucis Christi. De secũdo verò liberamur per tabulam pænitentiæ, quam diuina clementia prouidit homini, quia pro peccato actuali non potest iterum baptizari.

Nota quod à reatu peccati liberamur per gratiam, a sequelis autem peccatorũ per pænitentiam, & partes pænitentiæ, a miseria verò per gloriam.

5 Quæritur quomodo opera mortificata viuificentur? Respondetur, quia licet, quod verum sit, quod a priuatione ad habitum non fit regressus in vita naturali, non tamen est verum in vita mortali: Nam a priuatione ad habitum, voluntarius est regressus, scilicet a morte culpæ ad vitam gratiæ. Vnde dicimus, quod sicut peccata actualia transeunt actu, & remanent reatu, ita bona opera transeũt actu, & remanent merito; Secundum autem quod manent dicuntur mortificari, vel viuificari. Bona igitur opera quandiu sunt coniuncta radici merendi scilicet charitati dicũtur viuere; quando autem ab illa reparantur dicuntur mortificari, & quando reuertuntur dicuntur viuificari, quia redeunt ad statum suæ originis, videlicet gratiæ, & charitatis, quia valent ad maiorem radicationem charitatis.

6 Quæritur vtrum sine proposito ad nõ peccandum in posterum sit vera pænitentia? Respondetur, quod non est digna pænitentia, vt dicit Gabr. dist. 22. quæst. vnica art. 2. concl. 3. lib. 4. Et pænitentia virtutis timore concipitur, vt ait Petr. de Pal. dist. 14. quæst. 3. lib. 4. & cæteri, vnde est illud Flor.

Oderunt peccare boni, virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pænæ,

Licet in aliquibus bonis accipiatur virtutis amore.

7 Quæritur vnde dicitur pænitentia? Respondetur, quod dicitur a pœna pænæ, & teneo tenes, quasi pænæ tentio, in quam scilicet pænitens per pænã, quam sustinet punit se propter illicita, quæ commisit.

8 Quæritur quotuplex est pænitentia? Respondetur secundum Mag. sent. lib. 4. dist. 14. est duplex, scilicet, interior, & exterior. Interior fit quando cum cordis amaritudine pænitens conterit peccata sua. Exterior verò fit indicijs exterioribus: vt fletu oculorum, vel tunsione pectoris, & similibus signis de pænit. dist. 1. cap. porrò.

9 Quæritur quot sunt species pænitentiæ? Respondetur secundum S. Tho. lib. 4. sent. dist. 18. quod sunt tres, scilicet, solemnis, publica, & priuata. Pænitentia solemnis est, illa quæ per Episcopum solemniter in 4. feria cinerum indicitur propter peccata enormia, & publica, vel per alium de eius mandato distin. 50. capit. in capite: sed nunc non est amplius in vsu.

Pænitentia autem publica est propria illa, quæ publicè fit, sed sine prædicta solemnitate, & imponitur a quolibet simplici sacerdote 31. quæst. 1. cap. si quis, etiam a clerico dummodo non sit solemnis, & non debet imponi, nisi pro graui & publico peccato, nec confessor imponens talem pænitentiam publicam, dicitur, reuelare peccatum nec confessionem qui nescitur pro quo peccato dederit talem pænitentiam secundum S. Tho. 4. sent. dist. 14.

Pænitentia verò priuata est illa, quæ singulariter priuatè fit cum quis quotidie peccata sua confitetur secretè sacerdoti, qui eam imponit in confessione 26. quæst. capit. præsbiteri, & 2. quæst. si peccauerit.

Alia est virtualis, quando quis dolet, de quo dolendum, & quantum est dolendum.

10 Quæritur vtrum si perficiens pænitentiam in peccato mortali satisfaciat? Respondetur, quod perficiens pænitentiam datam a confessore in peccato mortali, licet non satisfaciat Deo quia cum non sit amicitia cum Deo, non potest esse acceptum tale opus sic factum D. Ant. cap. 24. satisfacit tamen Ecclesiæ ita, quod non tenetur amplius reconfiteri de illis peccatis ritè confessis, pro quibus data est pænitẽtia neque tenetur eandem pænitentiam reiterare, sed potest cum alia Deo satisfacere.

11 Quæritur vtrum si in vltimo vitæ peccator

catorum potest pænitentiam facere? ℞. secundum S. Tho. in 4. sent. dist. 20. quod quilibet peccator potest pænitentiã peragere, quia manet in eo vsus liberi arbitrij, quo mediante Dei auxilio potest ad gratiam se quilibet disponere, quamquã talis pænitentia sit valde dubia secundum Aug. per cap. quem pænitet de pænit. dist. 7. Ideo, qui à dubio vult liberari, dum sanus mentis compos est, pænitentiam agat.

Item Aug. in lib. de vtilit. agent. pænit. dicit. Nolite negligere, quod vos pius Dominus peccantes substinet, quia quanto diutius expectat, vt emendetis, tanto grauius iudicabit, si neglexeritis: In tribunal mentis tuæ ascende contra te, & reum te constitue ante te, noli te ponere post te, ne Deus, te ponat ante te Item Aug. de decem cordis. Melius est modica amaritudo in faucibus, quam æternum tormentum in visceribus.

12 Quæritur an pænitentia sit remedium necessariũ ad salutem post lapsum in peccatum? ℞. quod sic, nam in sacris litteris vbicunque Dominus: hortatur ad veniam petendam nõ dat aliud remedium, nisi pænitentiam ergo, & hoc adeo verũ est, quod requiritur pænitentia de peccatis commissis: ante baptismum Adulti, qui baptizantur necesse est, quod doleant de peccatis commissis, actuum 2. pænitẽtiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum, & Aug. lib. de pænit. ait. Omnis qui suæ voluntatis arbiter constitutus est, cũ ad sacramentum fidelium accedit, nisi eum veteris vitæ pæniteat, nouam non potest inchoare de cons. dist. 4. Ab hac autem pænitentia cum baptiantur, soli paruuli, sunt immunes: cap. omnis qui.

13 Quæritur vtrum sit necessaria pænitẽtia de peccatis venialibus? ℞. quod non, quia per dilectionem Dei, & per multa alia dimitti possunt.

SVMMARIVM.

1 *Pænitentiæ partes integrales.*
2 *Pænitentiæ partes tres.*
3 *Per peccatum homo offendit Deum Ecclesiam, & seipsum.*
4 *Pænitentiæ partes sunt tres dietæ, quibus itur ad terram promissionis.*

De partibus Pænitentiæ Integralibus. Cap. XXXI.

1 QVæritur quod sunt partes pænitentiæ integrales? ℞. quod sunt tres secundum S. Tho. in 4. sent. dist. 14. scilicet cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio, de pænit. dist. 1. & dist. 3. cap. perfecta pænitentia, eod. titul. & Sot. dist. 17. art. 2. & 3. Prima est cordis contritio ad quam pertinet, vt doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero: Secunda est oris cõfessio, ad quam pertinet, vt peccator omnia peccata quorum memoriam habet, suo sacerdoti integraliter confiteatur. Tertia est satisfactio pro peccatis secũdum arbitrium sacerdotis, de pænit. dist. 1. cap. non potest & 1. quæst. 3. cap. æstimant; de pænit. dist. 1. cap. nemo, & Conc. Trid. sess. 14. cap. 3.

Item partes pænitẽtiæ integrales, sunt tres scilicet contritio, confessio, & satisfactio, vt supra quamuis enim complementum peccati possit esse in actum solum oris, & solum cordis vel trium simul tamen ad perfectionem pænitentiæ exigitur horum trium accusatio, licet ad esse simplex sufficiat contritio in actu, & cõfessio, & satisfactio in proposito. Nõ enim in his, quæ habẽt esse successiuũ exigitur qđ partes integrales sunt simul, sed exigitur hoc in toto, quod habet esse ꝑmanẽs.

2 Quod autem tres sint partes pænitentiæ sic ostenditur; pænitentia est quoddam spontaneum iudicium, in quo contritio, est quasi quædam citatio vbi sequitur Rei ante Iudicem spontanea confessio: Deinde sequitur per iudicem impositæ emendæ solutio: Sed in hoc differt iudicium fori à iudicio Poli, quia ibi confessus in iure cõdemnatur, & hic absoluitur. Alia est partium istarum sufficientia, quia omne peccatum cõmittitur corde, ore, vel opere, iustũ est; vt per contrariũ curetur, scilicet vt peccator culpa animo detestetur verbo accuset, & facto puniat.

3 Item per peccatũ offendit homo Deũ Ecclesiã, & se ipsum, sed per contritionẽ reconciliatur Deo per confessionem Ecclesiæ: & per satisfactionem sibi.

4 Item istæ tres pænitentiæ partes sunt

tres diete quibus itur ad terram promissionis, de quibus dicitur Exod. 3. ibimus viam trium dierum; Item istæ tres partes significant moraliter tres mortuos quos Dominus: suscitauit: quoniam per contritionem suscitatur puella in domo, per confessionem iuuenis in porta, per satisfactionem lazarus in sepulcro.

SVMMARIVM.

1 *Contritio est dolor voluntariè pro peccatis*
2 *Peccatum detestari perpetuo debet.*
3 *Contritionem non habent beati, neque damnati, neque qui sunt in purgatorio.*
4 *Contritionis dolor debet esse maximus.*
5 *Homo non debet ad pœnas particulares descendere.*
6 *Propositum non peccandi in futurum necessarium est.*
7 *Pœnæ peccatis debitæ per contritionem non semper remittuntur.*
8 *Contritio, & attritio in quibus differunt.*
9 *Contritioni veræ quæ requiruntur.*
10 *Contritioni tribus causis inducitur.*
11 *Attritio quid sit, & quid operetur.*

De contritione, quæ est prima pars pænitentiæ. Cap. XXXII.

QVi nescit lugere: quod grauat non valet proferre, quod subleuat. Vis compunctionis poros cordis aperit, & pennas virtutum fundit quũq; se studiosè mens depigra vetustate redarguit, alacri nouitate iuuenescit Greg. 21. moral. Qui pectus suum tumdit; & se nõ corrigit, peccata solidat, non tollit. Aug. in quodam serm.

1 Quæritur quid est contritio? ℞. secũdum Mag. sent. in 4. dist. 17. quod est dolor voluntariè assumptus pro peccatis cũ intentione confitendi, & satisfaciendi, qui quidem dolor si sit perfectus dicitur contritio, si imperfectus, vocatur attritio, quæ attritio secundum S. Tho. 4. dist. 12. quæst. 2. art. 1. quæstiũcula 3. quod non potest fieri contritio in isto modo, sed debet esse ista contritio de quolibet peccato: de quo habetur memoria; de alijs oblitis sufficit generalis contritio secundum S. Tho. ibi, & Petr. de Pal. & iste dolor voluntariè assumptus non est aliud nisi peccati displicẽtia, propter offensam Dei, & istæ est de necessitate, & essentia contritionis. Alius est dolor sensibilis, qui apparet in lacrimis, & suspirijs, & iste non est de essentia contritionis; sed de perfectione, quia non est in nostra potestate, eam semper habere quando volumus.

Potest autem tanta esse cõtritio, quod sufficeret, non solum ad deletionem culpæ sed etiam totius pænæ, vt de Magdalena Luc. 7. Potest enim tantum incendi charitas in contritione, & tantus est dolor sensibilis, quod contritio inde procedens merebitur solutionem ab omni pæna. Nec debet contritio saltem in habitu cessare in peccatore, etiam post confessionem, sed semper manere vt inquit S. Tho. in 4. dist. 17.

2 Quæritur quamdiu quis de peccato dolere debet? ℞. sicut dicit Hugo de sancto Victore. Deus quando absoluit hominem à vinculo peccati, ligat eum vinculo perpetuæ detestationis.

Quæritur quotuplex est ista peccati detestatio? ℞. quod duplex, quædam est in habitu ad quem homo semper tenetur etiam post perfectam peccati remissionem, de qua dicit Aug. loquens de pænitente, quod pænitens sem per doleat; & de dolere gaudeat, & non doluisse doleat, Alia detestatio est in actu, & ad hanc homo non semper tenetur vt in Conc. Trid. sess. 14. cap. 4.

3 Quæritur vtrum damnati, & beati, & qui sunt in purgatorio habeant contritionem? ℞. quod beati, & damnati, qui sunt in Purgatorio non habent contritionem propriè, cuius ratio est, quia in contritione propriè sumpta, sunt tria, scilicet gratia, dolor, & effectus meriti satisfacientis; in beatis ergo non potest esse dolor, in damnatis verò, non est gratia merendi, & hi qui sunt in purgatorio non merentur.

4 Quæritur quantus debet esse iste contritionis dolor? ℞. quod debet esse tantus, vt peccatum nobis displiceat, supra omne odibile, cum proposito vitandi supra

supra omne vitabile secundum Caet. ibi. Ita quod maximus esse debet, neque minus esse potest. & de hoc dolore intelligitur illud Hier. 6. luctum vnigeniti fac tibi, quia homo ex ratione debet magis velle nunquam peccasse, quam vnigenitum viuere, idest debet peccator ita esse dispositus, vt paratus sit potius quodcunque malum pati velle, quam mortaliter peccare, & qui sic se habet, est certus de sua contritione humana, non autem formata gratia diuina secundum Caiet. 161.

5 Quæritur an homo debeat ad particulares pænas descendere? Respondetur, quod non, quia hoc esset parare sibi laqueum tentationis secundum S. Tho. supra.

6 Quæritur an sit necessarium propositum non peccandi? ℞. quod hæc est grauis quæstio, & de qua sunt variæ sententiæ. Maior in 4. dist. 14 quæst. 1. & Almain. & Bonau. in 4. dist. 14. in expositione textus dicunt, quod si pænitens nihil cogitat de futuro, non oportet, quod habeat propositum cauendi a peccatis, sed sufficit, quod actualiter non habeat contrarium actum S. Tho. 12. quæst. 113. art. 5. & in 4. dist. 14. in expositione textus, & dist. 17. quæst. 2. art 2. & quæstiuncula 4. & 3. part. quæst. 85. art. 3. & quæst. 90. art. 4. & 3. contra gentes cap. 118. & 4. contra gentes cap. 72. & Adrianus quolibet 5. art. 3. dicunt, quod requiritur actuale propositum cauendi a peccatis futuris. Idem tenet Albertus magnus in 4. dist. 14. art. 20. & Alex. de Ales. 4. part. membr. 9. Quæ harum sententiarum sit verior, ego nescio, sed probabilior, & firmiter tenendum, atque intrepide dicendum est quod sola sententia S. Tho. quam stabile, & firmam faciunt verba Conc. Flor. quæ dicunt, quod ad contritionem spectat dolere de peccatis comissis, cum proposito non peccandi deinceps. Præterea Conc. Trid. sess. 14. cap 4. contritio, quæ primum locum interdictos pænitentiæ, actus habet, animi dolor, & detestatio, est de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero. Item Io. 5. & 8. dixit Dominus existenti ad piscinam, & adulteræ, amplius noli peccare, non dixit non pecces, sed noli? Item qui diligit Deum vult ei in omnibus placere, & in nullo displicere, ergo talis habet propositum cauendi futura. qui vero non habet veram pænitentiam, non diligit Deum super omnia.

7 Quæritur vtrum semper remittatur tota pæna peccatis debita per contritionem? ℞. quod non, nam ita diffinitur in Conc. Trid. sess. 14. can. 12. cuius verba sunt hæc: Si quis dixerit totam, pænam simul cum culpa remitti semper a Deo, satisfactionemque pænitentium non esse aliam, quam fidem, qua appræhendunt Christum pro eis satisfecisse anathema sit. Item si remitteretur tota pæna non esset opus purgatorio. Quod autem post remissionem culpæ remaneat reatus pænæ probatur vnica authoritate 2. Reg. 12. Post quam fuit remissum peccatum. Dauid dicitur in pænam eius vnicus filius, qui natus est tibi ex Bersabea, morietur, & Luc. 3 facite fructus dignos pænitentiæ, & hoc per satisfactionem, & Rom. 6 sicut exibuistis membra vestra &c. qui si in Tyro, & Sydone, &c. Matth. 11. Item Ecclesia orat. pro mortuis, & habetur 2. Machab. 12. vt a peccatis soluantur non solum a venialibus, sed etiam a mortalibus cum dicat ab omni vinculo delictorum. Ac alius locus Iosuæ 22. An parum vobis est quod peccatis in Belphegor. vsque in præsentem diem, macula huius sceleris, in vobis permanet. S. Tho. 12. quæst. 86. artic. 2. Potest nihilominus tanta esse contritio, quod sufficiat, ad remittendum totam pænam, sicut credimus fuisse in Magdalena.

8 Quæritur quid differt inter contritionem, & attritionem? ℞. quod contritio est dolor perfectus de omnibus commissis contra Dei legem; Actritio verò est dolor imperfectus, de peccatis Conc. Trid. sess. 14. cap. 4.

9 Quæritur quæ requiruntur ad veram, & perfectam contritionem? ℞. secundum S. Tho. 1. 2. quæst. 113. artic. 8. quod quatuor requiruntur, primum est, infusio gratiæ: Secundum est motus liberi arbitrij in Deum super omnia ipsum diligendo: Tertium est motus liberi

arbitrij in detestando ipsum peccatum. Quartum, est remissio culpæ.

10 Quæritur quot sunt causæ, quæ inducunt ad contritionem? ℞. secundum Ray. quod sunt sex. Prima est peccatorum recognitio. Secunda est pudor. Tertia, est peccatoris vtilitas. Quarta est timor extremi iudicij. Quinta est dolor de ammissione Patrię cælestis. Sexta est spes, quæ triplex est, scilicet veniæ, qua peccata dimittuntur, gratiæ, qua bona operamur, gloriæ, qua remunerabimur.

11 Quæritur quid est attritio? ℞. quod est dolor imperfectus de peccatis propter turpitudinem ipsius peccati, vel propter timorem inferni, vel propter spem gloriæ, & vnaquaque harum si voluntatem peccandi, excludet cum spe veniæ, satis est cum sacramento ad gratiam obtinendam, & ad hoc, vt fiat ex attrito contritus. Item quando imperfecte detestatur peccatum, non tanquam Dei offensam, sed propter pænas inferni; illa detestatio, quia non sufficit eradicare peccatum: dicitur attritio S. Tho. in 4. sent. dist. 17. quæst. 2. art. 1. ad primam quæst. & ibi Sot. Hæc tamen attritio non est mala, quia timor iste seruilis comparatur setæ sutoris, quæ filum introducit; vt dicitur de pænit. dist. 2. cap. sicut seta &c. vt inquit Sot. in 4. sent. dist. 14. quæst. 2. art. 5. & hanc attritionem inquit, Conc. Trid. esse donum Dei, & impulsum spiritus Sancti, non adhuc inhabitantis, sed tantum mouentis, quo pænitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat, modo duo concurrant; primum, quod hic timor excludat voluntatem peccandi, secundum, vt sit cum spe veniæ, nam tunc adiuncto sacramento, sufficit ad veniam peccati, & ad validè recipiendam absolutionem.

SVMMARIVM.

1 *Confessio sacramentalis quid.*
2 *Confessio triplex, mentalis, cæremonialis, & sacramentalis.*
4 *Confessionem Christus instituit dupliciter.*
4 *Confiteri tenentur omnes adulti, postquam ad annos discretionis peruenerint.*
5 *Discretionis annos habere quis dicitur.*
6 *Confiteri tenentur omnes saltem semel in anno ad Pascha.*
7 *Confiteri statim post peccatum vtrum quis teneatur.*
8 *Confessio fieri debet sacerdoti habenti claues Ecclesiæ.*
9 *Confiteri statim in quibus casibus tenetur.*
10 *Confiteri statim vtile est in quinque casibus.*
11 *Confessio de quibus debet fieri.*
12 *Materia sacramenti pænitentiæ sunt actus pænitentis, & peccata de quibus dolet.*
13 *Confiteri non debet mulier sacerdoti, cum quo carnaliter peccauit.*
14 *Confessio est iteranda quando confessor inaduertenter non audiuit peccata pænitentis.*

De Confessione sacramentali, quæ est secunda pars pænitentiæ. Cap. XXXIII.

1 Qværitur, quid est confessio sacramentalis? Respondetur, quod est manifestatio peccatorum confessori facta, vt a peccatis ab eo absoluatur. Item secundum Aug. confessio est, per quam morbus latens; spe veniæ aperitur.

Item secundum Ray. confessio est legitima coram sacerdote habente claues Ecclesiæ peccatorum declaratio.

Item Nauar. cap. 2. num. 1. quod confessio peccatoris est accusatio secreta de suis peccatis coram proprio sacerdote, vt ab illis sacramentaliter absoluatur. Item Conc. Trid. sess. 14. cap. 3. & 5.

Hæc confessio sacramentalis, quæ est pars pænitētiæ conuenienter describitur per naturam, quæ est peccatum, & per actum, qui est aperire, & per finem, qui est spes veniæ.

Vnde dicitur confessio? Respondetur, secundum Ray. quod dicitur a, con, quasi simul, vel ex toto, vel vndique, & fassio, idest, locutio.

2 Quæritur quotuplex est confessio? Respond. quod triplex videlicet mentalis.

Cere

Ceremonialis. & sacramentalis: Mentalis cõfessio est, quæ fit coram Deo in corde, & hæc est de iure naturæ, idest fuit tempore legis naturæ, scilicet statim post peccatum Adæ.

Ceremonialis autem, quod peccans tali peccato offerat tale sacrificium, & peccans in alio peccato offerat aliud, & hæc fuit in lege Mosaica.

Sacramentalis verò confessio est, quæ fit sacerdoti, & hæc est non de iure naturali, sed Euangelico, & hæc est de necessitate salutis omnibus credentibus.

Ante incarnationem Christi sufficiebat confessio mentalis, quia Deus nondum erat homo, sed post quam factus est homo debet confessio fieri homini vicario Christi, & ministri sacramentorum; Christus dedit potestatem ligandi, & soluendi, eisque insinuauit cõfessionem tanquã iudicibus fieri debere. Sic ergo Christus instituit confessionem tacitè, sed Apostoli promulgauerunt eam expressè Iacob. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra.

Quamuis igitur in contritione remittatur peccatum, communiter tamen cõfessio vocalis est necessaria, vel in re, quando habetur opportunitas, vel in proposito, quando articulus necessitatis eam excludit, & non contemptus religionis, & ita necessitas confitendi post contritionem non est in tali casu propter necessitatem remedij, cum peccatum iam sit dimissum, sed propter obligationem præcepti. Confessio, & satisfactio necessaria est non solum propter reconciliationẽ in iudicio Dei, sed etiã in iudicio Ecclesiæ.

3 Quæritur qius instituit confessionem? Respondetur quod Christus instituit dupliciter, scilicet implicitè, & explicitè: Implicitè, quando dixit leproso, Vade ostende te sacerdoti: Matth. cap. 8. Explicitè, quando dixit: Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt Io. cap. 20. ibi enim datur sacerdotibus potestas iudicandi, & remittendi, quæ requirit manifestationem de ipsis peccatis, quæ est confessio, & quamuis Christus instituit confessionem tacitè, sed Apostoli promulgauerunt eam expressè Iac. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Et Concil. Trid. sess. 14. cap. 1. & 5. & can. 7.

Mira compensatio, stupenda vicissitudo, domino suo, propria mala dicere, & ab eodem præmia salutis accipere. Quis non incitetur illi ad præmium confiteri, cui non possis negare quod feceris? Cassiod. & Amb. inquit. Qui se accusat, & si peccator sit, iustus esse incipit, quia nec sibi parcit, & Dei iustitias confitetur. Cessat enim vindicta diuina, si confessio præcurrat humana.

4 Quæritur qui tenentur ad confessionem? Respondetur quod omnes adulti, postquam ad annos discretionis peruenerint tenentur confiteri, saltem semel in anno, id est ad Pascha, & qui hoc non fecerit, viuens ab ingressu Ecclesiæ, arceatur & moriens Ecclesiastica sepultura careat, vt patet ext. de pænit. & remiss. cap. omnis vtriusque sexus, & Conc. Trid. sess. 14. cap. 1.

5 Quæritur quis dicitur habere annos discretionis? Respondetur quando quis est doli capax, & secundum Scot. quo ad confessionem, quando aliquis instructus, & interrogatus ordinatè percipit distinctè, quòd iustum, & quod iniustum in lege diuina, quod potest facile cognosci si ad ordinatas interrogationes, ordinate respondeat, signum est, quod habet vsum rationis.

6 Quæritur quando tenetur quis confiteri? Respondetur quod cum confessio sit inter præcepta affirmatiua, non obligat, nisi pro loco, & tempore: Ecclesia verò determinat in decretis, quod omnis confiteatur semel in anno: quia tunc quilibet de necessitate communicare tenetur vt dictum est.

7 Quæritur vtrum homo statim post peccatum commissum teneatur confiteri? Respondetur quod non tenetur statim confiteri: sed dolere de peccato commisso & proponere de cætero non peccare cum intentione in futura quadragesima confiteri; & hoc sufficit pro tunc, ad acquirendum statum gratiæ sed confiteri melius esset.

8 Quæritur cui debeat fieri confessio? Respondetur secundum S. Tho. in 4 sent. dist. 17. quod sacerdoti habenti claues

Ecclesiæ (vt diximus supra) & habeat iurisdictionem ordinariam, vel delegatã; alias absoluore, vel ligare, quis aliquem non potest nisi habeat super eum iurisdictionem de pænit. & remiss. cap. omnis & Conc. Trid. sess. 14. cap. 6. & can. 3. 10. & 15.

9 Quæritur in quibus casibus tenetur quis statim confiteri? Respondetur quod in quinque; Primus est, grauis infirmitas: Secundus est, quando imminet periculũ mortis, sicut mare transire, longam peregrinationem, seu periculosam viam agere: Tertius est, quando habet aliquid agere, quod existens in peccato mortali, non potest facere sine peccato mortali, sicut dicere missam, vel sumere Eucharistiam, extra missam, & huiusmodi. Quartus est, quando habet copiam confessarij, qui potest eum absoluere à peccatis à quibus suus confessor non poterat. Quintus est, quando habet consciẽtiam, quod statim debeat confiteri, quia tenetur aut talem conscientiam deponere, aut confiteri, & licet hoc possit differre, (vt diximus) melius tamen est, & tutius quam primum confiteri post peccatum cõmissum propter multa mala, & pericula, quæ euenire possunt, & multa bona, quæ inde sequuntur.

10 Item notandum est secundum Raymundum, quod quinque sunt causæ, per quas multum vtile est, & congruũ statim confiteri. Prima est propter incertitudinem horæ mortis. Secunda est, quia morans in peccato semper accumulat peccatum peccato. Tertia est, quia quanto maiorem moram fecerit, tanto magis elongabitur à Deo. Quarta est quia in magna angustia, & ægritudine, vix potest aliquis benè pænitere; seu etiam de peccatis cogitare. Quinta est, quia nisi peccator in vita sua, exaudierit dominum clamantem, quod confiteatur, & faciat pænitentiam, clamabit postea ipse ad Dominũ & non exaudietur. Et vt dicitur in Psal. Quia ecce, qui non elongantur à te peribunt.

11 Quæritur de quibus debet fieri confessio? Resp. quod de peccatis mortalibus & eorum circumstantijs. De peccatis autem venialibus non tenetur ex præcepto Concil. Trid. sess. 14. cap. 3.

12 Quæritur quæ est materia sacramenti pænitentiæ? Resp. quod sunt actus pænitentis, (vt diximus supra,) & peccata de quibus dolet; Vnde virtute clauium ex attrito fit contritus secundum S. Tho. 3. part. quæst. 84. art. 2. & Conc. Trid. sess. 14. cap. 5.

13 Quæritur nunquid potest mulier confiteri Sacerdoti, cum quo carnaliter peccauerit? ℞. quod non, sed debet petere licentiã cõfiteri alteri sacerdoti posito adhuc, quod ille nõ deberet negare, tã propter periculum peccandi cum illa, quam propter minorem erubescentiam, quam de peccato haberet, tamen si illi confiteretur, & eam absolueret, absoluta est. Vide cap. 21. par. 2.

14 Quæritur an cõfessio sit valida, si confessor non aduertat ad peccata pænitentis? Resp. quod sine dubio ex quacunque causa confessor nõ aduertat ad peccata pænitentis. Confessio est iteranda. Sed pænitens potest ignorare inuincibiliter an confessor audierit, an non, si tamen constaret aliquo pacto, quod confessor, vel non audiuit, vel non intellexit peccata, omnino tenetur iterare confessionẽ, quia prior fuit nulla, inquit summ. Vict. & D. Ant. cap. 23. quia omnis confessio importat reuelationem, quæ nõ potest esse sine reuelatione vnius, & perceptione alterius, & hoc debet intelligi de peccatis grauioribus quæ sunt de necessitate salutis confitenda.

Ex quo homo incipit præcepti esse capax ex illo incipit posse peccare. Duobus modis peccat ante quam sit sapiens; si aut se non accommodet ad accipiendũ præceptum: aut cum acceperit non obseruat. Sapiens autem peccat si auertit à sapientia. Aug. lib. 3. de lib. àrbitr.

Si quæratur à me vtrum homo sine peccato possit esse in hac vita; confiteor posse per Dei gratiam, & liberum eius arbitrium. Idem Aug. de Baptismo paruulorum.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum quid sit.*
2 *Peccatum triplex:*
3 *Peccatum originale quid.*
4 *Peccatum veniale quid.*

Pecca-

5 *Peccatum mortale quid.*
6 *Peccatum veniale, & mortale in quibus differunt.*
7 *Peccatum veniale est venia dignum.*
8 *Peccatum mortale, est morte dignum.*
9 *Peccatum faciens dicitur esse in peccato.*
10 *Peccata licet nota confessario, etiam tenennentur confiteri.*
11 *Peccatum aggrauantes, circumstantiæ quæ sunt.*
12 *Confessio facta in peccato mortali, an valeat.*
13 *Peccata venialia octo modis remittuntur.*
14 *Peccatum veniale vtrum puniri debeat in Purgatorio.*
15 *Peccatum mortale à veniali quomodo discernitur.*
16 *Peccata clamantia in cælum.*
17 *Peccati, & delicti differentia.*
18 *Conditiones confessionis.*
19 *Penitens cum nullam vult acceptare pænitentiam est etiam absoluendus.*
20 *Peccatum in Spiritum Sanctum quomodo accipiatur.*

De Peccato. Cap. XXXIV.

1 QVæritur quid ed peccatum? ℞. secundum Aug. cap. 5. de Trin. quod est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei.

2 Quæritur quotuplex est peccatum? ℞. quod est triplex scilicet, originale, veniale, & mortale.

3 Quæritur quid est peccatum originale? ℞. secundum Anselmum, quod nihil aliud est nisi carenria iustitiæ originalis debitæ in primo parente acceptæ. Item Conc. Trid. sess. 5. decret. de peccato originali.

4 Quætitur quid est peccatum. Veniale? ℞. est illud, quod aliquando est voluntarium voluntate propria, & simpliciter, sicut quando ex deliberatione quis dicit mendacium iocosum; Aliquando autem partim est pæna, sicut motus inordinati, qui oriuntur nobis ex corruptela praua rationis Adæ. Partim verò est culpa, quia licet non sit a voluntate propria accidente; Oritur tamen a voluntate concomitante, & non prohibente, vel non præcauente, cum posit prohibere, vel præcauere, tales motus inordiinordinatos. Item Conc. Trid. sess. 6. cap. 11. & can. 23. & 25.

5 Quæritur, quid est peccatum mortale? ℞. secundum Ambr. quod est inobedientia diuinæ legis, & transgressio cælestiū mandatorum. Item secundū Richar. Peccatū mortale in triplici rectè ratione distinguitur, Mortale est, quod a quouis non potest committi sine grandi corruptione sui, sine graui læsione proximi, & sine magno contemptu Dei; cætera vero omnia videntur mihi venialia. Itē Conc. Trid. sess. 6. cap. 15. & can. 27.

6 Queritur quid differt intet peccatum veniale, & mortale? ℞. quod peccatum veniale est, libido, siue voluptas inordinata citra Deum; Mortale verò peccatum, est libido, siue voluptas inordinata supra Deum vel æque Deo.

Veniale peccatum est reatus, cui quantum est in se solum fide mediante nunquam debetur pæna æternæ damnationis Mortale verò reatus, cui quantum in se solum, semper debetur æterna damnatio. Idem Richar. vide infra num. 16.

7 Quæritur quare dicitur peccatum veniale? ℞. quia est venia dignum.

8 Quæritur quare dicitur peccatum mortale? ℞. quod quasi dignum morte; quia infert mortem culpæ, & aufert vitam gratiæ Iacob cap. 1. Non regnet ergo, (inquit Aug.) peccatum in vestro mortali corpore, non dicit, non sit, sed non regnet. Inest peccatum, quum delectaris regnat, quum consenseris. Et Isid. de summ. bon. lib. 2. cap. 20. dicit, quod maioris est culpæ manifeste; quam occultè peccare, dupliciter enim reus est, qui apertè delinquit, quia, & agit, & docet.

9 Quæritur quis dicitur esse in peccato mortali? ℞. quod ille, qui fecit peccatum mortale, & ad huc non est verè contritus. Vel, qui adhuc peccandi mortaliter propositum habet, sed quando quis est contritus, etiam si adhuc non est confessus, sed habet propositum confitendi tempore debito, & satisfaciendi tunc amplius non est peccator mortalis, Ezech. cap. 18. in quacunque hora ingemuerit peccator omnium peccatorum eius non recordabor amplius.

10 Quæritur si quis tenetur confiteri pec-

cata nota confessario? ℞. quod tenetur quia non sunt sacerdoti nota, vt iudici, ergo debentur ea ore proprio confiteri in illa sacramentali confessione, & nisi cõ fiteantur, absolui non debet.

11 Quæritur quæ sunt circunstãtiæ aggrauantes peccatum? ℞. quod sunt ea, quæ notantur his versibus.

Aggrauat, ordo, locus, mora, causa, scientia, tempus.
Lucta pusilla, modus culpæ genus, & status altus.
Conditio, numerus, ætas, & scandala sexus.

12 Quæritur vtrum cõfessio facta in peccato mortali valeat? ℞. quod confessio est in remedium contra peccatum, & in præcepto. In quantum est in remedium non valet facta in mortali: tamen absoluitur homo a peccato, sicut fictè baptismum suscipiens, non recipit nisi sacramentum, & non rem sacramenti. Sed vtrum talis confessio sit iterãda, dubium est inter doctores, nonnulli dicunt non oportere iterare in specie, sed in genere licet.

13 Quæritur quot modis peccata venialia dimittantur? ℞. quod octo modis. Primo per communionem de conf. dist. 2. cap. cum omne. Secundo per aspersionem aquæ benedictæ, de conf. dist. 3. cap. aquã. Tertio modo, per eleemosinã, & ieiunia de pænit. dist. 3. cap. sanè cauendum. Quarto per orationem, & præcipuè Dominicam: de pænit. dist. 3. cap. quotidianis. Quinto, per confessionem generalem. Sexto, per Episcopalem benedictionem 1. quæst. 1. cap. dictum, & cap. maledicum, & cap. sequenti. Septimo per pectoris tunsionem, de pænit. dist. 1. cap. tres sunt actiones. Octauo per cordis contritionem, & hoc intelligitur quando non est in peccato mortali: de pænit. dist. 1. cap. perfecta, in vltima glosa.

14 Quæritur vtrum per peccatum veniale, quis debeat puniri in purgatorio? ℞. secundum Aug. qui dicit, quod purgandus est igne purgatorij, qui in peccato veniali discesserit Aug. super illud ad Corinth. 3.

15 Quæritur quomodo peccatum mortale discerni potest à veniali? ℞. quod omnia peccata, quæ sunt contra præcepta diuinæ, aut naturalis, aut humanæ legis, sunt peccata mortalia; sed peccata omnia, quæ sunt contra mandata, vel consilia, sunt regulariter venialia.

16 Quæ sunt peccata clamantia in cælũ? ℞. quatuor, scilicet, homicidium voluntarium, peccatum sodomitium, oppressio pauperum, & merces retẽta laborum.

17 Quæ differentia est inter peccatum, & delictum? ℞. quod est hoc quod peccatum, est malum facere; delictum verò bona derelinquere, quæ sunt in opere tenenda, vel peccatum est in opere, delictum in cogitatione Greg. 2. part. super Ezechiel

18 Quæritur quæ sunt conditiones verè confessionis? ℞ secundum S. Tho. in 4. sent. dist. 17. & Caiet. ibi quod sunt 16. quæ in his versibus continentur.

Sit simplex, humilis, cõfessio pura, fidelis.
Atque frequens, nuda, discreta, libens verecunda,
Integra, secreta, lacrimabilis accellerata.
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Prima conditio est, quod sit simplex, idest sine admistione historiarum, & aliorum impertinentium. Quando verò isti Idiotæ, & præcipuè mulieres confitentur aliqua impertinentia, melius declarandi peccatum, non vitiant confessionem secundum Arch. Flor. 3. part. tit. 14. cap. 28. in ea conditione. Ideo prudens confessor huiusmodi studeat resecare nugas.

Secunda humilis, quo scilicet, ad actum interiorem recognoscendo se peccatorem, & quo ad actum exteriorem cum verbis humilibus, non iactando se, flexis genibus licet hoc non sit necessarium, tamen est congruum, si potest fieri, nisi ob infirmitatem, & huiusmodi.

Tertia, pura, idest cum bona intentione ad Deum facta, vt Ecclesiæ obediat, & Deo placere possit, quoniam si quis confitetur propter infamiam populi fugiendam, vel vt deuotus tantum appareat, & hoc esset principaliter suum intentum peccaret mortaliter, quia ibi videtur finẽ ponere; quando aliter hoc cessante, non confiteretur. Secus quando ad confessionem mouetur, & principalis finis est propter Deum, & remissionem peccatorum

rum

rum suorum, & vt Dei gratia consequatur. Quarta fidelis, ideſt vera, nam ſi quis confitendo peccata ſua ex induſtria,& vtatur tali eloquentia,vel talibus verbis, vt peccata ſua non ponderentur a confeſſore, vel ei non diſpliceant peccat. Mentiri in confeſſione de pertinentibus ad ipſam cōfeſſionem, eſt mortale, quia eſt mendacium in iudicio, non qualicunque, ſed ſacramentali.

Si quis mentitur in mortalibus mortaliter peccat, ſi in venialibus, venialiter, quando confitens illa, vt materiam confeſſionis, quia tenetur facere illum confeſsionis actum veracem.

Si quis non intendit de venialibus confiteri, vel de hoc, vel illud veniale, non peccat mortaliter.

Si quis de impertinentibus ad confeſſionem mentitur, non peccat mortaliter.

Si quis negat, vel tacet, quod credit, vel dubitat mortale, mortaliter peccat.

Ideo dubia pro dubijs,& certa pro certis dicenda ſunt in confeſſione, ita vt neque quis propter humilitatem debet ſe accuſare de eo, quod non fecit, vt Aug. dicit 22. quæſt. 11. cap. cum humilitatis cauſa.

Quinta frequens: de frequentia confeſſionis, non inuenitur præceptum, niſi ſemel in anno in cap. omnis de pænit. & remiſſ.

De peccato, ſemel ritè confeſſo, non tenetur quis iterum confiteri, etiam ex præcepto Papæ ſecūdum Petr. de Palud. quia eſt quoddā ſacramentale diuino, & non humano ſubiacens imperio. In quibus tamen caſibus teneatur reiterari confeſſio, dicemus infra.

Sexta conditio debet eſſe nuda, vt non inuoluatur obſcuritate verborum, ſed ſic loquatur confitens, vt ſacerdos intelligat, & debet dicere etiam circunſtantias peccatorum.

Septima diſcreta, ideſt prudenter facta, vt verbis honeſtis explicentur peccata, & circunſtantiæ eorum, & maximè in peccato carnis; confeſſor etiam debet eſſe diſcretus,& maximè in examinandis puellis.

Octaua libens, ideſt voluntaria facta, non timore pænæ, vel infamiæ &c. & accedens ad confeſſionem: debet habere voluntatem dicendi omnia peccata ſua, etiam quod non interrogetur,aliter mortaliter peccaret. Confeſſor autem debet pænitentem interrogare, vt in cap. 1. de pænit. diſt. 6. de his, quæ pænitens ex ſe ipſo non dicit, & de his, quæ perpendit illum velle occultare ob verecundiam, vel timorem, vt ſepiſſimè ob rigiditatem confeſſoris, ac eius impatientiam contingit, vt iam dictum eſt ſupra.

Item omnis homo tenetur ore ſuo proprio dicere peccatum etiam ſi eſt manifeſtum confeſſori, quia non eſt notum in forma iudicis, vt dicit S. Tho. in 4. ſent. diſt. 17.

Nona conditio, vt ſit verecunda apud ipſum pænitentem, quia vt dicit Philoſophus omne peccatum eſt erubeſcibile, Pudor enim eſt magna pars pænitentiæ cap. 1. de pænit. diſt. 6.

Decima integra, quantum ad mortalia certa, & dubia alias ritè non confeſſa, & eorum circunſtantias neceſſarias: vt ſupra.

Vndecima, ſecreta; & propterea excluduntur interpres, nuncius, ſcriptura, quibus nemo tenetur confiteri de neceſſ. ſecundum Caiet. ibi.

Duodecima lacrimabilis,ideſt cum diſplicentia omnium peccatorū mortalium commiſſorum ſupra omne odibile.

Decima tertia, accelerata; Non inuenitur præceptum de acceleratione, niſi tantum ſemel in anno præter caſus neceſſitatis, vt ſupra.

Decima quarta, quod ſit fortis, ideſt, vt ſuperet timorem mundanum, & verecundiam, ne propter huiuſmodi, dimittat aliquod peccatum, vel eius circunſtantiam de neceſſitate confitendam. Aliter talis confeſſio non eſt ſufficiens.

Decima quinta, accuſans, ideſt ſibi imputans, non cælo, vel alteri, quia voluntas hominis nō poteſt cogi, licet poſſit perſuaderi, & non debet alterius crimen, nec perſonam in confeſſione manifeſtare.

Decima ſexta, conditio, & ſit parare parata; pænitens debet eſſe paratus ſatisfacere pro peccatis ſuis, ſi non

si non satisfecit ante confessionem.

20 Quæritur quid si pænitens sit ita male dispositus, quod nullam vellet acceptare pænitentiam in hoc mũdo, neque saltem vnum pater noster, sed vult in alia vita satisfacere? ℞. quod est talis etiam absoluendus, ne desperatus ad Infernum ruat, a quo parum distare videtur.

Melius est dare pænitentiam rationabilem, & honestam pro peccatis, quam ex obedientia confessoris expleat, quia ex vi sacramẽti est magis meritoria, quam dare vnum pater noster pro pænitentia, & post vnum psalterium ad suum placitum dicit Arm.

21 Quid est peccatum in spiritum sanctũ? ℞. quod solet accipi tribus modis. Quandoque significat blasphemiam contra super sanctissimam Trinitatem, aut etiam contra Spiritus Sancti personam prolatam. Quandoque finalem impenitentiam tantumodo compræhendit. Quandoque vero peccata illa, quæ contra attributum Spiritus Sancti, quod est bonitas committuntur amplecti intelligitur; at hoc vltimo modo scriptum habet sex species, quarum prima est præsumptio diuinæ gratiæ S. Tho. 22. quæst. 14. art. 2. Secunda desperatio diuinæ gratiæ. Tertia obstinatio in peccatis. Quarta inuidentia fraternæ charitatis. Quinta vsuram peccatum esse non dubitans; licitam esse prædicat, vt libentius ipse, & alij hoc peccato peccent, idem scelus comittit, cap. consuetudo dist. 8. Sexta qui superioribus obtemperare nolle firmiter secũ, statuit, in Spiritum sanctum peccare iudicatur, quia hic obstinatus dicitur cap. damnationis 24. quæst. 2. S. Tho. 22. quæst. 14. art. 2.

SVMMARIVM.

1 *Confessio in sex casibus est repetenda.*
Confiteri potest alteri quam proprio sacerdoti in sex casibus.
3 *Sacerdos proprius quis est.*
4 *Cura animarum quæ sit.*
5 *Confessor erga infirmum quomodo debeat se habere.*
6 *Infirmi de quibus sunt interrogandi a sacerdote.*
7 *Infirmus si loquelã ammiserit, quid agẽdũ.*
8 *Amensà natiuitate potest etiam communicari.*
9 *Amentibus in mortis articulo danda est extrema vnctio.*
10 *Amentes in mortis articulo, si non permittant se iniungi possunt ligari.*
11 *Peccatori notorio non confesso a multo tempore non sunt danda sacramenta.*
12 *Peccatores non sunt desperandi, quia tempus pænitẽtiæ vsque ast vltimum vitæ est.*
13 *Pænitens in Purgatorio pro solutione vnius peccati mortalis quamdiù sit puniendus.*
14 *Pænæ Purgatorii, pænis temporalibus huius vitæ comparari non possunt.*
15 *Animæ in Purgatorio per quos puniuntur.*
16 *Animæ in Purgatorio quot modis possunt iuuari.*
17 *Confessionem audiendi facultas, quando expirat.*
18 *Confessor Religiosus, quomodo potest absoluere a casibus reseruatis a Papa impetratis.*
19 *Confessarii absoluentes a casibus tempore Iubilei.*
20 *Confessionem reiterare an teneantur, qui pænitentiam non impleuerunt.*
21 *Superior submittens se simplici sacerdoti in confessione peccatorum nõ potest pænitentiam sibi in iunctam minuere.*
22 *Confessor non dimittat penitentem nolentem aliquam pænitentiam acceptare, sine aliqua saltem læui pænitentia.*
23 *Pænitentiam impositam an possit quis implere, cum audit missam de præcepto.*
24 *Confessor non potest imponere quãcumque pænitẽtiam voluerit, & notet exemplum Clementis quarti.*
25 *Absoluendus non est quis licet in agonia, non habens sensum, neque intellectum.*

Casus in quibus repetenda est confessio, & alia multa. Cap. XXXV.

1 Quæritur in quibus casibus repetenda est confessio? ℞. secundum omnes doctores in 4. sent. dist. 17. quod in sex, duo ex parte confessoris, & quatuor ex parte confitentis.

Primus est quando confessori deficit pote-

potestas absoluendi, & hoc est quando confitetur ei, qui non potest absoluere, secundum S. Tho. & Richar. ibid. & 32. quæst. 2. cap. latronem, & argu. extra de pænitentijs, & remiss. cap. significauit.

Secundus est per ignorantiam confessoris, vt puta, quia nescit ligare, vel soluere, seu discernere inter mortale, & veniale, & consequenter, nec ritè absoluere de pænit. dist. 6. cap. qui vult.

Tertius casus est ex parte pænitentis, quando non confitetur integrè omnia peccata mortalia, & non solum si tacuit scienter, sed etiam si omittit ex obliuione, seu ignorantia affectata, vel crassa, vt puta quia de peccatis antea cogitare noluit, nec adhibuit debitam diligentiam secus si est ignorantia probabilis, per quam aliquod etiam mortale peccatum omisit, quia tunc non tenetur iterare, nisi, quod omisit de pænit. dist. 3. cap. si Apostolus.

Quartus casus est quando pænitens, pænitentiam sibi iniunctam de mortalibus scienter, & deliberatè absque legitima causa omisit, seu non compleuit, & etiam est oblitus, secus est de venialibus tantum (de pænit. dist, 3. cap. sunt plures, & cap. si Apostolus.

Quintus est cum quis fictè ad confessionem vadit, & sine contritione, vel attritione debita, vt puta, quia non dolet de peccatis omnibus, vel non intendit in futurum abstinere ab eis secundum Archid. de pænit. dist. 3. cap. fin. & Hostien. in summa, tit. de pænit. & remiss.

Sextus est cum tempore, quo confessus fuit, erat excommunicatus, quia siue sciret se excommunicatum siue, ignoret, probabiliter, vel etiam oblitus fuisset, tenetur iterare confessionem, cum hoc postea nouerit, tam de excommunicatione maiori, quam de minori, extra de cler. cap. si celebrat, & sic prima absolutio fuit nulla.

2 Quæritur in quibus casibus potest quis alteri confiteri, quam proprio sacerdoti? ℞. quod in octo, secundum Hostien. in summa tit. de pænit. & remiss.

Primus casus, quando subditus scit proprium sacerdotem esse hæreticum, & omnino indiscretum, & ignarum, vt quia ipse nescit discernere inter peccatum, & nō peccatum. Nam qui vult confiteri, debeat quærere sacerdotem, qui sciat soluere, & ligare de pænit. dist. 6. cap. qui vult & cap. si sacerdos, & cap. placuit, & multo magis si est sollicitator ad malum vel reuelator confessionis, quia tunc recurrendum est ad superiorem, & petere licentiam alteri confitendi secundum S. Tho. in 4. sent. dist. 57.

Secundus est, quando quis transtulit domicilium de vna Parochia ad aliam, quia statim efficitur Parochianus illius Ecclesiæ ad quam se transtulit, animo remanendi, & subiectus illi curato in omnibus, quæ ad ius parochiale pertinent, præterquam in decimis prædialibus, quæ regulariter illi Ecclesiæ debent dari, in cuius parochia illa prædia sita sunt, cap. fin. & 16. quæst. cap. si quis laicus.

Tertius est quando, quis est vagabundus, nullibi habens, nec quærens domicilium, sed hinc inde circumiens talis enim potest vbique confiteri cuilibet sacerdoti. Vagabundus enim criminosus puniri vbique potest extr. de rapt. cap. 1. & monachus vagabundus vbique capi potest 18. quæst. 2. cap. Abb.

Quartus est, cum quis proprio domicilio relicto nauigat, vel iter facit, quærēs quo se transferat secundum Richar. in 4. sent. dist. 17. art. 3. quæst. 1. nec dum quietatus est, aut limitatus ad vnū locū.

Quintus est ratione delicti, scilicet, quando quis deliquit in aliena parochia extr. de raptor. cap. 1. & 6. quæst. 3. cap. quod in foro iudiciali intelligitur placuit, 16. quæst. 1. cap. 5. puta si delictum est publicum, & pro eo esset quis excommunicatus a Prælato ipsius loci, alias si essēt occultum, potest absolui a proprio sacerdote vbicunque furtum, vel rapinam accepit.

Sextus est ratione studij, nam scolares, & alij incolæ annales, & mercennarij debent confiteri sacerdoti parochiæ in qua incolunt per annum, vt inquit Innoc. dicto cap. omnis.

Septimus est ratione necessitatis, quia in articulo mortis constitutus, siue occasione infirmitatis, siue alterius periculi belli, maris, & huiusmodi in absentia proprij sacerdotis cuilibet simplici sacerdoti catholico, dummodo censura Ecclesiastica non ligato, confiteri potest, & ab eo

abſolui ab omni peccato, & exõ municatione, ſiue a iure, ſiue ab homine extr. de ſepult. cap. parochiano.

Octauus caſus eſt, ſi ponat ſpem in peritia ſacerdotis proprij, ſed hoc vltimum communiter nõ tenetur; in talibus enim caſibus, non habet locum ratihabitio eod. tit. cap. actus legitimi, & cap. ratihabitionem lib. 6. vbi ſciendum ſecundum Hoſtien. quod ſi omni caſu, quo quis poteſt audire alienum parochianum debet audiens, ſecundum Richar. in 4. diſt. 17. quæſt. 1. art. 3. de bene eſſe confitendi iniungere, quod ſe repræſentet proprio ſacerdoti extr. de ſent. excomm. cap. de cætero, & cap ea naſcitur, & cap. quod de his, & Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7.

3 Quæritur quis eſt proprius ſacerdos? ℞. ſecundũ S. Tho. in opuſculo, & Petrus de Pal. in 4. ſent. diſt. 16. quæſt. 3. art. 2. quod proprius ſacerdos eſt omnis, qui habet curam alicuius ordinariam, ſiue delegatam in foro animæ; ſed ſtrictius accipitur proprius ſacerdos ille, qui iure ſuo ordinario, & immediatè habent hanc curam vt Papa, Epiſcopus, & curatus parochialis, quia his tribus immediatè quælibet anima ſubeſt videlicet Papæ, qui curam habet omnium generaliter, & vbique Epiſcopo proprio, quo ad ſuam Diœceſim, & de his habetur expræſſe in clem. cap. dudum de ſepult. & proprio curato; quo ad ſuã parochiam, vt in cap. omnis de pænit. & remiſſ. & vt in cap. 30. de miniſt. pænit. num. 1. habetur.

4 Quid eſt cura animarum? ℞. ſecundum Innoc. quod eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi in foro pænitentiali, & reijciendi, & recipiendi; in eccleſia cogendi, & puniendi exceſſus: Vnde ſub hac intelligitur etiam interdicere, ſuſpendere, & excommunicare.

5 Quæritur quomodo ſe gerere debeat confeſſarius erga infirmos? ℞. vt aliquid de infirmis dicamus: ſciendum eſt, quod aliter confeſſarius ſe debet habere circa infirmos, qui ſunt in mortis periculo: aliter circa eos, qui ab hoc periculo longè abſunt, Mortis periculum intelligitur, quando probabiliter contingit mori ex illa infirmitate, & medici dubitant. In primo caſu quando infirmus eſt in mortis articulo, & periculum eſt in mora, veluti quando mors, vel linguæ impedimentum in pænitente timetur, tunc confiteri poteſt cuicunque presbytero catholico, licet ille presbyter non haberet iuriſdictionem actualem ordinariam, vel delegatam, quæ ad peccata ſibi confeſſa extendatur argum. cap. quod de his, de ſent. excom. cap. paſtoralis. §. præterea de offic. ord. cap. ſi quis ſuadente 14. quæſt. 7 Dixi catholico presbytero, quia præciſus ab Eccleſia hæreticus, & ſchiſmaticus, non poſſet illi confiteri quamuis alius non reperiatur ita gloſ. commu. approbata in cap. præter hoc §. porrò verſi. per manus diſt. 32. Panor. in cap. non eſt nobis, de ſponſal. qui improbat gloſam, in d. cap. non eſt nobis tenentem contrariam opinionem, communis omnium ſententia eſt, quod publicè excommunicatus non poſſit ſacramentalem abſolutionem etiam in mortis articulo miniſtrare, & ratio eſt ob defectũ iuriſdictionis, quæ neceſſaria eſt, per excommunicationem, eiuſque denuntiationem, eſt omnino extincta. Cum autem confeſſor ad infirmum pro confeſſione vocatur cum omni ſolicitudine eum audire, & omni diligẽtia eius ſaluti intẽdere. Vnde de pænit. diſt. 6. cap. ſi quis dicitur. Quãquam periculoſum eſt pænitẽtiam vſque ad extremum vitæ differre, tamen quia nemo eſt deſperandus, dum in hoc corpore conſtitutus ead. diſt. cap. nemo preſbyter, qui morientibus, vel in mortis periculo conſtituto pænitentiam negauerit, eorum animarum reus erit 29. quæſt. 6. cap. ſi presbyter, & cap. ſequen. Facile eſt enim prudenti confeſſori in tali caſu animum etiam cuiuſlibet magni peccatoris ad Deum conuertere, & ad omne bonum diſponere, & tandem eius animam de Inferno liberare.

6 Quæritur quæ ſacerdos debet infirmo interrogare? ℞. ſi infirmus eſt ſuæ mentis compos, debet eum inducere cum ſpe veniæ ad contritionem, & interrogare eum quantum temporis eſt, ex quo non fuit confeſſus, & totius illius temporis, quo non eſt confeſſus, omnium peccatorum ſuorum ab eo exigat puram confeſſionem, eum interrogando in generali, vel in ſpeciali, plus, & minus, prout eius diſcretioni, & confitentis conditioni expedire

pedire videbitur, & infirmitatis grauitas sine multo detrimento patietur: & præcipuè est interrogandus, si contentatur de eo omni, quod Deo placuerit circa ipsum disponere; siue de sanitate, siue de infirmitate siue de morte. Et si doleat de omni offensa Dei, & proximi, & eis iniurias, libenter remittit; nam alias saluari non potest, & similibus; si verò infirmus fuerit Infirmitate grauatus, & non possit omnia sua peccata dicere, tunc reiectis, & prætermissis culpis leuioribus interroget, quæ grauiores, & principaliores sunt, tum demum de minutioribus: si verò infirmus perfectè confiteri non potest sufficit, vt voce, vel nutu aliquod mortale, explicet, siue saltem veniale, in particulari, vt possit sacramentaliter absolui, quamuis non perficiat confessionem, & ratio est, quia illa est confessio in particulari, neque vitium habet dimidiationis, nam si qua est causa diuidendæ confessionis, nulla maior esse potest, quam impossibilitas, quæ à natura procedit, nec satis esset respondere, quod tunc contritio illi sufficiet apud Deum; nam euenire posset, vt ille esset solum attritus; qui per sacramentum fieret contritus; nec tamen illi in promptu subueniri posset per Eucharistiam, & cum illo ius habeat ad absolutioné, iniuriosum sacrilegium esset eam illi denegare eo præsertim tempore quo in re dubia in eam partem inclinandum est, vt Ecclesiasticis subsidijs exeunti ab hac vita succurratur.

Hic dico sunt notanda. Primum, quod si laborans in extremis vocaret confessorem, & aliqua peccata confiteri inciperet, sed dolore tactus, non posset terminare absolutionem, & præcaretur confessarium, vt confessio non differret, quod ipse amplius loqui non posset, tunc confessarius debet illum absoluere; sufficit enim quod pænitens dicat. Confiteor de ijs, quæ dixi, atque multis alijs, quæ confiteri non possum: de quibus peto veniam; etiam non obstante, quod confessio non sit integra, ea ratione qua supra, hic casus accidit cuidam confessori perito, sed minus experto, qui differens absolutionem postea reditus inuenit pænitentem mortuum; Secundum laborans in extremis, confitetur sed eo imbeccillitatis, ac debilitatis venit, vt iam iam spiraturus videatur tunc confessarius id meruens, ne inter confitendum aninam exalet, potest eum absoluere dum confitetur etiam absque vllius pænitentiæ impositione expressa Nauar. cap. 26. num. 21. & 28. & ratio est, quia iam habet materiam de qua iudicare potest.

Quando tamen infirmus in particulari explicat aliquid peccatum reseruatum, vel annexam, habens excommunicationem sacerdoti, qui facultatem non haberet absoluendi, tunc debet talis, sacerdos in casu, quo superior adiri non potest absolutionem impendere, cum tali admonitione, vt si à morte liberatur debeat se præsentare superiori, si casus habet annexam excommunicationem si tamen non habet excommunicationem annexam, non tenetur quam si habet statim sublata infirmitate, & quam cito commodè potest, non se præsentat, recidet in eandem excommunicationem cap. eos, qui de sent. excom. lib. 6.

Si infirmus esset Vsurarius publicus non posset talis admitti ad confessionem, & communionem; nisi data prius cautione de restitutione vsurarum, vel promissione ab hæredibus de huiusmodi secundum formam iuris, quæ habetur in cap. quamquam de vsuris. lib. 6.

His peccatis non est pænitentia infirmo iniungenda, sed tantum innotescenda quantitas, & qualitas 26. quæst. 6. cap. si presbyter, & cap. ab infirmis. Declarare tamen debet ei sacerdos: si tu esses sanus, talem tibi pænitentiam darem, & vsque ad talem tempus, quamuis etiam multo maiorem facere deberes; secundum Canones, & si conualueris, facies hoc, vel illud; si vero ad Deum migraueris, facies pro pænitentia talem eleemosynam, vel iniunges hæredibus tuis, vel amicis; vt pro te faciant, & si hoc accceptat, securè eum absoluat: Talis erit etiam viatico reficiendus, & ante mortem oleo vngendus, & amicorum orationibus & eleemosynis adiu-

adiuuandus vt in d. cap. ab infirmis.

7 Quæritur si talis infirmus infirmitate oppressus loquelam amiserit, quid agendum? ℞. quod si loquelam amiserit, vel si in frenesim conuersus fuerit, sacerdos debet considerare, an talis infirmus benè fideliter, vt bonus Christianus viuebat, & singulis annis, confitebatur, & se communicabat, & huiusmodi licet sacramentum non petierit, quia talia ex insperato acciderunt, aut talis malè viuebat, & diù obstinatus in peccatis perseuerauerit, & a longo tempore non est confessus; si tamen petijt confessorem pro confessione, & ostendit se omnia velle facere quæ debuit, & de hoc det testimonium, qui eũ audierunt, & periculum est in mora, quia cõtinuo creditur moriturus; In vtroque casu talis præsumitur contritus. Ideo aliquis de circunstantibus faciant pro eo confessionem generalem, & sacerdos absoluat eum ab omnibus censuris, casibus, & peccatis iniugens aliquid circunstantibus; vel consanguinibus, vel hæredibus pro anima eius faciendam: si volunt acceptare: Deinde proprius sacerdos ministrabit sacramentum Eucharistiæ, licet non sit confessus, eo quod non potuit 26. quæst 6. cap. 15. nisi timeretur de eius expuitione, vel vomitu.

8 Quæritur si quis a natiuitate amens fuerit? ℞ quod idem videtur fieri, nam talis potest baptizari, & ei in necessitate scilicet in mortis articulo constituto, sanctum corpus Christi dari; vt notat glos. 26. quæst. 6. cap. qui recedunt.

9 Quæritur vtrum ijs amentibus danda sit extrema vnctio? ℞. quod omnino talibus dari debet, etiam si non potuerint communicare.

10 Quæritur si propter frenesim non permittant se inungi? ℞. quod poterint ligari, & violenter sibi dari

11 Quæritur quid de eo, qui est notorius peccator, & a multo tempore non est confessus, incurrit amentiam, & loquelam perdidit, & nec prius, nec postea, ostendit signum contritionis? ℞. quod tali sacramenta non debent dari, nec in Ecclesiastica sepultura, sepeliri.

12 Tempus pænitētiæ vsque ad vltimum articulum vitæ. Vnde Leo Papa scribens ad Rusticũ Episcopum dicens: Nemo desperandus est, dum in corpore cõstitutus est; quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur consilio maturiore perficitur. Quamquam differentibus pænitentiam Aug. dicat hom. 41. de vere pænitentibus (sequitur idem.) Si quis positus in vltima necessitate suæ egretudinis voluerit accipere pænitentiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit, fateor vobis, nõ illi negamus, quod petit, sed non præsumimus, quod bene hinc exit, vel si securus hinc exierit, ego nescio, pænitentiam dare possumus securitatem verò dare nõ possumus nunquid dico damnabitur, sed non dico liberabitur. Vis ergo a dubio liberari? vis quod est incertum euadere? age pænitentiam dum sanus es, si sic agis dico tibi, quod securus es, quia pænitentiam egisti eo tempore, quo peccare potuisti, si autem vis agere pænitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa; Idem in eadem hom.

Qui egerit pænitentiam veraciter, & solutus fuerit a ligamine, quo erat adstrictus, & a Christi corpore separatus, & bene post pænitentiam vixerit, sicut ante pænitentiam viuere debuit, post reconciliationem, quandocunque defunctus fuerit ad Deum vadit; ad requiem vadit; regno Dei, non priuabitur a populo diaboli separabitur 2. part. decret. dist. 7. Idem duæ res sunt aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur, quid horum tibi sit futurum nescio: Ergo tene certum, & dimitte incertum.

13 Quæritur pro solutione vnius peccati mortalis, quamdiù in purgatorio sit puniendus. ℞. satis probabiliter, quod secundum iustitiam in præsenti pro criminibus capitalibus, est septennis pænitentia imponenda, vt patet 22. quæst. 2. cap. hoc sanctum, & hoc duplici ratione. Vna est, quia Deus præcepit Mariam prophetissam sororem Moysi, & Aaron læpra percussam per quam intelligitur læpra, cuiuslibet peccati mortalis, septem diebus egredi, extra castra, vt post mundationem eam rursus in castra admitti. num. 12. Hæc ratio ponitur 33. quæst. 2. hoc ipsum. Et secundum hoc per diem intelligimus annum, iuxta verbum

bum

bum Domini dicentis per Prophetam Ezech. 4. cap. illis Diem pro anno dedi tibi: ſic in purgatorio datur ſibi annus pro die vna illis, qui hic tempore gratiæ & miſericordiæ pro anno ſcilicet in futuro, vbi erit tempus iuſtitiæ, Et quia in vno anno ſunt dies 365. in ſeptem annis; ſunt bismille quingenti quinquaginta dies, & tot annis pro ſatisfactione vnius peccati mortalis deberet quis puniri. Alia ratio eſt, vt ſicut per peccatum mortale peccator amiſit ſeptiformem gratiam Spiritus ſancti: ita per pænitentiam ſeptennem recuperet eam: Sed hodie omnes pænitentiæ ſacerdotis arbitrio ſunt taxandæ: vt inferius etiam de hac materia dicetur cap.40. num.12. & part.5.cap.1.num 11.

14 Quæritur an aliqua pæna temporalis, comparari poſſit, pena ignis purgatorij? ℞. ſicut patet in diſt.25. cap. Qui in aliud ſeculum; Quod ignis purgatorij: & ſi non ſit æternus, miro tamen modo grauius eſt: ſuperat enim omnem pænam, quam vnquam paſſus eſt aliquis in hac vita, vel pati poteſt & hoc ratione intentionis, & durationis; S. Tho.3. par.ſumm. quæſt.46.art.6. & in 4.diſt.20.art 1.quæſt. 3.ſecundum de pænit. diſt.6.cap.fin.Dicit etiam quod ignis purgatorij, & ignis inferni vnus eſt, quoad acerbitatem, ſed differunt in hoc, quia ignis purgatorij eſt tráſitorius: Ignis verò inferni eſt æternus; item Aug. dicit; Neſcit quid petat, qui purgatorium petit; Nam pæna in purgatorio tandiu quod oculus poteſt claudi, & aperiri; eſt grauior, quam illa pæna, quam ſuſtinuit S.Laurentius in Craticula, vide infra cap.40.num.14.

15 Quæritur animæ, quæ ſunt in purgatorio per quos puniuntur? ℞. ſecundum S.Tho. quod iuſtitia Dei punit eas, & non per demones, de quibus hic triumphauerunt: ſed boni Angeli præſentant eas ad purgatorium, & quandoque viſitant eas. Sed Dæmones comitantur eas, vt videant pænas earum.

16 Quæritur quibus modis animæ defunctorum poſſint iuuari? ℞.ſecundum Gregorium quod animæ defunctorum quatuor modis abſoluuntur aut oblationibus ſacerdotum, aut præcibus ſanctorum, vel charorum eleemoſynis, aut Ieiunijs cognatorum, vt habetur 2.quæſt.2. cap.non æſtimemus & cap.animæ.

17 Quæritur an confeſſarij expoſiti ad audiendas confeſſiones per Epiſcopum, ipſo mortuo, vel amoto, poſsint adhuc cõfeſsiones audire, an teneantur iterũ ſe præſentare? ℞. Scot. in 4. ſent. diſt. 18. q.4. art.3. col.9. ſat eſſe ſi ſemel habeant vnius Epiſcopi facultatem, & licentiam, vt non teneantur amplius eidem epiſcopo, vel alteri præſentari; facit extrau Benedicti 11. inter cunctas de priuil. quæ in hac parte non eſt reuocata: præterea facit tex. in cap.ſi cui de præb. lib.6. & cap. ſi ſuper gratia. de offic.deleg.eod. lib.1.vbi gratia expirat per mortem concedentis, quod intellige ſi modo ſimpliciter fuerit facta; ſecus ſi ad certum tempus conceſſa ſit, pro hoc de commod.cap.vnico: vel ſi cõceſsio fuerit facta ad beneplacitum, vel voluntatem concedentis, vt in cap. ſi gratioſæ, & ibi Franc.num.1.de reſcript. lib.6.

18 Quæritur vtrum Religioſus qui poteſtatem habet à ſede Apoſtolica impetratã abſoluendi à quibuſuis caſibus, & cenſuris, ſi Epiſcopus ciuitatis illius particulari conſtitutione reſeruat ſibi vnum, vel plures caſus Papales, imponitq. cenſurã abſoluenti: an poterit Religioſus prædictus ab illo, vel illis caſibus abſoluere? ℞. quod non, vt eſt declaratum per Greg. 13. quemadmodum refertur per Cathe. Neap. lib.4. incip. cum à ſacra cap.19.

19 Quæritur ſi in quodam Iubileo conceſſa fuerit facultas omnibus confeſſariis abſoluendi à quibuſcunque caſibus, & cenſuris; licet Sedi Apoſtolicæ, reſeruatis, vtrũ poſsint abſoluere à caſibus quos ſibi Epiſcopus particulari conſtitutione reſeruauit? ℞. ſecundum Nauar. in manual. in noua æditione cap. 27. num.263. quod ſic; qui inquit, quod confratres ſanctiſsimæ Trinitatis, & alij Chriſti fideles poſſunt abſoluere à caſibus reſeruatis Epiſcopis eis inconſultis auctoritate cuiuſdam bullæ eis conceſsis à Greg.13. per quam eis concedit facultatem, eligendi certis temporibus, & diebus quoſcunque idoneos confeſſores ab ordinarijs approbatos à quibus abſolui valeãt toties, quoties a quibuſcunque peccatis, & criminibus etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, exceptis contentis in bulla Cænæ Domini à

quibus

quibus absolui mihilominus possint, etiã semel in vita, & in articulo mortis, & hanc opinionem probat multis argumẽtis contra quendam virum, qui contra scripsit in tractatu de casibus, sedi Apostolicæ reseruatis.

20 Quæritur vtrum, qui pænitentiam non impleuerunt, teneantur reiterare confessionem? ℞. quando satisfactio impleta non est in statu gratiæ, aut nullatenus, neque in bono, neque in malo statu, siue per obliuionem, siue per negligentiam, siue etiam per contemptum, non est cõfessio de necessitate iteranda, & hoc cõtra aliquos, & præcipuè Sylu. in verb. cõfessio.1. quæst.3. & quæst.25. in fin. cuius ratio est, quia nullus tenetur confiteri peccata, quæ ritè confessus est, & à quibus est absolutus, sed solum pænitentiam sibi iniunctam soluere, & si illius est oblitus absque eius culpa, liber est à præcepto, si verò culpa sua, vel non sua culpa incurrit pænitentiã oblitã in purgatorio exoluere tenebitur. Sot. in 4. sent. dist.20. q.1. art.2. ibi ad 3. Sylu. Verũ fallit, quãdo ante absolutioné iniungitur ei pænitentiã, & dũ iniungitur ipse contẽnit, aut iustam curã non adhibet, quo postea eius recordari possit; quia tunc confessio non valet; etiã si postea pænitentiam implet. Et hoc non propterea quia eam non exequitur sed quia quando iniungebatur peccauit, & de tali peccato non se accusauit. Nauar. cap.9 num.14.

21 Quæritur vtrum superior, qui se submittit, simplici sacerdoti in confessione peccatorum pænitentiali possit de pænitentia sibi iniuncta minuere sine consensu sacerdotis? ℞. quod non, quia eo casu sacerdos censetur maior quamuis Papa se ei subdiderit secundum Specul. de pænit. & remiss. verb. pen. sed requiritur consensus ipsius sacerdotis.

22 Quæritur quando pænitens non vult acceptare pænitentiam quid agendum? ℞. non dimittat eum absque absolutione sed potius illi imponat vnũ pater noster vel aliud leue exemplo D.N.I.Christi qui nunquam legitur imposuisse grauem pænitentiam nisi vade, & noli amplius peccare, & alia bona, quæ fecit, quam dimittere pænitẽtem à se desperatum arg. sex.26. quæst 6. cap. si presbyter quando vero pænitens dolet, & paratus est facere quod tenetur & ita sanè intelligendum est.

23 Quæritur vtrum pænitentiam impositam possit quis implere, vel satisfacere præcepto confessionis dum audit missam de præcepto? Verbi gratia, recitare septem psalmos, inter audiendam missam die Dominica? ℞. quod aliqui summustæ dicunt non implere, & non peccat aliquo modo, tamen implet: Sed Adrianus dicit, & bnè quod facit irreuerenter: Nec pęnitentia à Confessario imponi debet in rebus alias debitis: Verbi gratia si alicui sit iniunctum, quod ieiunet tribus diebus non satisfacit si ieiunat tribus diebus Quatuor temporum, vel Quadragesimæ.

24 Quæritur vtrum confessor possit imponere quamcunque pænitentiam voluerit pro suo arbitrio? ℞. non oportet, quod per pænitentiam, iniunctam à confessario, pænitens satisfacit pro tota pœna suorum omnium peccatorum, nam alias frustra esset purgatorium; Secundo dico quod confessor nõ potest imponere quãcunque pænam grauem; & quando esset intollerabilis, pænitens non tenetur obedire; circa quod sciendum est, quod cõmunis sentẽtia Doctorũ tenet quod omnes pænitentiæ sunt arbitrariæ. i. arbitrio sacerdotis taxandæ, & hoc consideratis criminum quantitate, & qualitate; Item consideratis parsonæ dignitate, officio, paupertate, infirmitate, siue debilitate complexione consuetudine societate lacrimis, deuotione, religione, regionis, & temporis qualitate, nec non multis alijs circunstantijs: & nota circa impositioné pænitentiarum bonum est scire casus pænitentiales, quos ponit Hostien. in sum. sua tit. de pænitentia, vbi dicit, quod qui istos casus ignorat, non meretur habere nomen sacerdotis, & debet confitenti peccatori sacerdos declarare, qui ad hoc debet esse discretus: pænitentiam tamen potest moderare secundum qualitatem & sic potest dicere pro quolibet peccato; tu deberes, sic pænitere. sed fortè vita non sufficeret, ideo tibi talem &c. Pro omnibus peccatis tuis cõcedo tibi, quod Indulgentiæ factæ prosint tibi, & omnia bona, quæ facies, & mala, quæ pro amore

more Dei sustinebis iniungo pro pænitentia: Vnde Leo Papa Tempora pænitudinis .i. pænitentiæ habita moderatione consideranda sunt iudicio tuo, prout conuersorum 1. pænitẽtium animos perspexeris esse deuotos. Vt fecit Clemens Papa, 4. qui cum quadam die, per Vrbem equitaret, quædam mulier, quæ de remotis venerat, accessit ad eum portans vnum puerum paruulum, & voce magna cum lacrymis clamauit: Pater sanctæ miserere mihi peccatrici, & da mihi pænitentiam, quia habui istum filium, quem hic porto a filio meo, & Papa coram omnibus absoluit eam, & imposuit sibi pænitentiam, quod ieiunaret per annum sextas ferias in pane, & aqua. Et mulier recedens, & reuoluens secum grauitatem peccati, & paruitatem pænitentiæ, credidit, quod Papa non benè intellexit eam, & in crastinum clamauit similiter sicut prius, & Papa absoluit eam iniungens sibi, vt diceret tria Pater noster. Et mulier non contenta, tertio ad Papam rediens, & coram omnibus, vt prius clamauit, & Papa absoluit eam, imponens ei pænitentiam, vt diceret vnum Pater noster. Et cum interrogaretur, Papa quare ei ita modicam pænitentiam imponeret, respondit Papa plus ascendit dolor, & verecondia, quam passa est ita publicè confitendo peccatum suum, quam si in omnibus diebus vitæ suæ, in pane, & aqua ieiunasset. Exemplo ergo isto in impositione pænitentiæ debet sacerdos attẽdere contritionem, & dolorem, verecundiamque confitentis, & secundum quod videt, maiorem, vel minorem contritionem, debet imponere maiorem, siue minorem pænitentiam.

25 Quæritur si aliquis in agonia est, & non habet intellectum, neque sensum, vtrum sit absoluendus? ℞. secundum Sylu. absol. 6. §. 2. quæst. 4. Quod absolutio non fundatur in nihilo, sed in re confessa. 1. peccato. In alijs autem absolutionibus, quæ confessionem non requirunt, absolui possunt etiam inuiti, vt ab excommunicatione suspensione, & interdicto; ergo non debet absolui.

SVMMARIVM:

1 *Debitum remanet post remissionem culpæ.*
2 *Satisfactio debet respondere culpæ in tribus.*
3 *Confessarii debent absoluere pænitentes prius ab excommunicatione, quam a peccatis.*
4 *Confessarii non debent absoluere sub conditione.*
5 *Laicus potest absoluere ab excommunicatione in articulo mortis, non autem à peccatis.*
6 *Excommunicationes plures habens absolutus ab vna, non intelligitur ab alia.*
7 *Absolutionem ad cautelam petere debet, qui dubitat de excõmunicatione, & mortuus potest absolui ab excommunicatione ibidem.*
8 *Sacerdos simplex in quibus casibus pænitentem absoluere non potest.*
9 *Flagellis temporalibus patienter toleratis satisfit Deo.*
10 *Absolutio à pæna, & culpa quæ.*
11 *Satisfatio est culpæ remissæ recompensatio.*
12 *Satisfactio semel ritè facta sufficit.*
13 *Satisfactionis partes tres.*
14 *Satisfacere potest vnus pro alio.*
15 *Satisfactione impleta, statim quis liberatur.*
16 *Satisfactio fieri debet in statu gratiæ.*
17 *Confessor absoluens pænitentem de quo non potest quid.*

De absolutione, & satisfactione, quæ est tertia pars Sacramenti Pænitentiæ. Cap. XXXVI.

1 Sicut in bellis, & controuersijs, restituta amicitia, non statim restituitur debitum illati damni, ita post remissionem culpæ in contritione, seu confessione remanet debitũ pænæ satisfactoriæ: Iniungit autem sacerdos quædam ad satisfationis fundamentum, sicut abstinere à peccato, & restituere ablatum. Quædam ad satisfactionis expeditionem, vt est vitare consortia malorum. Quædã iniungit ad perfectionem, & securitatem

satisfactionis, vt sunt opera super erogationis.

2 Satisfactio debet respondere culpæ in tribus scilicet in numero psal. 6. Lauabo per singulas noctes &c. In pondere, & mensura; Aug. libenter debet facere mortalis, quæcunque faceret pro differenda morte moriturus. In mensura: Greg. tanto tempore debet esse, amaritudo in præsentia; quanto fuit in culpa. Ita tria requiruntur in præsentia, secundum conuenientiam, non secundum necessitatem: Vide culpa cap. 40. num. 13.

3 Confessarij debent absoluere pænitentes prius ab excommunicatione minori, & maiori, (si sunt ligati) quam à peccatis, vt omnes ferè Theologi dicunt, & præcipuè S. Tho. 4. dist. 19. quæst. 1. art. vlt. quodl. 2. quia excommunicati, non possunt recipere aliquod Ecclesiæ sacramentum. Item quia excõmunicatio non fertur in aliquem, nisi pro peccato: ideo semper post absolutionem ab excõmunicatione debet fieri absolutio de peccatis à sacerdote 26. quæst. 6. cap. 1. vt dictum est supra. Item est notandum, quod licet excõmunicatus possit inuitus absolui à sententia excommunicationis, à peccatis autem nullus potest inuitus absolui, quia omne peccatum ex voluntate cõmittitur, & ex nobis procedit, & ideo sicut à nobis voluntariè perpetratum est peccatum, ita etiam voluntariè à nobis debet detestari Mag. sent. 35. dist. secundi.

4 Confessarij non debent absoluere sub conditione de futuro, quia non tenet, videlicet dicendo si feceris, vel si solueris, aut satisfeceris; quia sic non est absolutus quousque aduenit cõditio de reg. Iur. lib. 6. cap. actus; melius est, vt pænitentia imponatur ante absolutionem, quã postea: immo interroget eũ an sit contentus eam acceptare, & facere, & hortetur confessor pænitentem, vt quando soluit pænitentiam de peccatis conteratur, & quam primum, melius, illam perficiat, dum est in gratia quia, vt fructuosa sit satisfactio, debet regulariter fieri in gratia Dei, & tota, & vbi, & quando, & sicut imposita est à confessore, & acceptata secundũ Caiet. in fine tertiæ partis S. Tho. si vero pænitens non compleuit totum, vel tempore aut loco deputatis, quod fuerat iniunctũ impleat, postea, quoniam in satisfactione principale opus est, non autem circunstantiam temporis, vel loci, hæc Armil. de satisfact. §. 5.

5 Laicus (deficiente sacerdote) potest absoluere in articulo mortis ab omni excommunicatione, quia talis absolutio nõ est sacramentalis, vt dicit S. Tho. 4 sent. dist 17. quæst. 3. art. 3. quod secularis accipit Iudicium ratione necessitatis super confitentem, nec si euadit oportet quod amplius ab his absoluatur, sed tantum se repræsentare, ne nouam incurrat excommunicationem, vt in cap. eos, de sent. excommunicationis lib. 6. Non autem laicus potest absoluere a peccatis quorum absolutio est sacramentalis, sicut potest aliquis inuitè excommunicari, ita inuitè ab excommunicatione absolui: non ita à peccatis S. Tho. 4. sent. dist. 17. quæst. 2. art. 5.

6 Quando quis habet plures excommunicationes, absolutus ab vna, non intelligitur absolutus ab alia, quia non habet connexionem ad inuicem secundum S. Tho. 4. sent. dist. 18. quæst. 2. art. 5. quodl. 5. sed quando ab vno iudice pluribus excommunicationibus fuerit excommunicatus tunc intelligitur ab omnibus absolui, nisi aliud exprimatur. Quando verò est excommunicatus à diuersis iudicibus, absolutus ab vna non intelligitur ab alia: Panor. in cap. cum pro causa de sent. excommunicationis.

7 Quando, qui dubitat de excommunicatione, vel de absolutione debet petere absolutionem, ad cautelam, si adest commoditas, absoluẽtis, quia in dubijs tutior pars est eligenda, cap. ieiunis de spons. Mortuus potest absolui ab excommunicatione, & talis absolutio valet adhoc, vt possit in loco sacro sepeliri; vel de loco sacro, si ibi fuerit sepultus, non proijciatur, & vt pro eo orationes, & officia fieri possint Arm. §. 63.

8 Quæritur in quibus casibus simplex sacerdos nõ potest absoluere pænitentem; sed ad superiorem remittere? ℞. secundum S. Tho. in 4. sent. dist. 13. quæst. 1. ad 3. quod in quinque casibus. Primus est quando est solemnis pænitentia imponenda. Secundus est excommunicationis. Tertius est, quando inuenit irregulari-

laritatem contractam. Quartus est, de incendiarijs. Quintus est, quando est consuetudo in aliquo Episcopatu, quod enormia crimina ad terrorem Episcopo reseruentur Concil. Trident. sess. 14. cap. 7.

9 Quæritur si per tribulationes, flagella & alia similia, quæ homines patiuntur in hac vita, satisfaciat pro eorum peccatis? ℞. secundum S. Tho. art. 4. quodl. 2. & secundum Conc. Trid. sess. 14. cap. 9. quod est tanta diuinæ munificentiæ largitas, vt non solum pænis spontè à nobis pro vindicando peccato susceptis: aut Sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam quod maximũ amoris argumentum est, temporalibus, flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis; apud Deum patrem, per Christum Iesum satisfacere valeamus.

10 Quæritur quæ est illa absolutio, quæ vulgariter dicitur à pæna, & culpa? ℞. quod est illa plenissima remissio, quæ conceditur cruce signatis pro subsidio vltramarino, de qua. Doct. in cap. ad liberandam de Iudæis: & solus Papa concedit, cap. eum ex eo de pænit. & remiss.

11 Quæritur quæ est satisfactio? ℞. quod est culpæ remissæ, quo ad pænam recompensatio; Vnde est sciendum, quod quando quis peccauit mortaliter contraxit duo mala, videlicet culpam, & reatum pænæ æternæ; æterna transit, per contritionem, & dolorem pænitentis, in pænam temporalem, & remittitur de hac pæna temporali. Quando ergo pænæ fit recompensatio per bona opera dicitur satisfactio.

Item satisfactio secũdum Aug. est causas excidere, & earum suggestionibus aditum non præbere, & habetur de pænit. dist. 3. cap. satisfactio.

Item secundum Ansel. satisfacere, est Deo honorem debitum reddere. Item secundum Nauarr. cap. 3. num. 1. quod satisfactio, est compensatio facta Deo propter peccatum contra ipsum admissum, cum proposito amplius non offendendi eum; Item Concil. Trid. sess. 14. cap. 3. & 8. Item secundum Greg. est præterita mala plangere, & plangendo iterum non committere.

12 Quæritur si potest hæc pænitentiæ satisfactio quandoque omitti? ℞. quod quamuis regulariter hæc pænitentia sacramentalis est, & à sacerdote in confessione imponenda, vt sacramentum pænitentiæ habeat omnes partes suas materiales, tamen in tribus casibus omitti potest. Primò quando constat pænitentem integre satisfecisse, tunc non debet amplius ligari, quia corã Deo non amplius ligatur. Secundò quando pænitens, est impotens, vt puta in extremis, tũc sufficit indicare ei pænitentiã soluendã, quando poterit, & sic illum absoluere. Adiuuarique potest suffragijs Ecclesiæ, vt in cap. Ab infirmis 26. quæst. 7. Tertiò quando pænitens nullam vult acceptare pænitentiam, etiam minimam, offerens se satisfacturum in purgatorio, est etiam absoluendus, vt supra.

13 Quæritur quæ sunt partes satisfactionis? ℞. quod tres, scilicet, oratio, ieiunium, & Eleemosyna de pæn. dist. 6. §. 1. & ista tria possunt imponi pro satisfactione, per quæ intelliguntur omnes corporales exercitationes propter Deum, Eleemosyna tamen videtur esse magis satisfactoria iuxta illud Daniel. peccata tua Eleemosynis redime. Debet etiam peccato conuenire, & secundum peccati conditiones pænitentia applicetur sicut luxurioso ieiunium, auaro eleemosyna, sic de singulis.

14 Quæritur vtrum vnus pro alio possit satisfacere? Respond. quod potest in quantum pænitentia ordinatur ad solutionem debiti, & ipse acceptet, & satisfaciet cum consensu confessoris, qui imposuit, in articulo verò mortis, potest hoc fieri sine confessoris licentia, sed quando datur pænitentia pro medicina peccati vitandi, tunc per aliũ fieri non potest, nec per alium fieri deberet, quod per se ipsum satisfacere potest. Arm.

15 Quæritur qui imponit alteri satisfactionem pro se, vtrum statim liberetur? Respondetur, quod non liberatur nisi impleta satisfactione. Ideo caueant homines committere amicis, & cognatis: imò proprijs filijs, quod per se ipsos explere possunt, quia interim luent pænam antequam sit satisfactum Arm.

16 Item confessarius admoneat pœnitentem, quod pœnitentiam quam ei imponit non est sufficiens, ad delendam omnem pœnam peccatis suis debitam propterea ipsemet alia etiam satisfactionis opera spontè assumat, & quod pœnitentiam iniunctam faciat in statu gratiæ, nā si illam faciet in peccato mortale, satisfaciet quidem præcepto confessionis, sed non satisfaciet Deo; quia esset opus mortuum, & non debetur ei remissio pœnæ purgatorij. Hortetur denique pœnitentem ad bona opera, & maximè ad sacramentorum frequentationem, & quando aduertit se mortaliter peccasse, conuertatur per contritionem ad Deum, nam, vt dicit Propheta, cor contritum, & humiliatum, Deus non despiciet. Et quotidiè mane, quando surgit, & noctu, quando vadit dormitum, se ipsum toto corde Deo offerat, & commendet, vt ita etiam sit semper paratus, vt cum venerit Dominus eius, inueniat, eum vigilantem.

17 Quæritur quid agendum quando confessor absoluit pœnitentem, de quo non debuit, aut ex ignorantia, vel verecundia, vel festinatione, vel huiusmodi, & confessor postea, exprimitur se errasse, nunquid tenetur confitenti hoc dicere? Respondetur, secundum omnes, quod pœnitens excusatus est coram Deo. Quid ergo faciet confessarius? In Concilio Basiliensi de hoc facta fuit collatio cum multis notabilibus Theologiæ doctoribus. Vbi quidam dixerunt, quod confessor debet auctoritatem à superiore impetrare absoluendi eum, & si sine magno scandalo fieri potest, vocare pœnitentem non absolutum, & sibi dicere, ac eum absoluere post auditam confessionem. Vel si magnum scandalum timeretur absoluat eum absentem, si ab vltima confessione adhuc speratum esse in gratia. Adhuc autem, & alijs placuit si notabile scandalum timeretur summo sacerdoti Deo committat, & solam condignam pœnitentiam pro eius negligentia peragat confessor, præsertim quando multitudo est neglecta, vel multi eorum distant a loco vbi est confessor.

SVMMARIVM.

1 *Iustificatio impii quid.*
2 *Iustificatio vnde dicatur.*
3 *Iustificatur impius quomodo.*
4 *Iustificare impium potest Deus sine vlla præparatione.*
5 *Gratia infunditur priusquam culpa remittatur.*
6 *Iustificatio fit in instanti.*
7 *Iustificare impium maius est quam cælum, & terram creare.*
8 *Homo an possit mereri primam gratiam.*
Vide cap. 3. par. 4. de Gratia.

De Iustificatione Impij. Cap. XXXVII.

1 QVæritur quid est iustificatio Impij? ℞. quod est motus mentis ab iniustitia ad iustitiam, idest quo anima à Deo mouetur de statu peccati ad statum iustitiæ, secundum S. Tho. 12. quæst. 113. Item idem iustificatio, non quidem simpliciter, sed iustificatio Impij est idem, quod remissio peccatorum.

2 Quæritur vnde dicitur iustificatio? ℞. quod iustificatio potius nominatur à iustitia quam à charitate, vel fide, quia fides, & charitas, dicunt ordinem specialem mentis humanæ ad Deum, secundum intellectum, vel effectum, sed iustitia importat generaliter totam rectitudinem ordinis S. Tho. 1.2. supra artic. 1. ad 2.

3 Quæritur quæ requiruntur ad iustificationem impij? ℞. quod requiruntur quatuor scilicet motus liberi arbitrij, cōtritio, infusio gratiæ, & remissio culpæ, horum prima duo sunt ex parte suscipientis, alia verò ex parte agentis. Prædicta autem quatuor sunt simul tempore, non natura. Prioritas autem, & posterioritas, quæ secundum ordinem naturæ est, reducitur aliquo modo ad ordinem causæ, & causati. Inter ista verò videtur hic ordo causalitatis esse, causaliter enim motus liberi arbitrij prior alijs tribus est, quia requiritur consensus voluntatis, in hu-

in huiusmodi mutatione: Voluntas autē, & liberum arbitrium sumuntur hic pro eodem. Præterea motus appellatur motus liberi arbitrij. Iste motus, qui per liberum arbitrium consensit Deo, vt primo motori, vocatur motus fidei, quia habet aliquid cognitionis, & aliquid affectionis, sicut fides; dicamus ergo quod motus liberi arbitrij, siuē motus fidei in Deum causaliter est prior, quam motus, quo de peccato quis conuertitur, quia sicut in generatione peccati, prior est cōuersio, quam auersio, & cum conuersio causet auersionem, ita in eius destructione, prior est conuersio ad Deum per liberum arbitrium, quam auersio a creatura per contritionem de peccato, quod enim primum est in compositione, vltimum est in resolutione, isti verò duo motus liberi arbitrij, & contritionis sunt priores, quam gratia infundatur quia sunt causa præparatoria, vt gratia detur. Vide etiam partem 4. cap. 3. de originæ gratiæ.

4 Quæritur vtrum Deus possit impium iustificare sine vlla eius præparatione? ℞. quod sic, sed tamen requiritur præparatio ex parte nostra: sicut .n. requiritur præparatio ex parte materiæ in naturali mutatione ad recipiendam formam, ita in mutatione voluntaria, & hoc non ex impotentia agentis, sed suscipientis, & hæc præparatio, qua homo faciat, quod in se est, vt dicit S. Tho. 4. dist. 17. quæst. 1. art. 2. & hoc intelligitur in habentibus vsum rationis, non autem in carentibus vsu rutionis. Alia ratio est, quia in iustificatione peccatoris, fit introductio vnius formæ, & expulsio contrariæ, ideo requiruntur prædicta duo scilicet motus liberi arbitrij disponens ad gratiæ susceptionem, & contritio idest recessus a peccato disponēs ad culpę expulsionem.

5 Quæritur vtrum prius remittatur culpa, quam infundatur gratia? ℞. quod prius infunditur gratia, quam culpa remittatur, nam per gratiam remittitur culpa, sicut in introductione formæ, prior naturaliter est forma, quæ expellit a parte agentis, quam illa, quæ expellenda est, remoueri possit, vt dicit Comp. Theol.

6 Quæritur quomodo fit iustificatio in instanti? ℞. secundum S. Tho. qnod tota iustificatio consistit in gratiæ infusione, sed dico igitur, quod iustificatio potest fieri in instanti, vel successiuē: notanda verò est dictio, nam dupliciter potest accipi iustificatio, sicut, & generatio. Primo modo, vt dicat modum ad iustitiam cum termino eiusdem, & sic fit successiuè, vt quando succedit successiua præparatio. Secundo modo potest accipi, vt dicat solummodo mutationem sine motu, & hoc modo fit iustificatio in instanti, & triplici ratione. Prima quia fit virtùte diuina infinita, & simplici. Secunda quia fit in substantia simplici scilicet anima. Tertia quia tam forma, quæ expellitur, scilicet culpa, quam illa quæ introducitur scilicet gratia, omnino simplex est.

7 Quæritur quod est id quod dicit Aug. quod maius est iustificare impium quam creare cælum, & terram? ℞. quod maius est quantum ad id, quod fit, quia melius est, sed non quo ad modum faciendi, nam iustificatio impij terminatur ad bonum æternum diuinæ participationis. Quamuis enim in iustificatione impij fit resistentia formalis, scilicet contrarij ad contrarium, non tamen est ibi resistentia effectiua, qua aliquid resistat agenti scicet Deo, cuius virtuti nihil resistere potest: creatio verò cæli, & terræ terminatur ad bonum naturæ mutabilis, & ideo Aug. cum dixisset, quod maius est quod ex impio fiat iustus, quam creare cælum, terram; subiungit cælum enim, & terra transibit prædestinatorum autem salus, & iustificatio permanebit.

8 Quæritur vtrum homo possit sibi mereri primam gratiam? ℞. quod Deus nō dat gratiam nisi dignis, non tamen ita, quod prius digni fuerint, sed quia ipse per gratiam eos facit dignos, qui solus potest facere mundum de immundo cōceptum semine. Et omne bonum opus homnis procedit a prima gratia, sicut a principio, non autē procedit à quocūque humano dono S.Tho. 1. 2. quæst. 114. ar. 5.

De Oratione.

Qui vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare, & legere, nam cum

oramus, ipsi cum Deo loquimur, cum verò legimus Deus nobiscum loquitur, omnis profectus ex lectione, & meditatione procedit Isid. de sum. bon. lib. 3. c. 8.

SVMMARIVM.

1 *Oratio est, qua iuste à Deo petimus, & obtinemus.*
2 *Oratio est exercitatio mentis in Deum, & sequentibus.*
3 *Oratio quomodo fieri debet.*
4 *Oratio vnde dicatur.*
5 *Oratio quotuplex est.*
5 *Oratio publica, & missa dici debet alta voce.*
7 *Oratio vnde originem sumpsit.*
8 *Oratio ad Deum, & ad sanctos porrigenda est.*
9 *Oratio porrigenda est per contritum, & benè dispositum.*
10 *Oratio fieri debet cum septē conditionibus.*
11 *Orandum est semper, & nūquam deficere.*
12 *Orandum est pro se ipso, deinde pro aliis viuis, & defunctis.*
13 *Orandum est vbicunque.*
14 *Orationes bonorum aliquando non exaudiuntur à Deo.*
15 *Orationes malorum, non exaudiuntur à Deo.*
16 *Orantis cor Deus aspicit, non verba labiorum.*
17 *Oratio Dominica est præstantior cæteris omnibus ibidem.*
18 *Oratio Dominica præcellit alias, quia à Christo domino est tradita.*
19 *Orationem tam breuem fecit Christus, vt faciliter disci, & retineri possit.*
20 *Oratio Dominica docet, quid à nobis est petendum.*
21 *Orationem inchoauit sic Christus scilicet. Pater noster, ratione magni amoris.*
22 *Orantibus angeli, præsunt.*
Orationis effectus duplex.

De Oratione. Cap. XXXVIII.

1 QVeritur quid agendum, vt quæ iustè optamus à Deo obtineamus? ℞. quod vtilis adhoc in primis, & efficax est oratio nam, oratio si pura est, si casta fuerit, cælos pænetrans, vacua non redibit: Aug. in quodam serm.

2 Quid est oratio? ℞. est exercitatio mentis in Deum, & petitio eorum, quæ spectant ad salutem.

Item secundum Damascenum, quod est pius mentis effectus in Deum tēdens, & plerumque ne animus pigritetur in vocem prorumpens; de cons. dist. 1. cap. quando autem.

Item secundum Aug. oratio tua, locutio est ad Deum, quando legis, Deus tibi loquitur quando oras, cum Deo loqueris.

Item super psal. 85. oratio oranti est subsidium, Deo sacrificium, Demonibus autem est flagellum.

Item oratio est animæ sanctæ præsidium, Angelo bono solatium. Diabolo supplicium, gratum Deo obsequium, & pænitentiæ religionis laus tota: perfecta gloria, spes certa, sanitas incorrupta. Oratio Deum vngit, sed lacryma compungit, hæc lenit, illa cogit. Orationis puræ magna est virtus, & velut fidelis nuncius mandatum peragit, & penetrat, quo caro non peruenit.

3 Quæritur quomodò debet fieri oratio? ℞. quod dupliciter habet fieri, aut pro impetratione bonorum, & sic est pars, vel opus contemplationis: aut pro remissione malorum, & sic est propriè pars satisfactionis, vt diximus.

4 Quæritur vnde dicitur oratio? ℞. secundum Bernard, quod dicitur quasi oris ratio, vt scilicet rationabile, alias non esset ratio, extr. de reb. Eccles. non alienan. cap. fin.

5 Quotuplex est oratio? ℞. secundum S. Tho. 2. 2. quæst. 84. quod est duplex scilicet communis, & singularis, oratio communis est illa, quæ per ministros Ecclesiæ in persona totius populi fidelis Deo offertur, singularis verò est illa, quæ offertur à singulari persona, siue per se, siue per alios.

6 Sed quando oratio est publica, seu cōmunis, vt quæ fit per ministros Ecclesiæ in persona totius populi fidelis, debet dici alta voce, quia oportet eam toti populo, pro quo offertur, innotescere, vt ad deuotionem, & suam intentionem cum orationibus coniungenda excitentur, & ideo dicens officiū in choro submissa voce, ac etiam missam non videtur satisfacere.

7 Quæ-

7 Quæritur orationes vnde originem sumpserint? ℞. quod ex Apocalypsis desumptæ esse videntur, nam eæ designantur per fumum, qui ascendit in conspectu domini de manu Angeli.

8 Quæritur ad quem debet porrigi oratio? ℞. quod porrigenda est ad Deum; Ad sanctos porrigi potest, non vt tanquam per ipsos implenda, sed vt præcibus, & meritis ipsorum a Deo exaudiatur Conc. Trid. sess. 25. de inuocatione, & veneratione sanctorum.

9 Quæritur per quem sit porrigenda oratio? ℞. quod porrigenda est per benè dispositum, contritum, & pænitentem.

10 Quæritur qualis debet esse oratio, vt semper sequatur exauditio? ℞. secũdum Richar. in 4. sent. dist. 15. art. 4. quæst. 2. quod debet fieri cum septem conditionibus, seu socijs: scilicet cum humilitatæ, cum bona dispositione, seu contritione peccatorum suorum, cum oratione associata cũ breuiloquia cum oratione, quod fiat, cum bona intentione, & feruenter, cum oratione, quod vtilium petat, & sic est petere iustè, quod constanter fundatus in fide petat, & quod petat perseueranter.

11 Quæritur quando est orandum? ℞. quod tempus orandi Dominus determinat Lucæ cap. 18. oportet semper orare, & nunquam deficere; quod vt cautè intelligatur notandum, quod miles non debet deponere scutum, interim bellum durat, ita nec ab oratione cessandum est, vsque ad mortem, quia bellum durat, vsque ad mortem. Vnde Iob. militia est vita huomnis super terram, cõtinuè enim indigemus Dei adiutorio. Et quia nunquam in præsenti deest miseria: ideo si fieri posset continuè est orandum iuxta illud sine intermissione orate 1. Thes. cap. 5.

12 Quæritur pro quibus personis est orandum? ℞. secundum S. Tho. quod quilibet debet orare pro se ipso, eo quod charitas benè ordinata incipit a se ipso; secundo debet orare pro alijs, sicut, & pro se: cum illud sit in oratione petendum, quod est desiderandum. Dicit Ambr. si per te rogas tantum, per te solum rogabis, si autem pro omnibus rogas, omnes pro te rogabunt. Tertio pro animabus in purgatorio existentibus, & pro inimicis etiam est orandum, & generaliter tandem pro omni peccatore viatore, vt conuertatur.

13 Quæritur vbi est orandum? ℞. quod orationes principaliter faciendæ sunt in Ecclesia, sed vt inquit Bernar. in lib. medit, quod vbicunque fueris: inframetipsum ora: si longè fueris ab oratorio, non quæras locum, quando locus est, ex quo patet, quod vbicunque orãdum est, cum vbique sint pericula, & vbique auxilio Dei indigemus. 1. Thimoth. 2. cap. S. Tho. 2. 2. dicit, quod locus determinatus eligitur ad orandum, non propter Deum, qui adoratur, sed propter ipsos orantes, duplici ratione: Primò propter loci considerationem, ex quo specialem, deuotionem concipiunt orantes, vt magis exaudiantur; Secundò propter concursum multorum adorantium, ex quo fit oratio magis exaudibilis, secũdum illud Matth. 18. vbi duo, vel tres consenserint super terram, de omni re, quodcunque petierint, fiet illis a patre meo, qui in cælis est.

14 Quæritur quare Deus quandoque non exaudit orationes bonorum hominum? ℞. propter tria. Primò, vt probet patientiam ipsorum. Secundò, vt desiderium eorum excitet. Tertiò, vt meliora quam petant, prouideant.

15 Quæritur quare Deus non exaudit peccatores? ℞. secundum S. Tho. 2. 2. quæst. 83. quod peccator dupliciter consideratur. Primò in quantũ peccator, sic Deus non exaudit eum, quia Deus odit peccatores, iuxta illud psal. 118. Iniquos odio habui: idest peccatores: Secundò consideratur quantum ad naturam, quia homo est, & sic cum petit aliquid salutare humiliter, tunc ex misericordia exauditur a Deo, quamuis hoc non meruit apud Deum, sed peccator, qui petit iuuari a Deo cum proponit male facere, vel luxuriari, vel spoliare, & sic de alijs tale adiutorium petere a Deo est peccatum.

16 Quæritur quando oratio est singularis, sufficit esse mentalis, an etiam labiorum? ℞. quod Deus non verba depræcantis intendit, sed orãtis cor aspicit, melius est enim cum silentio orare corde,

ſine ſono vocis, quam ſolis verbis ſint intuitu mentis; Nam quid prodeſt ſtrepitus labiorum, vbi cor eſt mutum, ſicut enim vox ſine modulatione eſt quaſi vox porcorum ſic oratio, ſine deuotione, eſt quaſi mugitus bouum, Iſid. de ſum.bon. lib. 3. cap. 8.

17 Quæritur quæ oratio cæteris orationibus eſt præſtantior, & magis ſalutifera? ℞. quod oratio. Dominica, quia eam Dominus fecit.

18 Quomodo oratio Dominicalis præcellit alias orationes? ℞. quia inſtituta eſt a Ieſu Chriſto Domino Noſtro vero Deo, & ab eo tradita ſuis diſcipulis, quia etiam in ea petitur, quæ præcipuè pætenda ſunt.

19 Quęritur quare Chriſtus fecit tam breuem orationem? ℞. propter tria: Primò vt faciliter poſſet diſci, & intelligi, & melius retineri, & tardius obliuiſci. Secundò, vt frequentius poſſet dici, & retineri, & ne dicentibus faſtidium generet; Tertio, vt nullus ſe poſſet excuſare ab oratione, quia quilibet homo rationalis poteſt eam adiſcere, & omni die dicere.

20 Quæritur quid petendum eſt in oratione? ℞. quod debemus illa omnia petere, quæ in oratione Dominica Chriſtus nos docuit Matth. 6. nam omnia neceſſaria animæ, & corporis tàm in præſenti, quàm in futura vita in iſta oratione includuntur.

21 Quare Chriſtus ſic inchouit orationem dicendo Pater noſter, & non Dominus, vel Deus, vel creator? ℞. quia talia nomina ſunt nomina timoris, ſed pater eſt nomen amoris, & quia diligit nos paternè, & vult a nobis etiam filialiter diligi, ideo dixit Pater noſter, & in hoc nomine Pater memorare debemus, vt ſimus filij eius, ſi in oratione noſtra ſalubriter Deo offerre volumus, ſed noſter dixit, vt nos doceat humiliari vt nullus de nobilitate generis iactet, & ſic alios ſpernat.

22 Quæritur an Angeli orantibus præſint? Reſpond. quod piè credendum eſt, & ſumitur ex ſacris authoritatibus, iuxta illud in conſpectu Angelorum pſallam tibi, & Angelus ad Thobiam. Quando orabas cum lacrymis, ego obtuli orationem tuam Domino. Et in canone Miſſæ dicitur ſupplices te rogamus omnipotens Deus iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum &c.

23 Quæritur quid eſt effectus orationis? ℞. quod eſt duplex. Primò, quia per eam vitatur tentatio; Secundo, quia procedit ex radice charitatis, penes quam conſiſtit oratione meritum, & eſt fons viuus de pæn. diſt. 2. capit. charitas. Item Aug. in ſerm. Oratio refectio eſt ieiuniorum, durititiam cordis emollit, auſteritatem temperat, ieiunium dulcificat, ſicut enim ſine potu, non eſt plena refectio, ſic, & ieiuniũ ſine refectione orationis, non poteſt omnia perfectè nutrire. Nihil potentius homine orante, & Chriſoſtomus ſuper Matth. 18. Qui orat cum ieiunio duplices alas habet, nam neque oberrat, neque torquet.

De Ieiunio.

Ieiunium orationem, deuotionem, & fiduciam donat, oratio virtutem impetrat ieiunandi, & Ieiunium meretur gratiam orandi. Ieiunium orationem roborat, oratio ſanctificat Ieiunium, & repræſentat Domino, Bern. ſermone 38. Illud ieiunium Deus approbat, vt hoc quod tibi ſubtrahis alteri largieris, vt vnde tua caro affligitur, inde ægentis proximi caro reparetur Greg. in hom.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium carnalium vitiorum ſtimulum reprimit.*
2 *Ieiunium dicitur a ieiunio inteſtino tenue & vacuo.*
3 *Ieiunii effectus multiplex.*
4 *Ieiunium naturæ corporale, & ſpeciale quid.*
5 *Ieiunium inſtitutum fuit in Paradiſo terreſtri.*
6 *Ieiunium inſtitutum fuit ad deletionem culpæ.*
7 *Ieiunans quomodo ſe gerere debet.*
8 *Ieiunare in qua ætate quis tenetur.*
9 *Ieiunare, qui non tenetur ſub præcepto.*

10 Ie-

10 *Ieiunium Ecclesiæ obligat ad mortale.*
11 *Ieiunare an teneantur Peregrini, & laborantes.*
12 *Ieiunium frangens sine rationabili causa peccat mortaliter.*
13 *Ieiunare potest vnus pro alio, & satisfacit.*
14 *Ieiunium non soluit sumptio medicinarum.*
15 *Ieiunium redimi potest Eleemosynis.*

De Ieiunio. Cap. XXXIX. & Cap. 19. Secundæ part.

1 QVæritur quid est Ieiunium? Respondetur, est quod stimulum carnalium vitiorum reprimit, vel secundum Panor. quod est subtractio cænæ post prandium cuiuslibet cibi priuatio, vsque in diem sequentem à carnibus, & trahentibus sementinam originem ab ipsis, vt a lactè, caseo, & ouis. Item Concil. Trident. sess. 25. cap. de delectu ciborum Ieiunij. Item Ambr. de Elia, & Ieiunio. Ieiunium mors culpæ, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum est castitatis, hoc gradu ad eum citius peruenitur, hoc gradu antequam currum Elias ascendit. Item Hier. ad Dometriadem Virginem. Ieiunium non solum perfecta virtus sed cæterarum virtutũ fundamentum est, & sanctificatio, & pudicitia, atque prudentia. sine qua nemo videbit Deum.

2 Quæritur vnde dicitur Ieiunium? Respondetur, quod dicitur a ieiunio, vt scribit Brulif. dist. 15. quæst. 10. lib. 4 quod est in homine quoddam intestinũ tenue in quo nihil reperitur, sed semper vacuum, & sic nos ieiunantes debemus esse vacui a superfluis, & a vitijs tam in corpore quam in mente; secundum illud. Isai. 58. Nonne hoc est ieiunium, quod elegi dissolue colligationes impietatis &c.

3 Quæritur, quid est effectus Ieiunij? Respond. secundum Aug. in serm. de Ieiunio: Ieiunium purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit castitatis lumen accendit.

4 Quæritur quotuplex est Ieiunium? ℞. secundum S. Tho. 2. 2. quæst. 147. artic. 6. quod est duplex vnum naturæ, quod requiritur ad Eucharestiæ sumptionem, quod soluitur per quemlibet potum, etiam aquæ post quem non licet Eucharistiam sumere. Aliud est Ecclesiæ communium, & istud non soluitur per potum, nisi immoderatum item est Ieiunium corporale, & spirituale. Ieiunium spirituale, vt inquit Aug. super Io. Ieiunium magnum, & generale est abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium cap. ieiun. de cons. dist. 5. 86. dist. cap. quid prodest de cons. dist. 5. De hoc Ieiun. dicit beatus Hier. Epistola 5. Quid prodest tenuari abstinentia corpus, si animus intumescat superbia. Quam laudem merebitur de pallore Ieiunii, si quis inuidia liuidus est? Quid virtutis habet vinum non bibere, & ira, atque odio inebriari. Tunc inquam præclara est abstinentia, atque magnifica castigatio corporis, cum animus est Ieiunus à vitijs.

5 Quæritur quando fuit institutum Ieiunium? ℞. quod quando Dominus præcepit primis parentibus ne comederent de ligno scientiæ boni, & mali Genes. cap. 3.

6 Quæritur quare institutum fuit Ieiunium? ℞. secundum S. Tho. quod ad deletionem culpæ, & eleuationem mentis ad Deum: vnde Daniel cap. 10. quod post ieiunium trium hebdomadarum reuelationem accepit a Deo, ac etiam contra concupiscentiam carnis. Vnde Hier. sine cerere, & bacho friget venus, .i. per abundantiam cibi: & potus luxuria tepescit cap. venter cap. luxuriosa, cum sequentibus dist. 35. & ad consecutionem meritorum Card. in cap. Ieiunia de cons. dist. 5.

7 Quæritur quot requiruntur ad ieiunium? Respond. quod quinque. Primum est quod ieiunans, ante prandium non debet commedere, nec libere. Secundum est, quod ieiunans non debet præuenire tempus, vel horam pran-

prandij debitam. Tertium, quod ieiunans post prandium non debet commedere. Quartum est, quod ieiunans illud, quod subtrahit sibi in cibo, & potu, debet dare pauperibus. Quintum est, quod ieiunans debet pænitere de suis peccatis, & sic Ieiunare offerre Deo.

8 Quæritur in qua ætate tenetur, quis ieiunare. ℞. Secundum S.Tho.2.2.quæst. 147. art. 4. quod quamdiù aliquis stat in statu augumenti, non tenetur ad omnia ieiunia, scilicet vsque ad finem tertij septenij, idest 21. anni. Est tamen conueniens secundum S. Tho. vt etiam in hoc tempore se ad ieiunãdum exerceat plus, vel minus secundum, modum ætatis suæ, & possibilitatem. Vnde sciendum, quod ille, qui est in 14. anno, plus debet ieiunare, quam ille, qui est in duodecim annis, similiter qui est in 16. annis, & robustus corpore. Item plus tenetur, & sic de alijs.

9 Quæritur an sit vlla causa, qua quis excusetur à Ieiunio; ℞. quod sunt tres causæ scilicet Infirmitas, paupertas, & labor; siue sit infirmitas languoris, vt qui laborat aliquo morbo, siue sit infirmitas ætatis, sicut pueri, & senes debiles sexaginnarij, siue infirmitas conditionis sicut minor, valetudo personæ, propter conditionem, sexus, vel alterius accidentis; vnde Palud. Prægnantes, inquit, & nutrices, si probabiliter timerentur de periculo earum, vel fætus in vtero, aut pueri ad vbera, non debent ieiunare. De his tribus causis. Gabriel. not. 4. lectione 10. can. sui, copiosius dixerit, & inter cætera dicit, quòd si tanta est abstinentia, quod nemo ab operibus vtilioribus impediatur quamuis ad ea de necessitate non tenetur, in descretum est ieiunium. & si non sit illicitum. Vnde Hieron. dicit de cons. dist. 5. Rationabilis hominis dignitatem amisit, qui ieiunium charitati, vel vigilias sensus integritati præfert. Ex quo sequitur, si doctor legens in scholis in Theologia, quæ animæ salutem respicit, aut prædicans in publico populis, si per ieiunium impediretur, quo minus posset prædicare, aut legere soluendum esset ab eo ieiunium, vt his vtilioribus vacare posset.

10 Quæritur an ieiunium Ecclesiæ obliget ad mortale? ℞, quod ieiunium de præcepto Ecclesiæ obligat ad culpam mortalem omnes fideles ipsum sine excusatione legitima non seruantes, & hoc abunde probat. Gabr. art. 2. concl. vnica dist. 16. quæst. 3. lib. 4. Et hoc est de mente Alexan. de Ales. par. 4. quæst. 102. S. Tho. in 4. scripto dist. 15. q. 1. de Ieiunio. & 22. & 157. art. 3. Durand. & Paludensis dist. 5. Richar. de media villa eadem dist. 4. art. 3. quæst. 3. & 4. Et communiter tandem omnes Theologi in hoc concordant: similiter Panor. de obseru. ieiunij cap. 1. & sequenti, & communiter omnes summistæ. Dicitur ieiunium de præcepto, quia ieiunium de cõsilio non obligat nisi fieret ex conteptu. Dicitur omnes fideles, quia non obligat infideles.

Diximus paupertas 1. pauperes, & mẽdicantes, quod secundum S. Tho. 2. 2. quæst 147. art. 4. & in 4. sent. dist. 15. art. 2. quæst. 4. si possunt habere in tantum simul de eleemosynis recollectis, vel alijs repositis, quod sufficeret eis ad vnum prandium, non excusantur à ieiunio; si autem non possunt habere excusantur.

11 Quæritur si excusantur peregrini? ℞. secundum S. Tho. supra art. 4. si peregrinatio, & labor congrue possunt differri, aut diminui absque detrimento, tunc ieiunia Ecclesiæ non sunt prætermittenda, si autem imminet necessitas statim peregrinandum, & magnas dietas faciendi, vel etiam multum laborandi, & simul cum hoc non possunt ieiunia seruare, tunc non obligantur ad ieiunandum. Videtur tamen in talibus recurrendum esse ad superiorum dispensationem; nisi fortè vbi non est consuetudo.

Item laborantes, quod si quis est diues sic, quod habet bonum nutrimentum, sufficiensque emolumentum, itaque potest se sine laborare, nutrire, tunc illo die quo ieiunandum esset, debet eo minus laborare, cum hoc labore possit ieiunare, & præcepto Ecclesiæ satisfaciet; at si esset pauper, & necessitas cogit eum, & ita non tenetur ieiunare, cum hoc habet in animo suo, quod libenter ieiunaret, si posset.

12 Vnde si quis scienter, & sine rationabili

bili eam, aut ex contemptu transgreditur aliquod Ecclesiæ ieiunium peccat mortaliter,& quot dies omittit, tot peccata committit, & maximè in Quadragesima; secus est si non ex contemptu, sed ex causa rationabili solueret de cons. dist. 3. cap. ieiunia. Nam quilibet obedire debet præceptis Ecclesiæ, & prælatorum suorum scilicet ieiunia ab Ecclesia instituta, & festa celebrare, quasi ipsamet Christus præciperet fieri. Luc. cap. 10. Qui vos audit, me audit, & Bernar. obedientia, quæ maioribus præbetur, Christo exibeatur, nam ipsi prælati sunt Vicarij Christi. dist. 21. cap. in nouo.

13 Quæritur vtrum quis per alium possit ieiunare? ℞. quod sic, qui denarium potest dare, vt se redimat à ieiunio, ergo multo fortius per alterius ieiunium potest liberari. 82. dist. in glos. fin.& in cap. præsbyter absoluto.

Item ieiunium viui prodest mortuo ad releuamen. de pænit. dist. 6. cap. 1. & 13. quæst. 2. cap. animæ. Vbi dicitur animæ defunctorum; quatuor modis soluuntur, scilicet, oblationibus sacerdotum: præcibus sanctorum, carorum Eleemosynis, & ieiunio cognatorum. Ergo ieiunium vnius potest fieri per alium, & votum, tam viui, quam mortui, solui potest per superstitem 26. quæst. 6. cap. si quis fuerit, tamen talis commutatio non debet fieri, propria authoritate, maximè in pænitentia imposita ab homine. extr. de voto cap. ex multa in fin. per totum.

14 Quæritur si sumptio medicinarum soluat ieiunium ab Ecclesia institutum? ℞. quod non, nisi fortè aliquis sumeret in magna quantitate in fraudem, per modum cibi, quia sic ieiunium frangeret.

15 Quæritur vtrum quis redimere possit ieiunium dando Eleemosynam? ℞. quod pænæ peccatorum per Eleemosynam redimuntur,& relaxantur in cap. medicina. de pænit. dist. 1. 82. dist. cap. præsbyter, & sic ieiunium Eleemosyna redimi potest, tamen credo, quod hoc debeat fieri consilio sacerdotis in cap. præsbyter absoluto vide plura in cap. 19. part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Eleemosyna potest accipi pro opere misericordiæ, & satisfactionis.*
2 *Eleemosyna est opus, quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum.*
3 *Eleemosyna dicitur a misericordia, & pietate.*
4 *Eleemosyna quotuplex est.*
5 *Eleemosynam dare tenetur, qui habet superflua.*
6 *Eleemosyna fieri debet secundum possibilitatem, & personarum qualitatem.*
7 *Eleemosyna fieri debet de omni re quæ nõ est obligata restitutioni.*
8 *Eleemosynam facere potest, qui potest donare.*
9 *Eleemosyna fieri debet indigenti.*
10 *Eleemosynæ gradus tres considerandi.*
11 *Eleemosyna est magis satisfactoria, quam oratio, & ieiunium.*
12 *Elemosynæ multiplex effectus.*
13 *Pænitentia, quæ pro singulis peccatis est imponendum.*
14 *Pænæ Purgatorii sunt grauissimæ.*

Dicit tibi Christus, da mihi ex eo, quod dedi tibi, de meo quæro, da & redde, habuisti me largitorem, fac me debitorem, habeam te fæneratorem, temporalia mihi das, æterna tibi restituam, & ipsum tibi reddam, quando te mihi reddidero. Aug. de verbis Domini serm. 25.

De Eleemosyna. Cap. XXXX.

1 Eleemosyna dupliciter potest accipi aut intentione subleuandi necessitatem proximi, & sic est opus misericordiæ, aut intentione recompensandi pro debito offensæ diuinæ, & sic est opus iustitiæ. Vnde primo modo pertinet ad meritum vitæ; secundo modo ad meritum dimissionis pænæ, quia Eleemosyna sic data, est satisfactoria.

2 Quæritur quid est Eleemosyna? ℞. quod est opus in quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum, secundum Theolog. 4. sent. dist. 15. Item est, quod animam à peccato liberat, & iam

eam non patitur ire in tenebras Iob. 12. cap.

3 Quæritur vnde dicitur Eleemosyna? ℞. secundum S. Tho. 22. quæst. 32. art. 1. quod dicitur ab ἔλεος, quod est misericordia, & secundum S. Bonau. dist. 15. lib. 4, capitur tripliciter proprie, communiter, & communissime. Propriè dicitur opus pietatis impensum proximo ad releuandum indigentiam corporalé. Communiter, est omne opus pietatis proximo impensum, siue speciale, siue corporale; communissime dicitur omne opus misericordiæ, siue proximo, siue sibi impensum, secundum Aug. qui dicit, quod Eleemosyna hominis debet incipere à semetipso iuxta illud Eccles. 30. Miserere animæ tuæ placens Deo, & ἐλεημοσύνη Grecum nomen est, vt dicit Alexan. de Ales. par. 4. quæst. 105. mem. 1. quem recitat Gabriel. dist. 16. quæst. 4. art. lib. 4. & dicitur ab Elois, quod est misereri: & Moys, quod est aqua, quasi aqua miserationis. Item dicitur ab Eli, quod est Deus & Moys, aqua, quasi aqua Dei, vel aqua diuina, & secundum has interpretationes Eleemosyna est opus misericordiæ pietate deductum in esse, & diuino mandato aptum ad peccata extinguenda: Aqua enim pietatem importat, secundum illud Hier. 1. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrimarum, quod etiam Deus mandauerit Eleemosynam, patet Luc. 11. Date Eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Et quoniam extinguere peccata conuenit Eleemosynæ, hoc est ex virtute diuina, non ex natura actus, idem dicitur aqua diuina. Hinc Eccl. 3. ignem ardentem extinguit aqua, & Eleemosyna resistit peccatis, & hæc descriptio ait Gabr. magis est etymologica, quam diffinitio.

4 Quæritur quotuplex est Eleemosyna? ℞. secundum S. Tho. 2. 2. quæst. 32. art. 1. quod est duplex scilicet, quædam sunt Eleemosynæ corporales quædam spirituales, Eleemosynæ corporales consistũt in operibus misericordiæ corporalis, vt sũt septé, & cotinétur hoc versu scilicet.

Visito, Poto, Cibo, Redimo, Tego, collico, Condo.

Visito idest visitare infirmos, Poto, scilicet dare potum sitientibus, Cibo, idest cibare exurientes. Redimo: idest redimere incarceratos: Tego, idest tegere nudos, colligo, idest colligere dispersos, Condo idest condere pauperes, supple propter Deum. 1. sepelire mortuos. Eleemosynæ vero spirituales consistunt in operibus misericordiæ spiritualis, quę sunt septem, & continentur in hoc versu scilicet.

Consule, Castiga, solare, Doce, remitte, fer, ora.

Consule, scilicet in Consultum, Castiga, scilicet delinquentem, solare, scilicet desolatum; Doce, scilicet indoctum, & inscium: Remitte scilicet iniuriæ reatum Fer, idest sustine patienter aduersitates, & iniurias tibi illatas, ora scilicet pro defunctis, & pro omnibus amicis, & inimicis, & persecutoribus tuis.

Vbi sciendum est, quod nullus excusari potest à datione Eleemosynæ, quia si non habeat vnde adimplere possit Eleemosynas corporales impleat spirituales, & si non habet vnde adimplere, salté habeat bonam voluntatem, quia voluntas pro facto reputatur in Glos. cap. 1. extr. de eo, qui mitt. in poss. causa rei seruand.

5 Qui habet superflua, quo ad naturam, & quo ad decentiam sui status, pro se, & familia, & non subuenit necessitatibus aliorum, non tantum extremis, sed magis quas nouit, mortaliter peccat secundum S. Tho. 4. sent. dist. 15. quæst. 2. art. 1. glos. 4 & 2. 2. quæst. 128. Petr. de Palu. & communiter Doctores.

6 Quæritur quomodo debet fieri Eleemosyna? ℞. quod Primo debet fieri secundum possibilitatem, & quantitatem diuitiarum. Secundo animo voluntario, Tertio cum hylaritate vultus. Quarto, cum dulci sermone. Quinto cum festinatione. Sexto secretè, & non ad vanam gloriam; Septimo quod debet fieri in charitate, vt sit fructuosa, & meritoria ad vitam æternam. Vide infra part. 2. cap. 23. num. 28.

7 Quæritur de quibus debet fieri Eleemosyna? ℞. quod debet fieri de omni re, quæ est propria ipsius dantis, & quæ non est obligata restitutioni alicui certæ personæ, siue sit licitè, siue turpiter acquisita.

Sciendum, quod triplex est Eleemosyna,

ſyna,ſcilicet,bona,melior, optima: bona eſt,quæ fit de patrimonio,Chriſti,in quo ſolum clerici habent diſpenſationem, Melior eſt, quæ fit de patrimonio proprio,quod quis à parentibus poſſidet.optima eſt,quæ fit de his, quæ labore proprio acquiruntur.

8 Quæritur quis poteſt facere Eleemoſynam? ℞.quod quilibet, qui poteſt donare,ſicut ſcriptum eſt, de tua ſubſtantia honora dominum,fac Eleemoſynam,prouerb. 3. Vbi eſt notãdũ quod illi,qui ſunt ſub poteſtate conſtituti, de rebus, ſecundum quas ſuis ſuperioribus ſubijciuntur non poſsunt facere Eleemoſynas ſine ſuperioris licentia.niſi cogente neceſſitate: quod cum in neceſſitate omnia ſunt cõmunia, & tunc tamen de alieno liceret ſuccurrere indigenti.

De vxore verò cum nihil habeat proprium, præter dotem, dicendum eſt, quod non poteſt facere Eleemoſynas, ſine viri ſui expreſſo, vel tacito conſenſu Poteſt tamen vxor facere Eleemoſynas moderatas, ne vir ſuus per eas pauperetur.

Seruus non poteſt facere Eleemoſynas de rebus Domini ſui, quia licet eas ad diſpenſationem, & gubernationem domus, tamen aliqua modica, quæ ſtatim poſſint corrumpi, poteſt dare ad Eleemoſynas,quia in hoc præſumitur conſenſus domini. De filijs familias autem eodem modo eſt dicendum, licet filius familias, ſit hæres patris. Sed non dum habent dominium ſuper res patris ſui.

9 Quætitur cui debet fieri Eleemoſyna? ℞. quod non debet fieri, niſi indigenti. Vnde dare abundanti; nihil aliud eſt, quam perdere.1.quæſt. 2.cap. paſt. Item Eleemoſyna non eſt danda, vt quis ditetur, nec vt ſit illi occaſio negligentiæ, vel laborandi, ſecundum S. Tho. ſupra nec quando creditur, quod ſit occaſio mali. Nam eleemoſyna eſt diuinitus inſtituta ad ſubleuandum neceſſitatẽ proximi. Per proximum verò; non intelligitur proprinquitate ſanguinis tantum ſed ſocietate rationis. ſecundum Gloſ. ſupra leuit.cap.21.& Matth.cap.22. Diliges proximum tuum.

10 In Eleemoſynis enim tres gradus reperiuntur ideſt tria debent conſiderari honeſtum debitum;& neceſſarium: Honeſtum,vt propinquiori, ſi indigeat ſubueniatur;benefactoribus, ſi egeant: non vt opes augeantur, ſed vt neceſſitas ſubſtentetur. Neceſſarium eſt, vt Eleemoſyna detur magis indigenti: Non eſt furandum vt fiat Eleemoſyna, quia non ſunt facienda mala,vt eueniant bona, vt in cap.fortè 14.quæſt.5.

11 Eleemoſyna eſt magis ſatisfactoria, quam oratio, vel ieiunium ſecundum. S. Tho.4.ſent.diſt.15.

In extrema neceſſitate magis deferendi ſunt filij, quam parentes;ſecundum S. Tho.2.2.

Licet de turpi lucro poſſit fieri Eleemoſyna: non tamen de obnoxia reſtitutioni ſecundum.S.Tho. ſupra not. in caſu extremæ neceſsitatis, vt in Roſa aurea caſu. 57. & in Sylu. verbo Eleemoſyna plenius videtur.

12 Quæritur, quid eſt effectus Eleemoſynæ.℞.quod ſeptem ſunt effectus: Primus eſt augumentum temporalium.Secuudus eſt remiſsio peccatorum. Tertius eſt augumentum,& collatio gratiæ.Quartus eſt, quod homo, apud deum multos interceſſores, & amicos acquirit, ſcilicet ipſos pauperes. Sed dato, quod pauperes eſſent mali,& peccatores? adhuc tamen ipſa Eleemoſyna ad Deum orat. Eccl. cap. 19. Quintus eſt, quod homini præparat viam ad cælum: & patefacit ei hoſtium paradiſi. Eccl. cap. 15. Sextus eſt, quod hominem ad bonum finem producit,& comitatur morientem, cum eum omnes ämici ſui deſerunt.Septimus eſt,quod præmium eternum acquirit.

Magna ſtultitia profectò eſt, ilic relinquere, vnde exiturus es, & illuc non præmittere, quo iturus es; Illuc ergo ſubſtantiam tuam,colloca, vbi patriam habes.Chriſoſt.ſuper Matth 6. Quicquid pro anima tua feceris, hoc tuum eſt, quòd autem reliqueris perdidiſti.

13 Quæritur, quæ penitentia eſt peccatori pro quolibet peccato iniungeoda?℞. pro quolibet peccato mortale eſſet regulariter ſeptẽnis imponenda 33. quæſt. 2.& de pænit.diſt.1.cap.menſuram. Sed hodie omnes pęnitentiæ ſacerdoris arbitrio ſunt taxandæ,conſideratis circumſtantijs perſonarum, & conditionum 26.

quæst.7.cap. tempora, & dicto mensurā & extr, de pænit.& remiss.cap.Deus.qui, & Conc.Trid.sess. 14. cap.7. Vnde Sacerdotes debent semper imponere pænitentiam per contrarium peccato: vt superbo humilitatem: Auaro, Eleemosynam luxurioso continentiam, vel castitatem; Iracundo patientiam: Guloso Ieiunium, Inuido charitatem proximi; Accidioso, diligentiam: & bonas operationes, quia contraria contrarijs curantur de pænit.dist.2.cap. 2. tamen semper cauere debent, ne per pænitentiam, quam imponunt alteri præiudicium faciant, vt viro in præiudicium vxoris, & familiæ, aut seruo, in præiudicium, Domini, & huiusmodi.

14 Et quia pænæ peccatorū in alia vita, videlicet in Purgatorio sunt maximæ, vt dicit Aug. quod nunquam in carne inuenta est tanta pæna, licet mirabilia passi sint martyres tormenta, vnde consulendum est illis, qui multa peccata commiserunt, & paruam pænitentiam respectu peccatorum perfecerunt, vt diligenter quærant Indulgentias; quia quicquid superest in Purgatorio lugebunt, nam nullum peccatum impunitum quantumcunque enim paruum sit peccatum; oportet quod satisfaciat iustitiæ dei, aut hic, aut in futuro, videlicet in purgatorio, & de hoc non est dubitandum. Vide cap.36.nu.13.& infra cap.32.part.4.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiarum varia nomina.*
2 *Indulgentia est quædam remissio pænæ debitæ.*
3 *Culpa est illud, quo homo redditur inimicus Deo.*
O felix culpa ibidem.
4 *Culpa remittitur per contritionem, & confessionem, & pæna per indulgentiam.*
5 *Indulgentiæ emanantur ex quatuor thesauris Ecclesiæ.*
6 *Sancti quomodo propter eorum opera sint præmiati vltra condignum.*
7 *Thesaurus Ecclesiæ summo Pontifici commissus.*
8 *Thesaurum quare Deus commisit summo Pontifici.*
9 *Indulgentiæ quomodo acquiruntur.*
10 *Indulgentiæ Papales prosunt defunctis in Purgatorio.*
11 *Papa quomodo potest absoluere defunctos in Purgatorio.*
12 *Indulgentiæ datæ alicui non possunt ab eo aliis impartiri.*
13 *Differentia inter Iubileum, & Indulgentiam.*

De Indulgentijs. Cap. XXXXI.

1 QVæritur quid est Indulgentia? ℞. secundum Archid.extr. de pænit. & remiss. cap. Indulgentiæ lib. 6.quod quandoque dicunt remissionem pænæ, quandoque concessionem gratiæ quandoque dispensationem, quandoque accipitur pro vacare, seu operam dare, Indulgere, vnde dicitur indulgere gulæ noli, quæ ventris amica. Est quæ Indulgentia mollis & delicata promissio. Quintil. Mollis illa educatio, quam Indulgentiam vocamus neruos, omnes, & mentis, & corporis frangit. Est enim indulgere obsequi, & aliquid delicati concedere. Accipitur enim pro venia, & peccatorum remissione, & indulgere, pro ignoscere, vt accipitur hic: secundum Thelogos, Indulgentia pro his, quæ dantur in Ecclesijs, & diffinitur sic.

2 Indulgentia est quædam remissio pænæ pro peccato post contritionem habitam de Deo, vt colligitur extr. de pænit. & remiss. cap. quod autem. Quas quidem Indulgentias dat prælati, vel Indulgentia est pænæ relaxatio, quam quis iustè pro culpis proprijs facere debuisset; de Thesauro Ecclesiæ ad diuinam iustitiam persoluendam sumpta; & vt dicunt Indulgentiæ solum respiciunt pænam, non culpam, & ideo non à culpa, sed à pæna absoluunt.

3 Quæritur quid est culpa? ℞. culpa est illud, quo homo redditur inimicus Deo, i. ingratus, & indignus ad vitam æternam, sicut per oppositum gratia est qua homo redditur gratus, seu amicus, seu acceptus Deo ad vitam æternam: culpa est triplex, vt dicit Gabr.dist.21.lib. 2.insinuando textum: nam quædam est, qua persona corrumpit naturam, quale fuit pec-

peccatum primi hominis. Alia, qua natura corrumpit personam, quale est peccatum originale: Quædam in qua persona corrumpit se ipsam, quale est peccatum actuale: Omnis autem culpa est miseria, vt inquit Brulifer. dist. 7. quæst. 6. lib. 2. sed non contra, vt patet de Iob, qui subiectus fuit magnis miserijs; sed non culpis, & cum omnis culpa est miseria, & infelix illa præpositio Gregorij, quando dicit.

O Felix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere redemptorem, est impropria, & exponenda, vt dicit Brulifer, quæst. vlt. in fin. lib. 1. dist. 1. loquitur enim ibi B. Gregorius excessiuè de excellentia passionis, quam sustinuit Christus, D. Noster. ad delendũ peccatum nostrum; recte infimili, sicut dicitur quandoque hic est bonus fur, vel latro, quia scit occultè suum exercere negotium, & peccatum, cum tamen latrocinium, & furtum non sit bonum, sic etiam hic. Nullus enim Angelus nullus Beatus, nec Beatissima Virgo Maria (secundum omnes Doctores) meruit opus redemptionis, licet forsan meruerit accellerationem quanto minus culpa hoc potuit.

4 Quæritur quomodo remittitur culpa? ℞. quod culpa remittitur per contritionem, & confessionem, sed solutio pænæ adhuc manet, quia secundum Mag. sent. lib. 4. dist. 24. Deus ex iustitia impunitum non dimittit delictum, & Aug. nullum malum impunitum, aut hic, aut in futuro purgatorio oportet nos soluere pænam pro peccatis, & respectu talis pænæ valent indulgentiæ: Sylu. in verb. Indulg. quæst. 10. vers. 1. in fin. Conc. Trid. 21. cap. fin. & sess. 26. in decreto de Indulgentijs.

5 Quæritur vnde habent originem Indulgentiæ? ℞. quod sunt quatuor thesauri Ecclesiæ, vnde emanãtur illæ Indulgentiæ. Primus est thesaurus reconditus ex superabundanti merito passionis Christi, quia illud meritum sufficiebat ad infinitos mundos, & ad infinitos homines redimendos, & sic de superabundanti Indulgentiæ dantur. Secundus thesaurus est genitricis Dei Mariæ, quæ nunquam venialiter, nec mortaliter peccauit, & tamen multos dolores sustinuit, & specialiter in morte filij sui, Luc. cap. 2. tuam ipsius animam pertransibit gladius; & de superabundantia istius thesauri dicuntur illæ Indulgentiæ erogari. Tertius thesaurus est B. Ioannis Baptistæ, qui in vtero santificatus erat, cuius cibus erant locustæ, & mel siluestre, & vestes de pilis camelorum, & insuper caput eius datum est saltatrici, & sanctorum Apostolorum, & omnium martyrum, quorum sanguis pro Christo fusus plus meruit, quam eis fuisset necessarium ad præmium, & de tali superfluo sumitur illud, vnde Indulgentiæ dantur. Quartus thesaurus est sanctorum confessorum virginum, & omnium electorum, qui in ieiunijs, vigilijs, orationibus, castigationibus, & peregrinationibus Deo fideliter seruierunt, quorum merita, ita fuerunt sublimia. vt longè minora eis sufficissent ad salutem, & ideo de ipsorum superfluo, cæteris peccatoribus prouidentur indulgentiæ.

6 Quæritur, quia sancti sunt iam præmiati in cælo, vltra condignum, nihil ergo remansit superfluum? ℞. secundum S. Tho. in 4 sent. dist. 28. quod quodlibet bonum opus in charitate factum ad duo proficit. Primo est meritorium vitæ æternæ, & sic verum est, quod sancti præmiati sunt vltra condignum, quia habent iam vitam æternam, cui nullæ dantur hic passiones condignæ, vt patet per Apostolum dicentem ad Rom. cap. 8. non sunt condignæ passiones, &c. Secundo, bonum opus in charitate factum est relassatiuum pænæ, pro peccatis debitæ. & sic sancti per bona opera, & passionem etiam meruerunt relaxationem pænæ pro peccatis deputatæ; Ideo quo ad hoc non sunt præmiati, quia ipse gloriosus D. N. I. Christus peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et etiã Gloriosa Virgo Maria non peccauit venialiter; nec mortaliter. Et sanctus Io. Baptista non peccauit mortaliter. Et sancti Apostoli, & sancti Martyres, & sancti Confessores, & sanctæ Virgines pauca peccata commiserunt, & tamen multa bona opera, & exercitia habuerunt laborando, ieiunando, castigando corpora sua, & insuper multas passiones sustulerunt, quæ pro peccatis multorum possent sufficere, quorum meritorum tanta

est

eſt copia, quod omnem pænam debitam nunc viuentibus eccedunt, & præcipuè propter meritum Chriſti.

7 Quæritur cui commiſſus eſt theſaurus Eccleſiæ, & qui habent poteſtatem illum expendendi? ℞. ſecundum S. Tho. in 4. ſent. diſt. 23. quod ſolus Papa habet poteſtatem plenariam ſuper theſaurum Eccleſiæ Vnde dicitur extr. de pænit. & remiſſ. cap. cum ex eo Indulgentijs dandis ſummus Pontifex habet plenitudinem poteſtatis. ſed Epiſcopi habent limitatam poteſtatam faciendi Indulgentias, non vniuerſalem.

8 Quæritur quare Chriſtus dedit Vicario ſuo talem poteſtatem ſuper theſauris Eccleſiæ? ℞. quod quintuplici ratione: Prima ratio, vt oſtendatur Dei immenſa bonitas, ac eius miſericordia infinita, & hæc eſt potiſſima cauſa: Nam Deus per hoc oſtendit ſe plus velle acceptare modicum opus ex charitate factum; ideſt Eleemoſynam, orationem, & peregrinationem, quam quod vellet hominem pati magnam pænam inuita. Secunda ratio eſt, vt homines per Indulgentias moueantur ad opera pietatis exercenda, & ad venerandas reliquias ſanctorum, quæ organa Spiritus ſancti fuerunt: Nam Deo placet honorare ſanctos ſuos, & eorum reliquias, quia benè oſtēdit in hoc, quod miracula in præſentia reliquiarum facit.

Tertia ratio, vt diuites, & nobiles delicati, qui de minimis pænis dolent valde, ne deſperent cum pænas purgatorij audiunt ita horribiles eſſe: Dantur ergo eis Indulgentiæ per Eleemoſynarum erogationem, quod ſine dolore in præſenti poſſunt differe, & ſic pænas Purgatorij euadere in futurum.

Quarta ratio, vt pauperes etiam conſolarentur, quia cum diuites faciunt Eleemoſynas, pauperes vtique conſolantur, & in hoc oſtenditur quam Dominus ſolicitus eſt in pauperes.

Quinta ratio, vt Deus probaret noſtrã fidem, quomodo credamus in ſuam Eccleſiam catholicam, & quomodo credamus, quod Dominus dedit tantam poteſtatam, primo B. Petro Apoſtolo ſingulariter dicens Matth. cap. 16. Quodcunque ſolueris ſuper terram, &c. Et eandem poteſtatem habet eius Viccarius, & conſequenter alij Prælati Eccleſiæ.

9 Quæ requiritur ad conſequendas Indulgentias? ℞. ſecundum S. Thom. in 4. ſent. diſt. 20. quod quatuor requiruntur. Primo authoritas dãtis Indulgẽtias: Papa enim habet plenitudinem poteſtatis, qui poteſt dare tantam Indulgentiam, & remiſſionem peccatorum in totum, vel in partem, vt vult, & quando illi placet; Epiſcopi verò habent authoritatem limitatam: Quando dedicatur Eccleſia non poſſunt dare vltra annum; & in anniuerſario dedicationis, vt alia ex quacunque cauſa, non poſſunt dare Indulgentias, niſi quadraginta dierum extr. de pænit. & remiſſ. cap. cum ex eo. Alij autem Prælati inferiores, ſiue ſeculares, ſiue regulares, vt Abbates, Præpoſiti Decani Priores, & huiumodi nõ poſſunt dare Indulgentias, vt notat Gloſ. cap. noſtro, niſi ex ſpeciale conceſſione aut priuilegio, vel alia cauſa legitima; puta præſcriptione, & huiuſmodi id ei competat, vt in cap. accedentibus de exceſſ. prælat.

Secundum eſt cauſa rationabilis pro quo ſciendum eſt, ſecundum S. Tho. quod cauſa quare danda ſit Indulgentia debet eſſe honor Dei, & vtilitas Eccleſiæ, ſiue proximorum, & quandocunque illa concurrunt, tunc Prælatus habet cauſam ſufficientem, ad dandum Indulgentias.

Tertium eſt, quod recipens Indulgentias, ſit in gratia: Nam Indulgentiæ non proſunt exiſtenti in quocunque peccato mortali, de quo non eſt contritus, nec confeſſus; nec habet propoſitum dimittendi: Nec valent excommunicato maiori excommunicatione, niſi ſit abſolutus.

Quartum eſt, quod fiat illud, pro quo indulgentia datur. Nam ſecundum S. Tho. in 4. ſent. diſt. 20. quod Indulgentia non valet illi, qui quamuis ſit in gratia, & habet voluntatem faciendi illud, pro quo datur, ſed non poteſt, quia Indulgentia datur ſub hac conditione, & forma ſcilicet, vt faciat vel det hoc, vel illud Vnde iſta quatuor requiruntur ad conſequendam Indulgentiam, & ſi vnum de his quatuor defuerit, Indulgentia non conſequitur.

Vbi eſt ſciendum ſecundum S. Tho. in 4. ſent. diſt. 24. quod Indulgentia aliquan-

do determinata ad tempus: puta quicunque vadit ad talem Ecclesiam, vsque ad tale tempus habeat tãtum de Indulgentia, tunc intelligitur in toto illo tempore, illa tantum indulgentia taxata, Aliquando est Indulgentia perennis sicut in Ecclesia S. Petri Romæ, quadraginta dierum; & tunc quoties quis vadit, toties indulgentiam consequitur. Non est emittendum hoc, videlicet, si datur Indulgẽtia plenaria suorum peccatorum omnibus vere penitentibus, & confessis, dummodo die N. visitauerint Ecclesiã sancti. N. Qui vero confessi fuerint biduo ante dictum festum, & sunt in gratia, sufficit illa confessio, & consequitur illam Indulgentiam, secundum Card. à Turr. Crem. in cap. mensuram. §. in leuitico, nu. 81. de pæn. dist. 1.

Item alia consideratio, est secundũ eũdem S. Tho. ibidem, quod ille, qui est vicinus Eccl. & etiam, Sacerdotes, & Clerici, consequuntur tantam Indulgentiam, sicut ille, qui venit à mille dietis; quia remissio. non proportionatur labori, sed meritis, quæ dispensantur, sed ille, qui plus laborat, plus acquirit de merito essentiali.

10 Quæritur vtrum Indulgentiæ papales prosint defunctis in Purgatorio? ℞. quod sic sm̃ Bonau. & Cõpẽdiũ Theologiæ, patet, quia crux datur aliquãdo pro duabus vel tribus, vel quatuor animabus, idest, q habet claues thesauri Ecclesiæ, vt summus Põtifex est, pro necessitatibus Eccl. potest dispensare, sicut vult.

11 Quæritur vtrum Papa possit absoluere defunctos à pæna purgatorij, ℞. quod non proprie ꝑ modum iurisdictionis, sed quasi ꝑ eis de cõmuni thesauro Eccl. soluit sicut aliter liberat creditor debitorẽ dũ à debito eũ absoluit, & aliter amicus debitoris dũ pro eo debitũ soluit, sed viuentes vtroq. modo soluit Papa.

12 Quæritur vtrum illi, quibus detur Indulgentia possint eam alijs dare, siue viuis, siue defunctis? ℞. secundũ Compẽdiũ Theologiæ, quod non. Primo, quia Indulgentia non est donum collatiuum gratiæ, sed priuatiuum pænæ: priuatio autem cum nihil sit, alijs communicari non potest. Secundo, quia dare Indulgẽtiam, authoritatis, & iurisdictionis est, quã non habent laici, vnde non possunt impẽdere alijs Indulgentiam per authoritatem: sed solummodo boni operis sui Suffragiũ ꝑ charitatẽ, Papa vero vtroq. modo potest; & quia materia suffragiorum est bonum opus, cum Suffragia sint satisfactiones ideo de ipsis Suffragijs intendimus hic aliqua elucidare.

13 Quæ differentia est inter Indulgentiã Plenariam, & Iubileum? ℞. quod est hæc quia in Iubileo continetur facultas commutandi vota, & absoluendi à casibus reseruatis, & censuris, quæ quidem Indulgentia non continet.

SVMMARIVM.

1 *Suffragia quomodo prosint defunctis.*
2 *Suffragia, quibus prosint.*
3 *Tria genera decedentium.*
4 *Suffragia quomodo reuertuntur in sinum eorum, qui ea faciunt.*
5 *Cælum aperitur statim tribus generibus hominum.*
6 *Suffragia quomodo prosunt etiam illis, qui sunt in patria.*
7 *Suffragia non prosunt illis, qui sunt in Inferno.*
8 *Traianum ab inferis, quomodo dicitur fuisse liberatum pracibus B. Gregorii.*
9 *Libera Domine animas omnium fidelium defunctorum de pænis inferni.*
10 *Homines mediocriter boni, & mali, qui sũt*
11 *Suffragia facta pro vno, quomodo possunt scire existentes in Purgatorio.*
12 *Suffragia facta pro vno, quomodo prosint alteri.*
14 *Suffragia non prosunt pueris in limbo existentibus.*
15 *Suffragia pro vno defuncto facta, magis ei, quam aliis prosunt.*
16 *Suffragia facta pro multis quomodo vaent etiam pro singulis.*
17 *Suffragia facta in communia quomodo va leant etiam pro singulis.*
18 *Indulgentiæ quomodo valeant Prælato eas conferenti.*
19 *Indulgentiæ tantum valent, quantum sonant.*
20 *Indulgẽtiæ à Papa concessæ, quomodo quis vti possit.*
21 *Indulgentiis à Papa concessis, si quis euadat, euolat ad cælum.*

F 22 In-

22 *Indulgentiæ tantum valent, quantum sonant replicatio.*

23 *Indulgentiarum impedimenta quot, quæ sint.*

De Suffragijs pro defunctis Cap. XXXXII. & in part. 5. cap. 2. habes alia.

1 QVæritur vtrũ Suffragia prosint defunctis? ℞. quod illorum, qui purgantur tria sunt genera: sunt enim aliqui, qui satisfactione sibi iniuncta, & nondum completa, decedunt. Veruntamen si tantum haberent cordis cõtrictionem, quod sufficeret ad delẽdum peccatum, liberi ad vitam transirẽt æternam; etiam si satisfactionem minime cõpleuissent, quia contritio est maxima pro peccatis satisfactio, & maxime deletio peccati. Vnde Hieronymus, apud Deum non tantum valet mensura temporis, quantum doloris, nec abstinentia, ciborum, quantum mortificatio vitiorum; sed qui adeo non conteruntur; & ante expletionem penitentiæ moriuntur, igne purgatorij grauissime puniũtur, nisi forte eorum satisfactio ab aliquibus charis suis perficiẽda assumatur. Ad hoc tamẽ, quod prædicta commutatio valeat, quatuor requiruntur. Primo ex parte commutantis, scilicet authoritas; quia sacerdotis authoritate fieri debet talis commutatio. Secundo ex parte illius, pro quo fit commutatio, scilicet necessitas, quia in tali statu debet esse, quod pro se satisfacere non valet; sed indiget adiuuari. Tertio est ex parte illius in quem fit, scilicet charitas, quia necesse est ipsum esse in charitate, vt faciat ipsam satisfactionem esse meritoriam, & satisfactoriam. Quarto est ex parte vtriusque scilicet debita proportionabilitas, videlicet, vt minor pæna commutetur in maiorem, quia plus satisfacit Deo pæna propria, quam aliẽna; pro cuius vlterioris declaratione, est notandum, quod triplex est pæna propria, & voluntaria, & hæc maxime satisfacit. Alia est pæna propria, sed non volunraria, quæ est in purgatorio, & hæc minus satisfacit, quam prima, Alia est pæna voluntaria, sed non propria sicut in prædicta commutatione, & hæc minus satisfacit, quam prima, sed magis, quàm secunda, probatio primæ partis, quia non est propria, probatio secundæ partis, quia est voluntaria, Vnde si debuit in purgatorio pænam sustinere duorum mensium, talis poterit iuuari Suffragijs taliter, quod liberabitur infra mensem: Nunquam tamen inde eripitur quousque debitum sit solutum, quo soluto, illud, quod soluitur deinceps, est illius, qui facit Suffragia, & in sinum eius conuertitur, dummodo sit in charitate, & si non indiget, conuertitur in sinum Ecclesiæ, vel valet alijs, qui sunt in Purgatorio secundum voluntatem diuinæ dispensationis, & intentionem facientis: si sit in statu gratiæ, quia aliter faciens, non potest dispensare propriè, & directe. Alij sunt, qui in Purgatorium descenderunt, & satisfactionem eis iniunctam compleuerunt, sed sufficiens non fuit, hi enim nisi magnitudo cõtritionis suppleat, totum in purgatorio complebunt, quod minus in hac vita fecerunt, nisi vt prius aliquis pro ipsis satisfaciat. Nam Deus, qui modos, & mensuras peccatorum, & pænarum nouit, addit pænam sufficientem, ne aliquod peccatum impunitum remaneat. Pro quorum maiori elucidatione notandum est, quod pænitentia iniuncta, aut maior est, aut æqualis, aut minor, si maior tunc cedit ad augumentum gloriæ: si æqualis, tunc sufficit ad diminutionem totalis culpæ, & pænæ: si minor, tunc illud, quod restat complebitur ex virtute diuinæ iustitiæ in purgatorio, nisi, vt prius &c. Alij sunt qui descendunt in Purgatorium ferentes lignum, fænum, & stipulam, Isti enim secundum suos modos amandi ista temporalia punientur, & cremabuntur in Purgatorio. Ferentes lignum diutius, ferentes fænum, minus: ferentes stipulam adhuc minus.

Ita tamen pæna purgatorij (vt diximus supra) excedit omnem pænam, quam vnquam passus est aliquis in hac vita, nec vnquam in carne inuenta, est tanta pæna, licet mirabilia passi sint martyres tormenta Aug.

2 Quæritur, qui sunt illi, quibus ista Suffragia prosunt? ℞. secundum Aug. in lib. de cura ꝓ mortuis, quod omnes, qui de

hac vita decedunt, aut sunt valde boni, & isti non indigent, aut valde mali, & pro istis non est orandum, aut sunt mediocriter boni, & mali, & istis Suffragia prosunt.

3 Quæritur, qui intelliguntur valde boni? ℞.quod eorum qui sunt valde boni, sunt tria genera pueri bàptizati, martyres, & viri perfecti, qui vixerunt in dilectione Dei, & amore proximi, mundumque pro Deo spernentes, & propter hoc dicebat Aug. quod iniuriam facit martyri; qui orat pro martyre in cap. cum Matth. §. vltimo de celebr. miss.

4 Quæritur quid si quis pro aliquo valde bono oraret? ℞. quod si dubitat an euolasset ad cælum, illæ orationes essent tanquam gratiarum actiones, & ad meritum tendunt orantis, secundum illud Psal. 34. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Et est notandum quod si illi, pro quibus Suffragia fiunt, sint in paradiso, aut in inferno reuertuntur ad eum, qui facit Suffragia, vel quibus intentio sua dirigitur, si sint in charitate, aliter non.

5 Quæritur his tribus generibus si statim aperiatur cælum? ℞. quod statim eis aperitur; nam ædificauerunt aurum, argentum, & lapides præciosos, & securi sunt de vtroque igne, secundum Aug. super psal. 122. & Mag. sent. 21. dist. 4. De primo genere habetur, Luc. 3. Iesu baptizato, & orante apertum est cælum. Nam Baptismus virtute passionis Christi mundat ab omni peccato: De secundo genere habetur act. 7. de B. Stefano dicente. Ecce video cælos apertos, &c. De tertio genere, habetur Apochalypsi. 4. vidi, & ecce ostium apertum est in cælo.

6 Quæritur si aliquo modo Suffragia prosint existentibus in patria? ℞. secundum Alber. in suo compen. Theo. qui dicit, quod Suffragia prosunt sanctis per modum charitatiuæ coniunctionis, hoc est actualiter, & huic concordat Bonauen.

7 Quæritur si aliquo modo Suffragia prosint valde malis, qui sunt in inferno? ℞. quod Aug. dicit, si scirem patrem meũ esse in inferno, non plus orarem, pro eo, quam pro diabulo, & idem dicit B. Dionysius cap. 7 de cælest. hierar. sub tali verborum forma: summus Sacerdos pro immundis non orat. i. pro damnatis. quia in hoc auerteretur à diuino ord. & Greg. 33. moral. ead. causa est cur non oretur pro hominibus æterno igni damnatis, quæ causa est, vt non oretur pro diabulo, angelisque eius.

8 Quæritur cur dicitur, vt narrat Damasc. in quodam serm. quod Greg. fundens orationem pro Traiano, audiuit vocem sibi diuinitus allatam sub tali verborum forma: vocem tuam audiui, & veniam do Troiano, cuius rei, vt idem Damasc. dicit) testis est oriens, & occidens, & constat Traianum in inferno fuisse, quia multorum martyrum necem amaram constituit: ergo Suffragia Ecclesiæ prosunt damnatis? Respon. quod ad istud dubium (omissis pluribus opinionibus hinc, & inde) dicendum est, quod qui sine fide operante per dilectionem de corpore exeunt; frustra illis à suis Suffragia impeduntur, secundum S. Aug. sed omnes damnati sunt eiusmodi, ergo Suffragia eis, non prosunt; quamuis aliqui habuerunt opiniones alias circa hoc, quas opiniones recitare prætermitto causa breuitatis; sed dico secundum S. Aug. S. Thom. & plures alios famosos doctores. Tutius est dicere simpliciter, quod Suffragia non prosunt damnatis, nec pro eis Ecclesia intendit orare, nec ad liberationem ab illis pænis, nec ad mitigationem, nec quantum ad suspensionem, vt scilicet ad tempus, vel horam pæna eorum suspendatur, nec quantum ad fortificationem, vt dicit Altisiodorensis, qui tenuit per Suffragia damnati roborãtur ad melius sufferendum pænam; sicut si aliquis portaret graue onus, & facies sua profunderetur aqua rosacea, sic confortaretur, ad portandum: & tamen onus suum in nullo leuius fieret; sed male, opinatus fuit, quia non potest esse, quod pæna tollatur, nisi prius culpa expietur. Sed nunc ad quæsitum de Traiano dico, quod non dubito quin Deus possit homines damnatos ab inferno liberare, sed hoc est præter legem. Quod autem de Traiano, timeo, quod sit fabula: tamen quicquid sit, dicitur, quod præcibus Beati

Greg. Traianus ad vitam fuit reuocatus, & sic gratiam consecutus, per quam remissionem peccatorum habuit, sicut etiam apparet in omnibus illis, qui fuerunt à mortuis miraculosè suscitati, quorum plures constat esse damnatos, secundum præsentem propriorum meritorum iustitiam, non autem diffinitiuè, siue finaliter, quia, vt dicit Aug. lib. 6. de cura pro mortuis: Aliqua sunt, quæ singulariter ex priuilegio aliquibus conceduntur, quæ non conceduntur omnibus, vt legitur in pluribus passibus sacræ scripturæ.

9 Quare dicit Ecclesia libera Domine animas omnium fidelium defunctorũ de pænis inferni, & de ore leonis &c. ℞. secundum aliquos quod Ecclesia orat pro agonizantibus ne descendãt in infernum: Alij Apocriphe tamen dicunt, quod Ecclesia orat pro illis, qui descenderunt ad pænas inferni, sed ad tempus, & non per diffinitiuam sententiam condemnati, vt dictum est de anima Traiani, quę orationibus B. Greg. fuit liberata. Alij dicunt, quod Ecclesia orat pro illis, qui sunt in purgatorio, nam purgatorium etiam infernus vocatur, sicut etiãlimbus sanctorũ patrum, qui inferni etiam vocantur. Alij dicunt, & melius, quod Ecclesia orat pro illis, qui sunt per multos annos, & licet in purgarorio animæ non possint mereri, neque demereri, tamen possunt descendere ad grauiores pænas accidẽtales ꝑpter scandalũ, & malũ exẽplum datũ dũ erant in vita, ex quo vituperetur. Deus, & ideo Ecclesia pro illis orat, ne descendãt in lacum, ne absorbeat eas tactarus, idest ne propter hoc descendant ad grauiores pænas accidentales, & ad loca inferiora purgatorij, vbi sunt maiores, & diuturniores pænæ, & quia tantum à Purgatorio ad lymbum sanctorum patruum erat transitus: Et ita cantat sancta mater Ecclesia libera Domine animas omnium fidelium defunctorum: Et iste lymbus dicebatur sinus Abrahæ, qui nũc est cælum Empireum figurate tamẽ.

10 Quæritur, quæ sunt mediocriter boni, & mali? ℞. quod illi, qui cremabilia aliqua secum ferunt, scilicet lignum, fænum, & stipulam, vel qui pænitentiam iniunctam vel sufficientem, morte præ occupati, non potuerunt complere, & ideo detinentur in purgatorio, talibus Suffragia prosunt 23. quæst. 2. cap. animæ defunctorum, & cap. tẽpus: Et hoc triplici ratione. Primo scilicet ratione vnitatis, q̃a sunt vnũ corpus, cum illis de Ecclesia militãte, & ideo bona nostra debent eis communicari. Secundo, ratione dignitatis, quia dum vixerunt, alios iuuerunt: ideo dignum est, vt ab alijs iuuentur. Tertio ratione necessitatis, quia sunt in statu, in quo se iuuare non possunt secundum S. Thom. 4. sent. dist. 45. & secundum Aug. & omnes Doctores Theologos.

11 Quæritur vtrum existentes in Purgatorio, possint scire Suffragia, quæ pro eis fiunt? ℞. secundum Aug. quod sic, & quatuor modis. Primo per diuinam reuelationem: Secũdo per bonum Angelorum manifestationẽ, qui omnes actus nostros considerant, & nunciant existentibus in purgatorio Suffragia, quæ fiunt pro eis, Tertio per animarum hinc exeuntiũ intimationem. Quarto modo scire possunt per experientiam, cum vident se à pænis releuari, & sentiunt, & cognoscunt per se fieri suffragia.

12 Quæritur vtrum Suffragia per vnum alteri facta prosint, vt dictum fuit superius? ℞. quod varie sunt opiniones doctorũ, tñ per illud, quod habetur Machab. 12. sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare; ergo est vtile, & ꝑ cõsequẽs Suffragia ꝑ vnũ alteri, seu ꝑ altero facta ei prosũt, nec videtur obstare illud, quod dicitur ad Gal. 6. quæ nõ seminauerit homo, hæc non metet, nã est dicendũ quod illa messio est, parceptio vitæ æternæ, & sors, vitæ æternæ nõ datur alicui, nisi pro operibus suis, quia si aliquis alteri impetret, & ad vitã perueniet æternã, tñ hoc non fit, nisi mediãtibus operibus proprijs patet quia precibus eius gratia alteri datur, per quã meretur vitã æternam; vnde non est contra diuinam iustitiam, si vnus fructum percipit de operibus factis ab eo, qui est vnum secum in charitate. Hoc enim secundũ humanam iustitiam cõtingit, vt satisfactio vnius pro alio habeatur, ergo à fortiori ratione secũdũ diuinã iustitiã, quæ in misericordiã ascendit humanam, quia pæna purgatorij est supplementũ satisfactionis, quæ non fue-

rant plenè in corpore completa,&c. Auferri enim alicui,quod fibi debetur repugnat iustitiæ: sed dare alicui, quod sibi non debetur non est iustitiæ contrarium, sed iustitiæ metas excedens, &c.

13 Quæritur vtrum suffragia per peccatores facta prosint mortuis? ℞. quod sunt multæ opiniones,quod nõ prosunt; quia vt dicitur Io.9.Peccatores Deus non audit; Item omne opus bonum debet esse charitate informatũ, sed opera per peccatores facta,nõ sunt huiusmodi,ergo nõ prosunt mortuis: Ad illud dubiũ dicendũ est,secundũ S.Th.In Suffragijs, quæ fiũt ꝑ malos,duo possint cõsiderari, licet ipsum opus operatũ,sicut sacrificium altaris, & ꝗa nostra Sacramẽta ex se ipsis efficaciã habẽt absq; opere operãtis æqualiter explent ꝑ quoscũq. fiant, & quantũ ad hoc suffragia, ꝑ malos facta ꝓsunt defunctis, tamẽ dicit S.Th.sup 11.dist.4. quod missa boni Sacerdotis est acceptior Deo, sicut cibus paratus à ministro mũdo, iocũdius sumitur,quam ab immundo.Dicit quidã Doctor ordinis fratrũ Prædicatorũ,quod opus operatũ,non solũ est Eccl.Sacramẽtum,sed effectus excedẽs ex operatione, sicut ex collectione Eleemosynarũ consequitur pauperum releuatio, & eorum oratio pro defunctis ad Deum.

Item si peccator faciẽs Suffragia, gerit personã Eccl. sicut Sacerdos malus dum dicit exequias mortuorũ,&c. Quod Suffragia talis Sacerdotis mali prosint defunctis, aut talis peccator faciens Suffragia,agit, vt instrumẽtũ alterius sicut executor testamenti alicuius mortui,vel hæredes,quibus mortuus,dum viueret,præcepit,vt faceret pro eo,& in isto casu, licet ille, qui agit exequendo ordinationẽ defuncti,non sit in statu merendi, tamen actio eius potest esse meritoria ratione principalis agentis,scilicet defuncti, qui ita ordinauit,dũ viueret,& causa est,quia talis defunctus in purgatorio existens,est in charitate, ideo opus illud cũ sit ipsius, est meritorũ sibi,capiẽdo meritoriũ large, scilicet prout defuncto valet ad diminutionẽ pænæ,& releuamen ab ea, exẽplũ potest capi in malo seruo,qui facit Eleemosynã de præcepto dñi sui existentis in charitate,quia illud opus prodest Dñi,licet nõ seruo, quia propter peccatũ mortale seruus non est capax tanti beneficij. Et ita dicendum est de omnibus existentibus in peccato mortali, quod non sunt capaces talis profectus propter propriã dispositionem.

Est notandum,quod quã cito moriens exponit aliqua suffragia sibi fieri,præmiũ suffragij consequitur ante etiam,quã fiãt quantum ad efficaciam Suffragij, quæ est ex opere operãte principalis agentis,sed quantum ad efficaciam Suffragij, quæ est ex opere operante exequentis, non consequitur fructum antequã fiant; & ideo si prius contingat ipsum detentum in purgatorio à pæna purgari, quantum ad hoc fraudabitur suffragij fructu, quod redundabit contra illos, quorum culpa fuit mortuus defraudatus,& ideo caueãt hæredes,& executores, qui tenentur ad Suffragia pro defunctis,ne differãt adimplere voluntatem, & ordinationem defuncti, quia in tanta pæna sunt in purgatorio, quod propter negligentiam illorum, qui tenentur ad Suffragia pro ipsis clamant ad Deum vindictam postulantes, & de hoc sunt plura exempla. Item talibus hæredibus, qui non adimplent voluntatem testatoris, debet tota hæreditas auferri.secundum Innoc. in cap. licet, in vltima Glosa de voto, & voti redd.in cap.hæredes de test.& 11. quæst. I. cap. Sylu.

14 Quæritur vtrum Suffragia prosint pueris in limbo existentibus? ℞. non quia tales decesserunt sine fide, sine qua impossibile est placere Deo ad Hebr. 11.

15 Quæritur vtrum Suffragia, quæ fiunt pro vno defuncto magis prosint ei, quam alijs? ℞. quod valor Suffragij pensari potest ex duobus, vno modo ex virtute charitatis,quæ facit omnia bona cõmunia, & secundum hoc magis valent ei,qui magis charitate plenus est, quamuis pro eo, principaliter non fiant. Alio modo Suffragia possunt pensari ex hoc, quod per intentionem vnius alteri applicantur, & sic satisfactio vnius alteri computatur, & isto modo magis prosunt ei,pro quo fiunt specialiter immo secundum communiorem opinionem, isti soli valent,quo ad satisfactionem.

16 Quæritur vtrum suffragia facta pro multis, tantum valeant singulis,

ac si pro vno quoque singulariter fierent ℞. quod valor suffragiorum, si consideretur secundum, quod valent ex virtute charitatis, tantum singulis valent, ac si pro vno tantummodo fierent de cons. dist. 5. cap. non mediocriter: Si vero valor suffragiorum consideretur in quantum sunt quædam satisfactiones per intentionem facientis translatæ in mortuos, tunc magis valent alicui, quę pro eo singulariter fiunt; tamen licet pro vno fiant suffragia, prosunt etiam multis quantum ad communicatiuam charitatem, qua vnus diligit bonum alterius.

17 Quæritur vtrum tantum valeant suffragia communia illis, pro quibus specialia non fiunt, quantum valent illis pro quibus fiunt specialia, & communia simul? ℞. quod per diuinam misericordiam, si aliquid de specialibus suffragijs supersit his, pro quibus fiunt, dispensatur his pro quibus specialiter non fiunt si eis indigeant secundum Damasc. in quodam sermone, de dormitione secundum S. Thom. & Landulphum supra 45. dist. 4. sent. Et si aliquis argueret de missa, scilicet, quod est infiniti valoris ratione rei contentæ &c., dicendum est, quod quamuis sit infiniti valoris: tamen determinatus est effectus ad quem illud sacramentum ordinatum, vnde non oportet, quod per vnum sacrificium Altaris tota pæna eorum, qui sunt in purgatorio experiretur, quoniam plures missæ in satisfactione vnius peccati iniunguntur.

18 Quæritur vtrum Indulgentiæ valeant prælato eas conferenti? ℞. quod prælatus dans cæteris huiusmodi indulgentias non potest sibi Indulgentias conferre, proprie pro se, & directe, tamen secundario modo, & indirectè patet, quia Episcopus non se ipsum absoluit à peccatis directè, sed indirectè, quia dat alteri potestatem, per quam potest ab illo altero absolui. Vnde ad Hębreos 13. quemadmodum Pontifex pro populo debet orare, & offerre, pro peccatis, ita etiam pro semetipso, quoniam, & ipse circundatus est infirmitate.

19 Quæritur vlterius, quomodo intelligitur illud, Indulgentiæ, tantum valent, quantum sonant? ℞. quod tales Indulgentiæ, tantum vel, aut quantum sonant, si ex parte conferentis sit autoritas, & iurisdictionis potestas, & ex parte recipientis sufficiens deuotio, & charitas: Ideo dicitur vere confessis, & pænitentibus ex parte causæ districtio, & pietas &c. vt supra visum fuit.

20 Quæritur, quid iuris si Papa concedat Indulgentiam plenariam, scilicet à culpa, & pæna, dumtaxat in articulo mortis, & ille cui concessit, talem Indulgentiam fuerit vsus pluries ista gratia, credés se esse in articulo mortis, dum aliquando infirmaretur? ℞. quod Papa Innoc. 6. prædictum dubium determinauit dicens, quod tunc valet, ac si amplius illa gratia non vtatur, si verò illa gratia vtatur in vero mortis articulo valebit, & sic in vltima absolutione illa gratia habebit effectum suum.

21 Quæritur quid sit de illo, qui consequitur generalem Indulgentiam positam per Papam? ℞. secundum Hostiens, quod statim ad cælum euolat, si in tali statu decedat, quia nullum impedimentum est ascendendi in cælú, ex quo quis moritur in gratia, nisi solutio pænæ: Vnde S. Tho. in 4. sent. dist. 20. dicit quod qui Indulgentias suscipit non absoluitur simpliciter loquendo à debito pænæ, sed datur sibi de Thesauro Ecclesiæ; Vnde debitum soluat; ergo cum remissa est tota illa pæna ex thesauro Ecclesiæ per indulgentias; idem est, ac si esset per se ipsum hominem soluta, & sic Iustitiæ Dei satisfactum est.

22 Quæritur iterum, vt explicetur clarius, ac diffusius illud, vt bene intelligatur Indulgentiæ tantum valent, quantum sonant? ℞. secundum S. Tho. quod Indulgentiæ simpliciter in tantum valent, quantum sonant. Valent igitur omnibus suscipientibus 40. dies Indulgentiæ in tantum, quantum valent eidem 40. dies pænitentiæ in præsenti, non tamen equaliter omnibus, sicut nec 40. dies pænitentiæ equaliter valent omnibus. Nam sicut in mundo 40. dies pænitentiæ plus valent vni perficienti cum maiori labore, & feruore, seu affectione, quam alteri cum minore, ita 40. dies Indulgentiæ plus valent illi, qui se eadem disponit cum maio-

maiori labore afflictione, & feruore, seu dati quantitate, quam alteri, qui cum minori. Vnde sequitur quod si duo simul 40. dies, siue annum, siue centum, aut mille annos consequuntur, & vni debet plus pænam purgatorij, quam alteri. Similiter, si est indulgentia ad dimidiam partem, vel quartam, vel septimam partem peccatorum quo ad pænam, tum tantum valet, pænitentia facta sufficiens, pro tantorum peccatorum quantitate, & ideo de ista portione non habebis pænam in hoc seculo, neque in futuro: quia Deus non punit bis inidipsum Similiter etiam si sonant indulgentiæ ad totum cumulum peccatorum tunc omne debitum aufertur, nec primo hoc amplius habebit pænam, neque in præsenti seculo, neque in futuro. Vnde Papa ex causa, quæ concernit honorem Dei, & vtilititatẽ Ecclesiæ, & proximorum, potest dare indulgentias prout vult, vel pro toto, vel pro parte.

23 Quæritur quot, & quæ sunt impedimenta indulgentiarum? ℞. quod sunt quatuor. Primum est defectus credendi. Vnde qui non habet fidem, quod talia sibi proficiant, non consequirur Indulgentias. Secundum impedimentum est, quando quis non est in gratia, licet in mortali peccato, vel etiam quando est excommunicatus, talis non consequitur indulgentias, quia est sicut membrum abscissum à corpore, & sicut palmites abscissæ à vitæ. Tertium impedimentum est, quando quis non est confessus, nam communiter omnes Indulgentiæ dantur contritis, & confessis, & vere pænitentibus, pro quo sciendum, quod quando quis est vere contritus & habet propositum confitendi, & satisfaciendi, Deus in illa vera contritione dimitteret ei omnia peccata sua, & quæcunque bona opera, sic talis contritus facit in illo bono proposito, etiam antequam ad confessionem veniat, talia opera sunt oĩa Deo accepta, & sibi meritoria ad vitam æternam: Quartum impedimentum est, quando quis non facit ea, propter quæ indulgentiæ datæ sunt.

Quamuis enim, qui esset confessus, & non esset dispositus, nec faceret ea, propter quæ indulgentiæ datæ sunt, tunc nullo modo Indulgentias consequitur secundum S. Tho. & alios Doct.

SVMMARIVM.

1 *Extrema vnctio est sacramentũ ad delẽdas imperfectiones ex peccatis remanẽtes.*

2 *Extrema vnctio dicitur, quia datur in extremis.*

3 *Extrema vnctio fuit instituta ad delendum peccata venialia.*

4 *Extremæ vnctionis de substãtia tria sunt.*

5 *Extremæ vnctionis materia est oleum oliuæ benedictum.*

6 *Oleum benedictum à simplici sarerdote an valeat.*

7 *Oleum non benedictum non est vera materia huius Sacramenti.*

8 *Oleum triplex cathecumenorum, Infirmorum, & Chrismatis.*

9 *Extremæ vnctionis forma est oratio deprecatiua.*

10 *Extremæ vnctionis minister est Sacerdos.*

De Sacramento Extremæ Vnctionis. Cap. XXXXIII.

1 QVæritur, quid est Extrema vnctio? ℞. quod est Sacramentum nouæ legis a Christo Domino institutum ad delendas imperfectiones ex peccatis remanentes, secundum S. Tho. 4. sent. dist. 23. quæst. i. promulgatum autem ab Apostolo Iacobo dicente, infirmatur quis ex vobis inducat præsbyteros Eccl. vt orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus &c. Iacob. cap. 5. & dist. 25. §. sed quæritur & cap. sequen. & secundum Scot. in lib. 4. sent. dist. 24. quod est vnctio hominis infirmi pænitentis facta in determinatis partibus cum oleo consecrato ab Episcopo, ministrante sacerdote, simul verba certa, cum intentione debita, ex institutione diuina, significans efficaciter curationem venialium, ex qua diffinitione satis patet euidenter, à quo debeat istud Sacramentum conferri, ex qua materia, & sub qua forma, de quibus per ordinem est videndum.

Item secundum Nauar.cap.22. nu.12. quod Extrema vnctio est sacramentum, quo presbyter vngit certas corporis partes infirmi probabiliter periclitatis oleo consecrato, certa verba, cum debita intentione proferendo. Item Conc. Trid. sess.7.can I.& sess. 14. in doctrina de Sacramento Extremæ Vnctionis cap. 1. 2. 3.&c.

2 Quæritur quare dicitur Extrema Vnctio? ℞. quia datur illis, qui laborant in extremis, quibus non est aliud remedium ad pænitendum pro peccatis.

3 Quæritur quare institutum fuit sacramentum Extremæ Vnctionis? ℞. quod ad delen.peccata venialia.

4 Quæritur quot sunt de substantia Sacramenti Extremæ Vnctionis? ℞. quod sunt tria, scilicet, materia forma, & intentio ministri.

De materia huius Sacramenti.

5 Quæritur quæ est materia extremæ Vnctionis? ℞. quod est Oleum oliuarum scilicet infirmorum ab Episcopo consecratum, & tale Oleum, & huiusmodi cõsecratio, sunt de necessitate huius Sacramenti: Conc.Trid.sess.14.cap.1.2.& 3. de doctr.Extrem.Vnction.& can.1.2.3.& 4.

6 Quæritur quid si oleum esset benedictum à simplici Sacerdote, & nõ ab Episcopo teneret ne Sacramentum? ℞. quod teneret, & probabiliter est opinio, quamuis peccaret sacerdos, sic tribuens Sacramentum.

7 Quæritur an si Oleum non esset benedictum, teneret Sacramentum? ℞. quod probabilius est non tenere, quia materia est oleum benedictum. Palud. & Durand. dicunt quod Papa non posset vngere oleo non consecrato, quia in Iacobo est expressa materia huius Sacramenti, & forma, & minister, & tamen nulla mentio fit de consecratione olei.

Item in cap.pastoralis de Sacramentis non iterandis Innocentius tertius requisitus an ille, qui erat confirmatus oleo nõ benedicto, esset iterum confirmandus? ℞. nihil est iterandum, sed cautè supplendum, quòd in cautè fuit ommissum, ergo non erat repetenda forma, ac proinde fuit verum Sacramentum: & eadem ratio erit de Extrema Vnctione.

8 Quæritur quotuplex est oleum benedictum? ℞. quod triplex, scilicet oleum cathecumenorum, quo vnguntur baptizandi in capite, scapulis, & pectore, oleũ infirmorum huius sacramenti materia, & tertium chrisma oleum, scilicet cum balsamo consecratum materia Sacramenti Confirmationis.

De forma huius Sacramenti.

9 Quæritur, quæ est forma huius Sacramenti? ℞. secundum S.Tho. quod est oratio deprecatiua, vt dicendo per istã sanctam Vnctionem, & suam pijssimam misericordiã indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per illicitum visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. de cons.dist.5.cap Numquid, & Conc. Trid. licet autem in hoc Sacramẽto fiant multæ Vnctiones, vltima tamen Vnctio, scilicet in pedibus; est forma respectu omniũ pręcedentium, & agit in virtute omnium & ideo in vltima Vnctione gratia infunditur, quæ effectum Sacramenti probet. Vnde secundum S.Tho in 4.dist.23.si iam aliquæ partes essent inũctæ, & presbyter deficeret, sicut contingit in pestilentia, quod factum est, non debet iterari, sed Vnctiones, quæ restant per alium Sacerdotem debet compleri.

De ministro huius Sacramenti.

10 Quæritur quis est minister Sacramenti Extremæ Vnctionis? ℞. quod est solus sacerdos, vt patet ex verbis Iacobi, etiam in articulo necessitatis, vt in cap. vnico de sacra Vnctione, & Cõc.Trid.Ibid.Vnde nõ est de necessitate, quod sint plures sacerdotes præcedentes, sed vnus solus cum clerico, potest hoc Sacramentũ conferre de verb.signif.cap.quæsiuit, si tamẽ sint plures Sacerdotes melius est, & ille, qui vngit debet dicere verba, & cæteri respondere, & assistere, & pro infirmo orare, & si infirmus esset Sacerdos, ipse met respondere potest.

SVMMARIVM.

1 *Extrema vnctio conferri debet infirmis, et non sanis.*
2 *Extrema vnctio non datur euntibus ad bellum.*
3 *Extrema vnctio non est danda pueris.*
4 *Extrema vnctio an sit danda vulneratis, & submersis aquis.*
5 *Extrema vnctio iterari potest.*
6 *Extrema vnctio danda est toties, quoties, quis infirmetur.*
7 *Extrema vnctio quibus partibus corporis danda.*
8 *Infirmus vnctus extrema vnctione, quare sæpius moritur.*
9 *Sacerdos infirmus quando vngitur ipsemet respondeat.*
10 *Sacerdotis manus in palmis non vnguntur.*
11 *Extremæ vnctionis practica facilis.*

De Suscipiente. Cap. XXXXIV.

1 QVæritur quibus debet conferri hoc sacramentũ Extremæ Vnctionis? ℞ quod nõ datur sanis, sed infirmis secundũ S Tho. & alios, & vt patet ex verbis Iacobi 5. Infirmatur quis in vobis. Item quia hoc sacramẽtum est curatiuũ, & exterius debet significare, quod interius facit; curatio autẽ solis infirmis conuenit, ergo soli debent inungi: si autem quando inungitur moriatur, nõ procedatur vlterius: si verò sit dubium, vngat sub dubio dicens: si es mortuus, non te vngo, si verò non es mortuus. Per istã sanctam vnctionem, & suam pijssimam &c. Item non est conferendum nisi adultis infirmis in articulo mortis constitutis ex ipsa infirmitate. Conc. Trid. sess. 14. cap. 3. vel his, qui præsenio deficiunt etiam sine actuali infirmitate.

2 Quæritur vtrum danda sit vnctio euntibus ad bellum? Respond. quod non datur euntibus ab bellum, nec nauigantibus nec his, qui mox occidendi sunt, quia talibus mors non imminet ex defectu naturæ, sed ex fortunæ euentu.

3 Quæritur vtrum danda sit pueris? Respond. quod nec pueris datur, quia nõ habent infirmitatem cõtractam ex peccato mortali actuali, nec dispositionem deuotionis habere possunt adhoc sacramentum. Nec etiam datur naturaliter stultis, freneticis, & amentibus, qui non habẽt lucida interualla. Tamen hoc est aduertendum secundum S. Tho. in 4. sent. dist. 24. quod illis furiosis, & amentibus præcipuè dari non debet, qui possunt facere irreuerentiam illi sacramento per aliquam immunditiam, & nisi ipsi habeant lucida interualla in quibus sacramenta cognoscerent.

4 Dubium, an sit dandum hoc sacramentum ita vulneratis, & submersis, vt ob eam causam statim, vel paulo post moriantur, quod dubium non mouetur a Doctoribus: Philiar. tamen in summa de officio sacerdotis lib. 1. cap. 12. de extrema vnctione dicit quod hoc sacramentum illis dandum esset, nam vulnerati, & submersi, qui ex flumine extrahuntur paulo post morituri, licet moriantur ex euentu fortunæ, nihilominus sunt verè infirmi, & ex illo accidenti alteratio humorum temperies, ex qua alteratione consequitur mors, & semper mortem præcedit febris, si non diuturna, saltem ferè momentanea, vt in subitanea morte, nam febris nihil aliud est, nisi alteratio debitæ humorum proportionis & confirmatur ex Richar. 4. sent. dist. 23. qui dicit quod hoc sacramentum conferri non debet nisi constitutis in periculo mortis, proueniente ex recessu a debita proportione humorum, qui est infirmitas, vel infirmitatis proxima causa, vel ex consumptione radicalis humidi, & caloris naturalis defectu, quis autem negabit in vulneratis, & ex flumine extractis, statim morituris esse recessum à debita proportione humorum? peto igitur an isti sint sani? certè non dicerentur sani, sed infirmi ad mortem; qua ergo ratione eis denegabitur hoc sacramentum? & cum isti possunt esse solum attriti, & consequenter virtute sacramenti saluari; alienum à christiana pietate videtur eis denegare sacramẽtum Extremæ vnctionis, præsertim quia vt plurimum confiteri, & sacratissimum Eucharistiæ sacramentum sumere,

non possunt, quibus Christus hoc sacramento subuenit, hæc ille.

5 Quæritur vtrum hoc sacramẽtum possit iterari? Respond. secundum S. Tho. in 4. sent. dist. 23. quod sine aliqua iniuria ipsius sacramenti iterari potest, quia non habet effectum perpetuum eoq. sanitas mentis, & corporis, quæ sunt effectus eius amitti possunt. In eadem quoque ægritudine iterari potest si primũ quis sit in periculo mortis, & euadit, & postmodum recidiuum patiatur, quia erit quasi alia infirmitas Concil. Trid. sess. 14. cap. 3. de doct. extr. vnct.

6 Quæritur vtrum si quis sæpe infirmetur, si sæpe inungi debeat? Respõd. quod quoties quis infirmatur ad mortẽ, toties potest inungi, sed in vna infirmitate non debet quis bis inungi, nisi eadem infirmitas vltra annum protrahatur, ita quod in vno anno propter infirmitatem, nequaquam bis inungitur. Vnde S. Bonauent. super 4. sent. redarguit dicens: Absurdum est, quod sacramenta regulentur secundum motum astrorum.

7 Quæritur quæ partes inungi debent? Resqond. secundum S. Tho. quod instrumenta quinq. sensuum, tamquam quinque radices peccandi, puta Visus. Auditus, Gustus, Odoratus, & Tactus; Vnde cæcus a natiuitate, vel de surdo, qui non peccauit per visum, nec per auditum, vel de Claudo quia nõ peccauit per gressum debet etiam inungi, quia fortè inordinatè cupierunt scilicet peccatum facere. Item secundum S. Tho. mutilati inungi debent, quanto propinquius possunt circa partes, quæ inungi debuerant.

8 Quæritur quare non semper infirmus vnctus surgit de infirmitare, sed sæpius moritur? Respõd. quod in isto sacramento sanitas est effectus secũdarius, & ideo non datur nisi secundum, quod expedit ad sanitatem spiritualem, quia tunc semper eam inducit, dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis. Vnde patet, quod vnctus in extremis, si non surgit ab infirmitate illa, per illam vnctionem, signum est, quod sanitas corporalis est sibi nociua, & vult Deus potius eũ sic habere infirmum, quam sanum. Vel signum est in conscientia, quod adhuc aliquid habet, quod impedit ne sanitas corporalis sibi restituatur, alias raro fallit. In hoc enim sacramento vnctio exterior est sacramentum, sed res sacramenti est sanitas corporis, & animæ. Res autem, & sacramentum est vnctio spiritualis interioris, idest mentis iocunditas, vel solatium. Potest autem hoc sacramentum conferri cum vno clerico, qui sibi respondeat ad orationes, & psalmos, qui ibi dicuntur, si tamen caret clerico, potest solus expedire totum, secundum Guliel. & Host.

9 Quæritur quando vngitur sacerdos, si est opus clerico, qui respondeat ad psalmos, & orationes? Respond. quod non; sed ipsemet respondeat solus, & cũ minister dicit in litanijs. Sancta Maria, & ipse respondeat, ora pro me: Sancte Petre, ora pro me &c. similiter cum dicit a morte perpetua? Respond. libera me Domine.

10 Nec vngantur sacerdoti manus in palmis interioribus, quæ vnctæ sunt iam per Episcopum in ordinibus, sed exterius vngatur in superficiæ. De hoc tamen non est magna vis, qualitercunque faciat, sed tamen illud securius est, & tutius.

11 Quæritur quomodo administratur hoc sacramentum? Respond. quod eius practica est facilis, nam per ordinem notata est in libello, præmittit enim Sacerdos primo veniens in domum infirmi septem psalmos pænitẽtiales cum litanijs; deinde interroget infirmum an velit sasacramentum vnctionis; postea dicit orationes positas in dicto libello ad hoc congruas; Item vngit eum, forma supradicta, & cum stuppa tergit loca vncta, & proijcit in ignem. Deinde facit signum crucis, in cuius virtute istud sacramentum sicut, & alia habet virtutem sanitatiuam animæ, & corporis.

SVMMARIVM.

1 *Extremæ vnctionis effectus est sanatio spiritualis.*

2 *Interrogationes quæ fieri debent ad agonizantem.*

3 *Tentationes, quæ contingunt homini in morte.*

4 *Sacerdos quomodo debet confortare infirmum in agone.*

4 *Protestatio, quæ debentur fieri ab infirmis*

mis morituris, & Agonizantes quomo do iuuari possunt.

De effectu huius Sacramenti. Cap. XXXXV.

1 QVæritur quid est effectus sacramenti Extremæ Vnctionis? Respond. secundum S.Tho.in 4.sent.dist. 24 quod est quadruplex effectus. Primus effectus est sanatio quædam spiritualis, quæ datur contra quãdam debilitatem, vel in eptitudinem, quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali, vel originali, contra quam debilitatem homo roboratur per hoc sacramentum,& quia hoc robur gratia facit quod secum non compatitur peccatum, ideo ex consequenti, si inuenit aliquod peccatum veniale, vel mortale, quo ad culpã tollit ipsum dummodo non opponatur obex ex parte recipientis.

Secundus effectus est sanitas corporalis,hanc tamen non inducit,nisi secundũ, quod expedit ad finem principalem, scilicet spiritualem sanationem, & tũc eam semper inducit, dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis.

Tertius effectus est, quod hoc sacramentum, valet ad excitandam deuotionem, & ad velocem transitum in cælum.

Quartus effectus est remissio omnium peccatorum mortalium oblitorum. Cõc. Trid. sess. 14. cap. 1. 2. & 3. de extremæ Vnct. Doctrina.

2 Quæritur quæ sunt interrogationes, quæ debent fieri ad agonizantes? Respond quod primo infirmus interrogandus est an omnia credat,quæ dogmatizata sunt in Ecclesia Dei ad credendum homini Christiano, & ea quæ duodecim articuli fidei incitant esse credenda, & an Gaudeat de hoc, quod sperat, se moriturum in vera fide Catholica, si infirmus? Respond. quod sic, scilicet, quod omnia credat, quæ Christianus credere debet, & habet bonam spem, quod velit mori in fide catholica,signum est saltis. Vide etiam de hac re Methodum confessionis P. Polanci de arte benè moriendi part. 6. pag. 259.

Secundo, infirmus interrogandus est, an recognoscat, quod peccando sæpius creatorem suum offendit, cogitatione locutione,opere,& ommissione,& si respõdet quod sic signum est salutis.

Tertio, infirmus interrogandus est an doleat de hoc, quod Deum sæpius offendit, peccando non ex timore mortis, & pænæ inferni, vel extremi iudicij, sed dolet ex charitate, quia tenetur Deũ super omnia diligere,quem grauiter sæpe offendit, peccando, qui sibi multa bona retribuit, & in multis sibi suam maximam charitatem exhibuit, vt scilicet moriendo pro ipso, sed ipse peccator tribuit Christo mala pro bonis, scilicet ipsum offendendo, cum suis peccatis, si infirmus responderit, quod doleat de offensione Dei, non ex timore mortis, vel pænis inferni, sed ex mera charitate, quia tenetur Deum diligere, & si habet aliqua peccata, quæ ante non est confessus, & libenter vellet ei confiteri, & pro eis satisfacere, secundum, sui possibilitatem, signum est salutis.

Quarto infirmus interrogandus est, an proponat vitam emendare, & amplius nunquam velle scienter peccare mortaliter, (si conualuerit de sua infirmitate,) & quod habeat tale propositum, quod nihil sit sibi tam charum, vel præciosum propter quod sciẽter amplius vnum peccatum mortale nollet committere, si infirmus respondet, quod sic, signum est quod debet saluari.

Quinto infirmus interrogandus est, vtrum omnibus inimicis suis,qui eum offenderunt verbis, & factis, ex corde indulsit, & si sciffet aliquem, cui esset obligatus ad restitutionem,siue in rebus suis, siue in fama: hoc est si sciret aliquem cui res suas,siue paruas,siue magnas recepisset contra iustitiam, vel si alias sciret, se aliquas res iniustas possidere, quod paratus esset restituere secundũ suum posse, vel etiam si sciret alicui se fuisse obloquutum, & bonam famam ipsius denigrasse, per suam falsam obloquutionem, quod paratus esset ad reuocandum, & restituendum illi bonam famam suam, si infirmus respondet quod sic, est signum salutis.

Sexto infirmus interrogandus, est, an credat, & gaudeat de hoc, quod debet perue-

pe uenire ad vitam æternam, non propter sua merita propria; quæ adhoc pauca sunt, respectu vitæ æternæ, sed propter meritum passionis Iesu Christi in quo merito consistit hominum omnium salus.

Sciendum est, quod istæ sex interrogationes debent fieri homini in agone, per quas cognosci potest an debeat saluari, an damnari, quia quicunque se ipsũ interrogaret, vel etiam alium hominem, & in se ista sex inueniret secure mori debet super misericordia Dei, & sperare ad vitam æternam peruenire, & talis infirmus, qui ista sex in se habet, inducendus est, vt se ad meditandum passionem Christi deuoto corde præparet, in qua meditatione, omnes diabolicas tentationes potest vincere.

3 Quæritur quot sunt tentationes, quæ contingunt homini in morte? Respond. quod sunt quinque per quas Diabolus nititur hominem agonizantem à salute impedire. Prima tentatio in agone est de fide catholica; nam sicut in fine mundi, scilicet tempore Antichristi maxima erit tentatio, & persecutio fidei, sic in fine hominis, qui dicitur microcosmus, idest minor mundus, erit maxima tentatio fidei, & dæmones præcipuè fidem impugnãt, quia fides est fundamentum totius salutis, & sic in agone homo debet esse firmus in vera fide, si vult euadere hanc tentationem. Vnde vtile est coram infirmis in agone constitutis dicere Symbolum fidei, vt infirmus per auditum admoneatur, quod maneat stabilis, & firmus in fide, & viriliter pugnet, & Diabolo resistat, similiter bonum est habere crucifixum circa infirmum, & aquam benedictam, vt sæpius aspergatur.

Secunda tentatio in agone est desperatio, cum enim infirmus cruciatur doloribus in corpore, tunc diabolus super addit dolorem dolori, subijciendo sibi peccata sua, & sic eum ad desperationem inducat. Nam in agone homo videt omnia peccata, & cum hoc omnia opera bona. Insuper secundum Innoc. lib. 3. de vtilitate humanæ conditionis, quod quilibet homo tam bonus, quam malus, antequam anima egrediatur videt Christũ positum in cruce, bonis ad consolationem; malis ad confusionem, vt erubescant non esse redemptum (sua culpa) sanguine Christi, idest fructum redẽptionis non habere. Vnde sciendum, quod nullus de misericordia Dei in agone desperare debet, etiã si mille peccata mortalia perpetrasset, quæ omnino oblitus fuisset, & ea omnia in agone cognosceret, & numquam aliquot ipsorum confessus fuisset, nec pænitentiam de eis egisset adhuc, tamen non deberet desperare, sed si tanta fortitudinis est, quod potest adhuc loqui, tunc vocare debet sacerdotem, & confiteri, si autem perdidit loquelam, quod pro nimia infirmitate non potest loqui, tunc debet Deo omnipotenti contrito corde confiteri, & nullo modo desperare, quia contritum, & humiliatum Deus non despiciet.

Tertia tentatio in agone est impatientia, quia tunc maximus dolor corporis accidit homini. Nam quod hominis anima debet de carne exire, tunc augumentatur dolor, adeo, quod in cor hominis non ascendit, quem nec homo potest tunc amplius sustinere, vnde tunc homo perdit sensus suos, quod non potest clamare, videre, audire, vel tangere, & tunc anima non cogitat amplius de corpore suo nutriendo, sed vires suas naturales per membra diffusas ad se trahit; & tunc membra moriuntur, & glaucea efficiuntur, & vltimum membrum, quod in homine moritur, est cor.

Quarta tentatio in agone, est complacentia sui ipsius; Nam cũ Diabolus non potest hominem inducere ad deuiandum à fide, nec ad desperandum à misericordia Dei, nec ad impatientiam, tunc nititur hominem inducere ad complacentiam sui ipsius, hoc est ad vanam gloriam, sic quod homo cogitet dicens. O quam sanctus es, quam firmus in fide, & quam patiens in infirmitate, contra quod dicit Isidorus de summo bono. Non te arroges, non te iactes, non te insolenter extollas, nihil de te ipso pæsumas, nihil boni tibi tribuas. Nam tanta posset esse complacẽtia sui ipsius, quod in hoc Deus grauiter offenderetur, quia quanto quis maior est in suis oculis, tanto de spectior est coram Deo, ergo quilibet debet esse cautus, & cum Diabolus eum tentat per arro-

arrogantiam, quod tunc humiliet se, cogitando sua propria peccata, & quando Diabolus tētat eum per desperationem, tunc debet ad Deum cor suum erigere, cogitando Dei misericordiam, & sua bona merita, ne desperet.

Quinta tentatio in agone, cum à qua plures decipiuntur est nimia occupatio rerum temporalium, tunc enim in agone deberet quis postponere omnia tēporalia, & se Deo totū offerre. Vnde Scot. super 4. sent. dicit, si quis infirmus, cū se iam videt vtique moriturū, mori vult, & plenè consentit in mortem, ac si perse ipsum mortem elegisset pœnā mortis, sic patienter sustinēdo satisfaciet pro omnibus peccatis venialibus, imò etiā aufert aliquod ad satisfaciendum pro mortalibus, pro quibus contritus est, ac confessus, si copiam confessarij habuit.

4 Et quia, vt visum est, quod versutia Diaboli nititur auertere hominem a salute, & in articulo mortis facit totum suū posse. Ideo debet sacerdos confortare agonizantem, vt per omnia voluntatem suam diuinæ conformaret, & quod debet se ipsum consolari, & sic eum omnia oportet relinquere sic cogitando, quod pro istis temporalibus, quæ iam libere propter Deum resignans, & committens se diuinæ voluntati, dabit sibi Deus bona æterna; Item pro vxore, quam in morte relinquit, dabit illi Deus suam benedictam matrem Virginem Mariam, quæ dignor, pulcrior, & nobilior est omnibus.

Item pro amicis, & filijs, & cognatis à quibus separari oportet: Dabit illi Deus societatem omnium Sanctorum, & Angelorum. Item pro honore, & potestate momentanea præsentis vitæ, dabit illi Deus honorem æternum, & regnum, & si bono animo, & libenter ostendit acceptare, & patienter sustinere infirmitatem & mortem, benè poterit de illo iudicari.

Deinde sacerdos debet illi consulere, vt ista, & alia cogitet, & faciat istas sequentes protestationes in hanc formā, vt sequitur, quæ illi erunt valde vtiles.

5 De Protestationib⁹ faciēdis a moriēte, ex veteri sacerdotali Romano desūptis.

Prima Protestatio in nomine Sanctiss. Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sācti. Ego N. protestor corā te Sanctiss. Angele Dei, diuina pietate, ex vtero matris meæ mihi deputato, & corā te patri meo spirituali, & corā omnibus vobis circunstantibus, & ꝙ in ea vera fide catholica: quam sancta Romana, & apostolica profitetur Ecclesia, & in qua oēs decesserunt sancti Dei, desidero, & volo, nec momentū temporis diutius viuere affecto, nisi quantū diuinæ placuerit pietati, cui in omnibus conformiter meam subijcio voluntatem.

Secūda protestatio. Itē Protestor quod sub tua Angelica, protectione, & adiutorio diuinæ gratiæ discedā, & sic mori intēdo absque omni desperatione, & fidei dubitatione, ita qnod neque magnitudo nec numerositas meorum peccatorum in baratrum desperationis me immergere debent cum sciam, & veraciter credam vnam deifici sui sanguinis guttam, in ara crucis effusam, sufficisse in redemptionem totius humani generis, si ita placitum fuisset diuinæ pietati.

Tertia protestatio, Protestor, quod in casu, vbi ex pusillanimitate Christus propter tremendum diuinum iudicium cum astare habeo, aut Dæmonis tentatione, seu debilitate rationis (quod Deus auertat (aliquam inciderem desperationem, aut fidei dubitationem: hoc ipsum nunc pro tunc sana mente existens, reuoco, casso, & per non teli facto habere volo, eo quod non animo sano, & deliberato hoc ipsum euenit submittens me totaliter diuinæ pietati.

Quarta protestatio, Protestor etiam, quod cum diuina misericordia nulli peccatori contrito, & confesso remissionem suorum peccatorum deneget eam desiderant, quod eandem misericordiam, & remissionem mihi impertiri velit, toto corde desidero, & peto illam consequi per merita amarissimæ passionis suæ, & mortis, ac virtutum prætiosissimi sanguinis sui per me effusi, in ligno sanctissimæ Crucis, & per merita, & præces sanctissimæ suæ Matris, & omnium Sanctorum Angelorum, & electorum suorum.

Quinta protestatio, Protestor etiā super hanc petitionem humili præce porrectam, vt diuina pietas me suscipere velit in numerum eorum hominum, quos ab æterno præordinauit in extremo iudicio esse saluandos, si, & in quantum pro

meis

meis peccatis exigentibus tandiù pœnas purgatorias sustinere debeam dummodo in æternum non secludar a sua pietate.

Sexta protestatio: His protestationibus præmissis Sãctissime Angele Dei, tibi extremam meam voluntatem, & affectionem pro testamento animæ meæ cõmendo tria mihi ex testamento saluatoris misericorditer impertiri. Primò, vnũ lacrimosum intuitum, & dolorosum suspirium ex innumeris, quos in cruce pendens tribus horis viuus habuit ad mitigandum dolorosos meos singultus, & gemitus, ac suspiria, quibus nunc præmor, & vt ipsa mater omnis gratiæ mecũ condiuidere velit vnicum cordis sui virginei gemitum, dolorosumque suspirium, ac lacrymosum intuitum, & innumeris, quos sub cruce stando suspirijs, ac lacrymis habuit filium, vt redemptorem humani generis intuendo, suscipiendo me in numerum eorum peccatorum, qui veniam, & salutem, ad minus in extremo iudicio, pro sua sanctissima merita, & præces consequuntur.

Secundo succurrat tua Angelica pietas, vt quando miserum cor meum scindetur,& anima mea misera à corpore separabitur, vt inueniam placabilem iudicem, intuitu illius diuinæ charitatis, in qua amorosum cor suum scindebatur in crnce pro salute mundi, & sua diuinissima anima a diuinissimo corpore separabatur.

Vltimo Sanctissime Angele Dei commendo tibi extremam horam vitæ meæ, & exitum animæ meæ gubernando, & ab hostibus salutis me protegendo, & vt super has protestationes velis esse; vbi,& quoties opus fuerit contra omnia pericula salutis, fidelis testis, & protector. Amen.

Frequenter tandem etiam hortandus est agonizans ad iactandum cor, & fiduciam in meritum passionis Christi, & ad contemplandum verba, quæ in cruce dixit,& quod sæpe dicat illa vltima: In manus tuas Domine commẽdo spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis. Dicat pariter cũ B.Stephano: Domine suscipe spiritũ meũ,sic enim agonizans consolatus victis hostibus fideliter, & feliciter obdormiet in domino. Cauendum est ne à pluribus hinc inde clametur; Sufficit enim vnus, modestè, distinctè,& clarè adhortans adpræmissa & illo fatigato, succedat alius. Assistentes autem submissa voce instẽt orationi pro illo. Emittantur vel eiulare prohibeantur vxor, & liberi. Tandem emisso spiritu, signetur signo crucis cum candela benedicta, quæ in agonia debet teneri accẽsa,in signũ protestationis fidei in Christum, qui est vera lux mundi, tandem claudantur oculi,& dicatur respõsorium. Libera me cum orationibus consuetis. Aspergatur aqua benedicta, & secũdum morem, & ritum Ecclesiæ, post missæ sacrificiũ (si fieri potest) corpus eius cum psalmis,& orationibus tradatur sepulturæ in nomine Domini.

Infirmus in mortis articulo positus: si est ex aliqua, vel aliquibus confraternitatibus, vel habet aliquas coronas, grana, cruces, seu medalias in quibus sunt Indulgentiæ, & gratiæ à summis Pontificibus concessæ, debet tunc confessarius illas omnes ei applicare in pænitentiam, & satisfactionem omnium suorum peccatorum, quia hoc illi erit valde vtile.

SVMMARIVM.

1 *Ordo quid sit, ac multæ deffinitiones.*
2 *Ordines sunt septem.*
3 *Episcopatus est dignitas non ordo.*
4 *Ordinis minister est Episcopus.*
5 *Ordines quibus temporibus debent conferri.*
6 *Ordinandorum promotio qualiter sit facienda.*
7 *Episcopus promouens aliquem ad sacros ordines sine titulo, ei de victu tenetur prouidere.*
8 *Primam tonsuram recipere non debet, qui prius non est confirmatus.*
9 *Episcopi quando per se ordines conferre non possunt ad alium Episcopum subditos suos benè examinatos dimittant.*
10 *Episcopus familiarem suum ordinare non potest, nisi per triennium secum fuerit commoratus.*
11 *Ordines minores, qui.*
12 *Ordines maiores, qui.*
13 *Hostiarii officium quale.*

14 La-

De Sacramento Ordinis. Cap. XXXXVI.

AGnoscat vnusquisque ordinem suũ, & quod dignũ sit eo ordine, quem suscepit, intelligat, & ita liberet actus suos, ita etiam sermonem incessum quoque, & habitum moderetur, & cum ordinis sui professione conueniat, ne audiat dici ad se à Deo quia propter vos blasphematur nomen meum inter gentes. Orig. super leuiticum.

1 Quæritur quid est ordo? Respond. quod est sacramentum, vt habetur, & describitur à Doctoribus dist. 24. lib. 4. & vt scribit Thomas Argentin. dist. 24. lib. 4. sent. non solum in rebus naturalibus de quibus locuti sunt Philosophi, verũ etiam in rebus ecclesiasticis de quibus loquuntur Theologi; verè est dare ordinem, quia vbicunque est dare multitudinem diuersos gradus, & potestatis, & dignitatis, includentem, ibi est dare ordinem, sed in sanctam Dei Ecclesiã est dare huiusmodi multitudinem, quia huiusmodi gradualis diuersitas dignitatis, & potestatis, non potest esse sine ordine, & non solum respicit sacramentum ordinis honestatem interiorem, sed etiam exteriorem, vt scribit Stephanus Brulifer dist. 25. quæst. 8. lib. 4. Vnde requiritur honestas à parte originis, nominis, corporis, actionis, conditionis, & conseruationis. Vt dicemus infra.

Item ordo est sacramentum nouæ legis, quo traditur potestas ad ritè, & conueniẽter munera Ecclesiastica obeunda.

Item secundum Mag. sent. in 4 dist. 24. est signaculum, quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato.

Item secundum Scotum, quod ordo, siue ordinatio est sacramentum institutionis alicuius in gradu præeminenti in Ecclesia, cui conuenit aliquod ministerium circa sacramentum, & præcipuè circa Eucharistiam factam à ministro idoneo, verba simul cum intentione debita proferente ministerium gradus illius aliquo signo visibili representante ex intentione diuina, efficaciter significans gratiam præeminentem, qua ordinatus aliquod ministerium dignè exequatur.

Item secundum Nauarrum capit. 22. num. 17. quod ordo est sacramentum, quo traditur character, & potestas consecrandi Eucharistiam, vel in id administrandi. Item Conc. Trid. sess. 7. can. 1. & sess. 23. cap. 3. & can. 3.

2 Quæritur quot sunt ordines? Respõd. secundum Mag. sent. dist. 24. quod sunt septem, scilicet. Hostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Accolitatus, Subdiaconatus Diaconatus, & Præsbyteratus. Et dicuntur septem propter septiformem gratiam Spiritus sancti. Canonistæ tamen tenent, quod sint nouem, secundum nouem Hierarchias scilicet prima tonsura, & Episcopatus cap. cum contingit, de ætat. & qualit. ordin. & in cap. primo de ordin ab Episc. qui renunc. Vnde S. Tho. in 4. sent. dist. 24. dicit: Si propriè, accipiamus ordines in quantum sunt sacramenta, sunt septem, quatuor scilicet minores, & tres sacri: Si verò, largo modo, sumamus, additur minoribus prima tonsura; sacris verò additur Episcopatus 21. dist. cap. cleros, & 23. dist. cap. psalmista. Tamen communior opinio est,

Quod

quod prima tonsura, & episcopatus, non sint ordines. Immo corona, seu tonsura, est quoddam signum distinctum ministrorum Ecclesiæ à plebe communi, & facit initium aliorum ordinum. In omni enim transitu à statu in statum, conuenienter interponitur alia dispositio media, vt in transitu à statu laicorum ad statum ministrorum Ecclesiæ, & de prima tonsura interponitur, & fit corona circulariter ad modum coronæ, fit in tonsura rasio capillorum ad denotandum, quod qui vult seruire Deo, debet renuntiare superfluitati terrenorum, quia clericus Domini partem suæ hæreditatis constituti, se hæredem Dei fecit; Ideo dicitur clericus à cleros, quod est sors. &c. Concil. Trid. sess. 22. cap. 1. de reform. Item ista rasio fit in sumitate capitis ad denotandum, quod clerici mentem debent habere ad Deum eleuatam, vt reuelata facie gloriam Dei contemplentur secundum Mag. sent. in 4. dist. 24. Ex his enim apparet quod tonsura non sit ordo, sed dispositio ad ordines, non necessitate, sed congruitate. Quare Cardinales nō connumerētur inter clericos, quia sunt membra summi Pontificis, ideo connumerato Papa, illi etiam connumerati esse intelliguntur. Summa Delphina h. d.

3 Quæritur vtrum episcopatus sit ordo? Respond. quod est dignitas non ordo, vt tenetur communiter à Doctoribus super quo notandum est secundum S. Thom. in 4. sent. dist: 24. quod duplex dicitur ordo. Vno modo secundum, quod est officium, respectu ad corpus Christi verum, scilicet ad consecrationem hostiæ, & illo modo, Episcopatus non est ordo, quia Episcopus non habet potestatem superiorem sacerdote, quantum ad consecrationem corporis Christi. Alio modo dicitur secundum officium respectu quarundam actionum sacrarum, super quas habet disponere præ cæteris sacerdotibus, & sic dicitur impropriè ordo, ratione iurisdictionis, sed tamen hoc non est sacramentum, sed vt quoddam sacramentale. Id circo dignitas episcopalis non est ordo, immo præsupponit ordinationem sacerdotalem, sed est ordinis eminentia, vel dignitas secundum Bonau.

4 Quæritur quis est minister sacramenti ordinis? Respond. quod minister est Episcopus, tamen ex dispensatione posset sacerdos conferre minores, sed iure tamen solum episcopi possunt conferre ordines ex speciali verò commissione Papæ, vt diximus possūt minores conferre, vt Abbates, vel aliqui Priores &c. 24. dist. Psalmista, & 69. dist. quoniā, sed intelligitur posse eos ordinare tantū subditos suos, & nō alios, vt in Conc. Trid. sess. 23. c. 10.

5 Quæritur quibus temporibus debent ordines conferri? Respond. quod ordines maiores in sabbatis quatuor temporum, & sabbato Paschæ in Ecclesia, & in missa; sed minores ordines possunt conferri alijs temporibus de tempore ordinand. cap. 1. 2. 3. 4. & cap. litteras & 71. dist. cap. quod die: Episcopalis dignitas potest conferri, & debet in die Dominica 73. dist. cap. 1.

6 Quæritur qualiter sit facienda promotio ordinandorum? Respond. quod ordinandi euocandi sunt ad ciuitatem, & tūc Episcopus debet eligere sacerdotes ex latere suo, & alios prudentes viros nō ignaros diuinæ legis, & exercitatis in ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam genus, patriā, ætatem, institutionem inuestigent. Item si sint benè literati, si in lege Domini instructi, si fidem catholicam firmiter teneant 24. dist. quando. Item si ordinandi sint de legitimo matrimonio extr. de elect. cap. cum iniunctis. Illi enim quibus committitur examinatio caueant ne fauoris prætio, aut muneris gratia indignū ad sacros ordines promouendum manibus episcopi applicent, in glos. prælleg. cap. quando 24. dist. grauiter enim peccant, & episcopi, & examinatores, qui promouent indignos, vt in Conc. Trid. sess. 23. cap. 7. & 8.

7 Quæritur vtrum si episcopus debeat aliquē promouere ad sacros ordines sine titulo? Respōd. quod si episcopus aliquē sine titulo de quo necessaria vitæ percipiat ad sacros ordines, puta Subdiaconatū, Diaconatum, & Præsbyteratū promouerit, seu ordinauerit tandiù ei necessaria subministret, donec in aliqua Ecclesia ei conueniētia stipēdia militię clericalis assignet; nisi talis ordinatus de sua, vel pater na hæreditate subsidiū vitę possit habere. in c. Episc. de præben. & in gl. eiusdē &c.

8 Quæritur vtrum primam tonsurã possit recipere, qui non susceperint Sacramentum confirmationis? ℟. quod non secundum Conc. Trid. sess. 23. cap. 4. cuius verba sunt hæc. Prima tonsura non initientur, qui Sacramentum confirmationis non susceperint, & fidei rudiméta edocti non fuerint, quique legere. & scribere nesciant, & de quibus probabilis coniectura non sit eos non secularis iudicij fugiẽdi fraude, sed vt Deo fidelem cultũ præstent, hoc vitæ genus elegisse.

9 Quæritur, quando Episcopi per se ipsos ordines conferre non possunt, quid agendum? ℟. quod quando Episcopi per se non possunt ordines conferre subditos suos benè probatos, & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant vt in Conc. Trid. sess. 23. cap. 3.

10 Quæritur vtrũ Episcopus possit ordinare familiarẽ suũ non sudditũ. ℟. sm. Cóc. Trid. sess. 23. cap 9. cuius verba sunt hæc Eps familiarẽ suũ nõ subditũ ordinare nõ possit, nisi ꝑ trienniũ secũ fuerit cõmoratus, & beneficiũ (quacũq. fraude cessãte) statim re ipsa illi conferat consuetudine quacunque etiam immemorabili in contrarium non obstante.

Suscipiens est vir de iure diuino, nõ fæmina Aetas est de iure positiuo, ita vt infanti possit cõferri ordo, & teneret; modo à Cóc. Trid. habemus ætatẽ determinatã videlicet in subdiacono 22. In Diacono 23. & sacerdotiũ 25. requirit in suscipiente sess. 23. cap. 12.

11 Quærit̃ q sunt ord. minores? ℟. ꝙ sũt Hostiariat⁹, lectorat⁹, exorcistat⁹, & Accolitat⁹, vide c. 1. sextæ part. & habebis multa.

12 Quæritur, qui sunt ord. sacri? ℟. quod sunt Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus.

13 Quæritur quid est officiũ Hostiarij? ℟. quod est admittere fideles in Eccl. & infideles, ineptos, excõmunicatosq; atq. cathecumenos excludere. Imprimitur verò character, & datur ei gratia in ordine ad munus suũ rite peragendum, & hoc idẽ fit in cæteris omnibus ordinibus.

14 Quęrit̃ quod est officiũ lectoris? ℟. quod est populo explicare simplici verbo lectiones ꝓphetarũ, & alia Ecclesiastica.

15 Quæritur, qd est officium exorciste? ℟. quod est imponere manus sup̱ cathecumenos, & energumenos, ac etiam eijcere Dæmones S. Tho. 4. sent. dist. 26. quæst. 2. art. 1. Materia est traditio libri exorcismorum forma sunt verba, quibus Eps exprimit illam, vt in cap. exorcista dist. 23. vide cap. 1. sextæ part. num. 10.

16 Quæritur, quod est officiũ accoliti? ℟. quod est duplex, ferre cæreos ante sacerdotem, & præparare ampullas vini, & aquæ, forma sunt verba, quibus exprimitur cærei, seu candelabri traditio.

17 Quæritur qd est officiũ subdiaconi? ℟. quod est præparare materiã, quæ debet consecrari, & dare Diacono. Item cantare Epist. Materia est traditio calicis, & patenæ sine aliqua materia; forma sunt verba Episcopi.

18 Quæritur quid est officiũ Diaconi? ℟. quod est ministrare sacerdoti in Sacramento corporis, & sanguinis, & ipsius est deferre Sacramentum in patena, Item adiud officium est cantare Euangelium. Materia est tactus libri Euangeliorum forma sunt verba Episcopi.

19 Quæritur, quid est sacerdotis officium ℟. quod est duplex videlicet conficere corpus Domini, & absoluere a peccatis.

Materia est tectus calicis, in quo est vinum, & aqua, & patenæ, in qua est hostia consecranda.

Forma verò est accipe potestatem offerendi sacrificium Deo, & missas celebrãdi, tam pro viuis, quam pro defunctis in nomine Domini, postea ostendit characterem, vt possit etiam absoluere, cum dicit accipe Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa sunt, & quorum retinueritis retenta sunt.

Hoc Sacramentũ ordinis Baptismi, & confirmationis imprimunt charácterẽ, & ideo non possunt iterari, reliqua vero nõ imprimunt, & ideo reiterantur.

Nota quod quãuis septẽ sint ordines, tamen vnum est Sacramentum, quia oẽs ordinantur ad vnum finem, idest ad conficiendum corpus Christi verum.

20 Quæritur an per sacrã ordinationẽ detur Spiritus sanctus? ℟. affirmatiuè, & ita est de firma fide tenendũ, sic enim diffinitur in Conc. Trid. sess. 28. can. 4. vbi sic dicitur, si quis dixerit per sacram ordinationem non dari Spiritum sanctũ ac proinde frustra Episcopos dicere. Accipe spi-

ritum sanctum per eam uō imprimi charactere, vel eum, qui sacerdos semel fuit laicum, rursus fieri posse; Anathema sit.

21 Quæritur an ordo imprimat characterem? Respond. quod sic, quia character est potestas ad aliquod spirituale, & hic datur potestas circa sacramentũ Eucharistiæ, & ita etiã habetur in Conc. Florent. Et de sacerdotio non est dubitandum, de alijs, si non sunt sacramenta, non est opus dicere, quod imprimant characterem.

22 Quæritur. An possit fieri Diaconus, qui non est Subdiaconus? Respondetur, quod est præceptum, quod seruetur, ordo, & qui illum non seruaret, peccaret mortaliter. Secundo dico, quod iste ordo, non est de necessitate sacramenti in cap. vnico de clerico ordinato per saltum, & qui sic est ordinatus debet suscipere ordines, quos omisit dumtaxat à quocũque ordine incipiatur, vt in Conc. Trid. sess. 23. cap. 13. in fin.

23 Quæritur vtrum si quis non est baptizatus, & susceperit ordinem? Respondetur, quod non est ordinatus in cap. veniens. de præsbytero iam ordinato, & non baptizato, & præcipitur quod baptizetur, & iterum ordinetur, si autem ordinetur antequã sit cõfirmatus, ordo tenet.

24 Quæritur an qui suscipit ordines in peccato mortali, peccat mortaliter? Respond. quod si suscipiat sacerdotium peccat mortaliter, & est sacrilegus. Idem est de alijs ordinibus, si sint sacramenta, si autem nõ sunt sacramenta videtur, quod non sit mortale, licet sit graue peccatum maximè, si suscipiat Diaconatum, quia ordinatur proximè ad Eucharistiam, sed vtrum peccet mortaliter, qui exercet officia sua in peccato mortali? De sacerdotio clarum est, de alijs ordinibus si sunt sacramenta, est mortale, & quia hoc communiter non tenetur, quod peccent tales mortaliter, ideo verisimilius est, quod hæc non sint sacramenta. Nihilominus (citra mortale) grauiter peccat talis.

25 Quæritur vtrum Episcopi hæretici, & scismatici, & excommunicati possint ordines conferre? Respond. quod peccant tam recipientes, quam ipsi conferentes, nihilominus tamen veros ordines, & verum sacramentum conferunt, non est dubium: Samar.

De cautelis circa Sacramentum Ordinis obseruandis.

26 Et primo caueat episcopus ne ordinet alienum clericum, vel laicum: de tempore ord. cum nullus lib. 6. quod si fecerit, per annum a collatione ordinum est suspendendus, & interim clerici sui absque licentia sua à vicinis Episcopis possunt ordinari, de temp. ord. lib. 6. clerici verò, qui sine proprij Episcopi licentia ordinantur ab executione ordinum suspendantur; tamen Episcopus potest cum eis dispensare 9. quæst. 2. Lugdu, de temp. ordin.

Secundò caueat Episcopus ne ordinet aliquẽ ad sacros ordines sine titulo: alias solus ei prouidere tenebitur in beneficio.

Tertiò caueat ne ordinet per Simoniam de Simon: per totum, nec solus Episcopus sed etiam Notarius non debet formulas vendere: de Sim. cap. 1.

Quærto, caueat ordinandus, ne recipiat ordinem aliquem ab episcopo, quẽ scit Symoniacè in ordinem susceptum, siue sit occultum, siue manifestum, quia non recipit, executionem, & indiget dispensatione 1. quæst. 1. si quia simoniacis: dicit tamen S. Tho. 2. 2. quæst. 8. quod si esset Simoniacus alia ex causa posset ab eo recipere ordines dummodo sit occultum, quia talis episcopus non est suspensus ad alios, sed ad se tantum.

Quintò caueat ordinandus ne tempore ordinationis sit in peccato mortali nam mortaliter peccaret dist. 81. multi, & idem S. Tho. in 4. sent. dist. 24. nec talis potest vti ordine sic suscepto, secundum ipsum, quia facit contra præceptum illud Deuteren. 16. iustè quod iustum est exequaris, vnde talis, quoties talem actũ exercet, semper peccat mortaliter dicit tamen S. Tho. ibidem subdens, quod ordinatus in peccato mortali, tenetur ab eo recipere sacramentum, si est occultum, & hoc quã diù toleratur ab ecclesia tamen dicit idẽ nõ esse tutũ talẽ, ad aliquẽ actũ sui ordinis exequendũ inducere, durãte conscientia, quod iste sit in peccato mortali, quã tamen deponere posset in istãti, ꝙ homo posset diuina gratia emendari.

Sexto

Sexto, caueat clericus, ne ordinetur sine examine, alias dicitur furtiuè ordinatus secundū Hostien. 63. dist. extra conscitéiā, nec prosunt ei formatoriē si tamē est dignus,& notus, nihil obest,quia tales nō sunt examinandi. Archid. 23. dist. cap. nullus. Sed si est dignus deponi debet de corpore vitiatis cap. exposuisti. Si etiam sit ignotus, quamuis dignus, deponi debet 24. dist. cap. vlt. & multo fortius si est indignus l. distin. expenitentibus. Debet etiam confiteri publicè Episcopo suo crimina, seu notoria impedimenta iuris, vel facti. Si autem subticet talia, etiam post pænitentiam impediunt executionem; nec etiā suscipiat aliquem ordinē superiorem, omisso inferiori, quia hoc est per saltum promoueri, & talis debet deponi, si hoc taceret ex malitia, secus si ex ignorantia dist. 18. ficut olim. ex dispensatione tamen Epicopi ad omnium ordinem potest promoueri, sed in subscepto prius non administrabit. Datur autem gratia gratum faciens in hoc sacramento, quæ necessaria est nō solum ad dignè suscipiendum sacramentum, sed etiam ad dignè ministrandum secundum S. Tho. & Petr. de Pal. in 4. dist. 4.

27 Occurit dubium. An Papa possit solo verbo facere sacerdotem, dicendo, esto sacerdos. Aliqui canonistē, vt Angel. de perusio l. 11. C. crim. sacril. Felin. de const. cap. primo ver. Fallit. 4. & Rebuf. dicunt eum posse, vt narrat Philiar. de offitio sacerd. cap. 14. de sacramento ordinis dicit, quod nisi Papa haberet hanc potestatem, Christus non sufficienter prouidisset Ecclesiæ suæ, quod nullo modo dicendum est, & fingit casum, quod filius alicuius nobilis fuit domi à leuatricæ baptizatus aqua rosacea, & postea factus episcopus, fuit missus à Papa in diuersas mundi partes in quibus,& Romæ, vbi ex vniuerso mundo confluunt homines, innumeros ordinauerit, & eo mortuo, illa, quæ eum baptizauit dolens de eius morte; narrans quomodo illum baptizauit non communi aqua, sed tanquam nobilem aqua rosacea, & consequenter non fuit baptizatus nec ordinatus, & ordines ab eo dati, non tenuerunt; scire, qui nam fuerint ab ipso ordinati, est humanitus impossibile; quod factum est, quin factum fuerit, fieri non potest, prouidendum est in futurum, nam illi omnes sacerdotes, qui ab eo ordinati fuerunt, non sunt sacerdotes, & consequenter non conficiūt, nec absoluunt, nec vngunt, & quā plurimi, qui ad hæc sancta, accedunt, sunt solū attriti, & sic morientes, damnātur ex eo solū, quod illa sacramenta non tenent, defectu ministrorū; cū in rei veritate non sint sacerdotes; Res defertur ad Papam, qui facti veritatem inquirit, examinatur mulier, quæ illū baptizauit, examinantur omnes, qui aderāt, qui multi erant,& nobiles, & omnes deponunt, quod communi illorum consilio baptizatus fuit aqua rosacea, quia credebant eū baptizari posse; res certè est summi momenti, nam ferè certa est multorū damnatio, qui alias essent salui, qui scilicet cum sola attrictione sacramentis illis susceptis, moriuntur, dicere, quod Deus supplet, & dat gratiam, ac si sacramenta illa tenerent, cum eius virtus non sit allegata sacramentis: nō soluit difficultatem, nam periculum est certissimum, quid Deus faciat nescimus, nullam de hoc nobis certitudinem dedit, & sicut periculum est euidens, ita etiam debuit prouidere de opportuno remedio, nullum autem, aliud remedium est, nisi quod isto casu Papa illos omnes solo verbo constituere possit sacerdotes, dicēdo sint sacerdotes, quæ ratio probat, quod non solum præsentes, sed etiā absentes ordinare potuerit. Ad quod respondetur, quod cum Deus habeat summam prouidentiam de Ecclesia nunquā hūc casum permitteret, quod scilicet non baptizatus fiat Episcopus, nā licet casus sit possibilis simpliciter loquēdo, nō est tamē possibilis supposita diuina prouidentia propter dicta inconueniētia, quæ inde sequerentur hæc ille.

28 Quæritur vnde suscepit originē hic ordo? Respōd. quod à filijs Aaron sumpsit initium; Deus enim instituit per Moysem summos Pontifices, & minores sacerdotes cum instituit Aaron in summū Pontificem, & filios eius in minores sacerdotes: Christus duodecim, quos Apostolos vocauit, quorum vicem gerunt in ecclesia maiores Pontifices: Deinde 72. discipulos designauit, quorum vice tenent, in Ecclesiam Præsbyteri, vnus

autem inter Apostolos princeps extitit Petrus, cuius Vicarius, & successor est summus Pontifex: Vnde dicitur Apostolicus, qui etiam Papa vocatur.

29 Quæritur vtrum leprosus possit esse Prælatus? Respond. quod non, propter scandalum, & horrorem Populi, tamen si post promotionem superuenerit infirmitas, datur ei coadiutor, & prouidebitur ei de bonis Ecclesiæ quamdiù vitam duxerit in humanis de cler. ergo, cap. tua, & cap. ex parte.

30 Queritur vtrum Papa possit alicui auferre potestatem, quam consequitur ex suo ordine? Respond. secundum Bonauent. quædam fundantur principaliter super ordinem, vt potestas consecrandi, quædam autem super iurisdictionem canonicam, vt potestas excommunicandi, quædam super ordinem, & eminentiam, vt potestas ordinandi: quædam super ordinem, & iurisdictionem, vt potestas ligandi, & absoluendi in foro pænitentiali, & quia character auferri non potest, ideo potestas, quæ consequitur characterem auferri non potest de facto, vt conficere, & ordinare: potestas verò, quæ consequitur iurisdictionem, vt excõmunicare & absoluere potest auferri, quia talis iurisdictio descendit ab ipso Papa &c. & S. Tho. super 13. dist. 4. dicit, quod Episcopus non dedit ordinem, sed Deus per ministerium Episcopi, & sic Deus posset auferre, non Episcopus, quia Episcopus non est constitutus minister auferendi ordinem sicut conferendi.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia sunt mutua promissio futuri matrimonii.*
2 *Sponsalia in quibus differũt à matrimonio*
3 *In matrimonio exigitur minus tempus in fæmina, quam in viro.*
4 *Pubertas an probari possit in numero annorum.*
5 *Sponsalia vnde dicantur.*
6 *Sponsaliorum species duæ.*
7 *Sponsalia quatuor modis contrahuntur.*
8 *Sponsalia contrahere potest qui matrimonium potest.*
9 *Sponsaliorum effectus est obligatio ad matrimonium futurum.*
10 *Patres non possunt dari nuptui filios, & filias, contra eorum voluntatem.*
11 *Contrahens per verba de futuro cum vno, deinde per verba de præsenti cum altero, cum secundo tenet.*
12 *Concubina dicens alicui. nolo, vt me cognoscas nisi tanquam vxorem, & vir tacet, quid iuris.*
13 *Matrimonium factum sub conditione an teneat.*
14 *Contrahens cum aliqua dicens. si te virginem inuenero, quid iuris si eam virginem non inuenit.*
15 *Contractus tenet sub conditione, non autem sub modo.*
16 *Contrahens cum aliquo sub conditione deinde contrahit cum alio liberè, adhærebit secundo.*
17 *Impedimenta sponsaliorum.*
18 *Sponsaliorum ornamenta quæ.*
19 *Bona matrimonii sunt tria.*
20 *Beata virgo quare nupserit.*
21 *Beata virgo nupsit Ioseph de tribu Iuda.*
22 *Beatam Virginem decuit vouere Virginitatem.*
23 *Beata Virgo quando erat annorum 14. concepit Christũ, & ipsum in 15. peperit.*

De Sponsalibus. Cap. XLVII.

Qui tentationum procellas cum difficultate tolerant coniugij portum petant, melius est nubere, quam vri. sine culpa enim ad coniugium veniunt, si tamen nec dum meliora deuouerũt Greg. 12. moral.

1 Quæritur quid sint sponsalia? Resp. quod sunt mutua promissio futurarũ nuptiarum signo exteriori expressa, vt si dicam, ego te accipiam de futuro l. 1. ff. de sponsal. capit. nostrates 30. quæst. 5. in quo cap. dicitur, quod contrahentes debent in Ecclesia benedici antequam carnaliter commisceri.

2 Quæritur in quibus differunt à matrimonio? ℞. in tribus. Primo in matrimonio sũt necessarij testes, & Parochus. In sponsalibus verò nõ; Vñ sequitur quod matrimoniũ est sacramentũ, spõsalia verò non. Secundo differunt, quia, qui debent spõdere, debẽt excedere septimum annum de iure. In matrimonio verò debent attin-

attingere annum pubertatis, videlicet Vir. 14. annum femina verò 12. nisi malitia suppleat ætatem .i. quando potest generare. Dicitur autem proximus annis puberbatis, quando vltra medium residui medij temporis videlicet. Vir decem, fæmina nouem. Tertio matrimonium est vinculum multo strictius sponsalibus: Nam matrimonium si sit ratum, solum per ingressum religionis dissoluitur non autem per sacerdotium, consumatum verò, sola morte dissoluitur extr. de conuers. coniugat cap. verum, & capit. ex publico, & de spons. cap. commissum.

3 Quæritur quare in matrimonio minus tēpus in fæmina exigatur, quam in viro? Respōd. quia fæmina in vtero tardius formatur, quia principium generationis eius debilius, extra vterum citius cū .n. sit imbecillioris, & breuioris æui, citius crescit, citiusque decrescit, vt asserit Aristotiles in 4. de gene. anima cap. 6.

4 Quæritur quomodo probari potest hæc pubertas? Respond. quod hæc pubertas ex numero annorū probari nō potest, si quidem multi ante quatuordecim ætatem annorū, puberes efficiantur vt testatur in Hostien. in cap. fin. de eo, qui cognouit consang. Vxo. suæ quendam puerum annorum vndecim vim procreatricem habuisse, & Diuus Hyeronimus in Epistola ad vitalem referēte glos. in 20. quæst. 1: Domino, (inquit) teste non mentior, quædam muliercula cum expositum nutriret infantem, & instillaret cibos, ac nutricis officio fungeretur cubaretque cum ea paruulus, qui vsque ad decimum iam peruenerat annum, accidit, vt plusquam pudicitiam patitur se mero ingurgitaret, accensaque libidine obscenis motibus ad coitum duceret infantem, prima ebrietas, & alterius noctis, & cæterarum deinceps fecit consuetudinem, ne dū duo mēses fuerant euoluti, & ecce fæminę vterus intumuit, quid plura? Dispensatione Dei factum est, vt quæ contra naturam simplicitate periculi in contemptu Dei abutebatur à naturæ Domino prodderetur. Et in eadē Epistola docet subducta temporū ratione Salamonū & Acham vndecimo, seu decimo ætatis anno Roboam, & Ezechiam procreasse. Hæc volui describere etiam ad exemplū, vt caueant parentes cum ad talem ætatem masculos, & fæminas simul cubare patiantur, periculum est maximum, & experiētia iam satis probatum est etiam, vt dicit Archiep. Flor. ne germani, vel affines pueri infra istos gradus permittentur simul dormire propter corruptelam hodiernam, quia multa inconuenientia sequuntur. Sed pubertas primo innotescit corporis aspectu l. minor ff. de mino. l. nisi alterius C. si min. se maio. dix. Secundò probatur testibus l. nec omissa C. de libe. caus. l. 2. C. de his, qui ven. æta. impet. Tertiò ven. descriptione censuali l. ætatem ff. de cens. Sed quid adhuc laboro nunc describitur in libris à parochis, quando baptizantur paruuli.

5 Quæritur vnde dicuntur sponsalia? Respond. quod à spondeo; idest promitto. Hinc sponsus quasi promissus, & sponsa quasi promissa, & ideo post contractum matrimonium per verba de præsenti non dicuntur sponsus, nec sponsa proprie, sed vxor, & maritus.

6 Quæritur, quod sunt species sponsaliorum? Respondetur, quod sunt duæ, quædam est per verba de præsenti, & hæc proprie dicitur matrimonium initiatum; Quædam per verba de futuro, & hæc non facit matrimonium, sed matrimonij promissionem, & hæc propriè appellantur sponsalia.

7 Quæritur quot modis contrahuntur sponsalia? Respondetur, quod quatuor modis. Primò modo nuda, & simplici promissione, vt quando dicitur accipiam te in vxorem, & accipiam te in virum. Secundò modo datis, vel promissis arrhis, sponsalijs, vt puta pecunia, prædio, vel aliquibus alijs rebus. Tertiò modo anuli sub arrhatione, & istud dicitur vulgariter desponsatio. Quarto modo, interuento iuramento ita tamen quod semper sint verba de futuro, vt dictum est, quia si essent verba de presenti iam non essent sponsalia, sed matrimonium extra de spons. capit. de illis, & capit. præterea.

8 Quæritur qui potest contrahere sponsalia? Respond. quod quilibet qui potest

contrahere matrimonium, & etiam, qui non poteſt contrahere matrimonium, poteſt contrahere ſponſalia.

9 Quæritur quid eſt effectus ſponſaliorum? Reſpond. quod eſt obligatio ad matrimonium contrahendum per promiſſionem ipſis ſponſalibus factam.

10 Quæritur vtrum Patres poſſint dare nuptui filios, & filias inuicé, & ſupra hoc iurauerunt, ſcilicet quod vnus daret filio alterius filiam ſuam &c. quid iuris ſi filij nolunt? Reſpond. quod alienum factum promitti non poteſt, & niſi conſenſu eorum, per quos fiunt ſponſalia confirmentur, vt de ſponſ. cap. 11. impuber. in 6. & cap. ex litteris 30. quæſt. 2. c. 1. alienū &c. nec parentes ſunt rei periurij, licet filij nó contrahant, dūmodo parentes dent operam, quá poſſunt 31. quæſt. 3. cap. ſi quis parentes, & ſi pæna fuerit appoſita talis pæna non poteſt peti, quia matrimonia non poſſunt reſtringi vinculo pænæ ff. de verb. oblig. ticia, & cap. gemma de ſponſ. maximè, cum per parentes non ſtetit, tamen ſi per extraneas perſonas pæna fuerit appoſita talis pæna poteſt peti, vt tenet Hoſtien. & Hug. in capit. gemma de ſponſ. Nec parentes poſſunt compellere liberos ſuos ad contrahendum.

11 Quæritur vtrum, quis per verba de futuro dicet. Promitto quod te ducam in vxorem, & de cætero tenebo te vt vxoré, ſi talis contrahit cum altera per verba de præſenti quid iuris? Reſpond. quod adhærebit ſecundę propter verba illa ducam te, quæ ſunt de futuro.

12 Quæritur ſi concubina dicat alicui, nolo, vt me cognoſcas niſi tāquam vxorem, & vir taceat, & cognoſcat, quid iuris? Reſpond. Io. de lignano, quod eſt præſumptum matrimonium: ſed tamen Gaſpar. dicit quod non, quia non expreſſerunt, & quia tacens in tali actu, habetur pro contradicente.

13 Quæritur vtrum ſub conditione poſſit fieri matrimoniū vt v. g. contraho tecū ſi patri meo placuerit, vel ſi inuenero te habere mille aureos &c. Reſpōd. quod talis contractus ſuſpendit matrimoniū donec adimpleatur illa conditio: ſi tamen interim conſenſus de præſenti, vel copula carnalis fuerit ſubſecuta matrimonium tenebit eo, quod tales videntur receſſiſſe à conditione, vt de conditionibus appoſitis cap. de illis, & cap. ſuper eo, & cap. per tuas, & hoc intelligeudum eſt de cōditione honeſta.

14 Quæritur ſi quis dicat contraho tecū, ſi te virginem inuenero, & poſt ſequitur coitus, nec inuenitur virgo, quid iuris? Reſpond. ſecundum Bernard. & Hoſtien. quod iudicabitur pro matrimonio, & hoc in foro iudicij, tamen in foro animæ non ſic iudicabitur, quia dignum eſt, vt mulier, quæ mentita eſt ſe eſſe virginem maneat decepta, & vt viro ſubueniatur, qui fortè vult vitare bigamiam.

15 Quæritur ſi contrahitur ſub modo ſic; Dô tibi veſtem, vel cingulum, vel anulum, vt contrahas, mecum, alioquin reuoco, quod donaui? Reſpond. quod talis contractus ſtatim tenet, ſed ſi non ſeruetur modus, poterit reuocari. Dicunt Doctores, quod licet poſſet contrahi matrimonium ſub conditione, non tamen ſub modo, & hoc eſt tenendum. Matrimonium tam ex cauſa contractum, ſiue cauſa, ſit vera, ſiue falſa, vt contraho tecum, quia pulcra es, ſiue diues niſi cauſa ita eſſet falſa, quod contineret in ſe aliquod impedimentum, vt contraho tecum, quia libera es, nam ſi non eſſet libera, non teneret matrimonium.

16 Quæritur vtrum quis contrahat cum aliqua cū conditione deinde tamen ante aduentum cōditionis contrahit cum alia libere, quid iuris? Reſpond. quod debet manere cum ſecunda etiam ſi ſit conſanguinea primæ.

De impedimentis ſponſaliorum.

17 Si inuicem remittāt promiſſiones extr. eod. cap. præterea.

Per morbum contagioſum, vt ſi poſt contracta ſponſalia incurrit lepram, vel paralyſim, ſeu amittit oculos, vel naſum, ſeu quodcunque turpe eueniat extr. de coniugibus lepros cap. litteras, & de iure iurando, capit. quemadmodum.

Per graues inimicitias.

Per

Per fornicationem vnius extr. de iure iurando cap. quemadmodum.

Per magnum scandalum.

17 Quando sponsus sit absens, vel vaghetur per orbem, vel non inuenitur, quia se transtulit ad aliam regionem, & expectetur per triennium l. 2. C. de repud. Si verò Sponsus sit intra prouinciam expectari debet, per biennium l. 2. C. de sponsalibus, ita tamen, vt si absentia sit necessaria ex iusto impedimento expectetur quousque cesset illud impedimentum l. sæpæ ff. de spons. nisi ex periculo fornicationis iudex dederit licentiam sponsæ ad contrahendum matrimonium cum alio, arg. cap. fin. de eo, qui cogno. consang. vxoris suæ.

Soluuntur etiam, quando contrahit cum alia per verba de præsenti, & etiam per verba de futuro, & consumatur extr. eodem cap. si inter virum, & extr. de sponsalibus duorum cap. 1.

Item quando impubes, qui contraxit, venit ad ætatem adultam, & petit absolui à vinculo sponsaliorum, & dari sibi licentiam nubendi alteri, extr. de spons. impub. cap. de illis, & cap. à nobis.

Item quia valde sunt dispares conditionis, & per multas alias causas.

Itaque sponsalia est vnum impedimentum prohibens contrahendum cum alia, si verò cum alia contrahat peccat mortaliter attamen tenet.

Cathechismus, scilicet susceptor in cathechismo baptismi, non potest contrahere cum suscepto.

Crimen .i. incestus cum consanguineis coniugis, videlicet ad 4. gradum 27. quæst. 2. cap. quidam desponsal. & cap. sequenti.

Item vxoricidium, homicidium, sacerdotum Raptus, & vltimo quando aliquis in odium, vxoris fit suspectus proprijs filijs, vt non reddat debitum vxoris.

Isti omnes impediuntur, sed hoc modo, quia peccant accipiendo, at si contrahant, tenet matrimonium, & in his impedimentis potest episcopus dispensare.

Impeditur etiam matrimonium tempore feriarum, secundum Concil. Trid. sess. 24. c. 10. scilicet à Dominica Aduentus, vsque ad diem Epiphaniæ, & à feria 4. cinerum, vsque ad octauam Paschæ inclusiuè. His tamen temporibus non impeditur consensus matrimonialis, quo ad contrahendum matrimonium, seu sponsalia. Nam quocunque tempore contrahi possunt extr. de ferijs, capit. capellanus. sed prohibentur omnis nuptialis solemnitas, & actus copulæ carnalis, & traductio sponsæ in domum sponsi: Et transgrediens quodcunque horum trium mortaliter peccat.

18 Quæritur quot sunt ornamenta sponsaliorum? Respond. quod sunt tria, scilicet anulus in digito, monile in pectore, & corona in capite; Anulus in digito significat puritatem operis, quia opus est in manu: Monile in pectore, significat sinceritatem effectus; quia effectus est in pectore: Corona in capite significat contemplationis claritatem, quia prospicacitas intellectus est in capite.

19 Quæritur quot sunt bona matrimonij? Respond. quod sunt tria, scilicet, fides proles, & sacramentum 37. quæst. 2. cap. omne in fide ne cum alio, vel alia comisceatur in prole, vt ametur, suscipiatur, debitæ educatur, & religiosè instruatur. In sacramento, vt matrimonium non separetur.

20 Quæritur vtrum conueniens fuerit, quod Beata Virgo nupserit? Respondetur, quod sic, quia vt dicit diuus Bernardus tolerabilius fuit, vt videretur Christus natus de coniugio, quam de adulterio, quia tunc Iudei habuissent colorem excusationis contra ipsum, quia adulteræ de tribu sacerdotali comburebantur, aliæ verò lapidabantur. Item propter occultationem diuini consilij, quia vt dicit Bernard. non poterat Diabolo latere, quam homines scirent, vnde quia coniugata fuit, per homines scire non potuit, nec per se, quia procul à Virgine repellabatur, secundum Bonauent. & Mag. sent. 29. distinct. 4. vt virgo solatio viri sustentaretur, & vt Ioseph esset testis castitatis, defendens eam à suspitionis infamia, ne vt adultera damnaretur, &c. Vt ipsa Beata

Virgo designaret Ecclesiam desponsatam Christo, qui similiter Virgo est. Vt per Ioseph ostenderetur origo eius, quia per viros genealogia texitur ne legi, quæ comendabat matrimonium contrariari Dominus videretur secundum comp. Theol.

21 Quæritur qualiter Beata Virgo nupserit Ioseph, qui erat de tribu Iuda, cum ipsa virgo fuerit de tribu sacerdotali, quod constat, quia erat cognata Elisabet? Respondetur secundum S. Bonauent. quod ex parte matris erat de tribu sacerdotum, & ex parte patris erat de tribu Dauit: quia puellæ de genere sacerdotali, non arctabantur illa lege, quia non spectabat ad eas hæreditas, & congruum erat, vt desponsaretur Ioseph, ratione generis, & fidelitatis, quia sanctus, & iustus fuit, de quo Beata Virgo certificata fuerat, vt esset ei in testimonium, & solatium. Item ratione paupertatis, quia Christus, qui super omnia confundere intēdebat superbiam, potius voluit dici filius fabri, quam filius regis, licet ipsa esset ex regali progeniæ orta.

22 Quæritur vtrum Virginem Gloriosam decuit vouere Virginitatem? Respondetur, quod sic, vt esset mater Christi incorrupta, & corporæ, & voluntate; perfecta enim incorruptio consistit in voto Virginitatis. Alia causa est, vt esset mulieribus Virginitatis exemplum, sicut exemplum viri est Christus: Tertia causa est propter sanctitatem priuilegij, vt quam altissimus fundauit, esset sanctior, & amabilior vniuersis: Et si obijciatur, quod sterilis in lege erat maledicta; solutio, quæ legis authorem genuit, non erat sub lege: Et rursus, qui Spiritu Dei aguntur non sunt sub lege, sed beata Virgo erat plena Spiritu sancto, & non pertinet ad eam, sed ad Euangelium, quod ab infantia scriptum erat in corde suo digito Dei, secundum Bonauent.

23 Quæritur qua ætate Beata Virgo Maria peperit Christum, & qua ætate mortua fuit? Respond. quod refert Epherius, quod Beata Virgo Maria, quando Christum concepit, erat annorum 14. & in anno 15. ipsum peperit, & cum eo mansit annis 33. & post mortem Christi superuixit annis 24. & secundum hoc, tempore sui obitus erat annorum 72. probabilius, vt videtur: dicunt alij, quia duodecim filio superuixit, & sic sexagenaria est assumpta, cum Apostoli totidem annis prædicauerunt in Iudea, & circa partes illas:

SVMMARIVM.

1 *Matrimonii multæ diffinitiones.*
2 *Matrimonium vnde dicatur.*
3 *Matrimonium Christus instituit.*
4 *Matrimonium quare fuit institutum.*
5 *Matrimonium quando fuit institutum.*
6 *Matrimonium quomodo contrahitur.*
7 *Matrimonium legitimum, & clandestinum.*
8 *Matrimonii banna facienda in Ecclesiis.*
9 *Filios illegitimos procreabunt contrahentes post probibitionem.*
10 *Matrimonii bona quæ.*
11 *Dilectio viri, & mulieris.*
12 *Matrimonium contrahere, qui possunt, & in qua ætate.*
13 *Matrimonii impedimenta.*
14 *Vir potest se facere seruum inuita vxore.*
15 *Partus sequitur ventrem quantum ad libertatem.*
16 *Cognationes spirituales, legales, & naturales.*
17 *Baptizati lintheum tangentes dum baptizatur efficiebantur compatres, nunc post Conc. Trid. non efficiuntur.*
18 *Cognatio spiritualis contracta ab vno coniugum transit in alterum.*
19 *Commatres duas in vxores hæbere quomodo possit.*
20 *Matrimonium per vim, & metum contractum quomodo sit nullum.*
21 *Cognatio contrahitur ex ad optione filiorum.*
22 *Cognatio naturalis est parentela carnalis.*
23 *Infidelis conuersus quomodo potest retinere vxorem infidelem.*
24 *Matrimonium infidelium, si fiant fideles quomodo seruandum.*
25 *Mulier credens maritum mortuum quomodo possit ad alium transire.*
26 *Mulier quæ cōtraxit cū secundo si ex certa*

scientia

scientia sciens primum viuere tenetur relinquere secundum.

27 *Vagabundi, quomodo sint recipiendi ad Matrimonium.*

28 *Impedimenta, quæ impediunt contrahen. & non dirimunt contractum.*

29 *Non contrahitur affinitas cumquis non intrauit, sed seminauit extra claustrum, & è contra si intret, & non seminet, si nō sit facta commixtio seminum, affinitas non contrahitur.*

De Sacramento Matrimonij. Cap. XXXXVIII.

1 QVæritur, quid est Matrimonium? ℞. quamuis valde plura, de Matrimonij Sacramento scripserunt Doct ex quibus pauca, vel modica scribere visum est, id quod vltimo loco ordinatur inter Sacramenta, quia minus habet de spiritualitate, vt vult S. Thom. quamuis sit primum in via generationis, tamen in via sanctitatis, & perfectius est posterius. Et vt scribit Thom. Arg. est verum Sacramentum, quia sacræ rei signum, & non est solum signum gratiæ sicut cætera Sacramenta, verum etiam est signum coniunctionis Christi, & Ecclesiæ, quæ sunt res sacratissimæ. Hinc Apostolus Paulus ad Ephes. 5. loquens de Matrimonio, ait Sacramentum hoc magnum est &c. & Matrimonium est Sacramentum nouæ legis, & significat gratiam, (vt inquit Thom. Arg.) quam etiam aliquo modo causat, & per consequens significat coniunctionem fidelis animæ cum Deo, & quæ fit per gratiam, & chastitatem, & vnitatem, seu coniunctionem cum Christo. Sed vt per quæsita sequamur nostrum ordinem dicemus Matrimonium secundum Scot. Est vinculum indissolubile inter marem, & fæminam ex mutua translatione potestatis corporum suorum se inuicem facta ad procreandam prolem debitè educandam.

Item August. lib. de Virginitate Beatæ Virginis, ait Matrimonium est legitima societas inter virum, & fæminam, in qua expari consensu, semetipsum alteri debet.

Item Mag. sent. 3. dist. 27. Matrimonium est viri, mulierisque coniunctio maritalis inter legitimas personas, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens.

Item Matrimonium est contractus viri, & fæminæ legitimæ, quo mutuo corporis traditur potestas gratiæ spiritualis collatiuus: Inueteri lege erat solus consensus naturalis, at Christus fecit illum Sacramentum, vt daret gratiam.

Item secundum Scot. lib. 4. sent. dist. 27. Matrimonium est expressio certorum verborum, vel exhibitio certorum signorum maris, & fæminæ ad se inuicem significantia traditionem mutuæ potestatis corporum ad prolem debitè procreandam ex institutione diuina efficaciter significans gratiam conferendam, mutuo contrahentibus ad cognitionem mutuam animorum gratiosam.

Item secundum Nauar. cap. 22. num. 19. Matrimonium est Sacramentum, quo fit maris, & fæminæ coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Itē Conc. Trid. sess. 7. can. 1. & sess. 24. in doctrina de Matrimonio.

2 Quæritur vnde dicitur Metrimonium? ℞. secundum Isid. lib. 9. Etym. quod dicitur à matre, & mnnio munis, quasi matrimunium id est officium, quia dat mulieribus esse matres, vt dicit Aug. contra Faust. Matrimonium ideo dicitur non ob aliud debet mulier nubere, nisi vt mater fiat, & ideo magis denominatur à matre, quam à Patre, & quia in eo plus apparet matris officium, quam Patris. Nam ante partum onerosus, in partu dolorosus, post partum laboriosus sibi nascitur partus S. Thom 27. quæst. 1. art. 1. lib. 4. exterior vero possessio magis dicitur patrimonium, quod vir magis, & vtilius laborat in acquirendo, quam vxor; ideo dicitur patrimonium, quasi expectans ad patris officium, & quamuis Matrimonium efficiatur humano consensu, hoc tamen non fit cum exclusione diuinæ institutionis.

3 Quæritur quis instituit Sacramentum matrimonij? ℞. quod Christus cum dixit

quod

quod Deus coniunxit, homo non separet Matth. 19. extr. de diuor. cap. gaudemus, extr. de bigam. cap. debitum. & de restitut. spoliat. cap. homines, & Conc. Trid. sess. 24. vt supra. Quos Deus coniunxit homo non separet, subaudi violenter, sine lege, absque ratione. Non enim homo separat, quos pœna damnat, quos reatus accusat, quos maleficium coarctat, Isid. super isto verbo Matth. 19.

4 Quæritur quare institutum fuit sacramentum Matrimonij? ℞. secundum Raymũdum quod propter duas causas principales, scilicet susceptio sobolis educandæ ad cultum Dei, & euitatio Fornicationis 1. corint. cap. 7. propter euitãdam fornicationem vnusquisque habeat vxorem suam, & vna quaque virum suum 32. quæst. 2. cap. sicut, & cap. quicquid. Secundarie vero multæ sunt, & quandoque pacis reformatio, pulcritudo vxoris, diuitiæ, & huiusmodi.

5 Quæritur vbi, & quando institutum fuit matrimonium? ℞. quod in Paradiso terrestri ante peccatum ad officium, vt repararetur lapsus Angelorum, & fuit institutum his verbis, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea &c. Gen. 2. cap. & Mag sent. 26. dist. quarti. Alij dicunt quod fuit institutum his verbis, crescite, & multiplicamini &c. fuit etiam institutum matrimonium extra Paradisum ad remedium vitandi fornicationem 32. quæst. 2. §. ijs ita, & per Mag. sent. 26. dist. 4. & S. Thom. lib. 4. sent. dist. 26. secundum verò determinationem personarũ institutionem habuit in lege Moysi, & secundum, quod representat coniunctionẽ Christi, & Ecclesiæ institutionem habuit in noua lege; secundum hoc est Sacramentum nouæ legis 32. quæst. 2. cap. his ita, & extr. de diuort. vt supra.

6 Quæritur quomodo cõtrahitur matrimonium? ℞. quod per verba exprimentia consensum ex quo vir consentit per verba de præsenti in mulierem, & illa in virum dicendo. Accipio te in meam, & accipio te in meũ, vel alia similia in verba Cõc. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. Matr. Notandum, quod si puella ex verecundia taceat, nec contradicere videatur & parentes loquantur, & ipsa verbis eorum non contradicat, nec contradicere videatur, verba parentum computabuntur pro verbis puellæ. Dicit Franciscus de Zabarellis in cap. ex parte de sponsalibus, quod si sponsus dat anulum puellæ exprimendo suum cõsensum, per verba de præsenti, & sponsa recipit anulum ãnuendo dicitur consentire, quãuis nullũ verbum expressit, & hoc etiam cõfirmat. Host. & sic Matrimonium contraheretur. Item si aliqui potestatem sui consensus in aliquem posuerunt procuratorem, & consensus inter procuratores firmatur seu inter nuncios ad hoc destinatos non contradicentibus illis, pro quibus mittuntur antequam dictorum procuratorum, aut nunciorum consensus firmetur, verum Matrimonium contrahitur, si tamen probabiliter sentiretur, quod ambo, vel alter eorum non cõsentiret priusquã per procuratorem suum probaretur pro ipsis cõsensus, nullum est Matrimonium.

7 Quæritur quotuplex est Matrimoniũ? ℞. quod est duplex aliud est legitimum, aliud clandestinum, Matrimonium legitimum, est quando publicè, & solemnè, contrahitur in facie Ecclesiæ cum debitis conditionibus requisitis, scilicet cum vxor à parentibus petitur desponsatur dotatur, & à sacerdote benedicitur. 33. quæst. 5. & cap. aliter, & Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de reformat. Matr. Clandestinum autem Matrimonium est, quod fit sine prædictis solemnitatibus 30. quæst. 5. per totum.

8 Sciendum est etiam, quod sunt facienda banna in Ecclesijs, per sacerdotem, antequam Matrimonium contrahatur, & indicendum per tres dies festiuos in missarum solemnijs, vt si quis sciat inter tales personas, quæ inter se contrahere debent esse aliquod impedimentum infra competentem terminum assignandũ, debeat ipsum producere, & manifestare in hæc vel similia verba, videlicet hæ duæ personæ N. & N. volunt contrahere Matrimonium, si quis est, qui nouerit aliquod impedimentum esse inter has personas, quod matrimonium eos impediat, illud denuntiet, & de hoc admonemus, 1. 2. & 3. & peremptoriæ infra talem terminum N. & alicubi. Qui sine istis bannis contrahunt, sunt excommunicati, & si apparuerit aliqua coniectura impedimen-

menti alicuius interdicendum est illis, ne contrahant, donec veritas declaretur, & oppositum constet.

8 Qui autem contraxerit post prohibitionem factam, & impedimentum extiterit, illegitimos filios procreabunt, & sacerdos, qui tales prohibitiones facere contempserit, vel regularis, qui interfuerit, suspendi debet ab officio per tres annos, & si quis malitiose falsum impedimentum obiecerit, canonicam vltionem non euadat, de clandest. de sponsf. cap. cum inhibitio. & 30. quæst. 5. cap. aliter, & Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. Matr.

10 Quæritur quot sunt bona Matrimonij? ℟. quod sunt tria, scilicet, Fides, Proles, & Sacramentum 37. quæst. 2. cap. omne in fide ne cum alio, vel alia comisceatur: In Prole, vt ametur suscipiatur debitè educatur, & religiosæ instruatur. In Sacramento, vt Matrimonium non separetur.

11 Quæritur qualis debet esse dilectio inter virum, & vxorem suam? ℟. quod dilectio viri ad mulierem, & econuerso debet excedere quãcunque dilectionem & hoc significatur in anuli subarratione. Ille enim anulus significat coniunctionem viri, & mulieris, & amorem eorũdem, debet enim anulus ille esse aureus & rotundus, & in quarto digito positus, Ideo debet esse aureus, quia sicut aurum excedit omne metallum, sic amor ille cæteros amores habet excedere. Item anulus debet esse rotundus ad ostendendum, quod amor ille debet habere perpetualitatem, sic quod nunquam finiatur, nisi per mortem, imo etiam post mortem debẽt se diligere, sic quod vnus subueniat alteri per Suffragia. Item anulus debet esse in quarto digito positus, vt ostendatur, quod amor ille debet habere præcordialitatem. Dicunt enim Physici, quod quædam væna procedit à corde in quartum digitum, ergo anulus ille ponitur in quartum digitum, vt amor coniugum sit fidelis, & cordialiter.

12 Quæritur, quis potest contrahere Matrimonium? Respon. quod potest quilibet, cui non prohibetur, cui autem prohibeatur videbitur infra agendo de impedimentis Matrimonij.

In qua ætate potest contrahi Matrimonium? Respon. quod in puero ætas est apta annorum quatuordecim, & in puella duodecim, nisi esset proximi pubertati & malitia suppleret ætatem, vt supra diximus de sponsf. impub. cap. impuberes, & cap. continebatur, & Conc. Trid. sess. 24. dummodo non sit aliquod impedimentum, quo prohibeatur contractio Matrimonij.

In contractu Matrimonij contingit multis modis peccare, vt si contrahatur contra impedimenta, vel non debito modo, vel contra intentionem Sacramenti, vel mala intentione, aut ex dignitate personæ, & de omnibus his oportet confessorem esse bene instructum, vt sciat quæ impediunt contrahendum, & dirimunt contractum, ac huiusmodi, & ideo ponemus per ordinem ista impedimenta.

De Impedimentis.

13 Quæritur quæ sunt Matrimonij impedimenta? Respon. secundum S. Tho. in 4. sent. dist. 32. quod impedimenta sunt duplicia, quedam sunt, quæ impediunt Matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum, quædam vero, quæ impediunt contrahendum, sed non dirimunt contractum; vbi notandum, quod ex prædictis impedimentis quorundã transgressio obligat ad mortale, sed etiam ipso facto maioris excommunicationis vinculo plectit, vt in clement. eos de consang. & affin. Vbi notatur, quod scienter contrahentes Matrimonium in gradibus prohibitis, scilicet consanguinitatis, vel affinitatis, cum moniali, cum professis tacitè, vel expresse religionem approbatam, vel cum clerico in sacris constituto ipso facto excommunicationem incurrunt, nec possunt absolui, nisi prius ab inuicem separentur, & omnes participes consulentes, scienter consentientes, auxiliantes, vel facientes in hoc, eandem sententiam incurrunt, vt ibi Conc. Trid. sess. 24. can. 9.

Quot sunt impedimenta, quæ impediunt Matrimonium contrahendum, & diri-

dirimunt iam contractum? ℞. quod sunt duodecim, quæ in his versibus continentur.

Error Conditio, Votum, Cognatio, Crimen.
Cultus.disparitas, vis, ordo, ligamen, Honestas.
Si sis affinis, si forte coire, nequibis.
Hæc socianda vetant, connubia, facta retractant.

Error duplex est, in persona, & qualitate personæ, sed non omnis error in qualitate personæ dirimit Matrimonium.

Conditio est seruitutis, vel libertatis. In primis non est dubium, quod serui possuut contrahere inter se, etiam inuitis Dominis. At impedimentum est quoties error interuenit in conditione.

Quando qui errat melioratur non autem deterioratur in Matrimonio, non impeditur Matrimonium, sed tenet.

Vt quis volens accipere seruum accipit liberum.

Quoties autẽ qui errat deterioratur nõ tenet Matrimonium, vt volens accipere liberam inuenit eam esse seruam, cum ipse sit liber.

Quando autem ignoranter accipit seruam, & post quam cognouit seruitutem eius, accedit ad illam affectu maritali, non potest eam in conscientia dimittere, sine iudicio Ecclesiæ, vt refert Arm. cap. Matr. §. 7. extr. de diuor. cap. porro, si autem cognouit eam, non tanquam vxorem, sed ob aliam causam, vt propter delectationẽ, &c. secundum ius canonicum non potest eam dimittere cap. inquisitioni de sent. excom. &c.

14 Quæritur nunquid potest vir se seruũ facere inuita vxore? ℞. quod sic nec propter hoc dissoluitur Matrimonium, quia licet vir, & vxor, in actu Matrimonij. ad paria iudicentur, scilicet in actu copulæ carnalis, in omnibus tamen alijs vir est Dominus, & caput mulieris, & ideo potest se dare in seruitutem, non consentiẽte vxore, non tamen sic de vxore, quia inuito marito suo non potest se dare in seruitutem, quia mulier est viro subiecta, & vir est caput eius.

15 Quæritur quid iuris, si seruus filium generet, vtrum sequatur conditiones Patris, aut matris? ℞. quod secundum iura partus sequitur ventrem, quantum ad libertatem, & seruitutem, & ideo licet seruus generet filium, ex libera matre, filius non erit seruus, sed liber, tamen in quibusdam terris, quæ non reguntur iure ciuili, sed solum consuetudine, puer sequitur deteriorem conditionem alterius parentum.

Votum solemne religionis approbatæ impedit contrahendum, & contarctum; dirimit excommunicatus latæ sententiæ licet sit Episcopalis, & non Papalis ista excommunicatio.

De Cognationibus.

16 Cognatio est triplex, spiritualis, legalis, & naturalis. Cognatio spiritualis consequitur ex Sacramento baptismi, & Confirmationis, & ista cognatio est triplex videlicet Paternitas, Compaternitas. & Fraternitas, Paternitas, est inter baptizamem, & baptizatum, ita vt baptizans non possit accipere baptizatum, neque susceptor cum baptizato contrahere.

Compaternitas autem est inter susceptores, & patrem, & marrem baptizati.

17 Quæritur quid iuris si baptizandus sit inuolutus lintheo, numquid tangentes lintheum tempore, quo inmergitur, & eleuatur sint compatres, & commatres? ℞ quod sic. ff. de relig. & sup. Iu. l. qui religionis, sed sic erat olim, sed nunc post Conc. Trid. non tenet.

Confraternitas autem est inter filios baptizantis, & filios susceptorum cum ipso batizato, at Conc. Trid. abstulit ex integro cognationes Fraternitatis. Item prohibuit ne essent plures susceptores, quam duo, & hi signati à Sacerdote, qui baptizat.

18 Quæritur vtrum Cognatio spiritualis ab vno coniugum contracta, possit in alterum transire? ℞. quod sic V. g. si vir absente vxore suscipiat de sacro fonte aliquem, sicut ipse efficitur compater patri carnali, & matri illius, quem leuauit de sacro fonte, ita mulier sua quamuis absens, erit commater patris, & matris carnalium, & idem dicendum est de muliere absente marito, si suscipiat aliquem de

sacro fonte, quia coniuges, actiones suas sibi communicant, 30. quæst. 3. suscitatus, & cap. si quis vnus, sed antequam Matrimonium sit consumatum inter coniuges, non communicatur alteri, illa compaternitas, siue cognatio, quia nondum est inter coniuges facta vna caro.

19 Quæritur vtrum aliquis possit habere duas commatres in vxores vnam post aliam? Respondetur distinguendo, aut commaternitas præcedat Matrimonium, aut sequatur si precedat, licite potest duas commatres habere in vxores, verbi gratia Maria, & Berta factæ sunt commatres, postea Martinus contraxit cum Maria, & cognoscit eam, ea mortua poterit cōtrahere, cum Berta. Si vero commaternitas sequatur Matrimonium, V.g. Si vxor tua suscipit filium alterius, illa cuius filius suscipitur efficitur tibi cōmater per factum Vxoris tuæ, & mortua vxore tua, non poteris illā habere in vxorē, & eandē cōpaternitatē intelligas acquiri vxori per maritū. 30. q. 4. sub cidatur. Si qs vnus extr. de cog. spirituali. Martinus Berta.

20 Quæritur vtrum Matrimonium per vim, & metum contractum ipso iure sit nullum? Respon. secundum Panor. in cap. cum locum de spons. (prætermittendo primum mætum) propriè dici, quando præter violentiam corporalem, seu coactionem mætus infertur, coactionem verò quando fit cum captura, seu violentia corporali? dicit quod Glos. communiter tenuerunt, quod Matrimonium ipso iure sit nullum, dummodo interueniat mætus, qui cadat in constantem virum, Talemque mætum requiri in masculo, & fæmina decidit text. de masculo in cap. veniens eodem tit. & de fæmina in cap. consultationi ibidem; Est tamen bene verum, quod mætus excusat magis mulierem, quam masculum, quia fragilior est ratione sexus cap. indignantur 32. quæst. 6. & sequitur Host. in summa in tit. de matr. §. qualiter vers. si vero, & propteria dicit ipse, quod ex parte mulieris requiritur mætus, qui cadat in constantem mulierem, & quod Matrimonium taliter contractum, sit ipso iure nullum dicit tenuisse, glos. in cap. Abbas de eo, qui met. cau. & in l. si parte ff. de re innup. & dicit esse communem sententiam Doctorum.

21 Cognatio legalis, est quæ contrahitur ex adoptione filiorum, & ipsa quoque est triplex, puta inter adoptantem, & adoptatum nullum enim Matrimonium inter hos esse potest.

Secunda inter filios adoptantis, & adoptatum, sed hoc solum, quamdiù fuerit sub potestate parentis: nam emancipati possunt inter se contrahere.

Tertia inter vxorem adoptantis, & adoptatum, non enim potest esse Matrimonium inter hos.

22 Cognatio naturalis est parantela carnalis, & hæc cognatio carnalis, vsque ad quartum gradum inclusiuè prohibita est in linea laterali. At in recta in æternum non potest esse Matrimonium.

Quādo duo contractus sunt simul puta, vnus in secundo alter in quinto, extra quartum potest inter eos esse Matrimonium, etiam quod alter sit in primo, vel in secundo gradu.

Crimen, quod impedit Matrimonium, est triplex videlicet adulterium, Homicidium, & Homicidium mixtum Adulterio, vel è contra.

Prima regula, quando vnus coniugum cum aliquo alio fecit pactum, vt occidat alterum coniugum, & inter se contrahūt nullum est Matrimonium, siue vterque occidatur siue vnus eorum.

Secunda regula, Quoties vnus coniugum hac intentione, vt contrahat cum altero occidat alterum, etiam quando non conueniat cum illo, non potest esse Matrimonium.

Tertia regula, Quando duo contraxerunt de præsenti, & est ratum, non autem consumatum, & postea vnus contrahit cum alio, & consumat, etiam quod prior coniux moriatur nullum potest esse Matrimonium, cum secundo.

Disparitas cultus. Primo inter baptizatos, & nō baptizatos, non potest esse Matrimoniū etiā qn̄ sit Cathecumenus. At inter hæreticū, & Catholicū, potest esse, quāuis sit peccatum, & si post Matrimoniū vnus coniugū, fiat hæreticus, vel apostata, non ideo soluitur Matrimonium.

23 Quæritur nunquid tenetur fidelis cōuersus ab infideli coniuge discedere? R.

si fi-

si fidelis conuersus habet de sua coniuge quod debeat conuerti ad fidem potest cum ea manere, si vero sciat eius obstinationẽ, & quod non possit cum ea manere sine contumelia creatoris, debet eã relinquere extr. de diuort. cap. quanto, & cap. gaudemus.

24 Quæritur nunquid liceat fideli, qui ab infideli discessit, aliud Matrimonium cõtrahere? ℞. quod in Matrimonio tria requirũtur. Primo quod sit nũciatũ per verba de præsenti, Secundo quod sit consumatum per carnalem copulam, quia aliter possit per religionis ingressum dissolui, Tertio requiritur, quod sit ratum per baptismi susceptionem. Vnde Matrimonium, quod habet hæc tria, non potest dissolui, nisi per mortem alterius coniugis, Matrimonium verò infidelium cum non sit ratum per baptismum, quod est ianua omnium Sacramentorum, potest solui, conuerso permanente in fide, & alio permanente in suo errore, & sic fidelis conuersus potest nubere cum fideli & in tribus casibus, primo quia fidelis non vult cohabitare, cum infideli, & ẽ conuerso, sed eum dimittit, in cap. gaudemus extr. de diuort. Secundo, qñ non potest fidelis cum infideli cohabitare sine blasfemia, vel contumelia Saluatoris, tunc conuersus nubere potest cum fideli vel religionem intrare, vel sacros ordines suscipere, nec deinceps fidelis est restituendus, quia tarditas cõuersionis est ei, in pænam, at si coniux infidelis conuertatur antequam alter in faciæ Ecclesiæ Matrimonium contrahat, tenetur ad coniugem suam redire, nec aliam potest ducere, ipsa viuente, in cap. gaudemus allegato. §. pænul. tertio, quando infidelis vult cohabitare cum fideli sine contumelia Christi, sed non sine scandalo coniugis fidelis eum protrahendo ad peccatum, hoc secundum Compen. 7. Sacramentorum, & per Mag. sent. 39. dist. 4. Vis quando Matrimonium fit ex violentia metu, tamen debet esse metus cadens in virum constantem, quando minus malum est ex se, cuius timore facit matrimonium.

Ordo constitutus in ordine aliquo maiori si contrahat, nullum est Matrimonium, & est excommunicatus,

Bona Matrimonij sunt tria, Proles, fides, & mutuum obsequium: vel Sacramentum: ligamen. i. quando contrahit cum vna, & erat ligatus in Matrimonio cum altera.

Honestas, ista dicitur impedimentum publicæ honestatis, quod impedimentum ex sola dispensatione, non interueniente copula vitatur, quia sponsus non potest contrahere cum consanguineis coniugis, nisi vltra quartum gradum.

Quod olim istud impedimentum cõsequebatur ex sponsalijs, quamuis sponsalia essent nulla ex aliquo impedimento. Vnde Conc. Trid. statuit, quod quando sponsalia sunt nulla, ex quacunque causa id sit, nullum faciunt impedimentum: Rursus quando tenent sponsalia, restringit impedimenta solum ad primũ gradum. Affinitas, qui habet copulam carnalem, cum aliqua, non potest contrahere cum consanguineis illius, tamen Conc. Trid. facit, quod quando ista copula est fornicaria, & illicita, sit tantum vsque ad secundum gradum. Quando vero est licita, vt in Matrimonio sit, vt diximus vsque ad quartum gradum.

Vltimo omnis impotentia perpetua ante Matrimonium, ex quacunque causa sit, at non ita, si est impotentia solum generandi.

25 Quæritur vtrum mulier credens maritum mortuum, possit alteri nubere, vel vir alteri Vxori? ℞. quod extr. de nupt. cap. Dominus autẽ noster dicitur, quod nullus ad secundas nuptias præsumat migrare donec constet, quod mortuus sit coniux eius, vnde sola credulitate mortis alterius, vel leui coniectura, non licet alteri Matrimonium contrahere, quia maior requiritur certitudo, quæ per iuramenta eorum, qui eum nouerunt mortuum habeatur. Dicit tamen vgo quod iuramentum vnius testis sufficit cum attestatione publicæ famæ, aliter non, & notandum est, quod quando alter coniugum credit alterum esse mortuum firmiter, & postea contraxit, si postea certitudo vitæ prioris coniugis habeatur alter, qui cum alio contraxit, non potest petere, nec reddere debitum secundo,

sed

sed si hoc faciat, peccat mortaliter, & adulterium committit: Si vero dubitat solum ex causa rationabili, tunc non debet petere à secundo coniuge, sed potest ipsi reddere. Si vero dubitet, & est læuis & indiscreta dubitatio, debet à corde suo abijcere talem dubitationem temerariam, & licitè petere, & reddere debitum potest.

26 Quæritur nunquid primus vir vxorem quæ sic contraxit cum secundo teneatur recipere? Respon. quod si illa, quæ contraxit cum secundo viro, ex certa scientia sciens primum virum viuere adultera est, nec primus vir tenetur eam recipere; Si vero per ignorantiam probabilem, quia credebat eum esse mortuum, quando cum illo contraxit, tunc distinguendum est, quia aut statim fuit reuersa ad primum maritum cum vitæ suæ cognitionem habuit; & tunc eam recipere tenetur, aut statim non fuit reuersa, & tunc recipere non tenetur, quia adultera est, & hoc secundum compendium 7. Sacramentorum, & secundum Mag. sent. 88. dist. 3.

Item qui tentauerit duas habere vxores, dico quod cum secunda adultarium committit, & Nicolaus districta vltione, hoc est excommunicatione, eum fecit, qui de facto duas habet vxores, & l. ciuili. tales sunt infames, vt C. ad l. Iuliam de adulterijs l. eum qui binas, & corporali supplicio afficiuntur nempe cauterio in fronte impresso, Imo vero habentur tanquam de hæresi suspecti, quàsi Mosaycam licentiam in hoc vsurpantes, & de Sacramentis. Euangelicis perperam sentientes.

Aliud impedimentum nouum post Conc. Trid. dirimens contractum, idest raptus, vnde nullum esse potest Matrimonium inter raptorem, & Raptum, nisi quis constituatur in loco tuto si libero constituatur, potest esse Matrimonium sess. 24. cap. 6.

27 Quæritur vtrum vaghi sint ad Matrimonium recipiendi? Respon. secundum Conc. Trid. sess. 24. cap. 7. quod non nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad ordinarium delata, & ab eo licentiam id faciendi obtenuerint.

In his impedimentis prædictis solus Papa dispensat. Hactenus de impedimentis, quando dirimunt contractum. Modo de impedimentis, quæ impediunt contrahendum, & infra part. 2. cap. 24. num. 33. & 34.

De Impedimentis, quæ impediunt contrahendum, & non dirimunt contractum.

Impedimenta, quæ impediunt contrahendum, & non dirimunt contractum licet mortaliter peccet, qui attentauerit contrahere videlicet.

Interdictum, votum, sponsalia. Chathechismus, & crimen incestus.

Votum videlicet castitatis simplex religionis.

Si est votum castitatis, & contrahat, non potest petere debitum, sine dispensatione Paapali.

Si non est votum religionis peccat mortaliter contrahendo, sed tamen tenet, & vterque mortuo coniuge, tenetur seruare votum, nisi dispensetur.

29 Quæritur vtrum contrahatur affinitas si aliquis non intrauit, sed seminauit intra claustrum, puta quia semen distillauit in vas debitum mulieris? Respon. quod si per hoc non sit facta commixtio seminum, credo non contrahatur affinitas, alias sic perinde, ac si introsset; dummodo de hoc constet arg. eorum, quæ not. Abb. in cap. 15. qui fidem de spons. Dicēs, quod si post spobsalia contracta sponsus seminet in vas sponsæ, licet non intret, secundum Vin. Matrimonium consumatur, quia per hoc potest carnis commixtio interuenire, & fieri, si tamen seminum commixtio non fit, licet intret, tamen affinitas non contrahitur art. 35. quæst. 2. cep. nullum, Innoc. in cap. fraternitati de eo, qui cogn. cons. fratris Ioan. in summ. confess. tit. de impedim. affinit. quæst. 4. & 5. Hinc. magist. Petr. de San.

san. consuluit in causa Matrimonij. Quidam fuerat cum quædam muliere viginti noctibus, & corrumpit eam, & licet intrasset claustrum, seu vas debitum mulieris, nunquam tamen ibi seminauerat, accidit quod mulier illa contraxit cum fratre C. dubitauit an possit remanere cum ea, & consuluit mag. Petr. quod sic,& ratio est,quia non fuit facta seminis commixtio. Hinc refertur etiam quod & si vir seminauerit in vase debito mulieris si tamen mulier non seminauerit nun ex hoc impediuntur consanguinei viri ab eius copula; quia vt contrahatur affinitas, necesse est sanguinis fieri comistionem arg. 35. quæst. 10. fraternitatis. Vnde inquit Innoc. in cap. fin. de eo, qui cogn. cons. vxor. suæ, quod licet mulier semen emittat, si vir non emittit, vel è conuerso, non contrahitur affinitas, facit ad hoc. 27. quæst. 2. lex diuinæ vers. prothoplastus. Hec refert D. Iac. Graf. in sum. & in hac. sum. par. 1. cap. 76. nu. 3. de Incestu.

SVMMARIVM.

1 *Debitum reddere tenentur coniuges ad inuicem.*
2 *Debitum reddere coniux non semper tenetur.*
3 *Debitum reddere tenetur vir vxori non petenti.*
4 *Debitum reddere tenetur vxor viro leproso.*
5 *Debitum petere à muliere menstruata quomodo liceat.*
5 *Debitum petere à muliere pregnante, quomodo liceat.*
7 *Debiti redditionem non excusat quadragesima, neque dies festus.*
8 *Debiti redditionem excusat communis consensus.*
9 *Debiti redditionem non excusat sumptio Eucharistiæ.*

De redditione debiti coniugalis. Cap. XXXXIX.

1 QVæritur vtrum liceat viro quærere debitum à muliere, & mulieri à viro? Respon. quod de ratione præcepti alter coniugum tenetur alteri reddere debitum, quia vt ait Apost. prima Corinth. 7. vir vxori debitum reddet, similiter, & vxor viro: Mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir, & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier, & ideo obligatione reddendi debitum vir, & mulier sunt æquales, & sic tenentur alter alteri debitum reddere.

2 Quæritur vlterius an semper sit reddendum debitum? Respon. cum distinctione, quia in columitas personæ prius debet conseruari, quia si ex hac redditione videretur eminere periculum, non est reddendum debitum, vt ex frequentia reddendi, alter coniugum incurreret damnificationem corporis, &c. & ideo tale debitum reddendi debet esse sine alterius coniugum læsione, vt dicit frater Osualdus lib. 4. Rosarij Theologiæ, & quamuis semper liceat reddere, non tamen semper licet petere idem Gers. in regul. moral. & Tho. Argent.

3 Quæritur vtrum vir teneatur reddere debitum vxori non petenti? Respon. quod aliquando mulieres sunt verecundæ,& non audent petere. debet maritus reddere; quia pro huiusmodi redditione datur remedium contra vxoris concupiscentiam, licet enim vxores aliquando prouerecundia non audeant verbo exprimere illam necessitatem carnis, quam patiuntur tamen signis plerunque illam indicant: quare mariti possunt leuiter percipere,& per consequens reddere, ne deterius contingat, &c.

4 Quæritur vtrum viro leproso petenti debitum teneatur vxor reddere? Respon. quod sic, sed non tenetur cum eo habitare, quia non ita citò ex concubitu carnali vxor inficitur reddendo debitum, sicut possit infici ex frequenti cohabitatione cum eo alio modo, quamuis ex tali concubitu, quandoque proles maculata generetur, melius est tamen proli sic esse, quam pænitus non esse.

5 Quæritur vtrum à muliere menstruosa vir debeat petere debitum, & ea ipsi reddere? Respon. quod distinguendum est, quia aur illum menstruum contingit ei naturaliter, aut non naturaliter, si naturaliter, quando est sana. & temporibus de-

determinaris in tali fluxu menſtrui prohibitum eſt ne vir accedat ad mulierem menſtruatam; cum in tali fluxu mulier poſſit de facile concipere prolem, quæ de facili corrumpitur; ideo tali tempore prohibitum eſt ab ea debitum petere, vel ei reddere: tamen circa hoc eſt notãdum, quod ſi vir hoc ſciuerit, & petierit ab vxore debitum, vxor debet auertere precibus, & monitis, vt deſiſtat à petitione, non tamen debet ita auertere efficaciter, quod poſſit viro eſſe occaſio incidendi in alias tentationes culpabiles, & præcipuè ſi vir ſit pronus ad illam, & fuerit incontinens, quia tunc debet mulier ei reddere. Si verò vir ignoret fluxũ menſtrui naturalis vxoris ſuæ, & debitum petat; mulier debet aliquam occaſionem, ſiue mendacio pretendere, vel infirmitatem allegare, ne debitum reddat, niſi periculum emineret, vt prius dictum fuit de incontinentia viri, quia tunc reddere poſſet cum dolore, & inuoluntariè, infirmitatem tamen huiuſmodi viro ſuo nullo modo debet indicare, ne de ipſa vir abominationẽ concipiat, niſi de prudentia viri vxor probabiliter præſumat. Si verò fluxus menſtrui innaturalis fuerit, quia ſit continue, & immoderate, tunc poteſt vir, & petere, & reddere, nec ſic eſt prohibitum, quia aliter oporteret virum perpetuo continere; & quia in tali ſtatu continuo menſtrui mulier concipere nõ poteſt: ſic patet, quod in fluxu naturali vir non debet petere, nec reddere debitum vxori ipſum fluxum patienti; ſed in fluxu non naturali poteſt & reddere, & petere.

6 Quæritur, vtrum liceat viro quærere debitum à muliere prægnante? Reſpõd. quod ſi debitum poſſit reddi ſine periculo abortionis, poteſt vir debitum petere à ſua muliere prægnante, & ei reddere; quia vſus matrimonij licitus, non ſolum eſt in officium, ſed etiam in remedium contra caſum continentiæ. Si verò non poſſit reddi debitum ſine periculo fœtus, non debet debitum exigi, nec reddi; quia principalior eſt matrimonij inſtitutio in officium, ſcilicet propter prolis educationem, & conſeruationem, quam in remedium; & ſic intelligitur illud Hierony. Poſtquam venter intumuerit, non perdant filios.

7 Quæritur, vtrum à redditione debiti excuſet Quadrageſima, vel dies Feſtus? Reſpondetur, quod non excuſat, etiam dies Paſcatis, neque multitudo liberorum, ira, neque odium in coniuge. Et tenetur reddere petenti, etiam interpretatiuè ſolum: verbi gratia per nutus, quia non refert vtrum verbis, an factis quis ſuam exprimat voluntatem. ff. de leg. l. de quibus. Quod maxime ſolent eſſe in fœmina, quæ ſolet eſſe in hoc verecondior viro. Sylu. in verb. debitum. quæſt. 8. Sot. in 4. ſentent. diſtinct. 32. quæſt. 1. Nauar. cap. 16. nu. 25.

8 Quæritur vtrum licitum ſit de communi conſenſu abſtinere? Reſpondetur, quod ſic, etiam ob cauſam ne grauentur liberis, ſi longa liberorum propagine abundent, dummodo non ſit periculum fornicandi, niſi petat debitum fortè, qui ob verecundiam alter non petit, etiam ſi præceſſerit pactum de non petendo, debet tamen reddere; quod ſecus eſt ſi præceſſerit votum, quia tunc peccaret mortaliter. cap. quod Deo. 33. quæſt. 1. Si vero eſſet periculum incontinentiæ, deberet à Summo Pontifice diſpenſatio obtineri, ita Nauarr. in Manual. cap. 12. num. 59. & cap. 16. nu. 32. licitum eſt non reddere ex cauſa infectionis alicuius morbi; videlicet lepræ, vel morbi gallici, & de hoc à Medicis eſt quærendum. Turrecrem. in cap. ſciatis. verſ. 3. caſu. 33. quæſt. 4. At mulier ſi ob amorem non curans periculum infectionis propriæ ex contagione, non ſolum non peccat, ſed etiã meretur, ſi ex charitate faciat, Caiet. 2. 2. quæſt. 154. art. 1.

9 Quæritur, ſi nocte præcedenti debitum fuiſſet redditum, vtrum impediret ſumptionem Sacramenti? ℞. quod non, quamuis ex quadam congruentia dicatur impedire. Nã 1. Reg. 21. legitur, quod Achimelech noluit Dauidi, & pueris ſuis panes propoſitionis concedere, niſi certior factus, quod ſuas vxores non tetigiſſent, quanto magis panis, qui de cælo deſcendit ab ijs, qui paulo ante V. g. in nocte coniugalibus vacarunt amplexibus abſtinere à ſumptione non debent? nõ tñ

H intel-

intelligendum esse mortaliter peccasse: hæc Sot.in 4.sent. dist. 12. quæst. 1. art. 7. in fine, qui contrarium dist. 32. quæst. 1. art.3. scilicet, quod in primo casu est veniale, Nauar; vero cap. 16. num. 24. concordat cum soto.dist. 12.quæst. 1.art.7.

SVMMARIVM.

De diuortijs, ac alijs diuersis rebus. Cap. L.

1 QVæritur vtrum dissolui possit Matrimonium? Respon. quod Matrimonium ratum, & consumatum dissolui non potest, nisi per mortem, quia, quod Deus coniunxit homo non separet.

2 Quæritur si mortuus resuscitaret reddere teneatur ad vxorem suam; ℞.secundum Petr.de Pal.in 4.dist. 27. quod non, sed potest alter cum altero de nouo contrahere, quia vt inquit Apost. Rom. 7. mors omnia soluit, auth. de nupt. §. deinceps. Ergo si mortuus idest cum effectu, & in morte permanens resurgat, non est amplius obligatus illo Matrimonio, tum quia obligatio semel extincta, non reuiuiscit, tum quia hoc Sacramentum characterem non imprimit, Vnde Lazarus, si habuisset vxorem non recuperasset eam, nisi nouiter contraxissent.

3 Quæritur mortuus resuscitatus, vtrum recuperasset bona, quæ testatus fuisset? Respon. quod sic, quia in donatione causa mortis plus se, quam donatarium vult habere. Item si ab intestato decedatur, quia in causa est coniunctio ad morientem, qui sibi est omni alio coniunctior. Et idem si Fiscus illa bona reciperet in defectu hæredum, quia si reddere tenetur propinquo eius, multo magis eidem resurgenti

4 Quæritur vtrum Religiosus resuscitatus

tus teneatur ad religionis obseruantiam? ℞. quod nō quia seruitus personalis, quæ debetur à persona, ratione personæ, vt in matrimonio, & religione, morte extingui tur, quod etiā patet ex verbis aliquorum profitentium obedientiā vsq. ad mortē.

5 Quæritur vtrum curatus, vel Episcopus resuscitatus, possit redire ad Ecclesiam suam? ℞. similiter, quod curatus, & Episcopus resuscitatus, quamuis teneant consecrationem, & characterem, non tamen retinent Ecclesiam, nisi sibi noua electione, aut prouisione cōferatur, quia mortuus est sponsæ suæ. i. Ecclesiæ Sylu. verb. diuor.

6 Quæritur quomodo fit, seu celebratur diuortium? ℞. quod ambo coniuges pariter procedunt ad iudicium & proclamant, quod non possunt ambo carnaliter commisceri, quamuis per triennium studiosè dederint operā carnali copulæ, bona fide, sine fraude tunc officialis vel ad quem pertinebit, faciet eos iurare super hoc, & faciet etiā iurare propinquos eorū de credulitate, qui statū eorū cognouerunt; & isti propinqui non iurabunt, nisi quod credunt eos verum dixisse arg. extr. de purca cep. quoties. & istis iuramentis præstitis, si propter frigiditatem separantur, datur mulieri licentiam alteri nubendi, sed non viro 33. quæst. 1 cap. requisisti, & Mag. sent. 34. dist. 4. sed. quando est propter arctationem mulieris, datur viro licentiam nubendi alteri, extr. de impotentia coeundi cap. fraternitatis: Tamen nisi signis manifestis constet eos scilicet viros esse frigidos vel mulieres arctatas, non sunt ab inuicem separandi in auth. de nupt. §. per occasionem colum 4. debet tamen. maior soliditas adhiberi circa virum, quam circa mulierem, quia frigiditas, quæ faceret virum impotentem, non faceret mulierem, secundum compend. septem Sacramentorum.

7 Quæritur vtrum si alter tantum confitetur, & alter negat, quid faciendum? ℞. quod si vir prouocat ad separationem negante vxore, viro incumbit probatio, quia illi soli non creditur, si vero mulier prouocat virum ad separationem, viro recusante, & afferente carnalem copulam præuenisse, creditur viro, quia caput est mulieris extr. de sponf. impub. continebatur 33. quæst. 1. si quis acceperit; nisi mulier velit per aspectum corporis probare impedimentum, quia tunc standum est probationi mulieris. arg. 27. quæst. 1. cap. Nec aliqua: Et mulier si probauerit per inspectionem corporis separandi sunt. Ponatur casus, quod si mulier fuerit corrupta, quid iuris? quia aspectus corporis nihil operatur ℞. quod requiritur iuramentum mulieris, cum septima propinquorum manu.

Rursus non est credendum viro, qui prouocat ad iudicium suam coniugem, quamuis dicatur caput mulieris, nisi sint aliæ probationes, tum quia vir est actor, & actori non incumbit probatio 6. quæst. 1. cap. actor cap. de edendo, qui accusare, tum quia si crederetur verbo vnius, non formidaretur incurrere periurium per viros, vt possint separari ab vxoribus.

8 Quæritur, quid dicendum est de maleficio? ℞. quod de maleficio dicendum est, sicut dictum est de frigiditate, quia si maleficium sequatur Matrimonium iam contractum, siue fuerit consumatum per carnalem copulam, siue non, non dirimitur, si autem præcedit Matrimonium, aut illud maleficium est perpetuum, & tunc dirimit Matrimonium contractum, & impedit contrahendum 33. quæst. 7. cap. 10. per sociarias. Perpetuum dicitur, quando humano opere, ei subueniri non potest, aut temporale, & tunc non dirimit, & ad hoc experiendum Ecclesia constituit tempus trium annorum sicut de frigiditate.

9 Quæritur, quæ differentia est inter frigidatem, & maleficium? Respon. quod frigidus est impotens ad omnes mulieres & ita datur licentia mulieri nnbendi cum alio, sed ex maleficio potest homo esse aptus ad vnam mulierem, & ad aliam non, & ideo quando iudicio Ecclesiæ dissoluatur propter impedimentum maleficij, datur vtrique licentia ad Matrimonium contrahendum.

10 Quæritur vnde procedit maleficium? ℞. quod ex diabolo, Deo permittente, itaque in imaginatione homiaum dia-

lus imprimit, ex qua impressione, tollitur viro concupiscentia, quæ mouet ad talem mulierem, & non ad aliam, & similiter posset esse ad omnes mulieres, tale maleficium in viro impediendo exercitationem concupiscentiæ, per quam carnalis copula tollitur, & posito casu, quod tale maleficium destrui, & remoueri possit, sicut malefici tentãt, nihilominus? diceretur perpetuũ, quia nullo modo debet quis auxilium, dæmonum inuocare, secundum compendium septem Sacramentorum.

11 Quæritur, quid iuris si vir non possit cum vxore sua virgine complere carnalem copulam, & possit eam complere cum corrupta? ℞. quod non propter hoc dissoluitur matrimoniũ, quia medecinaliter possunt claustra pudoris aperiri sm̃ compendiũ septẽ sacramẽtorũ Frigiditas perpetua est, cui non potest subueniri, & hæc est dupliciter cõsiderãda, quia aut pcessit matrimoniũ, aut seqtur si præcessit, dirimit matrimoniũ, ita quod ille, qui illud impedimentũ habet perpetuo maneat absq. spe coniugij: ille vero ex parte cuius non est impedimentũ, nubat Dño, cui voluerit extr. de frig. cap. laudabilem 33 quæst. 1. & 2. Si vero impedimentum superueniat post matrimoniũ contractũ, & consumatum, vt quia castratur, vel ex infirmitate frigiditas deuenit, & redditur impotens, propter hoc non dirimitur Matrimonium.

12 Quæritur vtrum senes, qui sunt frigidi, quid? ℞. quod quamuis senes non habeant calidum sufficiens ad redendũ debitũ carnalis copulæ, ideo eis conceditur matrimonium contrahere sucũdũ, quod est in remedium, & non secũdũ, quod est in officium naturæ, & generationem.

13 Quæritur quomodo potest cognosci impedimentum esse perpetuum? ℞. quod quando per triennium cohabitauerũt simul operamque dederunt carnali copulæ studiosè, si adhuc durat maleficium præsumitur esse perpetuum.

14 Quæritur, quid iuris de impedimento accidentali, vt puta de spadonibus, & castratis, &c. Respond. quod si sectio præcessit Matrimonium, separandi sunt, si autem non præcessit, non sunt separandi, licet vir factus sit inutilis ad reddendum debitum 32. quæst. 1. extr. vt lit. non constet. cap. quoniam frequenter, & illud idem, quod dicimus, de sectione super veniente, quod non separat Matrimonium prius contractum, dicendum est de impotentia coeundi, si superuenit Matrimonio consumato, quod non dirimit matrimonium & sic breuiter dicendum est de alijs impedimentis, quæ superueniunt matrimonio iam consumato, quod illud matrimonium non dissoluitur.

15 Quæritur si contrahentes scirent, impedimenta præallegata antequam contrahant, & postea contrahunt, quid? ℞. quod non est locus separationi, quia imputatur eis, qui scienter impotentibus se coniunxerunt. ff. de adulter. l. si vxor in fin. in cap. si quis vxorem 33. quæst. 1.

16 Quæritur vtrum vir, propter crimen adulterij possit vxorem suam dimittere, & alteri nubere? Respon. quod potest eam dimittere, non autem alteri nubere, quia vinculum Matrimonij perpetuum manet inter virum, & vxorem quandiù vixerint: secundum compendium septem Sacramentorum, puta, si inuenit eam solam cum solo, & loco, & tempore suspectis, & nudam cum nudo, &c.

17 Quæritur vtrum vir vxorem fornicantem, propria auctoritate dimittere possit ℞. quod potest quoad torum tantum, quam cito constat ei de fornicatione eius, nec ei tenetur reddere debitum, cap. significasti, cap. ex litteris, cap. gaudemus de diuortijs, cap. licite 37. quæst. 7. nisi per Ecclesiam compelleretur, & tunc ei nullum generat præiudicium de eius fornicatione, & sic non potest dimittere vxorem suam fornicantem quantum ad mutuam cohabitationem, nisi per iudicium Ecclesiæ, secundum Bonau. & comp. septem Sacramentorum, quia publicum iudicium nemo, nisi iudex publicus inferre valet, id quod testibus, aut alia via iuridica est comprobatum, tradere autem vxorem à domo, pellere, est publicum iudiciũ, nemo ergo id propria auctoritate inferre valet: Idẽ enim tunc esset Iudex, & actor, quod iura abhorrent,

rent. Sed tamen adeo notorium esse posset adulterium, vt possit maritus absque alio iudicio eam deserere, vt pote si adultera in ædes adulteri se receperit, cum quo publice habitat, Sylu. in verb: diuortium quæst. 8. Sot. dist. 36. in 4. quæst. vnica art. 3.

18 Quæritur nunquid mulier possit dimittere virum suum ex causa fornicationis, sicut vir vxorem? Respon. quod sic, vnde Mag. sent. 35. dist. quarti, cum Dominus concedit viro vxorem dimittere causa fornicationis eadem licentia non tollitur mulieribus. Vnde Innoc. Pap. christiana religio adulterium in vtroque sexu pari ratione condamnat. Adultera enim vxor nequit dimitti à viro suo, nisi, & ipse expers sit fornicationis. Vnde August. nihil iniquius est, quam causa fornicationis dimittere vxorem, si ipse etiam conueniatur de fornicatione. Ad hoc concordat Apost. ad Rom. i. in quo alium iudicas, te ipsum condemnas.

19 Quæritur qui plus peccat fornicando, vir, aut mulier? ℞. quantum ad bonum matrimonij, maius peccatum ast ex parte mulieris, quam ex parte viri.

20 Quæritur nunquid semper vir potest vxorem fornicantem dimittere? ℞. quod non, sed in septem casibus. Primus est, si vir etiam fornicatus fuerit: secundus, si uir eam prostituerit, vel duxerit eam ad fornicandum; Tertius quando vxor probabiliter credit virum suum esse mortuum, & alteri nubit, sed viro redeunte statim ab illo recedit, & redit cum quo primo nupserat. Quartus, quando est ab alio cognita sub specie viri sui, quem credebat esse virum suum; Quintus, quando fuit vi oppressa, & intelligitur de vi absoluta, quæ non fit, nisi per motum; Sextus, quando reconciliauit eam post adulterium, vel publice adulterantem retinuit: Septimus, quando infidelis ab alio infideli dimissus secundum ritū suum, eo dimisso alteri nubit, & postea vtroque ad fidem conuerso cogitur per Ecclesiam recipere, Et breuiter, si vir post diuortium velit reconciliare sibi vxorem suam, potest secundum compend. septem Sacramentorum, & mag. sent. dist. 4. vbi dicit, possunt autem recōciliari, & cohabitare sicut prius, si dimissam alter reuocare voluerit.

21 Quæritur vtrum mulier, quæ per adulterium suscepit puerum, & dedit marito, vt filium suum, teneatur ad restitutionē, vel quomodo se debeat habere? ℞. quod talis adultera habet quinq. remedia, primem si habet bona paraphernalia, seu alia propria, quæ possit ad libitum distribuere; Secundum debet suadere honestis vijs, vt talis filius, quem ab alio concepit, intret religionem, vel quod efficiatur clericus, & viuat de beneficijs Ecclesiasticis; nullo modo tamen debet prodere suum crimen, nec filio suo dicere, Tertium debet de sua dote si habeat, vel de aliquo alio agere ad emendam hæredi legitimo: Quartum bona mariti augere tanto plus laborando, vltra, quam per Matrimonium obligatur & tanto minus expendendo in vestitum, & victum de his, quæ honestè impendere potest, & si hoc non sufficit, debet. Quintum cum adultero patre spurij procurare, si credit, vt ipse satisfaciat: & si hoc non sufficit, & alter non possit, de peccato acerrimè doleat secundum Landulphum, super 16. dist. 4. sent. ac secundum communem aliorum sent.

22 Quæritur vtrum vxor à marito possit separari ob eius seuitiam? ℞. quod potest, quo ad habitationem, si maritus non reddat sufficientem cautionem de non offendenda vxore, cap. 1. vt lite non cont. cap. literas. de rest. spol. immo non solum ob præteritam seuitiam, sed etiam ob timorem futuræ, potest esse causa separationis, vt not. in d. cap. literas. Quæ autem continere debeat hæc cautio, discretus iudex arbitrabitur Panor. in d. cap. literas. num. 7. scilicet quod ei non debeat aliquod malū inferre; Si vero dictam cautionem non præstiterit, non solum potest dictam separationem, vt in auth. de nupt. §. si quis vtitur alias, §. mitiores. 4. col. & in auth. vt liceat matri, & auiæ. §. si quis autem col. 8. sed etiam ab eo discedere, quo casu debet ei restitui dos, vel alimentare extra domum mariti, secundum Cinum, & alios in l. quod in vxorem. C. de neg. gest.

Nam quando dicitur, quod vxor fugiens à domo mariti, redditur de adulterio suspecta; intelligi debet, nisi vir fuerit causa fugæ, ipsam malè tractando, & acriter verberando, quia vxorem acriter verberare non licet, etiam cum causa, ita glos. not. in cap. sicut alterius 7. quæst. 1. & in sequenti num. 27.

23 Rursus vxor potest à marito separari per fornicationem carnalem eius. Matth. cap. 19. V. g. si maritus teneret concubinam, quo in casu potest licite vxor à marito discedere, quam debet alimentare, extra domum, secundum Doct. in d. l. quod in vxorem. C. de neg. gest. & non debet ei restitui donec prestet cautionem de concubina expellenda, & non reassumenda etiam per oppositionem, pænæ per text. in l. ex ea parte. §. mulier. ff. de verb. oblig. & multis alijs. Bald. in l. 1. vt lit. non contest. 1. col. Exasperantur enim mulieres quantumcumque castissimæ per retentionem concubinæ a maritis l. consensu. C. de repud. Non enim benè conueniunt nec in vno lecto morantur vxor, & concubina, quia solet insidiari vitæ vxoris: immo excommunicatione feriendus est vir, si ter monitus, nollet ab illa abstinere cap. intelleximus de adult.

24 Quæritur vtrum si maritus etiam habuerit aliqua indicia sufficientia circa adulterium vxoris, an possit eam dimitrere? Respon. vt supra, quod possit quoad torum, nempe, quia eam in eodem cubili, cum adultero reperit, aut aliter amplexatos, quia minora indicia, & minores rumores non sufficerent, tunc posset propria auctoritate in conscientia, quoad torum, hoc est ab eius amplexu abstinere debitumque illi etiam petenti denegare, cap. significasti cap. ex literis, cap. gaudemus de diuortijs. cap. licite 37. quæst. 7. & peccaret mortaliter maritus petendo, vel reddendo debitum vxori, quam scit adulterari, & potest licitè, & absque peccato discedere ab ea, quoad torum, cap. si quis 32. quæst. 1. & est communis opinio, Couar. de sponś. 2. part. §. 2. num. 7. Quod tamen fallit, primo quando illa se emendauit, vel secundo, quando eo fine debitum petit, ne ipsemet incidat in adulterium, dummodo non alijs prebeat occasionem credendi se vxoris esse lenonem: iuxta Archiep. Flor. 3. part. tit. 1. cap. 20. §. 9. Nauar. cap. 16. num. 28. tertio quando vir innocens probabiliter arbitretur vxorem non posse ab adulterando arceri sine maximo scandolo, & damno publico, vel priuato. Item quarto quando adulterium esset occultum, vel quinto nisi postea innocens adulteretur, quo casu amplius non posset negare, quia paria delicta mutua compensatione tolluntur, quando circa idem sunt commissa; cap. intelleximus de adult. Quamobrem confessarij debent benè aduertere, & præcipere multis maritis, qui recedunt à toris vxorum propter præsumptum, vel verum adulterium, & se copulant alijs, vt redeant ad eas, hi enim nullatenus sunt absoluendi, nisi prius incipiant reddere debitum vxoribus, aut certè concipiant firmum propositum reddendi.

25 Quæritur vtrum scelus contra naturam, sit causa separationis? Respon. quod sic, cap. omnes causationes. 32. quæst. 1. Abb. in cap. maritis de adult. Sylu. in verb. diuortium quæst. 7. quorum opinio communis est, & ratio est quia nomine fornicationis, intelligitur omnis illicitus coitus 32. quæst. 7. cap. non solum, facit ead. quæst. 4. cap. meretrices. in fin. & cap. sequen. sed an vxor possit à viro separari, si propriam vxorem polluat extra pudoris claustra, vel se ipsum polluat proprijs manibus, dicunt, quod non, ita glos. in d. cap. omnes causationes.

26 Quæritur vtrum fornicatio spiritualis sit causa separationis? Respon. quod sic, vt si hæreticus sit, aut in hæresim labatur cap. 2 de diuortijs. cap. fin. de connub. coniugum 28. quæst. 6. cap. vxor, & cap. seq. non est cogendus catholicus coniux ad cohabitandum cum altero in hæresim elapso: etiam si is pænitentia ductus ad Ecclesiæ gremium redierit, sic aduersus glos. Abb. expressim notat in cap. vltimo de connub. coniug. Quod intelligitur quando catholica ab hæretico discessit præmisso

Ecclesiæ iudicio ipso declarato hæretico, secus si propria auctoritate, Couar. de sponſ. par. 2. §. 5. nu. 5.

27 Quæritur vtrum furor mariti sit causa separationis? Respon. quando furor esset ita ardens, & vehemens, vt periculum esset cohabitare cum coniuge furioso, potest esse legitima causa, vt vxor separetur à viro, ita communis est sententia, quam refert Alex. in l. si cum dotem. §. maritus. ff. solut. matrim.

28 Concubinarij publici, qui prius moniti sunt, si non obediunt, sunt excommunicandi, & concubinæ in exilium mittendæ, iuxta id, quod statuit Concil. Trident. sess. 24. cap. 8. de reformat. matrim. & in hæc verba: statuit huiusmodi concubinarios tam solutos quam vxoratos, cuiuscunque status dignitatis, & conditionis existant, si post, quam ab ordinario etiam ex officio ter admoniti ea de re, fuerint, concubinas non eiecerint, seque ab earum consuetudine non seiunxerint, excommunicatione feriendos esse, aqua non absoluantur donec re ipsa admonitioni factæ paruerint. Quod si in comcubinatu per annum, censuris neglectis, permanserint. contra eos ab ordinario seuerè pro qualitate criminis procedatur. Mulieres siue coniugatæ, siue solutæ, quæ cum adulteris, seu comcubinarijs publicè viuunt, si ter admonitæ non paruerint, ab ordinarijs locorum nullo etiam requirente, ex officio grauiter, pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum vel diæcesim, si id ijsdem ordinarijs videbitur inuocato (si opus fuerit,) brachio seculari eijciantur, alijs pænis contra adulteros, & concubinarios inflictis in suo robore permanentibus.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur dotare filiam suam.*
2 *Dos quid sit.*
3 *Dotis species quot sint.*
4 *Dotis priuilegia, & proprietates.*
5 *Vxor à viro suo potest repetere dotem.*
6 *Dos potest sequestrari viro male viuenti.*
7 *Dotem vir quot modis lucratur.*
8 *Dos cui sit restituenda.*
9 *Dos quando sit restituenda.*
10 *Dos qualiter restituenda.*
11 *Donatio conditionalis quomodo reuocari potest.*
12 *Præscriptio, quid sit.*
13 *Possessor bonæ fidei quis dicatur.*
14 *Fundus dotalis alienari non potest.*
15 *Res, quæ non possunt alienari, non possunt prescribi.*

De Iure Dotis. Cap. LI.

1 QVæritur vtrum pater teneatur filiam dotare? ℞. quod tenetur, & præsertim ea, quæ suo consensu nupsit. & regulariter contra patrem potest officio iudicis implorari, vt filiam dotet l. quod liberos. ff. de ritu nuptiarũ, & not. in l. obligamur. §. l. ff. de act. & oblig. & in l. ff. de act. & oblig. & in l. fin. C. de dot. promis. Si vero filia nupsit inuito patre Panor. in cap. 1. de spóſ. impub. virtualiter sic distinguit, aut nupsit digno, aut indigno, si indigno, non tenetur, gloſ. est not. 32. quæst. 2. in cap fin. & 36. q. 1. in cap. de raptoribus quod intellige sm̃ d. Ant. in cap. accedens de procura, & Imola ibidem: Si est indignus turpi indignitate, secus si esset indignus, idest nó paris conditionis, verũ tũ poterit minorẽ tradere dotẽ, ex conditione personæ, & faciũt, q̃ habentur in l. cũ post diuortiũ. §. gener. ff. de iur. dot. iuncta gloſ. in l. si voluntate. C. de dot. promiſ. si autem filia eligit sibi virum dignum, vel non dignum, subdistingue. Nam aut promisit dotem, & sic pater tenetur eam dotare, licet enim in tali promissione non consenserit, tũ filia per hãc promissionẽ releuat patrem a debito dotandi, & ideo tanquã in re partibus vertatur ista promissio; tenebitur pater de in rem verso. Ita dicit Bart. in l. obligamur §. lege. ff. de action. & obligatio. per text. in simili in l. & ideo. §. fin. & l. filius. ff. de in rem verso. Quanta autem debeat esse dos, dico, quod etiam in modico potest constitui, vt dicit gloſ. in l. Imperialis. C. de nuptijs in verbo dotalibus, quod est circa medium, & quia dos succedit loco alimentorum, vt not. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero,

ff. de conditio, & demonstratio, & per Bald. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure, ideo secundum hoc æstimabitur, & fit pensatis conditionibus, & alijs qualitatibus.

Item pater tenetur etiam filiã dotatã dotare secundo, si dotem cõsumpsit Bald. in l. si cum dotem. §. si post solutum. ff. soluto Matrimonio dicit, quod sic, sed Bart. hoc ibi putat verum, si filiam dotem perdidit sine dolo, & culpa sua, alias secus, pro quo est casus. C. de collat. authent. quod locum ibi filiæ possit imputari, & per hoc dicit Bart. facit quod si pater dat filio legitimam pro soluenda condemnatione ex forma statuti, quod iterum ei dare, vel relinquere, non teneatur.

2 Quæritur, quid est dos? Respon. dos est, quod datur viro ab vxore, vel ab aliquo eius nomine, vt à patre vel extraneo pro oneribus Matrimonij sustinendis, & secundum quod colligitur ex legibus, & canonibus, & doctoribus diffinitiue est, & ita not. per cano. in cap. Raynutius, & per legistas, in rubr. ff. solut. matr. & est dos proprium mulieris, patrimonium ff. de mino. l. 3. §. sed vtrum, tandiu durans, quandiu, & Matrimonium, quo soluto soluitur, quia sine eo esse non potest ff. de iur. dot.

3 Quod sunt dotis species? Respon. duæ vna dicitur profectitia, alia aduentitia. Dos profectitia est, quæ à patre vel tanquam à patre, siue auo, vel pro auo, siue alio superiore de linea patris pro filia, vel neptæ, & huiusmodi de bonis eorum proficitur, vel quæ alias de mandato, vel nomine eorum, & ipsi ratum habent constituitur, vt in l. profectitia in princ. ff. de iur. dot. vel à præside, aut curatore eius, si sit prodigus, aut furiosus, vt ibidem, etiam si filia esset emancipata, vt ibi. §. fin. quia non patria potestas, sed patris nomen dotem profectitiam facit.

Dos autem aduentitia est, quæ non proficiscitur à parente, vel quasi parente, sed eam dat mulier per se ipsam, vel quilibet alius à patre, vel ab auo, & prædictis, siue sit frater, siue auunculus, vel quilibet alius, vt d. l. profectitia, vnde si pater non dedit, tamquam pater sed vt extraneus puta, quia debebat filiæ, & eius voluntate dedit in dotem viro, dicitur dos aduentitia, vt d.l. profectitia.

4 Quæritur, quæ sunt priuilegia, vel proprietates dotis? Respon. quod multa, primum nam omnia bona viri sunt tacitè hypothecata pro dote, de pignor. cap. ex litterris immo etiam pro bonis paraphernalibus secundum Panor. in cap. ex litteris de pignor, quoniam ipse habetur illorum bonorum administrationem. C. de pact. conuen. l. vlt. secus si illa mulier habet illa bona penes se. Pro quo vide etiam in d. cap. ex litteris quæ vult, quod etiam bona prælati sunt tacitè obligata Ecclesiæ, pro mala eius administratione, & sic poterit Ecclesia agere cõtra tertium possessorẽ, sicut agit mulier pro dote, Secundum non perditur propter maleficium viri, etiam si sit crimen læsæ maiestatis. C. ad l. Iuliam maiest: l. quisquis, & in d. cap. ex litteris, nec etiam patris, vt not. ibi glos. quod tamen fallit in vxore primi pilarij in eo officio delinquentis. C. quibus modis pig. tac. contraha. l. satis notum, & C. de prim. pilar. l. vtilitas. Tertium quia præponitur omnibus creditoribus etiam prioribus, qui habent personales actiones, vel etiam tacitas hypothecas, nisi sint in simili iure, vt quia petunt dotem præcedentem, vt l. assiduis C. qui potiores in pignore habeantur, secus secundum aliquos in habentibus expressas, vt not. glos. in d. l. assiduis. Et Dinus in regula, qui prior lib. 6. & hoc tenet Accursius in d. l. assiduis, & Bart. qui dicit malum esse sententiare contrarium. Quartum nam Ecclesia potest se impedire de dote, non solum in fauorem viduarum, vt in cap. nuper de donat. inter vir, & vxor, sed etiam mariti petentis sibi dotem promissam, vt in cap. per vestras eo tit. & facit, quod not. Innocen. in cap. lator, qui filij sunt legit, quamuis alij contrarium teneant, nisi accessoriè. Quintum, quia viro ad inopiam vergente, iudice iubente, potest dari pecunia dotalis mercatori, cum pacto, vt capitale sit saluum, & de lucro percipiant vir, & vxor partem honestam, compensato lucro cum damno si-

ne

ne vſura, vt in d. cap. perueſtras. Et ita tenet Io Andr. & Car. in d. cap. perueſtras, & Fulgo in l. cum duobus ff. pro ſocio, item ſi in facto, & Bald. in quodam conſilio incipiente, viſo inſtrumento. Sextum, quia ratione dotis, quam vir habet pro oneribus matrimonij tenetur vxori de expenſis intus, & extra ſecundum quantitatem dotis. ff. famil. erciſcund. l. ſi maritus etiam ſi dotem non habet, vel perdidit culpa ſua ſi tamen mulier ſponte recedit, ſecundum Petr. de Palud. non recuperat expenſas, niſi a tempore, quo rediens non eſt admiſſa, nec ſponte vaganti, vt idem dicit, tenetur ad expenſas, niſi quando ex iuſta cauſa vagatur puta propter nimiam ſeuitiam viri, vel huiuſmodi, vel quia vir ad longinqua vadit, & eam mittit ad parentes cauſa honeſtatis: Septimum, quia habens cognoſcere de Matrimonio, habet cognoſcere de dote, tanquam acceſſorio extr. de donat. inter vir, & vxor, cap. 1. 2. & 3. Octauum quia fundus dotalis nullo modo alienari poteſt.

5 Quæritur vtrum vxor poſſit à viro ſuo repetere dotem? ℞. sm̃ ius ciuile, quod poteſt, primo ſi vir vergit ad inopiam, etiam ſine culpa ſua poteſt vir agere ad dotem: ſecundo ſi ſubſtantia viri non ſufficit ad ſatisfactionem dotis, & aliorum creditorum, poteſt vxor dotem repetere, ff. ſolut. matr. l. ſi conſtante, tertio, ſi vir ita ſe gerit, quod ad inopiam vergat poteſt vxor petere dotem: quarto ſi cepit vti malè ſubſtantia ſua authent. de æqua don. & vxor poteſt petere dotem, & fructus accipere, & nullo modo mulier poteſt, per tacitum pactum præiudicare ſibi, vtilitas enim publica eſt, vt dos maneat integra mulieribus, & l. 1. ff. ſolut. Matrim. & Abb. de donat; inter vir, & vxor, cap. per veſtras, & Petr. de Palu. 4. diſt. 42. & in d. l. vbi, & eſt communis opinio legiſtarum, vt refert Panor. in cap. per veſtras de donat. inter vir, & vxor.

De dote vxoris ſoluto matrimonio vir nihil lucratur de iure cõmuni, ſed dos integra ad vxoré, & eius hæredes reuertitur ſimile eſt de vxore, quo ad donationé ꝓpter nuptias, & ſi mulier conſtituit ſibi dotem, quia ſi ab extraneo, reddit ad eũ, pro quo ſtipulatus eſt, ſi pater conſtituit dotem, & ſtipulatus eſt ad ipſum reuertitur, ſi pro filia ad filiam, ſimiliter ſi mancipatur ad filiam, ſi filia præ moritur actio competit patri, etiam ſi extant filij ex ea, ſi tamen filia prius non fuit mancipata, abb. vbi ſupra.

6 Dos poteſt ſequeſtrari viro malè viuenti, ex Bart. in l. ſi cum dotem. §. fin autem in ſæuiſſimo, ſolut. matr. ſecus ſi malè vtatur bonis ſuis quia debet dos reſtitui Bart. ibidem Dos conſtante Matrimonio debet vxori reſtitui confiſcatis bonis mariti, quia debet de eis extrahi, & confiſcata non intelligitur gloſ. & Bart. & Bald. & doct. in l. 2. ff. de ſolut. Matr. & eſt caſus in cap. ex litteris de pignor.

Item mulier conſtante Matrimonio poteſt dotem repetere. & eam diſpenſare pro anima patris ſui, Io. de Imol. in l. quamuis ff. ſolut. matr. argu. l. ſancimus de ſacr. ſant. Eccl.

Fiſcus tenetur dotare filiam eius, cuius bona ſunt confiſcata, Bald. in l. 1. C. de dot. promiſſ.

7 Quæritur, quot modis vir lucratur dotem vxoris? Reſpond. tribus. Primo ex pacto, vt ſi paciſcatur de tota dote, vel eius parte lucranda poſt mortem vxoris. C. de pact. conuen. l. ex morte. in princ. & in authent. ibi poſita. Secundo ex lege, & hoc dupliciter, ſcilicet ex adulterio, vel fornicatione ſpirituali, puta hæreſi, vir, & vxor perdunt ſimiliter dotem, & donationem propter nuptias, ſecundum Panor. in cap. fin. de conuerſ. coniug. pro quo l. cõſenſu C. de repud. Et ſi vxor moriatur inteſtata deficientibus liberis, & propinquis, quo caſu vir ſuccedit vxori, dotemq. lucratur; & è conuerſo eſt. C. vnde vir, & vxor. l. 1. In alijs auté caſibus dos ad mulierem redit, & ad virũ donatio propter nuptias, niſi ſecus obtineat cõſuetudo, extr. de don. inter vir. & vxor. cap. donatio. §. ſane. Tertio aliquando ratione conſuetudinis, vt dictum eſt.

8 Quæritur cui reſtituenda ſit dos, ſoluto matrimonio? ℞. quod licet maritus de ſubtilitate iuris efficiatur dñs dotis ſibi datæ, vt in l. rebus. C. de iur. dot. & l. dote ancillã. C. de rei vẽd. tñ ad illũ ꝑtinet poſt mor-

mortem vxoris, nisi in duobus casibus. Primò ratione pacti, de dote lucranda. Secundò, quando mulier intestata decedit sine liberis, & propinquis, quia vxori succedit, & è contra vxor viro l. vnica. C. vnde vir, & Vxor. Et similiter duobus casibus prædictis ad mulierem pertinet donatio propter nuptias viro defuncto, & ita etiam tenet, summa Ang. Tertiò ratione consuetudinis, præter hos casus autem pertinebit ad eum, qui eam consti uit, si stipulatus est eam sibi restitui, siue sit pater, vt in l. vnica §. accedit C. de rei vxo. acti. si autem constituit quidam eam, sed non est ita stipulatus eam restitui, tunc si sit extraneus, reddetur Vxori, si superest, vel hæredibus eius si decessit.

9 Quæritur quando restituenda sit dos? Respōd. si dos consistit in rebus immobilibus, debet reddi statim soluto matrimonio; si verò in rebus mobilibus, restitui debet intra annum C. de rei vxor, acti. l. vnica §. cum autem. Quod tamen in marito limita, si potest quia si dolo malo non est versatus, non restituet, nisi in quantum potest scilicet ratione, ne egeat d. l. vnica, & si paciscatur. vt conueniri possit, vltra quam possit facere, est contra bonos mores, & pactum non valet ff. solut. matr. l. alia §. 1. quod priuilegium transit ad filios eiusdem matrimonij, vt ff. solut. matr. l. maritum. Sed tamen tam ille, quam isti cauebunt de restituendo residuo, si venerint ad pinguiorem fortunam, vt not. in d. l. maritum, de quo vide glos. in cap. mulieris, & ibi per Canonistas de don. inter vir. & vxor.

10 Quæritur qualiter restituenda est dos? Respond. quod sunt multa consideranda; primum expensarum factarum à marito, vel hæredibus, circa dotem quædam sunt necessariæ, vt illæ, quæ si factæ non fuissent, aut res perijsset, aut fuisset deteriorata: si domus, quæ ruinam minatur aptetur, aut restaurentur tecta. Quædam verò vtiles; vt quæ rem meliorem faciunt, & deteriorem fieri non sinunt, sicut vineæ pastinatio, vel huiusmodi, & quædam voluntariæ, seu voluptuosæ, vt quæ rem tantum ornant, sed fructum non augent, vt viridaria, & picturæ, & incrustationes, & huiusmodi ff. de verb. signif. l. impensæ, & dicuntur incrustationes, crustæ subtiles marmoris extra murum positæ. Dico quod in restituenda dote defalcari possunt expensæ necessariæ factæ, quæ ipso iure dotem minuunt secundum glos. in cap. mulieres de donat. inter vir, & Vxorem. Vtiles autem non minuunt dotem ipso iure, sed petuntur actione mandati, vel negotiorum gestorum. Voluntariè vero, quidam dicunt simpliciter perditas, si separationem recipiunt, vt picturæ in tabula & panno, mulier reddere potest ff. de imp. iure. l. 1. & l. pro voluntarijs C. de rei vxor. actio. l. vnica §. sed. nec.

11 Quæritur vtrum reuocari possit donatio conditionalis, & modalis .i. facta sub modo seu causa? Respond. de conditionali dico, quod reuocari non potest conditione pendente, quia ex futuro euentu pendet, & facit l. potior §. videamus ff. qui potest in pign. hab. nec etiam purificata conditione, quia est vera, & mera donatio, sed intellige quātum ad vtrunque, si cessat ingratitudo, & omnis alia causa sufficien. reuocandi: nec etiam conditione deficiente, quia quod non est, reuocari non potest de spons. impub. cap. ad dissoluendum, vnde erit perinde ac si non fuisset donatum.

Quantum ad modalem, dico colligendo ex not. per Doct. in cap. verum de cond. appos. quod si modus non seruatur distinguendum est, quia aut modus fuit principalis seu finalis causa contractus, & ita reuocari potest secundum Bart. in l. 2. fin. ff. de donat. l. cum lege C. de pact. inter empt. & vend. vbi reuocatur contractus nominatus, non impleto modo, quando fuit principalis causa contrahendi, & sic intellige l. ea conditione. C. de rescin. vend. Aut non fuit causa donationis, & sic non reuocatur cessante modo, & facit l. Meuius ff. de manumis. tex. vbi libertas legata tribus seruis sub hac conditione, at alterius vicibus, luminaria accenderent super legatoris sepulcrum: non reuocatur quamuis non impleatur modus, quia text. non considerauit modum, vt causam finalem datæ libertatis, sed vt causam impulsiuam. Et si sumus in dubio, & donatio est in piam causam, fauore piæ cau-

sæ,

sæ, videbitur contemplata pia causa, pro causa finali, vt videtur, velle Bart. in l. ea conditione. C. de rescind. vend. & in l. si pecuniam in princ. ff. de condi. ob caus. alias non.

Quantum verò ad donationem inter patrem, & filium, dico, quod nec pater filio, filieuæ existenti in eius potestate donare potest nec e conuerso, quia pater, & filius sunt quasi vna persona. C. de impube, & aliis substitutis l. fin. & secundum Azonem in summa omnia dicta de donat. inter parentes, & liberos ideoque donatio nulla est, nisi in casibus in quibus hæc donatio tenet. Primo in dote, & donatione propter nuptias. l. Pomponius Philadelphus. ff. filiæ ercis cundæ, & ff. de collatione bonorum, & ff. de collatione dotis per totum, quæ æquis passibus ambulant, vt l. fin. ff. de donat. ante nupt.

12 Quid est præscriptio? Respond. præscriptio est, quod inducitur ad extinguendum ius alterius, & ad defensionem contra alteri ius congruens, tunc tali defendenti, non est necessaria vera possessio, vel quasi alias præscribi nō possent actiones personales, contra l. secundam C. de consti. pecu. & contra l. sicut de præscript. 30. anno, quia nemo verè eas possidet, nisi cui verè competunt: vt not. Innoc. in cap. literis de restit. spoliat, & hæc est dict. Card. in capit. cum non liceat eo. tit.

13 Item non est possessor bonæ fidei, qui habet conscientiam læsam .i. dubiam, dubitatione firma ex iusta causa dubitandi an res sit sua, an non. Pro quo scito quod talis secundum Direct. adhuc est bonæ fidei, & præscribit, licet debeat diligenter inquirere, & si rem alienam esse inuenerit. restituere, & idem glos. in cap. fin. eo. tit. cuius opinionem tenet Panor. ibi dicens eam esse communem. Sed d. Ant. in d. cap. fin. dicit quod talis non est in bona fide, nec præscribit, quia iura requirunt ne dum, quod non sit in mala fide, sed etiam quod sit in bona, in qua talis non est, & expresse dicit, quod in in iure prædiorum tandiù quisque bonæ fidei possessor rectissimè dicitur, quandiù se possidere ignorat alienum, cum verò sciuerit, nec ab aliena possessione, recesserit, tunc malæ fidei prohibetur. Non est etiam in bona fide quantum ad hoc, vt possit præscribere semper is, qui accipit ab eo, qui est in mala fide, quia vt dicit Direct. lib. 2. licet mala fides tradentis non noceat accipienti in præscriptione 30. vel 40. annorum d. §. porest, & d. l. si quis emptionis, secus in præscriptione annorum 10. aut 20. vt in d. authen. malæ fidei.

14 Fundus dotalis non potest alienari, nec eius præscriptio inchoari l. fundum ff. de fundo dot. & glos. ac Bart. in l. 2. C. de vsucap. per empt. Si erat inchoata antequam esset dotalis fundus, vel huiusmodi non impeditur vsucapio tex. in d. l. fundum.

Item aduertendum est, tamen, quod contra pupillum alteri succedente, durante pupillari ætate, præscriptio non currit, licet ante fuisset incepta, sed differtur post pupillarem ætatem l. sicut, C. de præscript. 30. annorum si sumus in rebus corporalibus immobilibus, & si sic possidet cum titulo, requiritur spatium decem annorum inter præsentes continuè, & viginti inter absentes, l. fin. C. de præscript. long. temp. si verò partim fuit præsens, partim absens, duplicabitur tempus absentiæ solum, in auth. quod si quis in quibusdam. C. de præscript. long. temp. sine titulo verò cum bona fide, & reliquis præscribitur 30. annis vt in cap. sanctorum, eo. tit. 16 quæst. 3. cap. placuit, & l. si quis emptionis C. de præscript. 30. annorum. Rursus fundus dotalis: res publica ciuitatis, res furtiuæ, res sacræ Instit. de vsu capio. præscribi non possunt.

Item scienter emens rem dotalem nō habet euictionem, etiam quoad prætium contra maritum vendentem l. cum vir. ff. de vsucap. latè Aymo. Crauet. de indemni. mulier. colum. 17. vers. neque obstat, quod maritus num. 23. Et vide per eundem Bald. in l. iubemus §. sanè

In legatis ad pias causas habet locum solum præscriptio 40. annorum secundum glos. in auth. de Eccle. §. pro temporalibus, & 16. quæst. 3. cap. pæn.

Si causa amicitiæ, vel parentelæ aliquis possidet rem alienam, nunquam præscribit l. fin ff. quemadmodum ser. amit-

amitten. & l. qui in iure familiaritatis ff. de aque poss. Hec præscriptio, currit quandiù quis est in potestate patris. C. de bo. quæli l. quæcunque.

15 Res quæ secundum leges alienari non potest, nec etiam præscribi potest. Quando dicitur res prohibita a lege non posse alienari, non intelligimus simpliciter non posse, sed secundum quid, hoc est absque iusta causa, & solemnitate, & illam permittat cũ solemnitate, sed quãdo simpliciter est prohibita a lege res aliqua alienari, & distinctè, vt est res sacra religiosa, & publica, & dotalis, tunc dicta regula non procedit, nec habet locum. Iaco. de Aret. quem refert Bart. in l. fin. C. in quibus cauſ. rest. in integr. non est necesse in 3. col. hoc refert Guliel. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. cap. 2. num 6. & 7. Vide infra part. 2. cap. 4. 5. num. 7. de vsura mentali, & num. 8. & 9. de longo tempore.

Finis Primæ Partis.



SVM.

SVMMA COMPENDIOSA CASVVM CONSCIENTIAE

EX SACRAE SCRIPTVRAE VOLVMINIBVS, AC SVMMISTIS ACCVMVLATA, QVAE SVMMA SVMMARVM IVRE VOCARI POTEST.

Ad faciliorem eruditionem Ecclesiasticorum hominum ad sacros Ordines promoueri volentium, necnon Confessorum, ac omnium animarum curam habentium apprimè vtilis & necessaria.

PARS SECVNDA.



PRÆFATIO.



Omnium rerum auctor, & moderator Deus, cum vineam suam dilectam de Aegypto, hoc est, de loco horroris, & vastæ solitudinis eduxisset; & si ab initio sepiuit eam Angelorum custodia, tamen non prius torcular, & turrim in medio eius erexit, quam eiecerit ex ea lapides, nempe Idola, & omnia, quæ verum Dei cultum poterant impedire, sicut diligentes, peritiq. Agricolæ faciunt, cum terram nouam colere incipiunt, priusquam semina mittant, euulsis tribulis, & spinis, & quæ impedimento esse possunt,

eam frugi aptam reddere solent; quam colendæ terræ rationem per Prophetam suum prius videtur pręcipere, vt declinemus à malo, tum etiam, vt faciamus bonum: ea enim est natura boni, quæ cum malo stare non potest, sicut lux cum tenebris stare nequit. Primum ergo præcepit euellere spinas, & tribulos, dicens: Non habebis deos alienos coram me. Quibus quidem verbis, duplex continetur præceptum. quorum alterum vim iubendi habet, alterum prohibendi. Nam quod dicitur: Non habebis deos alienos coram me. eam habet sententiam secum coniunctam, me verum Deum coles, alienis dijs cultum non adhibebis. Itaque hoc præceptum, vt forma negatiuum, ita & virtute affirmatiuum est, vt inquit S. Bonauent. lib. 3. sent. dist. 37. Si affirmatiuus sensus his verbis inclusus attenditur, latria iubetur, si negatiua verborum forma consideratur, idolatria prohibetur. Non habebis deos alienos coram me. In quo quidem præcepto, non solum est considerandum quale, aut quantum sit, quod iubetur, quam quantus sit ille, qui iubet; & quã magna pollicetur mandata eius exequentibus. Quamobrem optimo cuique sunt obseruanda Dei præcepta à quibus adimplendis, si labor deterret, præmium meditari oportet. Omne enim opus fieri solet leue, cum eius pretium cogitatur, & spes premij, solatium est laboris.

Considera quæso, ò homo, magnitudinem præmij tui, si tamen considerari potest, quod immensum sit. Post abscessum animæ, post carnis interitum, post fauillas, & cinerem in meliorem statum es reparandus: corpus tuum terrenum in cælum eleuandum est, si hæc seruaueris. Angelorum es donandus consortio, regnum accepturus cælorum, & in perpetuum cum eo mansurus, qui hæc tibi seruanda præcepit. Quem igitur laborem durum putabis, cuius tanta sunt præmia? Vt igitur ad vitam ingrediaris, serua mandata, quorum quidem obseruantiam, indulgentissimus ille pater tantum à nobis requirit, pro tantis suis in nos beneficijs; sed illa sub

æter-

æterna mortis pœna obſeruanda præcepit. Nihil autem Deus iubet, quod ſibi proſit: ſed illi cui iubet: ideo verus eſt Dominus, qui ſeruo ſuo non indiget, & quo ſeruus eget. Præcepta enim non niſi ſubditis dantur. At qui in Deum non credunt, qui ei ſubeſſe nolunt; ipſumque præcipientem audire recuſant, idolatræ ſunt. Qui verò credunt, & præcipienti auſcultant, ei parere parati, monendi ſunt primum, quo pacto Deum ipſum colere debeant, hæc latria vocatur. Peccant ergo in hoc præceptum, qui vero Deo latriæ cultum non exhibent: qui Idola venerantur: qui damnatis diuinationibus, ac ſuperſtitionibus fidem adhibent: qui ſortes deteſtatas in dubijs cõtingentibus conſulunt: qui cum dæmonibus conſortium ineunt: qui in hæreſim labuntur, de quibus omnibus deinceps ſuo ordine, Deo fauente, diſſeremus.

Præcepta Decalogi ſunt decem, vt in his verſibus continentur; ſcilicet.

Vnum cole Deum, Nec iures vana per ipſum.
Sabbata ſanctifices, Habeas in honore parentes.
Non ſis occiſor, Fur, Mœchus, Teſtis iniquus.
Alterius ſponſam, nec rem cupies alienam.

Et cum præcepta ſint in duplici differentia, æquũ eſt, vt incipiamus ab illis, quæ ad Dei ſpectant honorem: & primũ à primo, ſcilicet.

Vnum cole Deum.

SVMMARIVM.

1 *Adoratio eſt actus Deo debitus.*
2 *Adoratnr Deus adoratione latriæ.*
3 *Latriæ eſt cultus ſoli Deo debitus.*
4 *Adoratione Duliæ adorandi ſunt Sancti.*
5 *Adoratione Hyperduliæ adoranda eſt B. V. Maria.*
6 *Adoratione Hyperduliæ debetur creaturæ excellenti.*
7 *Adoratione Hyperduliæ adoranda eſt caro Chriſti conſiderata in ſe tantum &c.*
8 *Adoratione Hyperduliæ adorandum eſt lignum S. Crucis conſideratum &c.*
9 *Adorantur imagines ea adoratione, quæ debetur illis, quorum ſunt imagines.*

De decem præceptis Decalogi. Cap. I.



IN Christi nomine Amē. Quid est adoratio? Respond. Adoratio, siue adorare secundum Rabanum, est eum, qui adorandus est tota mentis intentione quærere: vnde ista differunt orare, adorare, & colere. Orare, siue oratio, est quædam eleuatio mentis in Deum per cognitionem, & amorem. Adorare autem vltra hoc addit, quod quæramus Deum tota intentione, quærere credendo, & firmissime sentiendo ipsum habere summam bonitatem, & ab ipso omne bonum emanare, & sine ipso nihil boni posse haberi. Colere dicit omnia prædicta, addendo cœremonias exteriores, vt sunt genuflexiones, sacrificia &c. Adorare non licet nisi solum Deum, in quem est credendum, vt patet in Symbolo Fidei. Credo in Deum. & probatur 26. quæst. 5. non liceat. & 22. quæst. 1. considera, & sic non licet adorare Idola, vel dæmones &c.

In hoc præcepto obligat nos Deus ad religionem, ad latriam, & ad adorationē: In adoratione sunt tres actus. Primus est intellectus, quo cognoscimus alicuius excellētiam, per quam illum adoramus: intellectus debet præcedere, vt cognoscat talem dignitatē. Secundus est actus voluntatis, quo subiicimus nos ipsos illi, propter eius cognitam excellentiam. Tertius est actus exterior, quo manifestamus istam recognitionem voluntatis, seu caput detegendo, & genua flectendo. Primus verò actus non est adoratio, quia hoc etiam facit Diabolus, qui recognoscit Deum omnium authorem: est tamen ille actus necessarius ad adorationem. Tertius actus non est adoratio, quia ille actus est indifferens ad adorationem, & irrisionem; hoc etiam pacto faciebant Iudæi Christum irridendo. Secundus autem actus est adoratio, id est, humiliatio voluntatis: effectus verò istius est adoratio externa, & si interior non est cum exteriori coniuncta, irrisio erit, non adoratio. Deus ergo exigit à nobis adorationem, vt cognoscamus ipsum Regem Regum, & authorem omnium mentis humilitate, & id ipsum actu exteriore exhibeamus.

2 Quæritur, qua ergo adoratione debemus adorare Deum? ℞. adorare debemus adoratione latriæ Tres personæ, relationes, attributa, & omnia, quæ in Deo sunt, vna adoratione adorantur, quia omnia sunt vnum in ipso Deo. S. Thom. 2. 2. quæst. 84. art. 1. ad 3. & S. Bonauen. etiam dicit, quod tres personæ diuinæ, vnica, & simplici adoratione sunt adorandæ. Vnde canitur: Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur; quia vnus Deus, vna maiestas &c. Nec maior debetur veneratio vni personæ, quam alteri.

3 Quæritur, quid est latria? Respond. est seruitus, qua soli Deo exhibetur honor propter dominium, quod super omnem creaturam exercet S. Tho. 2. 2. quæst. 103. art. 3. & est cultus soli Deo debitus ratione summæ potentiæ, & bonitatis in confessione veræ fidei in munere laudis, & oblatione cōsistens; hæc soli Deo quidem propter eius excellentiam: vnde si creaturæ exhibetur hic honor Deo debitus, est idolatria.

4 Quæritur, quomodo adorandi sunt Sancti? ℞. quod adoratione duliæ. Dulia dicitur à dules, id est, seruus latinè, inde dulia, id est, seruitus: sumit autem Gabr. lect. 49. can. duliam tripliciter, propriè, communiter, & communissime: propriè pro seruitute, siue reuerentia, quam serui, & subiecti debent dominis suis, & superioribus. Dulia verò licet aliquando sumatur generaliter pro seruitute, & reuerentia Deo, & creaturæ debita; propriè tamen sumitur ad distinctionem latriæ, pro illa seruitute, & reuerentia, quæ ratione

tione alicuius dignitatis excellentis debetur. rationali creaturæ: & ita Sanctos adoramus, veneramur, & inuocamus, nõ vt Deum, sed vt seruos, & amicos Dei, & vt nostros apud Deũ intercessores, eisq. secundum participationem aliquam tãtummodo cõicatam attribuenda est, secundum S.Th.2.2.q.84.art.1.ad 1.

5 Quæritur, quomodo adoranda est B. V.M.? ℞. B.V.M.quia specialem huius excellentiæ cõicationem habet, & ex particolari quadam affinitate coniuncta cum filio Dei; ideo ratione filij adoratur adoratione hyperduliæ, quod est super dulia; ratione autem sui, duliæ nunquã; tamen latriæ S.Th in 3.sent.dist.9.q.1.art.2.con sentit Mag.Aug.& Durand.

6 Sanè si persona cui debetur dulia, est in prælatione constituta, debetur ei reuerentia, quæ consistit in obedientia mandatorum, & in exhibione honorũ. Si autẽ est persona simplex, debetur reuerentia tantum, quæ consistit in exhibitione bonorum. Hyperdulia autem debetur creaturæ excellenti. Reliquias verò Sanctorum, & Angelos, Dulia adoramus, nisi repræsentarent Deum per aliquam similitudinem, sicut Angeli apparentes Abrahæ repræsentabant Trinitatem; ideo adorauit eos adoratione latriæ; secus si in propria natura.S.Th.3.sent.supra ad 3.

7 Quæritur, quomodo adoranda est humanitas Christi? ℞. quod humanitas in se tantum considerata, & quantũ est perfecta omni munere gratiarum, est adoranda adoratione hyperduliæ; sed in quantum est vnita verbo Dei, secundum hypostasim, adoratione latriæ, S.Tho.3. sent.dist.9.q.1.art.2. Et quia humana natura, quæ semper in Christo fuit vnita diuinitati; simpliciter adoratione latriæ debet adorari, suppositũ enim est, quod adoratur, & non natura humana, secundum rationem separata S. Tho. vbi supra Sed hypostasis Græcè, suppositum latinè, vt inquit Brulifer quæst. 2. dist. 10. lib. 1.& secũdum Scot. 23.dist.& Bonau. eadem dist.quæst.3.lib.1. Apud Græcos sunt quatuor nomina, vel vocabula: videlicet, vsia, vsiosis, hypostasim, prosopon, quibus in Latino correspondent alia quatuor vocabula. Nam vsiæ correspondet essentia; vsiosi subsistentia; hypostasi correspondet substantia; licet modo nos Latini vtamur pro hypostasi, hoc nomine subsistentia, & pro vsiosi subsistentia.

8 Quæritur, quomodo adoratur crux Christi? Respond. quod si consideratur Crux, id est lignum sanctæ Crucis, in quo pependit Christus, si non figuratur signũ Crucifixi; sed tantum, quia tetigit membra Christi, & fuit intincta eius sanguine, adoratur adoratione hyperduliæ; quia non pertinet ad personam verbi. Si vero consideratur ipsa Crux in quantum repræsentat nobis obiectum, siue figuram Christi extensi in ea, adoratione latriæ: Crucibus autem factis in quantum sunt ligna, siue res tales nihil debetur, sed crucibus factis, seu pictis in signũ Christi crucifixi, debetur latria S. Thom. supr. art. 4. & Gabr.dist.9. quæst. vnica. lib.3.& Brul.dist.9.quæst.1.lib.3.& idem dicendum de alijs Christi rebus, vt de veste, corona, clauis, &c. Si adorantur vt imago, latria debent adorari. Si vero, vt res Christi, hyperdulia. S. Thom. in 3. sent.

9 Quæritur, quæ adoratio debetur imaginibus? Respond. quod eadem debetur adoratio, quæ debetur illis, quorum sunt imagines, de consecrat. distinct. 3. perlatum. glos. in cap. cum canonici.§. fin.de offic.ordinand. lib. 6. & non adorantur in quantum res factæ, sed quod illa, quorum sunt imagines adorantur, secum S Thom. vbi supra. Et licet quo ad externum cultum illi ijdem actus reuerentiæ, qui fiunt Deo, fiant etiam sanctis: differentia tamen sumitur ex intentione; quia nos Deo prosterni_ mur, vt creatori, & omnium bonorum datori. Sanctis vero, vt Dei amicis, & nostris intercessoribus. vnde Deo dicimus, vt det, & parcat: Sanctis autem, vt pro nobis orent, & intercedant.

10 Quæritur, quid est præceptum? Respond. quod est iussio, siue imperium faciendi aliquid, siue non faciendi, & præceptum importat applicationem legis ad ea, quæ ex lege regulantur secundum S.Tho.1.2.q.90.art.2.

11 Vnde dicitur Decalogus? Respond. dicitur à deca, quod est decem, & logos, quod est sermo, quasi decem moralium præceptorum sermo.

12 Quotuplex est præceptum? R. duplex, aliud affirmatiuũ, aliud negatiuũ: Præceptum affirmatiuũ est, quod ordinat, quid debeat fieri; quia semper obligat, id est omni tempore, sed non ad semper, vt homo sit semper obligatus ad honorandũ parentes, vel dandum eleemosanam pauperi, sed tantum, quando accidit casus, occurrit opportunitas, & requirit necessitas.

13 Præceptum verò negatiuum est, quod obligat semper, & ad semper, id est pro omni tẽpore, vt est illud: Nõ mœchaberis. Nullũ.n.tẽpus est, in quo hoc liceat. Panor. in c. nouit. de iudic. & Doct. in 4. sent. dist. 37. & S.Th. 2.2. q. 99.

14 Quæritur, quomodo data sunt præcepta decalogi? R. sunt data in duabus tabulis. In prima tabula sunt tria præcepta, quæ pertinent ad Deum, quæ quia sunt tres personæ diuinæ, ideo tria præcepta. Primũ: vnum cole Deum. Secundum: Nec iures vana per ipsum. Tertiũ: Sabbata sanctifices. In secunda tabula sunt septem ad proximũ pertinentia, (secundũ Glos. Aug. super Exod. & S.Th. 1.2. q. 10. art. 5.) quorum primum est de exhibẽdis bonis, vt est illud: Honora patrẽ. Et quia corde, ore, & opere lædimus proximum; propter quod dantur tria præcepta primum opere: Non occides. Secundum: Non mœchaberis. Tertium: Non furtum facies, ore lædimus proximum, & propter hoc est illud: Non dices falsum testimonium contra proximum tuum. Corde lædimus proximum dupliciter, respectu rei tẽporalis, & personæ, & contra hæc dicitur: Non concupisces rem, nec vxorem proximi tui.

15 Quæritur, quare data sunt ista decem præcepta? R. secundum Aug. de gratia, & libero arbitrio, qui dicit, quod ideo diuina præcepta data sunt, vt excusationẽ de ignorantia homo non habeat. In signum huius tunc præcepta sunt in manibus per decem digitos, & in pedibus per decem pedicas scripta, vel signata; vt quotidie commoneatur, nec præcepta obliuiscatur, aut transgrediatur.

SVMMARIVM.

1 *Blasphemia quid.*
2 *Laus quid.*
3 *Blasphemia est maledicentia.*
4 *Blasphemia peccatum mortale est.*
5 *Blasphemia quomodo non est peccatum.*
6 *Blasphemia peccatum valde graue.*
7 *Blasphemiæ peccatum longè maius homicidio.*
8 *Blasphemiæ causa, multa mala veniunt.*
8 *Blasphemare quot modis contingat.*
10 *Blasphemiæ peccatum horribile.*
11 *Blasphemiæ quomodo puniebantur in lege veteri.*
12 *Blasphemi regnum Dei non possidebunt.*

Peccatum contra primum præceptum, & primum de blasphemia. Cap. II.

1 QVæritur, quid est blasphemia? R. Blasphemia græca dictio est: & est quando aliquis attribuit Deo, quod ei nõ conuenit, vel de Deo negatur, vel detrahitur, quod ei cõuenit secundũ Aug. & S. Th. 2.2 q. 13. art. 4. Blasphemia est contumelia, vel conuitiũ in iniuriam Creatoris: vel blasphemia ex suo contrario intelligitur, id est, ex laude: laus est manifestatio alicuius excellenliæ, ex effectu voluntatis, id est. ex amore; si fit cum amore est laus; si non ex affectu, est irrisio.

2 Laus est duplex, interna, & externa; interna verò est, quando fit tantum interius sine verbis exterior, est ex verbis, & vtraque tripliciter fit, immo non per modum renuntiationis, id est, quando fit in modo indicatiuo: aliquando fit per modum deprecantis, vt v. g. Laudate Domi num de cælis: aliquando fit per modum adorantis, vt Quam bonum Israel.

3 Blasphemia est maledicentia, ergo ex malo cordis affectu: ille autem maledicit, qui aut aufert bona, quæ habet Deus, aut si dat ea, quæ non habet secundum Aug. & S.Th. vbi sup.

Item blasphemia fit etiam dupliciter, & interius, & exterius (vt laus) & fit etiã tripliciter, aut per modum renuntiantis,

vt

vt dixit Caim: maior est iniquitas mea, quam vt Deus possit remittere. Secũda, est per modum detestantis, aut per tertiũ irridentis: omnes istæ blasphemiæ, fiunt duplici modo. Primo expressam maledicentiam continent. Secundo modo tacitè, & implicitè.

4 Quæritur quale peccatum est blasphemia? R. quod omnis blasphemia est peccatum mortale, nisi in vno casu; est autẽ eo grauius, quo persona, quæ blasphematur, est dignior, aut quãdo grauius est malum, quod imponimus, aut bonum, quod auferimus. S.Th. & Caiet. 2.2.q.13. art. 1. Boer. quæst. 301. col. 1. qui idem ait. De ijs, qui blasphemant Christum regnantẽ, ait Aug. super Matth. Non minus peccant, qui blasphemant Christum regnantem in cælis, quam qui crucifixerunt ambulantem in terris.

5 Quæritur in quo casu non est mortale blasphemia? ℞. est quando ex motu repentino, sine vsu non pleno rationis, id est, ex nimia colera, tunc non est mortale, (hoc excepto) nisi sit homo, qui sit solitus semper blasphemare. Sylu. in verbo blasphemia, q. 4. Secus si aduerteret quantumcunque repentino furore blasphemauerit, quia tunc mortaliter peccaret. S.Th. 2.2.q.13. art. 2. ad fin. Nauarr. c. 12. nu. 84. licet statim pæniteret. secundũ eund. Doct. & in cap. 23. nu. 117. in princ.

6 Quæritur quantum peccatum est blasphemia? ℞. quod est graue mortale, & hoc apparet ex graui pænitentia, quam imponunt Canones blasphematoribus. cap. statuimus. de malef. hæc erat pænitentia. Septem Dominicis continuis esset in templi ianua in solemnitate Missarum, & in vltima Dominica, detecto capite, pedibus, & reliquo corpore cum indusio tantum, ac cum cingulo collo suspenso, debeat manere: & septem sextis Ferijs ieiunare, & eisdem diebus debet alere septem pauperes: & si esset diues mulctetur pœna 40. solidorum, aut 30. aut sal tem 5. minus non. Et propterea hoc peccatum quantum est graue ex difficultate remissionis cognoscitur Matth. 12. tale peccatum non remittitur in æternum, id est difficiliter remittitur, & est denique actus infidelitatis inter Christianos blasphemare, quia opponitur confessioni veræ Fidei, & non tantum Confessores, sed Principes temporales, & spirituales deberent tale peccatum seuerissimè castigare; aliàs à Deo ipsi acerbissimè punientur, non tantum in hac, sed in alia vita: quia, vt dicunt multi Theologi, quod blasphemi sunt de familia Diaboli, ac inde maximè colligitur quam sit atrox, & immane hoc scelus, quod sacræ litteræ, si de blasphemia sermo incidat, ob malæ, & impiæ vocis horrorem, benedictionis nomine vtuntur. Item secundum legem antiquam blasphemi opprimebantur lapidibus; vt patet Numer. cap. 24. hinc est quod tunc homines audientes blasphemiam in Deum, obturabant aures suas, & vestimenta scindebant in signum doloris, vt patet Act. c. 26.

7 Quantum est hoc peccatum? Respon. quod longè maius est, quam homicidiũ. Blasphemia enim in Deum, & in eius honorem tendit, sed homicidium in proximum: habet etiam grauitatem infidelitatis (vt diximus) quia blasphemans nõ sentit verum esse quod dicit; ita tamen dicendo inducit personam audientem sic esse, & ideo maxima dignus est pænitentia. Nam si quis Regem blasphemat, omni opprobrio, & supplicio dignus erit.

8 Item notum est, quod ob hanc blasphemandi impietatem, seuire solet sæpe numero Deus in genus humanum, nunc, scilicet Vrbium incendijs, nunc famæ, nunc bellis, nunc pestilentijs, & submersionibus, atque alijs portentis suum vendicans sanctissimum nomen, & honorẽ, vt habetur in authen. vt non luxur. cont. nat. & Principes tam sæculares, quam Ecclesiastici obsurdescunt: væ illis in die iræ.

9 Quæritur quot modis contingit blasphemare? Respond. quod primum blasphematur Deus, & Sancti; secundo blasphematur in creaturis imprecando eis malum, & hoc modo contingit dupliciter blasmare. Primò, quando deliberato animo imprecatur, tũc si est graue, quod imprecatur, est mortale, quando non est deliberato animo, tunc est veniale. Tertio modo fit contra creaturas irrationales imprecatio, & hoc potest quadrupliciter fieri. Primo vt sunt creaturæ Dei, & hoc modo est mortale talis impreca-

tio,& maledictio. Secundò possunt maledicere illis, tanquam inimicis suis,quia nocent: dicimus tunc, quod si malum est graue, & ex desiderio deliberato voluntatis, mortale est, quod si non est ex isto affectu, sed ex ira tantum, est veniale. Tertiò possunt maledicere creaturis irrationabilibus, quia cœpimus occasionem alicuius mali ex illis, vt dixit Iob: Pereat dies, in qua natus sum; propter culpam originalem, quam nascendo cõtraxit. Et Dauid: Montes Gelboe, pro quanto occisus est populus Domini in eis. Et sic maledicere dæmonem absolutè &c. & tunc non est peccatum. Item possumus maledicere illis creaturis solũ propter ipsas, & tunc est veniale; vt ait Caiet. verb. maledictio.

10 Item horribile est profectò peccatum blasphemiæ: nam cum alia peccata habeant aliquem prætestum,quo vt cunque videntur excusari posse. Sola blasphemia caret excusatione. Peccata enim carnalia habent pro prætextu voluptatem (si non veram:) homicidium, iniuriæ vltionem: vsura lucrum. At in blasphemia nihil aliud est, quod eam quoquo modo excuset. Ille namque iræ, atque indignationis,spiritus sedari non posset prolatione aliorum verborum, æquæ, ac sedatur prolatione blasphemiæ.

11 Quæritur in lege veteri,quomodo puniebatur tale vitiũ? ℞. sicut habetur Leuit. 24. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus obruet omnis populi multitudo: & propter blasphemiam, vt habetur 4.Reg.19. Angelus Domini vna nocte totum exercitũ percussit Senecarib; ipseq. à filijs postea interfectus est.

12 Blasphemi, siue maledici, regnum Dei non possidebunt. 1.Cor. 6. & tanto grauius,quanto personam cui maledicimus, magis amare,& reuereri teneamur. Vnde qui maledixerit patri suo,vel matri, morte moriatur Leuit.20. Extat etiam Bulla Pij V. contra blasphemos,cuius Summarium Episcopi omnes sæpe in locis publicis promulgari, & per Ciuitatem,& Diœcesim eorum affigi mandari debent, vt omnes intelligant,quibus pœnis coerceri mereantur ij, qui tantum scelus committere audebunt.

SVMMARIVM.

1 *Superstitio est falsa religio.*
2 *Religio est virtus, qua exhibemus honorem Dei.*
3 *Superstitionis species.*
4 *Falsus cultus quomodo intelligitur.*
5 *Magia quid.*
6 *Magus quomodo interpretatur.*
7 *Magus differt à maledico, & ab ariolis, an aliquid sciscitando liceat.*
8 *Magus facit, vt appareat potens.*
9 *Magia inquirit futura.*

De Superstitionibus. Cap. III.

1 QVæritur, quid est superstitio? ℞. quod est falsa religio, vel est vitium religioni oppositũ, secundũ excessum S.Th.2.2.q.82.art.1.& cultus indebitus,secũdũ eundé 2.2.q.85.art.2.Quid dicatur superstitiosum. vide text.26.q.1.illud;& not.in Extr.de ætat.& qualit.cum bonæ,& de transl.præl.inter corporalia.

2 Quid est religio? ℞. est virtus,qua exhibemus cultũ,& honorem Deo,& infra c. 10. Indebitè verò cultum Deo exhibere, est superstitio. Et iste cultus dupliciter potest exhiberi: vno modo, quando vero Deo exhibetur cultus,sed non vero modo: secundo modo exhibere cultum dijs falsis, & sic duplex est genus superstitionis.

3 Quomodo intelligitur superstitio erga Deum verũ? ℞. in primis,quod superstitio habet duas species, altera est quando exhibetur falsus cultus vero Deo, si quis modo offeret Deo vero sacrificia antiqua; quia illa erant figura Christi venturi. Christus iam venit,ergo est superstitio. Similiter se circũcidere, modo est superstitio,& huiusmodi superstitio est peccatum mortale. Similiter celebrare Missam cum quatuor Passionibus, & hoc est veniale &c.

Alterum genus superstitionis est erga deos falsos,& ista superstitio cõtinet quatuor species. Prima magiã, diuinationẽ, vanam obseruatiam,& Maleficium.

5 Quæritur quid est magia? ℞. est inordinata potestas faciendi, quod est supra naturam;

naturam: dupliciter aliquis poteſt facere effectum ſupra naturam. Vno modo, per diuinam poteſtatem, & hæc dicitur poteſtas miraculoſa, vt ſanare cœcos, & alia ſimilia, & hæc bona. Altero modo fit per virtutem dæmonis, & huiuſmodi poteſtas, quæ prouenit ex virtute dæmonis, eſt magia.

6 Item magia, ſiue magus, ſi propriam, ac genuinam vocis ſignificationem inſpiciamus, non dicitur maleficus, ſed his qui naturalis Philoſophiæ culmẽ attingerit. Magia enim, teſte Plinio, tres complectitur artes; nempe Phiſicam, Methaphiſicam, & Aſtrologiam. Inde fit, vt magia propriæ Philoſophiæ, ſit naturalis apex.

7 Quod autem Magus differt à Malefico, colligitur ex ſcripturis: nam apud Danielem frequenter Magorum nomen legitur. Magi diſtinguuntur a maleficis. Ait enim cap. 2. Præcepit Rex, vt vocarentur Arioli Magi, & non malefici. Et in Euang. Magi ab Oriente profecti, adorauerunt Chriſtum in præſepio, quos Eccleſia non pro Maleficis, ſed pro Sapientibus habet. Verum quoniam interdum in Scripturis, hoc nomen in malum ſonat. vt in Leuit. cap. 49. Non declinatis ad Magos, neque ab Ariolis aliquid ſciſcitemini. Et rurſum ibidem cap. 20. Anima quæ declinauerit ad Magos, vel Ariolos, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi mei. Et iterum 20. Vir, & mulier in quibus phytonicus, vel didimus ſpiritus fuerit, moriatur, & lapidibus obruent eos. Et dicuntur phytones, in quibus dæmon operatur miros effectus. Et in Actis Apoſtolorum: Simon quidam, & Elimas appellantur Magi, vbi proculdubio magus pro malefico accipitur. Factum eſt, vt magia diuideretur in duas partes, quarum altera, cum ſit totius Philoſophiæ naturalis apex tantum abeſt, vt in ſe habeat crimen, vt maximam mereatur laudem. Altera verò, quæ in cantationibus, atque carminibus nefariæ curioſitatis arte compoſitis, immundorumq. ſpirituum commercijs delectatur immunda, & infamis eſt omnium bonorum calculus exploſa. Vt priorem igitur illam magiæ artem, cum nihil ad nos attineat relinquamus intactam. De poſteriori tantum nobis erit ſermo.

8 Quæritur, quare hoc facit Magus? ℞. magus facit tunc effectum, vt appareat potens, & mirabilis apud homines.

9 Quæritur in quibus verſatur iſta pars magiæ, & ſi peccat illam exercens? ℞. verſatur in inquiſitione futurorum, & in cognitione occultorum, & in præparatione rerum mirabilium; idq. inuocato auxilio dæmonum, quibus, quandoque ſacrificare, & alios religioſos actus exhibere iubet. Vnde ab ipſis dæmonibus inuenta dicitur. Turrecr. per illum text. in cap. qui ſine. art. 6. 24. q. 2. Ideoque quaſi ars deceptoria, & dæmonum vtens contubernio; damnata eſt ab Eccleſia. Turrecr. in cap. Petrus. 1. q. 2. Ṣunt autẽ huius artis exercendæ quam plures miniſtri, qui diuerſa habent nomina; quæ ab illa re deducuntur, quam ipſi ad ſuam nequitiam explendam ſolent aſſumere.

SVMMARIVM.

1 *Diuinatio ſuperſtitioſa præſcientia.*
2 *Diuinatio futurorum quomodo.*
3 *Diuinari non poſſunt, quæ pendent ex diuina voluntate.*
4 *Dæmon non ſemper cognoſcit ea, quæ procedunt ex contingentia.*
5 *Diuinationis ſpecies.*
6 *Diuinatio peccatum mortaliſſimum.*
7 *Chyromantia quæ.*
8 *Aſtrologiæ caſus varij.*
9 *Iris quomodo ſignificat futuram pluuiam.*
10 *Sortilegium quid.*
11 *Sortilegium diuiſorium.*
12 *Sortes non mittendæ contra bonum commune.*
13 *Sortilegium conſultorium.*
14 *Diuinatores excommunicandi.*
15 *Diuinatores ad malum eſſe non debent.*
16 *Diuinare alicui non licet.*
17 *Inquiſitores contra indouinos procedere non poſſunt.*

De Diuinationibus. Cap. IV.

1 QVæritur quid eſt diuinatio? ℞. quod eſt ſuperſtitioſa præſciẽtiæ inueſtigatio:

gatio: hoc peccatum inde cognoscitur, quod vsurpat sibi, quod propriũ est Dei, qui solus futura in se ipsis quasi præsentia intuetur. Vnde hi Diuinos se appellari desiderant, quasi diuinitate plenos, c. igitur. 26.q.3.S.Tho.2.2.q.95.art.1. Nota quod Dominus per diuinatores illud hominibus permittit, vt probentur boni, vtrum in Dei dilectione sint firmi, 26. q. 5. nec in fin. Nota, quod diuinatores propter detestationẽ criminis in accusatione non admittuntur. 2.q.8.quisquis.

2 Quæritur, quomodo possimus cognoscere futura? ℞. quod duplici via potest cognosci, quæ alias per se cognosci nõ potest: primo modo ex reuelatione diuina, & hæc est optima: altero modo põt quis cognoscere adiutore dæmone, & ista diuinatio inordinata, & hæc est mala.

3 Quæritur, quæ sunt ea, quæ per naturã sciri non possunt? ℞. sunt ea, quæ pendẽt ex voluntate diuina, vt est gratia Dei, scilicet, vt aliquis saluetur, aut non: Secundo, quæ pendent ex mera hominis voluntate. Tertiò contingentia, quæ possunt sic, & aliter euenire. Quartò omnino occulta, quæ homines cogitant. Quinto ea, quæ quamuis possint cognosci ab homine, sed tali via non potest. v.g. si quis vellet cognoscere propositiones mathematicas sine præceptore: hæc non possunt spectare ad diuinationem.

4 Dæmom non semper certo cognoscit ea, quæ prædicit, vnde fit, vt quandoque vtatur æquiuocatione, scilicet, Cresus ingressus perdet quamplurima regna.

In primis certo nõ scit, quæ pendent ex hominum voluntate, & contingentia, sed coniectura colligit, vt longa experiẽtia, ex præcedentibus colligit futura. Secũdo ex magna ingenij subtilitate cognoscit. Tertio ex reuelatione Angeli boni potest futura cognoscere, quando Deus præcipit Angelo bono, vt aliqua reuelet dæmoni. Aliquando dæmon cognoscit effectus non contingentes, sed necessarios; vnde manifestat illos tanquam contingentes illis, qui nesciunt causas illius rei, v.g. si dicat aliquem tali hora moriturũ. Aliquãdo manifestat effectus naturales, & non fallit, v.g. quando manifestat futuras Eclypses &c.

5 Quæritur, quot sunt species diuinationis? ℞. in primis, quòd duobus modis, vno modo intercedente pacto expresso cum dæmone, & aliquãdo intercedente pacto tacito, & implicito. In primo modo sunt septẽ species diuinationis, secundum varios modos, quibus dæmon manifestat res cognoscendas. Aliquãdo manifestat res per apparentes figuras; & hæc diuinatio dicitur præstigium, & talis est diuinatio virginum, & est delusio sensuũ: vide 26.q.4.c. igitur, & q.5. nec mirum: vbi multi modi, & genera diuinandi ponuntur.

Aliquando per somnia manifestat aliquam figuram.

Aliquãdo per suscitationem mortuorum, & hæc vocatur nicromantia; vt factum fuit in Samuel; quamuis dicant demonem hoc facere non posse, sine permissione diuina.

Aliquando facit per homines, & fœminas arreptitias.

Aliquãdo per statuas corporeas, quod geomantia dicitur.

Aliquando per figuras in aqua, quæ appellatur hydromantia.

Aliqñ per ignẽ, quę dicitur pyromãtia.

Aliquando per aues, & alia animalia, quæ vocatur auspicium.

Hæc nomina habentur in cap. igitur sup. citat.

6 Quæritur quod peccatũ est diuinatio? ℞. peccatũ est mortalissimum; & si cædit error in intellectu, est hæresis, scilicet, si credit dæmonem posse futura cognoscere, quod est solius Dei.

Illi verò, qui cõsulunt istas mortaliter peccant, & sunt excõicati excõicatione latæ sniæ causa. 26.q.5.can. si qs hariolos.

Aliquando non intercedit pactum explicitum, sed implicitum, & videtur tunc intercedere pactum implicitum, quãdo accipit aliquam viam, quæ non est apta ex se ad cognoscẽdum aliquid, est pactũ tunc implicitum, vt ponere sortes. Et diuinatio implicita fit quatrupliciter: vno modo perfecta, nõ humana, vt per astrologiam, & per motus cælorum. Secundo per garritus, & voces animaliũ, quod dicitur augurium. Tertiò per volatus, & dicitur auspicium. Quarto per voces humanas, quod dicitur omen.

7 Aliquãdo per membra humana. vt per ma-

manus, quod dicitur chyromantia, & sic inuocatur dæmon implicitè. Sixtus Papa V. contra exercentes astrologiæ iudiciariæ artem, id omnino prohibuit.

His adde humanã ignorantiam; adde etiã, quod nec ipsi negant astrologi impossibile esse instrumenta habere, quibus ortus, & occasus Syderum, possit adamussim percipi, & dubio procul cognoscemus esse vanum his superfluitatibus implicari. Sic temperanda videntur multa, quæ satis intricatè in hac materia proferũtur à Decio, & Nauar. in cap. nouit. nu. 13. & 19. de iudic. Turrecr. in c. illos. q. 2. S. Tho. & Caiet. 2. 2. q. 95. art. 3. & 5.

8 Hic duo sunt notanda: vnũ circa astrologiam: alterum de altera specie diuinationis. Dicimus per astrologiã posse sciri aliquos naturales effectus; vt eclypses, futuras pluuias, futuras pestes, morbos. Secundo est peccatum mortale certo velle scire effectus contingẽtes, & ea quæ pendent ex Dei voluntate. Tertiò regulare vitam propriam per obseruationes cælorum, peccatum mortale graue est. Quartò velle futura conijcere ex astrologia, & non adhibere fidem, non est mortale, si vellet scire suam inclinationem.

9 Alterum est notandũ, quòd voces animalium, & auium naturaliter significant effectus naturales, vt Iris significat futuram pluuiam, sic mergi egredientes ad litum, significant futuram pluuiam, & hoc colligere ex animalibus, non est mortale: colligere verò ea, quæ naturaliter nõ indicant illud esse mortale.

10 Alterũ diuinationis tacitè dicitur sortilegium, siue hoc fiat per emissionem sortium, siue plumbi liquefactione, siue cartularum conscriptione, & istud est triplex: quoddam est diuinatorium: secũdum diuisorium: tertium consultorium. Diuinatorium est, quando mittuntur sortes ad cognoscendum aliquid occultum, vel fatuosum, & istud est mortale ex genere suo; dicitur ex genere suo, quia ignorantes excusantur à mortale.

11 Diuisorium sortilegium, est ad diuidendum aliquid, quod est sub lite, & istud est licitum seruatis tribus. Primum, vt sit ius æquum, inter quos mittũtur sortes; quia sortes non sunt mittendæ quando res est vnius, & non alterius; quando verò res est ambigua, & litigiosa, tunc licet mittere has sortes.

12 Secundo, non mittantur sortes contra bonum cõmũne: est enim mortale, quando per sortes dantur dignitates, beneficia, & magistratus, præter quam si omnes qui aspirant sunt digni, & id merentur. Tertio in istis sortibus, non expectatur, nisi in casu fortuitu.

13 Sortilegium consultorium, est quando mittuntur sortes ad consulendum, quid sit faciendum, & istud est licitũ, seruatis duobus. Primum, vt sit causa necessitatis. v. g. sunt multi curati, qui tẽpore pestis tenentur residere in ciuitate, & sufficiunt duo, tũc possunt mitti sortes. Rursus sunt duo in necessitate extrema, possunt mitti sortes cui debeat dari suffragium. Et qñ mittuntur hæ sortes consultoriæ, debet inuocari nomẽ Dei, & nullũ aliud nomẽ.

Notãdum est, quod diuinatores propter detestationẽ criminis in accusationẽ, non sunt admittendi, 2. q. 8. quisquis.

14 Itẽ diuinatores (vt diximus) sunt excõicandi. 26. q. 1. §. 1. & si clerici fuerint, & se corrigere noluerint, sunt deponẽdi. 26. q. 5. si quis Episcopus.

15 Diuinatores enim ad malũ esse nõ debent, & cõtrafacientes, grauissimè puniũtur, vt C. de malef. & mathem. l. 2. & 3. nec ire debẽt ad domum alterius, nec aliquis eos debet vocare ad domum, vt allegata. l. 3.

16 Non licet alicui diuinare, vt C. de malef. & mathem. l. nullus. nã hoc vltra potestatẽ humanæ naturæ transcendit, cum sit proprium solius Dei, vt 26. q. 5. c. 1. & extra. vt eccles. bene. cap. 1. ad quod. ff. si cer. pet. l. cum patris. cum seq.

17 Quæritur vtrum Inquisitores possint cognoscere, & procedere contra diuinatores? ℞. quod non, nisi hæresim saperẽt, aliter nec eos punire poterunt, sed debẽt relinquere suis iudicibus puniendos, vt in cap. accusatur. §. sanè. & §. seq. de hæret. lib. 6. & habetur in quadam extrauagante Vrbani IIII. quæ incipit. Quia super nonnullis, solus Episcopus cognoscit, & inquirit de occultis diuinationibus, vt dicto cap. accusatus. Vide etiam infra cap. 12.

SUMMARIUM.

1 *Maleficium est ars nocendi.*
2 *Maleficiũ amatoriũ, & veneficum quid.*
3 *Maleficio non cogitur quis, nec excusatur à peccato.*
4 *Dæmon nullam habet potestatem super creaturas, nisi permittatur à Deo.*
5 *Maleficium peccatum quale.*
6 *Maleficus tenetur ad damnum factum proximo.*
7 *Maleficium maleficio an delere liceat.*

De Maleficijs. Cap. V.

1 QVid est maleficium? ℞. est ars nocẽdi alijs, dæmonis potestate: hæc est differentia inter Magũ, Maleficum, & Diuinatorem, omnes vtuntur dęmonis potestate, sed ad diuersos fines: Magus ad ostentationem, vt faciat prodigia: Diuinator curiositatis gratia: Maleficus verò, vt noceat alijs: id quod etiã efficit, vt noceat alijs maleficus dicitur, maleficium, vt imago ex cera &c.

2 Quæritur, quotuplex est maleficium? ℞. duplex, scilicet amatorium, & veneficum, & distinguuntur per finem, maleficium amatorium est, quo vtuntur ad flectendos animos hominum ad amorem carnalem, & isti sunt, qui innumeras rixas disseminant inter coniuges: Veneficum est quo vtuntur, vt noceant alijs, & inducunt morbos, aut nocent rebus, destruendo vineas per fulgura, grandines, aquas, & cætera huiusmodi. Maleficus non habet virtutem aliquam ista faciendi, sed dæmon est, qui facit, aut per seipsum occidendo, vel immittendo in corpus humanum, torquendo, aut non per seipsum, sed applicando venena; præterea mouendo nubes, & condensando pluuias facit.

3 Item est notandum circa maleficium amatorium, quod dæmon nullam habet potestatem ad inclinandum hominis voluntatem ad amãdum, vt cogat; & propterea non excusantur à mortali, qui dicũt se cogi in amore: tamen persuadent vehementer dæmones tribus vijs. Prima mouendo imaginationes eorum, quæ incidunt in actu carnali, & sollicitandò importunè, vt id faciunt. Secunda, faciunt apparere amantem pulcherrimum. Tertia, ponit causas, quas potest ad amandum, mouendo appetitum carnalem supra quem habet potestatem propter peccatum originale.

5 Item notandum est etiam circa veneficum, quod dæmon nullam habet potestatem super creaturas, nisi in quãtum Deus permittit, quod sæpæ permittit iusta de causa, quæ nos latet.

5 Quæritur quantum peccatum est maleficium? ℞. quòd est mortale, & maximè coniunctum cum hæresi: primum peccatum est pactũ cum dæmone, quia in his pactis dæmones petunt adnegari fidem, & res sacras: vt Strigæ Sacramenta negent. Præterea confessarij debent interrogare, vtrum crediderint contra Deũ, & vtrum negauerint Sacramenta. Quin si negauerint hoc pacto, vt nõ crediderint in illa, in hæresim inciderunt. Si vero hoc faciunt, vt à dæmonibus exigant quod volunt, negantes Sacramenta, nisi oretenus; peccatum est grauissimum, sed non hæresia. Secundum peccatum est inuocatio dæmonis, & est mortale; & tunc confessarius debet petere vtrum existimauerit dæmonem habere aliquid diuinitatis, quia sic esset hæresis. Tertium, an crediderit dæmones habere potestatem super arbitrium hominis, quod si affirmat, est hæreticus, alias si esset ignarus, non incideret in hæresim. Quartum peccatum mortale est, ipsum maleficium: miscentur enim vt plurimum in his maleficijs res sacræ, & propterea interrogandus est, quod si maleficus habuerit opinionem sacramenta habere vim ad hæc maleficia, est hæresis; quia dæmon omnia operatur, & multo magis ex contemptu Sacramentorum.

6 Quando maleficus destruit vineas, aut aliquid mali facit proximo, obligatur ad restitutionem: Sciendum est quod ista maleficia, quæ isti configunt, nullas virtutes habent, verbi gratia, faciunt figuras cereas, sed dæmon est, qui incutit dolores, & facit omnia, & licet ista nõ faciãt, tamen perinde se habent, ac si faceret.

7 Quæritur vtrum peccet maleficus maleficio delere? Respond. quod tantum

pec-

peccatum est nocere maleficio, quantum maleficium maleficio delere; vtrunque scilicet mortale. Caiet. in verb. maleficio & Sylu. ratio est, quia in quocunque maleficio inuocatur dæmon, & sic, vt dicitur non sunt facienda mala, vt eueniant bona, Soluere autem maleficium, sine maleficio, qui scit potest puta, soluendo ligaturam, in qua erat maleficium, & huiusmodi: Vide Sylu. verb. malefic. quæst. 7. Nauar. cap. 11. num. 29.

Ad istud peccatum reducitur peccatum Strigarum. 26. quæst. 5. capit. Episcopus.

SVMMARIVM.

1 *Strigæ vtrum inueniantur.*
2 *Strigæ ianuis clausis vtrum ingrediantur.*
3 *Strigas vnguenta vtrum iuuent.*
4 *Strigarum carnalis intentio prima.*
5 *Strigæ, vt de loco ad locum portentur canones credere prohibent, & quomodo.*
6 *Strigarum exempla multa.*

De Strigijs. Cap. VI.

1 QVæritur vtrum inueniantur Strigæ, & conuertantur in Canes, & feles ℞. Strigæ, vel exorguinæ, siue lamiæ, vel bruxiæ inueniuntur, sed falsum est credere illas conuerti, in canes, & fæles, &c. quia dæmonis illusione in hominum oculis illis apparent figuris.

2 Quæritur vtrum ianuis clausis possint domos ingredi? ℞ quod non, sed dæmones referãt ostia extemplo, & illæ ingrediuntur, ac intro receptis, dæmones iterũ claudunt ictu oculi, & sic videntur ex se ipsis ingredi ianuis clausis, & ibi suffocare infantes: Et hanc partẽ tenent scriptores Malleus maleficarum in 2. part. cap. 3. & Episcopus abulẽs super Matt. cap. 4. vers. iterum, assumpsit. Sylu. in verb. hæreticus. 3. & refert Arnald. Albert. quæst. 24. num. 13. & per totam quæstionem.

3 Quæritur vtrũ vnguenta, quibus strigæ vnguntur iuuent, vt possint per aerem deferri? ℞ ꝙ nõ, sed dæmon ipse fert illas in corpore, & anima quocunq. voluerint.

4 Quæritur, quid intendunt Strigæ? ℞. quod præcipua strigarum intentio est, vt carnales expleant appetitus; & quicquid operantur dæmonis adiutorio efficiunt, nam illi deditæ sunt, & commissæ.

5 Quæritur cur canones prohibent credere, quod strigæ de loco ad locũ à diabolo portentur? ℞. quod canonistæ prohibent ista credere caus. 26. quæst. 5. cap. Episcopus, (vt supra) de mulieribus, quæ dicebant se portari cum Diana, & Herodiade Dea Paganorum, & dicunt esse illusiones, & solum in phantasia perfici. De hac materia tractat Paul. de Ghirlan. de sortileg. quæst. 7. nu. 1. & seq. & nu. 36. & sequ. & Io. Fran. ponz. in tractatu de lamijs, nu. 49. Quirintil. Mandos. Albertin. de assort. catholic. quæst. 24.

6 Nunc vero nonnulla exempla de hac materia, quæ ex Phil. de offic. Sacerd. elicimus referemus: & primo (inquit ipse) certum esse homines de facto ab Angelis bonis, & malis fuisse de loco ad locũ trãslatos. De bonis habemus exempla clarissima de Abachuc. Daniel. 15. & de Philippo. Act. 6. de malis habemus etiã exẽpla clarissima, & a tota Ecclesia recepta, & celebrata de Hermogine mago, q iussu S. Iacobi Apost. fuit per aera portatus, vt etiam de Simone Mago, qui magicis artibus, à dæmonibus visibiliter per aera, quasi cælum conscenderet, se deportari fecit, quem orationibus B. Petri Apost. & præcepto dæmonibus facto, de sublimi aere deposuerunt; & cadens toto fractus corpore, postea expirauit. Dicimus itẽ certè etiã esse sæpe delationes ad diabolicum ludũ, & visiones huiusmodi virorum, & mulierũ fieri sola phantasia, & non realiter, quod etiam ipsæ Strigæ fatentur, quæ dum personaliter ludũ adire nolunt, cum certis obseruationibus vadunt dormitum in nomine dæmonum, qui eis ostendunt omnia, quæ ibi fiunt. Sed quoq. dicimus huiusmodi maleficos & strigas, & sæpe plurimũ realiter à diabulo portari ad diabolicum ludũ, & ad mala perpetranda, quod probatur multiplici experientiarũ genere. Primo quia innumerabilis multitudo virorum, & mulierũ, quæ depræhenduntur ad diabolicum ludum ferri, diuersis in locis variisque temporibus vnanimiter confitentur, & affirmant se corporaliter ire, vel ferri diuersa in loca etiam vigilantes

ad

ad illum ludum, corporaliterque ibi facere, quæ scelera confitentur, exempla sunt ferè infinita, & Sylu. Periet. Mag. Sacri Palatij,& author Syluestrinæ. lib.2. de Strimagis cap. 1. refert ipsum vnum certissimum, & vulgatissimum sui temporis exemplum,de quodam iuuene, qui vigilans se vnxit, & alia fecit, vt à Maga fuerit edoctus, & statim ad nucem Beneuenti fuit portatus, vbi similiter fuit portata illa, quam amabat, & dum portaretur notauit sibi loca incognita, per quæ transiuit, & postea pænitentiam egit, & ingressus est religionem Sancti Benedicti:nec possunt dici somnia,primo quia illa, quæ in somnis, vel imaginaria visione apparent, in vigilia postea cognoscuntur fuisse talia. vel saltem dubitatur, alias de omnibus, quæ facimus possumus dicere nos somniasse, & isti omnes vnanimiter affirmant se vigilantes fuisse, & corporaliter ad talem ludum portatos, & vt portarentur vigilantes,hæc illa obseruarunt,& fecerunt. Item quia ex illa velocissima portatione, sequenti die languent, vertiginem patiuntur, & in lecto quiescunt non ergo possunt dici somnia.

Item exemplum inuenitur ex experientijs earum personarum, quæ de vno loco ad alium fuerunt portatæ,& ibidem relictæ,& inuentæ fuerint,vt dictus Phil. refert dixisse fratrē Barth. Spineus, Mag. Sacr. Pal. in quæst. de strigibus cap. 18. Inquit, quod suo tempore, quædam puella, quæ Bergami cum Matre morabatur,quā cum vidisset vngi.& portatam ipsa quoque se vnxit,& portata,& nocte ipsa inuenta fuit Venetijs in lecto consubrini ipsius puellæ, & ibi cum vidisset matrem suam,à qua repræhensa,& inuocato nomine Iesu,& B. Virginis,mater disparuit,& ipsa ibi nuda relicta,& diligenti inquisione facta à cugino,inuentum est ita fuisse: & mater confessa est quod pluries portata fuit, vt puerum filium affinis prædicti interficeret, sed nunquam potuit, quia illum semper inuenit signo crucis, & sanctis orationibus à parantibus bene munitum.

Item aliud exemplum ibidem de quodam,qui de hoc suspectam habebat vxorem, quam nocte vidit vngi, & asportari: deinde vir, qui fingebat profundè dormire, surrexit, & eodem vnguento se vnxit, & portatus fuit in cellam vinariam cuiusdam comitis, vbi vxorem cum alijs inuenit, quæ signo dato, cum alijs discessit, relicto ibi marito, qui manè à comitis famulis inuentus, & rei veritate percepta, vxor pœnas sceleribus suis dignas accepit.

Item narrat, quod hic diabolicus ludus fuit ab alijs illac noctu transeuntibus & à vicinis sæpæ num.visus, nec non aliqui de illo dubitantes, cum locus esset vicinus, suis pedibus ad illum iuerunt,de quo idem Barthol. cap. 17. plura refert exempla: & Sylu. eodem cap. 2. aducit exemplum famosissimum, & notissimum de Vicario Comi cū Inquisitore, qui fortassis curiositate, vel quod non crederent strigibus, quas habebant in carcere, medio earum vna ludum,quod non longe erat adierunt, & omnia è regione viderunt: Sed omnibus inde licentiatis: dæmon caput ludi fingens, se eos, durante ludo,non vidisse,repente omnem concionem reuocauit iterum, & illos duos iudices tot verberibus cædit, quod vix domum redire potuerunt, & infra quindecim dies mortui sunt.

Sūt multa exempla,& varia, quæ prædictus refert, & quæ breuitatis causa relinquo: Summa tabiena etiam ponit multa exempla,& præsertim in cap.Diana.vers.3. & 4.

SVMMARIVM.

1 *Diaboli scientia quæ.*
2 *Diaboli potestas magna.*
3 *Dæmonis iniquitas quomodo exerceatur.*
4 *Dæmones quomodo possunt generare, exēpla multa,& de Siluanis,& faunis,incubis,& succubis.*
5 *Dæmones applicatione causarum hæc omnia faciunt.*
6 *Dæmones corpora assumunt,& semem humanum accipiunt.*
7 *Filii generati ex malitia Dæmonis, cui sint filii.*
8 *Dæmonibus exercendi magicas artes, potestas quare permissa sit.*
9 *Maleficiati dæmonis arte,euomunt multa magna.*

10 Dia-

De Diaboli Scientia, potentia, & iniquitate. Cap. VII.

ET quia de his maleficis tam multa, & incredibilia mala dicuntur, & multi, qui eorum rationem reddere nesciunt, omnia hæc fabulosa esse credunt, ideo pro fundamento aliquid proponere, non erit inutile, ex quo horum omniũ effectuum rationes facilè deducuntur, vt cognito, quam pestiferi sint huiusmodi pessimi homines, & mulieres, Principes tam temporales, quam spirituales ad eos extirpandos viribus omnibus moueantur.

1 Quæritur quomodo operatur diabolus? ℞. quod diabolus omnia operatur scientia, potestate, & iniquitate, scientia, quia naturaliter cognitionem non amisit & ideo naturali scientia omnes species, & naturas, & naturales virtutes omnium rerum, per earum species, seu similitudines eis à Deo à principio suæ creationis inditas, & non solum illas cognoscit in vniuersali, sed etiam in particolari, omnia indiuidua sub illis contenta. Vnde quilibet diabolus perfectè cognoscit virtutes omnium Angelorum, cælorum, stellarum, Animalium, Arborum, Herbarum, Metallorum, lapidum, & Elementorum, & quæ hominibus quocunque modo naturaliter prodesse, & obesse possunt, & ratio est, quia sunt intellectuales, & sine discursu, & ratiocinatione intelligunt &c. & hanc naturalem cognitionem per peccatum non amiserunt, nec eis fuit diminuta.

2 Quæritur quam potestatẽ habet Diabolus? ℞. quod eis obediunt omnia corpora inferiora ad nutum, quantum ad motum localem saluo naturæ ordine, vnde non possunt mouere totam terram, aut aliud elementum quia hoc esset euertere ordinẽ naturæ, sed benè possunt mouere quascunque etiam turres, & mõtes, nec etiam producere naturalem effectum, sine medijs causis illius effectus, sed applicando causas naturales possunt producere illarum causarum effectus, nã quoad ordinem vniuersi, hæc inferiora soli Deo subduntur, vt mobilia autem subduntur Deo, etiam spiritibus, & Angeli tam boni, quam mali possunt tanta celeritate moueri: & aliquid portare ab oriente in occidentem, & à terra in cælum, & è contra, vt tẽpore imperceptibili moueantur, & portent quæcunque volunt, portant autem de hoc, quod ista intelligunt, & volunt, nam corporea, (vt diximus) quo ad motum localem, eorum voluntati obediunt, ex quo sequitur, quod dæmones possunt facere omnia, quæ fieri possunt motu locali, & per applicationem virtutum actiuorum naturalium, si à Deo permittuntur, vt homines ad longinqua portare, pluuias, ventos, infirmitates, sanitates, & huiusmodi facere, similiter aerem condensare illũ colorare, & figurare, in eoque apparere in forma viri, mulieris, & bestiæ; vt experientia docet, & sancti tradunt.

3 Quæritur quomodo exercent iniquitatem suam Dæmones? ℞. quod innumeris modis, sed vt homines decipiant quandoque in angelis lucis simulant, & illos præcipue eligunt, qui sunt faciliores, vt decipiantur, & vt alios decipiant, quales, vt plurimum sunt mulieres, & homines simplices curiosi, & superstitiosi.

4 Quæritur qnomodo possunt Dæmones generare cum sint spiritus, & carnem & ossa non habeant? ℞. quod de dæmone succubo, & incubo, vnde dæmon (vt scriptis prodidit Gabriel. dist. 8. quæst. 1. art. 3. lib. 2.) potest alicui succubendo, & assumpto corpore in specie mulieris, alicuius semen recipere, & seruare illud in sua naturali qualitate conuenienti naturali generationi, quousque transfundat illud

illud in matricem alicuius fæminæ, ipsi incumbando,& per hunc modum fæminas impregnare, vbi nihil facit nisi, quod primo recipit semen à viro, & in specie fæminæ succubendo, & postea mouet illud localiter transfundendo in fæminæ matricem, ei incumbando. Et sic si semen illud receptum, & transfusum, non amittit suam vim naturalem, & qualitatem conuenientem, potest per ipsum fieri conceptio,& generatio, ac si primo de viro (à cuius corpore decisum est) immediatè transfusum fuisset in fæminam illam. De hoc B. Aug. 15. de ciuit. Dei cap.23. dicit, quod creberrima fama est multique se expertos, vel ab expertis audisse, de quorum fide dubitandum nō esset Siluanos, atque Faunos, vt vocant Romani, Greci, panas de quibus etiam testatur S. Greg. lib. .7 moralium cap. 12. de illis intelligens illud Iob.34.& pilosus clamabat ad alterum. Isid. lib. 7. Etym. cap. vlt. & communis omnium Theologorum sententia, & multæ experientiæ, & vt ex multis vnum, aut alterum adducamus exemplum S. Victorinus (vt in eius vita apud Surium tom. 5. habetur) diabolum in hæremo sub specie pietatis in forma mulieris recepit, & cum ea peccauit, sed peccatum suum agnoscens dignam pænitentiam fecit. Hector Boethius refert in sua historia fuisse in Morrea regione nobilem puellam, quæ coniugium auersata, & inuenta est pregnās dixit secum formosissimum adolescentē cubare,& se nescire vnde veniat, parentes tertio die illum adesse, indice ancilla cognoscentes cubiculum ingrediuntur, illum in amplexibus filiæ, & in ipso actu venereo intuentur, quem frustra conantur occidere, nec a filia remouere possunt accurunt vicini ad clamorem, vident omnes fædum spectaculum, vocatur Sacerdos probatæ vitæ, qui legens Euangelium Sancti Ioannis, cum peruenisset ad illa verba (et verbum caro factum est) Dęmon asportās cubiculi tectum, incensa suppellectili stridore emisso horribili abijt,& fæmina post triduum peperit monstrum aspectu fædum. Idem Hector narrat aliud sui temporis notissimum exemplum de naui, quæ vi ventorum, & vndarum submergebatur admiratur nauta, quod naturaliter præter tempus ita subito non posset tanta subortiri tempestas statim clamat mulierculam, quæ erat in imo nauis, dicitur propter illam ortā fuisse tempestatem, quia cum diu habuisset familiaritatem incubi, tunc etiam ab illo fuit subacta, hortantur omnes illam ad pænitentiam, aderat Sacerdos illa lacrymis suum horrens peccatum, cum nubecula quædam enauis sentina exiluisset sono, flamma, fumo, fætore prodidit dæmonem, cuius recessu cessauit tempestas. Si libet intueri tractatum de incubis,& succubis, quod tradit Beda in historijs Anglorum, & Gulielmus, & Tho. Barbatius in lib. suo de apibus.

5 Quæritur quomodo possunt ea facere Dęmones cum sint spiritus, & carnem, & ossa non habeant? ℞. quod hoc faciunt applicatione causarum naturalium, quibus autem condensant, & ei figuram, & calorem humani corporis tribuunt, sicut, & Angeli boni; qui sæpe in sacris litteris apparuisse leguntur.

6 Quomodo dæmones possunt coire, & grauidam mulierem facere? ℞. Dæmones tamquam iniqui ad iniquitatis opera corpora assumunt, & semen humanum, vel impollutione emissum, vel vt succubi transfundunt, vt supra.

7 Quæritur vtrum filij, qui sic generantur, vocentur filij diaboli? ℞. quod non sed illorum à quibus acceperunt semen, sunt filij, S. Thom. in prima par. quæst. 51. art.3. ad 6.

8 Quæritur, quare data est potestas dæmonibus exercendi magicas artes? ℞. quod multiplici ratione, Prima ad fallendum fallaces, sicut Aegiptios, & ipsos magos, vnde etiam, quæ ipsi per talem modum acturi sunt, quasi diuinando prædicunt, vt ibi Græsus perdit Halim transuectus maxima regna. Secunda admonendos fideles ne scilicet tale quid pro magno desiderent, & cum videant etiam malos facere huiusmodi. Tertia ad probandum, & exercendum patientiam.& fidem iustorum.

9 Quæritur quomodo maleficiati sæpæ euomunt, acus, clauos, pilos, ossa magna, plumas ingeniosissimè consertas, quod videtur impossibile, vt res tam magnæ, & sensibiles per foramen paruum oris,

imò

imo etiã p oculos sine dolore visibiliter emitãtur? R. quod siue sunt illusiones, aut videantur, quæ vere non sunt dæmon aeris condensatione, & coloratione facit illa apparere; sed aliquando sunt realia, nam Diabolus inuisibiliter illa stomaco infert; & inde visibiliter educit, non obstante, quod sint ista magna, & quia potest ad libitum ea diuidere, & vbi opus fuerit actiua naturalia ad id applicare, & hoc tanta celeritate, vt oculus diuisionem, & compositionem discernere non possit, sed iudicet ita magna emitti, & quod oculus decipiatur, & non possit ratione velocitatis motus, rem vt est percipere.

9 Quæritur quare in scripturis nominatur Diabolus, & quandoque Dæmon? R. secundum Guil. Scot. imitatorem lib. 2. sent. dist. 5. solet capi tripliciter. Vno modo idem est, quod sciens; vnde in latino interpræatur peritus, vel sciens, Inde mali spiritus vocantur cacodæmones. i. malum scientes, sed boni Angeli dicuntur codemones, vel vt alij dicunt calodemones, idest bonum scientes. Nam καλὸν, græce latine dicitur bonum, siue pulchrum, siue honestum. Hinc actu 17. Atheniensis dixit de Paulo, quod nouorum demoniorum videretur anunciator esse i. nouarum sententiarum. Dixerunt enim eidem noua infers auribus nostris, itaque dæmonium idem sit, quod scientia, & dæmon idem, quod sciens: Secundo modo dæmones dicuntur apud Platonem quidam spiritus naturæ subtilis, miræ cognoscibilitatis, siue bonus, siue malus. Tertio principaliter dæmon accipitur in Theologia pro Angelo apostata per peccatum obstinato. Et est inuentum hoc nomen lingua Syriaca .s. Demon quasi dimon à diuitijs, & mammon quippe, in illa lingua diues dicitur. Dum igitur Angelus malus, sine merito voluit habere diuitias beatitudinis, & diuinæ æqualitatis, recte dæmon nuncupatus est. Siue per contrarium diues, ironicè loquendo, idest pauperrimus; seu miserrimus. Hic omnibus nocere studet, Vnde August. 8. de ciuit. Dei dicit certum est dæmones esse spiritus nocendi cupidissimos, scilicet hominibus in anima, & corpore; & à iustitia pænitus alienos superbia tumidos, inuidentia liuidos, fallacia, calidos, &c. Vnde de iustitia digni sunt pæna.

11 Quæritur quare vocatur Diabolus? R. quod diabolus græca dictio est διάβολος i. calumniator, ille malignus spiritus cepit dici diabolus post quam homini inuidit de quo, vt supra, & dicitur diabolus, quasi deorsum fluens, vt dicit Gerson. tract. 8. super magnific. Peccauit enim lucifer ortus est, alter impulsus vsque ad abyssum, sed quomodo nos fallat, & decipiat, diximus supra, & habetur in multis locis scripturę, vt Sanctus Bonauentura dist. 5. lib. 2. quæst. 1. dictus est diabolus, quia deorsum fluxit, & ex hoc in malitia sua firmatus fuit, & ideo magister describens perfectam auersionem qualis in diabolo, non qualis hominibus peccatoribus dicit, quod auerti est odio habere, & inuidere diabolus enim superbus non valens conscendere, sed compulsus descendere, odit Deum iustum, & inuidet excellentiæ eius, &c.

12 Quæritur quibus alijs nominibus in scripturis nominatur diabolus? Respon. quod multipliciter nominatur per quod proprietates suæ cognoscuntur: vocatur enim diabolus, quod interpretatur defluens, quia defluit idest corruit spiritualiter, & localiter, sicut dictum est, & græcè interpræatur diabolus clausus ergastulo, & hoc sibi conuenit, quia non permittitur tantum nocere, quantum vellet. Præterea secundum ethymologiam diabolus dicitur à dia; quod est duo, & bolus, quod est morsellus, quia duo occidit, scilicet corpus, & animam. Item vocatur dæmon, idest sanguineus, & hoc propter peccatum, vel sciens, quia viget triplici scientia, sicut dictum est. Item belial, quod interpræatur absque iugo, vel absque domino, quia pro posse contra eum pugnat, cui deberet esse subiectus. Item belzebub, quod interpræatur vir muscarum, idest animarum peccatricum, quæ relinquerunt verum sponsum Christum. Item Satanas, idest aduersarius, vnde Petr. Aduersarius vester diabolus, &c. Item behemoth, idest bestia, quia facit homines bestiales.

ſtiales. Item leuiatham, ideſt additamentum eorum, qui peccant peccatis cumulant.

13 Quærit̃ lucifer de quo ordine fuit? ℞. ꝙ fuit de ſupremo ordine ſuperioris hierarchie, ac in illo ordine ſupremum gradum tenuit, cui tanquam principi de ſingulis ordinibus magna multitudo adheſit, quos omnes ſecum traxit.

14 Quæritur quare dicitur lucifer? ℞. quod præceteris luxit, ſuæque pulcritudinis conſideratæ, eum excecauit. Primũ hominem tentauit, & vicit. Secundum tentauit, & victus eſt. Poteſtatem tunc amiſit, quam vltimis temporibus recuperabit. Nunc religatus eſt, & in fine mundi ſoluetur.

15 Quæritur quomodo fuit peccatum luciferi? ℞. quod ſe, & ſuum priuatum bonum dilexit, excecatus de altitudine habita præſumpſit, ut propriam excellentiam ambiuit, quaſi habiturus fuerit à ſe, non ab alio, & ſine meritis habere voluit: Stare, vel ſperare cum poſſet quouſque gratia apponeretur, noluit, Dei ſimilitudinem concupiuit, non quidem cauſa imitationis, ſed poteſtatis, ideſt ſubditos habere voluit, & nulli ſubiectus eſſe concupiuit.

16 Quæritur vtrum Diabolus poſſit hominum cordis ſecreta ſcire? ℞. quod non ſecũdum Aug. de Eccleſiaſticorum dogmatum, qui dicit. Internas animæ cogitationes diabolum non videre certi ſumus, ſed motu eas corporis ab illo, & affectionum indicijs colligi, & experimento didicimus, ſecreta autem cordis ſolus ille nouit, ad quem dicitur tu ſolus noſti corda filiorum hominum, & Iſid. lib. 1. de ſummo bono: Dæmones triplici acumine præ ſcientiæ vigent, ſcilicet ſubtillitate nature, experientia temporum, reuelatione ſuperiorum poteſtatum.

17 Quæritur vtrum dæmones fuerũt Angeli boni? ℞. quod Deus fecit omnes Angelos bonos, non tamen ſummos, ſed medios inter ſummum bonum, & bonũ commutabile, quod eſt creatura, ita quod ſi conuerterentur ad amandum Deum, qui ſupra ſe erat, aſcenderent ad ſtatum gratiæ, & gloriæ. Si vero conuerterentur ad bonum immutabile, quod fuit contra ſe, hoc ipſo irruerent in malum culpæ, & penæ, quia non eſt dedecus peccati ſine decore iuſtitiæ.

18 Quæritur, quotuplex fuit caſus diaboli ℞. quod duplex ſcilicet ſpiritualis, & localis, quia cecidit de naturæ puritate, deflexibilitate liberi arbitrij, ad commutabile bonum, de luce in tenebras, de ſcientia in ignorantiam, de innocentia in culpam, de felicitate in pænam, de dilectione in odium. Poſt caſum enim factus eſt impænitens, & obſtinatus in malo, & excecatus à vero, & deordinatus in bono, & infirmatus in virtute, & excluſus à Dei cõtemplatione, Præterea voluntas eius impia conuerſa eſt ad hominis odiũ, & inuidiam, vnde toto conamine nititur ad eius ſubuerſionem per tentationem multiplicem.

19 Quæritur vtrum caſus diaboli fuerit localis? ℞. quod caſus diaboli localis fuit quia vel infernum, vel in caliginoſum aerem, qui eſt in medio interſtitio aeris corruit, dæmones enim non ſunt in ſuperiori parte aeris, ne lumine gaudeant, nec ſunt in parte inferiori, ne nimis contra nos ſeuiant.

20 Quæritur quare peccatum diaboli ſit irremiſſibile? ℞. quod de hoc aſſignantur multæ rationes, & Prima ſecundum Aug. quia diabolus peccauit nullo ſugerente, & ideo nullo reparante redibit Secunda eſt ſecundum Damaſc. quia contra deiformem intellectum peccauit. Quanto autem nobilior eſt cognitio, tanto peior eſt error. Seruus enim ſciens voluntatem Domini, &c. Tertia ſecundũ eundem Damaſc. eſt quia Angelus non eſt ſuſceptibilis pænitentiæ, vnde nec veniæ. Quarta eſt, quia in diabolo extincta eſt Synderesis, quantum ad boni promotionem. Quinta eſt, quia natura ſpiritualis ſemel tantum vertibilis eſt, eo quod tota ſe conuertat, quod non facit homo, quia caro ſemper repugnat ſpiritui.

SVMMARIVM.

1 *Angelus eſt ſubſtantia intellectualis.*
2 *Angeli ſunt ſpirituales facti ante omnem creaturam.*
3 *Angelorum nomen eſt officii, non naturæ.*
4 *Angelorum ordines nouem.*

5 Se-

5 *Seraphim proprium est in amore Dei ardere.*
6 *Cherubin relucent diuini luminis radio, &c.*
7 *Throni dicuntur. quod in eis Dominus sedeat, &c.*
8 *Dominationes eo, quod cæteris Angeli dominantur.*
9 *Principatus subditis Angelis præsunt.*
10 *Potestatum officium est confortare certantes in spirituali certamine.*
11 *Virtutes infaticabiles ad executionem faciendorum.*
12 *Archangeli summi nuncii nuncupantur.*
13 *Angeli sunt cælesti dispositione vltimi.*
14 *Angeli præsunt regionibus, & hominibus.*
15 *Angeli mali præsunt vitiis.*
16 *Angelorum prælationes cessabant post hanc vitam, & quomodo.*
17 *Dæmonum prælationes quomodo cessabunt.*
18 *Angeli custodes, quid nobis faciant.*
19 *Christus, vt homo habuit Angelum custodem.*
26 *Antichristus etiam habebit Angelum, sed ad sui accusationem.*

De Angelis in communi. Cap. VIII.

1 QVæritur quid est Angelus? ℞. quod Angelus est substantia intellectualis, semper mobilis arbitrio libera incorporea, Deo ministrans immortalitatem suscipiens, secundum gratiam, non naturam, cuius substantiæ, speciem, & terminum solus, qui creator est nouit Damesc. lib. 2. cap. 3. substantia ponitur in hac diffinitione pro genere, & ponitur ad differentiam accidentis. Intelligitur etiam hic substantia qualitercunque cõposita scilicet ex eo, quod est, & à quo est Intellectualis dicitur potius, quam rationalis, quia ratio est virtus collatiua causæ, & causati, & ideo composita, vt omnis homo est animal, fortes, &c.

2 Quæritur quãdo fuerunt Angeli creati? ℞. secundum Isidorum quod Angeli sunt spirituales facti ante omnem creaturam creati, natura mutabiles conditi, sed contemplatione immutabiles facti, animo impassibiles, mente rationes, felicitate securi, futurorum præuij, iussi mundum regunt amissi corpora aerea, assumunt in cælestibus commorantur.

3 Quæritur nomen Angelorum quid? ℞. quod Angelorum vocabulum, nomen est officij non naturæ, nam sancti illi celestis patriæ spiritus, semper sunt spiritus, sed semper vocari Angeli nequaquam possunt. Tunc solum sunt Angeli, cum per eos aliqua nunciantur. Vnde Psalmus, Qui facit Angelos suos spiritus. Hi ergo qui minima nunciant Angeli, qui verò summa nunciant Archangeli vocantur; Greca enim lingua angeli nuncij vocantur. Qui idcirco priuatis nominibus censentur, vt Michael, Gabriel. Raphael, vt signetur etiam per vocabula, quod in operatione valeant.

4 Quæritur quot sunt ordines Angelorum ℞. secũdum Greg. in serm. vbi inquit Nouem Angelorum esse ordines testãte sacro eloquio scimus, scilicet Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubin, atque Seraphin.

5 Quæritur quod est officium Seraphin? ℞. quod officium proprium Seraphin est in amore Dei ardere, & alios ad incendiũ diuini amoris promouere, & in Deum ordinare, diligendique formam tribuere Isti immediatè Deo iunguntur, & ideo purius, & perfectius in ipsos operantes theophaniæ deferunt, ad aliud quoque extra amatum non diuertunt.

6 Quæritur officium cherubin quid? ℞. quod cherubin quoque primo, & principaliter relucent diuini luminis radio, pro eo, quod vicinius primæ veritati iunguntur Horum officium est promouere homines ad diuinam cognitionem, ideo præceteris dicuntur lucere, quia plenitudinem luminis, quam suscipiunt alijs inferioribus communicando transfundunt.

7 Quæritur Thronorum officium quid? ℞. quod throni dicuntur eo, quod in eis Dominus sedeat, & iudicia sua, per eos determinet. In his ergo præcipue relucet rectitudo diuini iudicij. Hi quoque virtutem Dei, quam supra se accipiunt ad inferiores transfundunt.

8 Quæritur officium Dominationum? ℞. quod dominationes dicuntur, eo quod

cæteris

cæteris Angelis dominantur, & ab omni oppreſſione ſunt liberi, & nulli inferiori ſubijciuntur. Horum officium ſecundum Greg. eſt in bello ſpirituali inſtruere, qualiter oporteat, prælationis officium eſt, ſecundum Dyoniſ. timore ſeruili depoſito in Deum moueri, & inceſſanter ei famulari.

9 Quæritur Principatuum officium? ℞. quod Principatus ſubditis Angelis præſunt, & eos ad mineſterium diuinum explendum diſponunt. Ad hos pertinet, ſecundum Dyony. vniuerſale regimen vnius regni, vel gentis ducere ad Dei ſimilitudinem. Miniſterium quoque eorum eſt, ſecundum Greg. docere homines exhibere reuerentiam vnicuique ſecundum gradum ſuum. Horum etiam officium eſt promouere homines, vt non propter vtilitatem propriam, ſed propter ſolius Dei amorem, & honorem faciant iuſtitiam.

10 Quæritur poteſtatuum officium? ℞. ſecundum Iſidorum, quod virtutes aduerſæ ſubiectæ, ſunt ne mundo tantum noceant, quantum cupiunt. Horum officium, ſecundum Greg. eſt illos, qui in ſpirituali certamine deſudant confortare, ne ſpirituale regnum ammittant defendere. Et ſecundum Dionyſ. ad ipſos ſpectat, angelos inferiores, quantum poſſibile eſt, diuinæ potentiæ conformare.

11 Quæritur virtutum officium? ℞. quod virtutes ſunt infaticabiles ad executionem faciendorum, & robuſti ad perceptionem munerum. Horum officium eſt ſecundum Dionyſ. docere prælatos, vt facile, & perſeueranter, quæ ad officium prælationis pertinet exequantur, & ſpiritualia onera ſuſtineant patienter. Item per ipſos miracula fiunt, & virtutes faciendi mirabilia perfectis conceduntur.

12 Quæritur Archangelorum officium? ℞. quod Archangeli ſummi nuncij nuncupantur, & ſumma nunciant. Horum officium eſt ſecundum Greg. de his, quæ pertinent ad promotionem fidei, vt de Natiuitate Chriſti, & de factis eius homines expedire, & dæmones ab hominibus remouere, & ſecundum Dionyſ. prophetias reuelare. Iſti illumationes, quas à ſuperioribus ſuſcipiunt inferioribus annunciantn, & per eaſdem nobis.

13 Quæritur Angeli officium? ℞. quod Angeli ſunt cæleſti diſpoſitione vltimi, & hominibus magis propinqui Angelus nomen eſt officij non naturæ. Iſti minora nunciant, & homines ad diuinam cognitionem ducunt, & vt iuſtè viuant inſtruunt. Hi ſurſum tendunt per dilectionem Dei, in ſe ipſis firmantur, per cuſtodiam ſui, ac ſub ſe progrediuntur auxilium proximi.

14 Quæritur quibus præſunt Angeli, quia dicuntur præeſſe? ℞. quod præſunt quidã Angeli regionibus, vt dicitur Daniel. 7. Princeps Gregorum, & Princeps Perſarũ, &c. Quidam vero pręſunt Eccleſijs Apocal. 1. Angelo Epheſi Eccleſiæ ſcribe Item alij præſunt perſonis Actu 12. Angelus Petri credebatur ad oſtium ſtare.

15 Quæritur vtrum Angeli mali præſint, & quibus? ℞. quod quidam etiam maligni ſpiritus dicuntur præeſſe vitijs, vnde vocatur aliquis ſpiritus ſuperbiæ, ſpiritus luxuriæ, & huiuſmodi.

16 Quœritur, quæ prælationes permanebnnt poſt hanc vitam, & quæ ceſſabunt? ℞. quod hierarchiæ ſemper ſtabunt, quantum ad inſtantiam beatitudinis, & quantum ad gradum dignitatis, & nobilitatem doni gratuiti, ac naturæ. Ceſſabunt autem prælationes angelicæ ſuper homines, & angelos, quoad actum regiminis, ſecundum gubernationem mundi, & electorum, ſecundum viam ad patriam.

17 Quæritur vtrum ceſſabit prælatio in dæmonibus, quo ad effectum inſultandi, & irridendi, & ſecundum quod vnus prouocat alterum in malitia, & hoc non deſtruetur, Pſal. 73. Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper, nec deſtruetur, quantum ad malitiam, & naturam: ceſſabit autem prælatio quoad officium tentandi eos, qui ſunt in via. In hominibus etiam prælationes euacuabuntur, quia non erunt decani, centuriones, chiliarchæ, & huiuſmodi. In creaturis ſimiliter ceſſabit prælatio, quia ſuperiora nõ mouebunt tunc inferiora, ſicut modo.

18 Quæritur quid ij, quos Angeli cuſtodiunt agunt, quia dicitur quod omnis homo angelum vnum ad ſui cuſtodiam habet? ℞. quod Angeli nobis ad cuſtodiam deputati tenent nos aſtantes, ne cade-

cademus, & cadentes, nos adiuuant, vt surgamus, nec vnquam nos deserunt etiam peccantes, quin sint semper parati auxiliari; si velimus. Hæ tamen falli obstinatis, à quorum custodia desistit Angelus actualiter paratus, tamen est custodire, si redire voluerint, quia nunquam derelinquitur homo ex toto ab Angelis.

19 Quæritur, vtrum Christus etiam habuerit Angelum deputatum? Respond. quod Christus sic, vt homo habuit, & Angelum deputatum.

20 Quæritur, vtrum Antichristus habebit Angelum deputatum in custodiam? Respond. quod sic, quamuis propter nimiam obstinationem, non sit habiturus promotionem ad bonum, habebit tamen ad accusationem.

Magna dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum deputatum, Hier. super Matth. 3. lib. Simus ergo deuoti, simus grati, tantis custodibus, redamemus eos, quantum possumus, quantum debemus affectuosè, ideo Angelos eius tanquam futuros aliquando cohæredes, nos verò interim actores, & tutores à patre propositos nobis; adhuc enim paruuli sub tutoribus, & actoribus sumus; Quoties ergo grauissima cernitur vrgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere, inuoca custodem tuum, directorem tuum, adiutorem tuum in opportunitatibus tuis. In tribulatione verò, neque dormitat, neque dormit, & si quando ad tempus dissimulat. Bernard. in serm. de Angelis.

Benignus es Domine, qui non es contentus nostra fragilitate murorum, sed ipsis hominum custodibus angelicam custodiam supponis. Tu ergo si vis habere ministerium Angelorum, fuge consolationes seculi, & tentationes resiste diaboli.

Et quia incidenter multa diximus de Angelis malis, non immerito fuit etim aliqua dixisse de Angelis bonis.

SVMMARIVM.

1 *Obseruantia vana quæ.*
2 *Obseruantia vana in quatuor modis.*
3 *Reliquiæ sunt magnæ virtutis.*

De Vana obseruantia. Cap. IX.

1 Quæritur, quid est vana obseruantia? Respond. quod est quando homo ex aliquibus rebus sperat effectus, ad quos tales res nullam habent efficaciam.

2 Quæritur, quot modis sit vana obseruantia? Respond. quod in quatuor modis, primus dicitur ars notoria. i. quando ieiunijs, & orationibus sperat sibi infundendum scientiam, & dicitur ars notoria. Secundus modus dicitur obseruantia sanitatis, quando ex similibus rebus sperat sibi sanitatem. v.g. Herbæ, quæ desumuntur in die S. Ioannis, & in die Ascensionis, rursus quædam orationes propter morbos. Tertius modus est obseruantia futurorum effectuum, v. g. si egreditur domo pede læuo, displicet, & non exit, aut sternutare post primam vigiliam habent pro malo Omene. Quartus vsus est obseruantia reliquiarum.

3 Reliquiæ sunt magnæ virtutis, & Agnus Dei, vbi interdicitur Ecclesiæ Auctoritas, tamen quando reliquiæ nullam habent efficaciam, aut si habent, habent cum varijs circumstantijs ad illud, quo vtuntur, est superstitio. Sicut hoc Euangelium S. Ioannis in carta pergamena, & vti præterea orationibus contra arma, &c. est superstitio, & est veniale peccatum. Vide Nauar. in Manua, de superstitionibus, nu. 26. vsq. ad 41. cap. 11.

SVMMARIVM.

1 *Religionis diffinitiones.*
2 *Religio est cultus Dei.*
3 *Religionem intrare quomodo quis debeat.*
4 *Religionem intrans ex causa inhonesta, quid.*
5 *Religionem intrans dolo inductus, quid?*
6 *Religionem intrans, quis metu mortis, quid?*

7 *Religionem intransallectus blanditijs, quid?*
8 *Religiosus eiectus, vel fugitiuus quid?*
9 *Religiosum Abbates tenentur reducere ad Monasterium.*

De Religione. Cap. X.

1 Quæritur, quid est Religio? Respond. quod Religio est, quæ superioris cuiusdam naturæ, quã diuinam vocant curam, cæremoniamque affert, secundum Ciceronem, lib. 2. Rethor Religio, secundum August. lib. 10. de Ciuitate Dei, nihil aliud est, quam cultus diuinus, vel secundum eundem lib. de quantitate animæ. Religio est, qua se anima vni Deo, vnde se peccato subreperat, reconciliatione (ligat) vel est studium sapientiæ (vt idem scribit libro de vera religione.) Item Religio, secundum Isidor. lib. 18. Etymol. est, quod per eam vni soli Deo religamus animas nostras ad cultum diuinum, animo seruiendi. Vel dicitur à religando, vt dicit Aug. lib. 2. de Ciuit. Dei, Deum, quem amiseramus negligentes, &c.

2 Quæritur, quomodo Religio cultus Dei dicitur? Respond. quod Religio cultus Dei quatuor nominibus nuncupatur, duobus apud Græcos, quæ sunt latria, & theosebia, idest cultus diuinus, vel bonus, & duobus latinis. Sed differunt quia theosebia respicit cultum Dei interiorem, qui proprie pertinet ad virtutes Theologicas: latria verò respicit seruitutem, quæ pertinet ad iustitiam ex Bonau. 3. sent. dist. 9. quæst. 2. art. 3.

3 Quæritur, qua intentione, quis intrare debeat religionem? ℞. vt moriatur sæculo, & seruiat Christo. 12. quæst. 1. cap. 2. & quilibet secundum S. Tho. debet reputare votum Religionis esse bonum, nec indiget consilio, cum sit Religio manifestè bona, & debet etiam reputare esse proportionatam suæ infirmitati, nisi expresse constet de contrario.

4 Quæritur, vtrum intrans Religionem ex causa inhonesta, puta, vt esset Abbas, vel vt melius triunphet, vel gaudeat, & huiusmodi teneatur, licet non consequatur suam intentionem? ℞. secundum Panor. in cap. vt clerici de regulis, quod sic, quia effectus est religiosus, hoc non constante, vt tenet glos. in d. cap. vt clerici, & facit bonus text. cum glos. in cap. quod interroganti. 27. quæst. 3,

5 Quæritur, quid de illo, qui dolo inductus est ad religionem? ℞. quod nihilominus erit religiosus de conuer. coniug. cap. ex parte el. 2. cap. veniens, & cap. dudum, quod met. caus. cum dilectus verb. dolus §. 6,

6 Quæritur, quid de illo, qui mætu mortis efficitur Religiosus? Respond. quod si timor inferatur ab homine, sic non est religiosus, quod met, caus. perlatum. nec obligatur per tale votum nisi postea ratificetur, vt in cap. porrectum, & in cap. sicut. nobis de regulis, & hoc intellige, quando talis timor infertur ab homine, & profiteatur, vel faciat tale votum, & sic debet intelligi in d. cap. perlatum. Si verò mætus sit casualis, vel naturalis, puta infirmus, vel in mari tempore tempestatis, vel in periculo latronum, aut inimicorum, sic talis mætus non impedit, quin sit obligatus religioni, vel voto, si deliberatè hoc fecit, vt in dicto cap. porrectum, & dicto cap. sicut nobis, quia quandoque Deus tales timores immittit, vt conuertamur. 16. quæst. 1. reuertimini, & Panor. in dicto cap. sicut. Alij dicunt, quod si quam cito conualescentiam, vel euasionem periculi sentit, & contradicat, non tenetur, etiam in motu casuali, si votum fecit allegat. cap. extransmissa, & cap. finale, de renunc. sed prima melior. vide infra cap. 14. nu. 8. de voto.

7 Quæritur, vtrum allectus blanditijs, sit religiosus? Respond. quod sic & stare tenetur, licet bona sua parentibus, vel heredibus remanere debeant non monasterio allicienti. 20. quæst. 3. cap. constituit.

8 Quæritur, vtrum religiosus eiectus, vel fugitiuus, qui non potest impetrare reconciliationem secundum formam cap.

cap. fin. de reg. possit transire ad aliam religionem laxiorem? Respond. quod non si potest inuenire in prouincia monasterium suæ religionis, quod velit eum recipere, quod si non inuenit, potest tunc intrare laxiorem cum licentia sui Prelati (si potest habere) alias poterit viuere alio modo regulariter secundum Ray. infra eo, cap. §. fin.

9 Quæritur, vtrum Abbates, & alij Prælati teneantur quærere, & reducere ad monasterium monachos fugitiuos? Respond. sic, inuocando Prælatos superiores, & per excommunicationem, & potest facere denunciare excommunicatum de regul. cap. fin. Intellige quando sperat correctionem, vel minus malum, quia tunc tenetur, & si non potest aliter corrigi, incarceretur de apost. cap. de nobis, ex quo sequitur secundum Panor. cap. ad monasterium, vt reuelat se suo Abbati, & eo ipso, quod religiosus recedit à monasterio, cum intentione non redeundi, & non est sub obedientia Prælati, est apostata, secus si intra aliud monasterium, si tamen, non intrat, secundum quod debet, potest repeti, etiam cum brachio sæculari. Eiectus vero dicitur, qui à suo superiore fuit eiectus à monasterio, culpa sua fortè exigente. hæc. Panor. in d. cap. fin. de regul.

SVMMARIVM.

1 *Apostasia est recessus à vera Religione.*
2 *Apostata triplici modo.*
3 *Apostatæ debetur pæna, quæ debetur hæretito.*
4 *Apostatant etiam, qui metu tormentorum Christum negant.*

Vide cap. 27. quart. part. de Apost.

De Peccatis contra religionem.

De Apostasia. Cap. XI.

1 Quæritur, quid est Apostasia? ℞. quod Apostasia est recessus à vera Religione, & murmur contra diuinam prouidentiam, & blasphemia Deo indigna ascribens: Gerson. part. 2. in regulis moralibus, & Palud. dist. 13. quæst. 3. lib. 4.

2 Quæritur, quotuplex est Apostasia? Respon quod est triplex. Vna à fide. Secunda à Clero. Tertia à monasterio vt idem Palud. De prima dicendum est quod licet omnis hæreticus sit apostata, scilicet, quod non tamen simpliciter, sed magis èconuerso, omnis apostata, est hæreticus, quia proprie apostata, qui ex toto dimittit legem Christi, & fit iudeus, vel Saraeenus, & Paganus.

3 Quæritur, quæ pæna debetur Apostatæ? Respond. quod omnis pæna, quæ debetur hæretico, debetur Apostatæ, & maior etiam.

4 Quæritur, qui mætu tormentorum Christum negant ore tamen, non corde, quid? Respond. quod isti apostatant mentientes, etiam mortaliter peccant, quia Deum basphemant, sicut illi contra alios mætu tormentorum mentiuntur accusando, quod perniciosum, & mendacium, similiter omnes, qui dicunt se falso crimine quodcunque commisisse, qui se ipsos diffamat. Secunda Apostasia potest esse sine peccato. Vbi sciendum, quod si homo transferat se ad actum omnino incompassibilem, putà, ad bigamiam, statim exuitur omni Priuilegio Clericali. Similiter si in iudicio conuentus recuset respondere coram iudice Ecclesiastico, publieé se negans velle clericaliter viuere, nudatur etiam omni priuilegio clericali. Tertio, si laicaliter se gerens admonitus tertio, redire noluerit. Item quarto, si sic agit per omnia, vt laicus, non vt clericus, de hoc dist. 18.

De tertia apostasia, scilicet à religione dicendum, quod ipso facto sunt excommunicati si habitum reliquerunt, & requirendi, & recipiendi sunt, nisi sit tale crimen, propter quod possent expelli: quia cum damus actionem, multo magis exceptionem. Quando autem in vitè reducuntur, incarcerantur, ne fugiant, sicut dicit lex. Serui fugitiui pede amputato debilitantur, qui au-

tem sponte redeunt, nequaquam bona verò in Apostasia acquisita, sunt Monasterij, quod non eos expellit, nec recipere recusauit, hæc Palud. vbi supra.

Vide etiam cap. de Apostasia. 4. par. cap. 27.

SVMMARIVM.

1 *Idolatria omnis prohibita.*
2 *Idolatrare est cultus Deo debitus creaturis exhibere.*
3 *Dubius in fide peccat contra primum præceptum.*
4 *Obseruantes tempus, & dies peccant mortaliter.*
5 *Somnia obseruare peccatum est.*
6 *Phitonissæ accedere non licet.*
7 *Astrologis non licet accedere.*
8 *Supestitiosum est attendere, quando gallina cantat, & canis latrat.*
9 *Nigromantia est diuinatio super cadauera mortuorum.*
10 *Diuinationum quatuor genera.*
11 *Indouinis inspicientibus manus ab intra non licet accedere.*
12 *Reliquias orationes, & similia supra se portare, an liceat.*
13 *Orationes incantationes, & similia super infirmum, an liceat.*
14 *Qui amat Patrem, & Matrem plusquam me, non est me dignus, dicit Dominus.*
15 *Collectio herbarum cum aliqua superstitione non licet.*

Item sequuntur etiam, quæ fiunt contra primum Præceptum.

De Idolatria. Cap. XII.

1 QVæritur, quæ prohibentur in primo præcepto? Respond. quod prohibetur (vt diximus) omnis Idolatria, siue adoratio cuiuscunque creaturæ, siue simulacri, vel imaginis rei naturalis, & dicit Nicol. de Lyra, super Exod. 20. & Deut. 7. cap. Non habebis Deos alienos coram me, & non facias tibi sculptile, nec omne similitudinem. Vbi præcepit Deus contra idola dicens: Non adorabis ea, scilicet, exterius, neque eoles, scilicet interius secundum Glos. si quis ergo adorat diabolum pro Deo, aut aliquod Idolum, siue creaturam, & ei tribuens honorem diuinum, peccat mortaliter 26. quæst. 5. cap. non liceat.

2 Quæritur, quid est Idolatrare? Respond. quod est, quando diuinus cultus exhibetur, cui exhiberi non debet, secundum S. Thom. 2. 2. quæst. 94. art. 1. Nam solus Deus, qui est summum bonum, & omnium rerum principium, humanique generis reparator, est toto corde colendus, & super omnia diligendus.

3 Quæritur, vtrum contra hoc præceptum faciant, qui dubitant de fide? Respondetur, quod sic, & qui falsificant fidem, etiam, qui negligunt addiscere articulos fidei, cum possunt, & debeant eos scire. Nam quilibet Christianus cum ad annos discretionis peruenerit, tenetur addiscere, & scire Symbolum Apostolorũ, nisi esset impossibilitas ingenij, sic quod nullo modo addiscere posset, de cons. dist. 4. cap. vos.

4 Quæritur, vtrum faciant contra hoc præceptum, qui obseruant tempus, & dies? Respondetur, quod peccant mortaliter omnes isti, qui obseruant tempus, & dies Aegyptiacos in his actibus, qui solum dependent ab hominis libero arbitrio, vt puta mercatio, vxoris ductio herbarum collectio, vel alicuius operis inchoatio, & sic de alijs simplicibus, quia in talibus obseruare tempus, & dies Aegyptiacos, ac dies calendarum mensis, quos vulgus imperitus falso dicit dies ægros, seu maledictos, vel infelices, est superstitiosa, & reprobata curiositas. cap. non obseruaris 26. quæst. 7.

5 Quæritur vtrum peccent, qui obseruant somnia? Respon. quod peccant, qui obser-

obseruant somnia, & auguria. Nam somnia quandoque accidunt naturaliter quandoq. ex præcedentibus, & occupationibus, & quasi frequenter accidunt ex illusione diabolica 26. quæst. 3. cap. sciendum.

6 Quæritur, vtrum liceat accedere ad Phitonissas, vt ab eis aliquid per furtum amissum, requiratur? ℞. quod non licet imò prohibitum est, vt patet. 26. quæst. 5. cap. non liceat, & accedentes mortaliter peccant.

7 Quæritur, vtrum liceat accedere, vt vulgariter dicitur, ad indouinos, vel astrologos, & requirere, qua morte sit moriturus, & quæ pericula sit euasurus, aut quam felicitatem sit consecuturus? ℞. quod non licet, quia est deuiare hominem à fide, & sit contra honorem Dei, dicere, quia Deus sic voluit, vt quis moriatur mala morte, vel suspendatur, &c. quia homo ad hoc natus est, & quod euadere non potest talia pericula, quod falsum est; quia peruenit ex propria malitia illius, qui male viuit.

8 Quæritur, vtrum liceat attendere in gestu, cantu, & volatu auium, v. g. obseruare, quando gallina cantat, vel canis latrat, & cornix supra domum se locat, & alia similia? Respond. quod hæc & similia multa, etiam sunt superstitiosa, & vana obseruantia. Cum ista sunt naturalia, & nihil significant.

9 Quæritur, quæ dicitur Nigromantia? Respond. quod est diuinatio, quæ fit per cadauera mortuorum, & dicitur Nigromantia, à nigron Gregè, mortuus, machia verò diuinatio nuncupatur, secundum Isidor. in lib. Ethymol. Vnde sciendum, quod hoc genus diuinationis à Persis ortum habuit.

10 Quæritur, quod sunt genera diuinationis? ℞. quod quatuor, sicut quatuor sunt elementa. Nam primo fit diuinatio in terra, quæ Geomantia dicitur à Geos, quod est terra, & monthos, quod est diuinatio. Secundo, fit in aqua, & hæc nuncupatur, Hydromantia ab Idor, quod est aqua. Tertio fit in aere, quæ vocatur Aeromantia ab aere. Quarto, fit in igne, quæ dicitur Pyromantia, à pir, quod est ignis, quæ omnes diuini dicti sunt, quasi Deo pleni, quia diuinitate, quasi se esse pleni simulant.

11 Quæritur vtrum liceat accedere illis indouinis, qui per signa manuum hominum inspicere ab intra, & cognoscere volunt, quando talis mori debeat, vel aliquid nouitatis illi contingere, vel euadere debeat? Respond. quod non.

12 Quæritur, vtrum liceat portare supra se orationes, scripta, & quæ vulgariter dicuntur breuia, Agnus Dei, Reliquias & similia? Respond. secundum S. Thom. 2. 2. quæst. 96. quod licitum est portare super se Reliquias Sanctorum, Orationes deuotas, dummodo sint sine aliqua vana obseruantia, & scripta illa non contineant ignota nomina, vel sub illis aliquod illicitum lateat, nec aliquid falsitatis contineat, & non adhibeant fidem illis litteris, vel orationibus, vel characteribus in eisdem scriptis, quod quando inspiciunt, vel orant, vel circa se portant, credunt, quod non possunt suspendi, comburi, submergi, vulnerari, & nulla mala morte mori, &c. prohibitum est, & superstitiosum.

13 Quæritur, vtrum liceat dicere orationes, & alia, vt dicunt in cantationes, vel ponere scripta, & alia super infirmum, verbi gratia, super resipulam, & signare, aut incantare, vt vulgariter dicitur super effusionem, sanguinis, febrim, dolorem capitis, & similia? Respondetur, quod quando sunt verè orationes bonæ, vel alia similia ad hoc, vt Deus in hoc tantum honorificetur, non reprobatur, dummodo nulla alia superstitiosa obseruantia misceatur 16. quæst. 5. cap. liceat, sed quia mulierculæ, ac simplices personæ, nisi addantur his multa alia superstitiosa, sibi ipsis non satisfaciunt, & ideo prohibita sunt. 26. quæst. 2. cap. illud. cap. sequentibus.

14 Quæritur tandem, quid dicendum est de illis, qui diligunt plus corpus suum, filium, aut filiam vxorem, mari-

tum, vel aliam creaturam, aut res temporales, siue honores, quam ipsum Deum? Respon. secundum Matth. cap. 10. qui amat Patrem, & Matrem, filium, aut filiam, vxores, agros, &c. super me, non est me dignus.

15 Quæritur vtrum collectio herbarum medicinalium cum aliquibus verbis, vel tali die, vel ante solem, vel cum aliqua alia superstitione liceat? ℞. quod non, vt in 26. quæst. 5. non liceat, & 26. quæst. 7. admoneant.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum est inuocatio diuini testimonij.*
2 *Deus reparauit defectum fidei per iuramentum.*
3 *Iuramentum expressum, & implicitum, quomodo intelligitur.*
4 *Iuramentum quadruplex.*
5 *Iurare est actus religionis.*
6 *Iurare potest esse peccatum ratione circumstantiæ.*
7 *Iurare in duobus modis potest esse peccatum.*
8 *Iuramentum debet habere tres comites.*
9 *Mendacium dicitur duobus modis.*
10 *Mendacium iurare, etiam pro salute totius mundi non licet.*
11 *Iurans sine dubio existens dubium mortaliter peccat.*
12 *Iurans tenetur dicere verum, & illo sensu, quo auditur.*
13 *Iurare, cum equiuocatione quando licet.*
14 *Iuramentum cum violentia, quomodo seruanum.*
15 *Iuramentum contra iustitiam, quomodo seruandum.*
16 *Iurare cum æquiuocatione quomodo potest.*
17 *Periurium est mendacium iuramento firmatum.*
18 *Iurãtes falsũ, & inducẽtes, mortal. peccant. Iuramentum de calumnia quomodo ibid.*
19 *Iurare per falsos Deos non licet Christianis, neque paganis.*
20 *Iuramentum per falsos Deos ab infidelibus non licet Christianis petere.*
21 *Iurare sine necessitate non licet.*
22 *Iurans nominando verba turpia peccat mortaliter.*
23 *Iurare per creaturas, non nominando Deum an liceat.*
24 *Iurare in mendacio iocoso, non licet.*
25 *Iuramentum hosti, & infideli factum, est etiam seruandum.*
26 *Iurans sine intentione iurandi ad promissa tamen iurata tenetur.*
27 *Iurans ad certum terminum soluere, & non soluit, an periurus sit.*
28 *Iuramentum de re mala non tenet, sed peccatum est daplex.*
29 *Iuramentum extortum à latronibus, quomodo adimplendum.*
30 *Iurans an possit compensare pecuniam promissam latronibus cum ea, quam latrones debent ei.*
31 *Iurans filius non recedere à studio, nisi prius solutis debitis, reuocatus à patre discedit, an sit periurus.*
32 *Iurans non exire domum, citatus à iudice exit, an sit periurus.*
33 *Iurans redire ad carcerem, an teneatur.*
34 *Iurementum quandoque seruare non licet per quatuor casus.*
35 *Iurans de quo dubium erat, an adimplere posset, peccat grauiter. Vide varios casus.*
36 *Iuramenta rescidentes, vtrum peccent, & alia ibidem.*
37 *Iuramentum conditionale, an liget.*
38 *Frangenti fidem, & fides frangatur eidem, quomodo intelligitur.*
39 *Iurare in veritate, an verum sit iuramentum.*
40 *Iuramentum communitatis, Societatis, & Collegij ipsis mortuis, vtrum oblicet successores.*
41 *Iuramentum factum ex calore iracondiæ an obliget.*
42 *Iuramentum non obligat, si superuenit impossibilitas.*
43 *Iuramentum relaxare est illud ad nihil redigere.*
44 *Iuramentum dispensare, est excipere hominem ab obligatione.*
45 *Iuramentum commutare, est transferre in aliud.*
46 *Iuramentum in fauorem tertiæ personæ non potest dispensari.*
47 *Iuramenti, & voti obligatio maior, & minor, & quomodo.*
48 *Iuramentum in fauorem tertiæ personæ con-*

confessarij absoluere non possunt

49 *Reo, qui peierauit in iudicio, si iterum interrogetur tenetur verum dicere.*

50 *Reo, qui peierauit in iudicio distinctiones multæ, quomodo possit à cõfessario absolui.*

51 *Confessarius cum reo in carcere existenti, quomodo se gerere debet.*

52 *Confessarius cum reo cuius crimen est occultum. quomodo se debeat habere.*

De secundo Præcepto Decalogi. Cap. XIII.

Non assumes nomen Dei in vanum. Exod. 20.

Vnde videndum est, quid, & quotuplex est iuramentum, de illis conditionibus, & de peccatis, quæ iurando committuntur.

1 QVæritur quid est iuramentum? Respond. quod est inuocatio diuini testimonij in dicti alicuius confirmatione, & est quasi iuramentum, pro iure introductum. Talis autem inuocatio Dei dicitur iuramentum. Non enim solum ille iurare creditur, qui Deum testem inuocat, sed etiam, qui per sacra euangelia, aut per venerabile Crucis signum, aut per martyrum reliquias iurauit. Et fit siue ore, siue facto, vt cum tanguntur litteræ etiam sine verbo, vel aliquid huiusmodi. Et licet, quis iuret per creaturas principaliter tamen iuratur per Deum, in quantum diuina virtus, in illis est manifesta, & cum iuratur per fidem per sanctos, per euangelium intelligitur is cuius veritas continetur in fide, in Euangelio, & quam sancti tenuerunt, S. Tho. 2. 2. quæst. 89. art. 1. & 3.

2 Non solent homines semper adhibere fidem dictis, & promissionibus alicuius; hinc fit, vt soleamus aducere Deum testem, vel fideiussorem illius rei, quam promittimus. Deus autem reparauit hunc fidei defectum per iuramentum, & ita August. exponit illud Matth. 5. sit sermo tuus est, est, non, non, quod abundantius est, malum est. i. amalo scilicet à peccato originali. Hinc sequitur, quod iurare est actus Religionis.

3 Quæritur quotuplex est ista inuocatio Dei? Respond. quod dupliciter; vno modo scilicet expressè, & cum quis iuret per Deum. Secundo modo implicite in sanctis, & creaturis suis, (vt diximus) quatenus sunt ex Deo, & tanto est iuramentum, quanto maius est quod inuocatur.

4 Quæritur quotuplex est iuramentum? Respond. quod est, quadruplex videlicet Assertorium, Promissorium: Comminatorium, & Execratorium.

Assertorium est, cum quis aliquid de præterito, vel de præsenti iurat.

Promissorium est, cum affirmatur aliquid de futuro, faciam, non faciam.

Comminatorium est, quando aliquid mali promittitur alicui iurando.

Execratorium est, quando homo sibi imponit pænam, dum aliquid affirmat, vel promittit, vel negat (exempli gratia) & quicquid dicitur de duobus prioribus, dicendum est de duobus posterioribus.

5 Quæritur vtrum iurare liceat? Respond. quod iurare est actus Religionis, & potest esse etiam meritorius, & dicere contrarium, est hæreticum, vt in Bulla Martini Quinti in Concil. Constantiens. & Psal. 62. laudabunt omnes, qui iurant in eum, & Deut. 6. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per illius nomen iurabis: Ratio vero est in promptu, quia diuini testimonij adhibitio fidei, quidem est protestatio, quia Deus omnium conditor, omnium prouisor, nil inultum relinquens, omnium habens notitiam; sicut recognoscitur, ita, & prædicatur.

6 Quæritur vtrum iurare possit aliquando esse peccatum? Respond. quod sic, ratione alicuius malæ circonstantiæ. i. si non fit eo modo, quo debet.

7 Quæritur quibus modis est peccatum iurare? Respond. quod duobus modis, vno modo ex parte illius, in quo

iurans, alio modo, ex parte circumstantiæ requisitæ.

8 Quæritur quot sunt conditiones iuramento necessariæ? Respond. quod sunt tres 22.quæst.2.cap. 2. & secundum omnes Theologos, & Canonistas, quas Theologi, deducunt ex illo Hier.cap. 4. vbi dicitur iurabis in veritate iudicio, & iustitia, & quando ex istis aliqua deest, mortale est iurare, vt patet, 23. quæst. 2. cap.animaduertendum, & idem habetur de iureiurando cap.& si Christus, & 22. quæst. 1. cap.iurabunt, & sic semper hos tres comites iustum iuramentum habere debet, si enim deest veritas, est falsum: si deest iudicium, est temerarium; si deest iustitia dicitur, iniquum, & S. Tho. 2. 2. quæst. 89. art. 3. Rursus conditio prima, veritas, idest, quod iuret illud, quod conscientia sibi dictat esse verum. Nam si quis iuraret verum, & putat esse falsum, periurus est apud Deum, secũdum Mag. sent. lib. 3. dist. 39. & habetur quæst. 2. cap. homines. Item veritas ista tripliciter potest dici, vno modo, quando quis dicit verum, quod ita est in re, etiam quod aliter ipse existimat. Alio modo, est quando homo dicit id, quod existimat, & si non sit re vera, sed quia ita iudicat, & ita iurat pro certo, mortaliter peccat, secundum Scot. lib. 3. sent. dist. 39. Alio modo est quando id, quod dicitur, ita est, & ita existimatur, & ita dicitur vera veritas, siue verum dicere.

9 Et ita de mendacio, quod solum duobus modis dicitur, primo, quando homo dicit aliter, quam existimat esse, licet ita sit in re. Vnde, qui dicit (exempli gratia) frater meus est mortuus, & ipse credebat, hoc non esse verum, etiam si scit. Mendacium dicit, & mortaliter peccat.

Alio modo est, quando homo dicit contra id, quod est, & contra id, quod existimat, & hoc est verum mendacium. Turrecr.22.quæst.2.tex. in cap. homines 22. quæst. 2. Sot. lib. 8. quæst.2. art.1.de iust, & iur. Hoc supposito dicamus, quod iurare, non quod ita non est, sed quando homo existimat ita esse non dicitur iurare, cum mendacio, nec ita peccat.

10 Quæritur quomodo dicitur iurare contra veritatem? ℟. quando homo iurat contra id, quod existimabat esse, siue ita sit, siue mendacium sit iocosum, mortale est, vt summa victoria dicit, & refert Tolet. quod ita habetur in bulla Martini Quinti, vbi dicitur, quod nec pro salute totius mundi licet iurare mendacium.

In aliquibus casibus est mortale iurare id, quod homo existimat, primo quãdo leui coniectura credidit ita esse, & ita iurauit pro certo, peccauit mortaliter.

11 Quando præterea dubium existens iurauit sine dubio mortale est. Vnde benè est euitare periculum, & iurare dubium pro dubio, & certum pro certo: Quando, qui iurat verum, & ita paratus esset iurare, etiam si esset falsum, mortaliter peccat, sed non tenetur ad restitutionem, tunc quia verum dixit.

12 Quæritur vtrum quis teneatur dicere verum secundũ intentionem interrogantis, & non iuxta intentionem suam? ℟. quod homo tenetur verum dicere iuxta intentionem alterius, & illo sensu, quo auditur concipi posse, & non licet vti equiuocatione verborum, sed simpliciter iurare.

13 Quæritur vtrum liceat vti equiuocatione in iuramentis? ℟. & dicam tria notanda ex Sylu.verb.iuramentum, 3. §. 2. Quando aliquis spontè iurat, non rogatus, debet iurare, in sensu communi verborum, quem audientes possint percipere, (exemplum) Artifices, qui dicunt se tanti emisse rem, sed non solam, sed cum alijs, & sic mortaliter peccant. Secundo aliquis à superiore examinatur, vt iuret si iuridice interrogetur tenetur, respõdere ad intentionem iudicis, non ad alium sensum, (exemplum) petit iudex scis quis commiserit hoc crimen, & scit, & dicit non, mortaliter peccat; verum si petat crimen occultum, vbi est infamia, tunc potest vti æquiuocatione interrogatus, quia non tenetur expresse reuelare. Tertio, quando aliquis est persona particularis interrogatus, sub iuramento aliquando peccat, vti æquiuocatione, & aliquando non.

14 Quæritur, quando aliquis petitur violenter, vt promittat cum iuramento dare alicui centum aureos, vtrum possit vti æquiuocatione? Respond. quod sic,

ac etiam illum decipere in promissione.

15 Quæritur, quando petitur contra iustitiam occultum crimen; (exemplum) si petet vir ab vxore vtrum commiserit adulterium? ℞. quod non tenetur dicere verum, sed potest vti æquiuocatione.

16 Quæritur, vtrum liceat peregrinis non dicere verum; (exemplum) aliqui comes timent ne peste inficiantur, & dubitant Mediolani esse pestem, si petant à venientibus vtrum veniant ipsi Mediolano? Respondetur, quod possunt vti æquiuocatione (si ipsi non sunt infecti.) Vnde generaliter vti æquiuocatione quando petit iuramentum ciuitas ab aliquo ex ignorantia alicuius rei, quæ si sciretur, non peteretur iuramentum.

17 Quæritur, quid est periurium? Respondetur, quod est mendacium iuramento firmatum, quod secundum Magistr. senten. lib.3. distinct. 39. fit tripliciter, scilicet cum iurans, loquitur falsum, cum intentione fallendi, vel cum loquitur verum, quod credit esse falsum; vel cum loquitur falsum, credens esse verum, (vt diximus supra) qui enim non est certus de aliquo, licet credat ita esse, nõ debet simpliciter iurare, sed tñ debet iurare de credulitate 22. q. c. confidera.

18 Quæritur, vtrum peccent, qui inducũt alios ad falsum iurandum? ℞. quod non solum peccant iurantes falsum, sed inducẽtes ad falsum iurandũ contra intentionem propriam, & petentis, ac etiam, qui petit iuramentũ ab illo, quando scit probabiliter esse falsum iuramentum, S. Th. 2.2. q.98. art.4. Vbi limitat hoc in iudice, qui potest petere iuramentum à reo, etiã quod sciat reum falsum iuraturum, & nõ peccat, quia iudices tenentur seruare formam iuris.

Iuramentum de calumnia, quomodo intelligatur? ℞. quod istud iuramentũ passim fit in iudicio, & multi facile decipiuntur, & fit ita, videlicet, qñ quis aliquem conuenit in iudicio, & petit ab eo, quod non debet, vel saltem, nõ quod iustè debet; tunc reus in iudicio conuentus, sic protestatur, dicens: Nihil fieri, nisi prius aduersarius iuret de calumnia, alias &c. & aduersarius iurans, si nõ petit iuste, falsarius est, quia calumniosè agit contra ꝓximũ suum; qui si fortè veniret cõdemnatus, falsarius tenetur ad restitutionem, & ad omnia damna, interesse, & expensas; quibus nisi refectis: Confessarij eum absoluere non debent.

19 Quæritur vtrum Christianus peccet iurando per falsos Deos? ℞. quod mortaliter peccat, immo Pagani, & Turcæ iurantes per Mahumettũ peccant mortaliter, licet sint infideles, S.Th. 2.2. q.98. ar.4.

20 Quæritur vtrum liceat Christiano petere iuramentum ab infideli per falsos Deos? Respond. quod non solum, non licet, sed peccat mortaliter: si vero ipse infidelis paratus se exhibet iurare, potest Christianus iuramentum suum acceptare, & non peccat: & si infidelis non obseruat promissam fidem, addit peccatum peccato, vt ait Raym. & concordat S.Th. Altera cõditio iuramenti est iustitia, qñ deest iustitia, etiã seruata veritate, peccatũ est; (exemplũ) qñ qui iurat id, quod est in detrimentum alterius, & crimen occultum, quod non tenetur iurare, & ideo hoc non exigit iustitia; & si est res grauis, mortale est, si leuis veniale. Tertia conditio iuramenti est necessitas, id est, non satis est iurare verum, & secundum iustitiam nulli nocendi, sed iurare cum necessitate; quando est res grauis, & quando fides non adhibetur sine iuramento. Vnde quando sine iuramento fides adhibetur, est iuramentum sine necessitate.

21 Quæritur, vtrum liceat iurare sine necessitate? ℞. quod iurare sine necessitate est peccatum veniale, Caiet. in verb periurium. in fin. & Sot. lib.2. de iust & iur. q. 4. art.4. & Sylu. verb. iura.2. §.8. Nauarr. c. 12. nu. 3. potest tamen in duobus modis fieri mortale; primo, quia hoc se exponit periculis iurandi falsum; secundo quando facit ex contemptu.

22 Quæritur, vtrum peccet, qui iurando nominat verba turpia, & inhonesta? ℞. qui nomen Dei, aut gloriosæ Virginis, & Sanctorm, etiam in vanis fabulis, eloquijs assumit, vel in nominibus illicitis nominat iurando aliquid in Christo, & Virgine, aut alijs Sanctis, quod in alijs hominibus censetur inhonestum, est blasphemia, & mortaliter peccat. Nam tale iuramentum habet vim blasphemiæ, quando quis attribuit Deo, quod ei non con-

concernit, aut si iuret per corpus, & sanguinem, & intelligens per Deum naturam diuinam, & sic eam affirmans corpoream, cum Deus sit spiritus Ioan. cap. 4. & 22. q. 1. cap. si quis per capillum.

23 Quæritur, vtrum liceat iurare per creaturas, non nominando Deum? ℞. quod non licet. Vnde Matth. 5. Nolite iurare omnino, neque per cælum, neque per terram. Si verò per creaturam iurando diuinam illi intendit exhibere reuerentiã, erit omnino illicitum, ac blasphemia detestanda. cap. clericus, cap. si quis per capillum, cum ibi notatis. 22. quæst. 1. Porro si quod per creaturã adimplere iurauit, facere recuset periurus existimabitur, nisi iocandi animo potiusquam iurandi illa verba protulerit; (exemplum) si quis centum dare promittit, & omnino adimplere per lapidem iurat. Hoc casu est ipsius intentio prius exploranda. Si enim authori lapidis reuerentiam exhibere intendebat, dum per lapidem iurabat, non æquidem malè iurauit, & si non adimplet, dicitur periurus: si verò lapidi ipsi reuerentiam, & venerationem exhibere volebat, idolatriæ peccato tunc peccauit, & tunc periurus dicitur, si adimplere recusat.

Sed si iocandi omnino potius quam iurandi dixisset, per lapidem hunc dare promitto, si non adimpleret, non esset periurus: cauendus tamen semper erit hic iurandi modus, Turrecr. per illũ text. in cap. ecce. 22. q. 5.

24 Quæritur vtrum liceat dicere mendacium iocosum cum iuramentò? ℞. quod non, & qui sine causa, & necessitate, aut ex mala consuetudine iurat per Deum, per sanctos Dei, quamuis ioco, sed in damnum proximi, secundum S. Tho. 2. 2. q. 98. mortaliter peccant; sed quando ex lapsu linguæ inaduertenter iurat, veniale est; & si aduertit, quod falsum iurat, nõ excusatur à peccato graui.

25 Quæritur, vtrum hosti, & inimico sit seruanda fides? ℞. quod sic, cap. noli existimare. 23. q. 1. cap. innocens. 22. q. 4. glos. in cap. Dominus noster. 23. quæst. 2. notatur per glos. & DD. in cap. 3. de iur. iur. nam grauè nimis est fidem fallere. l. 1. ff. de const. pecu. l. iuris gentium. § pr... sit, & l. conuentionum. ff. de ... inquit Vlpian. in l. 1. ff. de pact. quid enim tam congruum est fidei humanæ, quam ea, quæ placuerunt inter se, seruare &c.

In iuramento promissorio, est etiam necessaria veritas.

26 Quæritur, vtrum iurans sine intentione iurandi, ad promissa teneatur? Respon. quod quamuis sint multæ quæstiones inter Doctores, verius tamen est dicendum, quod promissa seruare tenetur: iuramentũ enim ex sui natura necessitatẽ promissa seruandi producit; ideoq. vbi intentio fuit iurandi, & verba sunt prolata, iuramenti figuram habentia, statim producta, est adimplendi, quod promissum est, obligatio, quæ ab intentione se non obligandi impedire non poterit. Sot. lib. 8. de iust. & iur. q. 1. art. 7. de rebus tamen iustis.

27 Quæritur, vtrum periuri censendi sint qui creditoribus ad certum terminum iurant soluere, & postea non soluunt? ℞. quod oportet distinguere; nam si quis promissionis tempore, quod promisit adimplere cogitat; licet postea non adimpleat si parua fuerit res promissa, venialiter tantummodo peccat; paruitas enim rei, à peccato mortali excusat: si verò nec etiam quãdo iurauit adimplere promissum cogitabat, mortaliter peccasse existimandus est, & periurus; quia testem falsi Deum aduxit: qui enim dare promisit centum creditori suo, tenetur habere propositum, saltem tempore promissionis illud adimplere tempore suo, hoc si falsum est, iam Deum in falsi testimonium adduxit; ideoq. mortaliter peccauit. Sot. lib. 8. q. 1. art. 7. col. 2. & 3.

28 Quæritur, vtrum iuramentum de re mala teneat? ℞. quod non, sed, vt diximus duplici modo peccat: nam debemus seruare iustitiam, & iurans contra iustitiam non tenetur seruare iuramentũ (exemplum) aliquis iurans se occisurum inimicum, peccat emittendo tale iuramentum, & peccat cum intentione occidendi. Nauar. c. 12. nu. 12.

29 Quæritur, vtrum iurans coactus à latronibus teneatur adimplere iuramentum? Respond. quod tenetur adimplere

quod

quod promisit (exemplum) aliquis à latronibus comprahenditur, & ille, vt dimittatur promisit iurando mittere centũ aureos, dimissus tenetur sub mortali; sed potest repetere apud iudicem verum est, quod potest vti equiuocatione, & decipere eos sine aliquo peccato, in promissione, Syluest. verbo iura. 4. §. 7. Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7. Couarr. & Rub. de pact. §. 1. nu. 3. quidquid teneat Panor. in cap. si verò, in fin. de iur. iur. Vnde si latrones calliditate non deceperit, tenetur pecuniã promissam soluere, & illam (vt diximus) postea repetere, & ipsi latrones tenentur in conscientia, cum nullo pacto fuerit in eos translatum dominium, glos. in cap. 2. 15. quæst. 5. S. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 7. ad 3.

30 Quæritur, vtrum promittens pecuniã latronibus, possit de ipsis admittere compensationem, fortè si aliquis ex eis, vel etiam omnes aliquid ei deberent? ℞. Sotus lib. 8. quæst. 1. art. 7. versic. tertio denique, quod non, & si ex dispensatione possit fieri dicta compensatio, cap. verũ, de iur. iur. cap. 1. cap. Abbas, de his, quæ fic, aut met. caus. Sylu. tamen in verb. iuram. 4 q. 27. inquit, quod si ideo ego latroni soluere non possum, quia ipse mihi non soluit, quod debet, vel etiam cum possem soluere, tamen non soluendo in conscientia, non sum periurus, modo velim compensare, quod latro mihi debet, & debita sint liquida, nisi iurans intendisset se obligare ad dandam pecuniam formaliter, vel ad dandam etiam si latro non soluisset.

31 Quæritur, vtrum filius, qui de licentia patris fuit in studio, sed non pro necessitate studij, sed pro lasciuijs debitum cõtraxit, & iurauit creditori non recedere ante debiti solutionem, si reuocatus à patre recessit, an sit periurus? Respond. quod non, quia in omni iuramento excipitur authoritas superioris, text. celeb. in cap. constitutus, de rescriptis, vbi glos. in cap. quæ contra mores, dist. 8. facit text. in cap. venientes. de iur. iur. de prohib. feudi alien. l. imperialẽ. §. vlt. glos. in verb. iuramento. in Extrau. Ioann. 22. suscepti. de elect. &c.

32 Quæritur, vtrum iurans non exire domum, & citatus à Iudice vt compareat, comparendo, an efficiatur periurus? ℞. quod non, vt patet per Ioan. And. in cap. cum parati, de appell. & per Arch. in cap. auctoritatem. 15. q. 6. notatur in c. si cum, de præb. lib. 6. per Doct. in c. quia plerique. de off. ord. lib. 6.

33 Quæritur, vtrum iurans redire ad carcerem, dimissus, an teneatur? Respond. quod quando iste detinebatur in carcere secundum iustitiam, tenetur redire sub mortali; sed quando contra iustitiam detinebatur, & vsus est æquiuocatione, nõ tenetur redire, nec peccat, Sylu. verb. iura. 4. §. 26. & cap. 1. quod met. caus. quasi esset alicuius latronis, vel tyranni secũdum Glos. com. approbatam in cle. pastorali, ver. per violentiam. de sent. & re iud. aut iudex ille sit incompetens, vel etiam competens, vel cuius ordine non seruato, Nauar. cap. 12. num. 28 Quinimo qui iurant redire ad carcerem, in quo iniquissimè detinebantur, si cum probabil. coniecturis mortem timent, si redierint, peccant redeundo, & grauiter quidem, quia faciunt id, ex quo sequitur mors, & ita sui ipsius essent homicidæ. Couar. lib. 1. variar. resol. cap. 2. nu. 7. qui disputat partem; tamen quod redire nõ teneantur includit, verum si carcer non esset iniuriosus, id est, contra iura, seruare quis cogitur, etiam si mortem sibi inferendam certo certius credat, Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4.

34 Sunt multi casus in quibus homo non tenetur obseruare iuramentum, & isti reducuntur ad quatuor. Aliquando ex parte materiæ, ex parte euentus, ex parte modi iurantis, & relaxationis. Ex parte materiæ, vt quando aliquis promisit aliquid, quod erat mortale, aut veniale, non tenetur seruare iuramentum; immo peccauit mortaliter iurando (exemplũ) aliquis iurat occidere, aut non mutuare pecunias. Similiter, qui iurauit res indifferentes, non tenetur obseruare, & venialiter peccauit iurando. Secundus casus est ratione euentus (exemplum) aliquis iurat se facturum aliquid, deinde aliquid euenit, propter quod non tenetur seruare, & hic euentus habet quinq; modos. Primus quando fit impossibile id, quod promisit (exemplum) iuro tibi me cras conuenturum te: deinde aliquo

mor-

morbo compræhendor, non teneor ad iuramentum. Secundus modus, quando euentus facit rem peccatum, tunc excusatur à iuramento (exempli gratia) Herodes filiæ saltatrici promisit se illi daturum quicquid petierit. Illa dixit: Da mihi caput Ioannis Baptistæ; poterat ipse iure negare, quia non tenebatur ad illud iuramentum. Tertius modus, quãdo euentus inducit graue malum impossibile excusat à iuramento (exemplum) iurat quis se peregrinaturum Lauretũ: deinde scit esse in media via latrones, non tenetur ad iuramentum. Similiter aliquis ieiunare singulis diebus Veneris & semel dolores capitis detinetur, non tenetur seruare suum votum. Quartus modus, quãdo iste euentus impedit maius bonum, aut priuat bono maiori, & tunc non tenetur seruare, (exemplum) aliquis iurauit se visitaturum septem Ecclesias tali die, & illa die infirmatur pater, qui remaneret solus, si ipse discederet, non tenetur ad iuramentum. Quintus modus, quando euentus aufert rationem iuramenti; (exemplum.) aliquis iurauit seruire alicui Episcopo, & ille Episcopus priuatur Episcopatu, tunc non tenetur amplius seruire illi Episcopo.

35 Quæritur vtrum peccet iurans aliquid facturum, de quo dubium erat, vtrum adimplere possit, an non? Respon. quod quando probabiliter iudicauit se posse implere, non peccauit; sed si iudicauit non posse implere, mortaliter peccauit. Aliquando excusatur homo in ratione modi iurandi. Nam verba quandoque sonant vnum; ex modo verò loquendi, aliud; (exemplum) aliqui contendunt de ingressu alicuius loci, & vnus iurat per Deum, non ingrediar, & tamen conuincitur ab alio, & ingreditur prius, non peccat ille, quia ipse iurauit se nolle ingredi prius quantum in se erat; sed fuit illi illata vis, Caiet. in verb. peiurij. Aliquando ratione relaxationis quando is, cui factum est iuramentum non admittit, non tenetur amplius ad iuramentum is qui iurauit. Idem dicendum est de iuramento comminatorio, scilicet quando aliquis promittit se illaturum pœnam, quam inferre est peccatum, non tenetur ad iuramentum; imo peccatum est iurare. Secundò, homo non tenetur implere comminatorium, quando sequitur aliud, vnde melius est non implere; (exemplum) aliquis iurauit se castigarum seruum; deinde aliquis amicus nobilis obnixè orat, ne castiget, non tenetur ad iuramentum. Ita fecit Dauid, qui iurauerit se occisurum omnes, de domo Nabai, & Abigay, eius vxor occurrit cum muneribus orat illum, vt abstineret, quod & fecit. Tertiò quando mutatur status, & causa infligendi pœnam; (exemplum) iurauit Episcopus se castigaturum clericum, & ille deinde flexis genibus, petit ab Episcopo, vt det sibi veniam, quia non amplius committeret scelera aliqua: potèst Episcopus non seruare, & idem est dicendum de Dominis erga famulos, & ancillas. Præterea quando pœna est inutilis, non tenetur ad iuramentum; (exemplum) si aliquis præceptor iurauerit in aliquem discipulum animaduertere, & monitus sit, quod non propterea emendabitur, potest non implere iuramentũ. Quartò modo, quando ex impletione iuramenti sequitur maius nocumentũ, non tenetur seruare iuramentum; (exemplũ) si pater iurauit castigare filium; & si castigabat, omnes de familia sint perturbandi; potest non implere iuramentum.

36 Quæritur, vtrum peccent isti rescindenda talia iuramenta? Respond. quod si probabiliter sciebant ista impedimenta, & perturbationes, peccant iurando; si nesciebant, non peccant.

Sunt nonnulli, qui sub tali verborum conceptione iurant; videlicet hoc verũ est, sicut Deus verus est, vel sicut verum est Dei Euangelium, vel sicut verum est Christum esse filium Mariæ Virginis &c. Qui omnes acerrimè reprehendendi sunt, & habendi tanquam blasphemi, imo etiam si affirmatio illa veritate nitatur, adhuc tamen, qui hisce verbis vtũtur, non effugiunt blasphemiæ crimen, & culpam: ratio est, quia nostrarum veritatum, nulla est cum diuinis comparatio, Sot. de iust. & iur. lib. 8. q. 2. art. 3. col. 4. in princ.

Nonnulli etiam sunt, qui iurando dicunt, per vitã Dei, interrogandi sunt, qua mente id dicant; si enim intelligunt Dei vitam

vitam in testem adducere, cohibendi sunt ab hac indeuota, & irreligiosa iuramenti formula, sed nõ quasi, pro blasphemia puniendi. Si verò dicunt, quasi Dei vitam iudicio alterius subijcere volentes, si falsum dicunt, eo modo, quo, (vt supra diximus) qui per vitam suã iurant Dei iudicio, ac punitioni eam submittũt. Si falsum iurant, grauissimas cogendi sunt dare pœnas. Est.n.hoc hæreticum credere, vel Deum superiorẽ habere, vel eum talem esse, & eius vitam terminum posse accipere, vt inquit Couar.in rub.de pact. par.1 § 7.vers.sexto hic.

37 Quæritur vtrũ obliget iuramentũ cõditionale, vel pp causam; (exemplum) aliquis promisit tibi dare centũ aureos, si afferes illi contractum talẽ ante stipulationem, in quo propria manu illos scribere promisit (contractus fuit stipulatus) si tu non attulisti, nec ipse tenetur ad iuramentũ, nec ad solutionẽ illorum centũ aureorum, quia ex parte tua nõ fuit serua ta cõditio apposita, c.verum.de iur.iur.c. peruenit. vide sequens quæsitum.

38 Quæritur, vtrũ obliget iuramentũ qñ is cui fit, frangit fidẽ iuramenti? ℞.secũdũ Panor.in c.peruenit.el 2.de iur.iur.quod qñque duæ obligationes respiciũt se inuicẽ; (exemplũ) promisi equũ pp quod alius pmisit mihi centũ aureos, & si ego non seruo promissum, nec ille tenebitur mihi de centũ aureis: & in hoc sensu intelligitur illud frangenti fidẽ, & fides frangatur eidem.ff. pro socio.l. si conuenerit. 28.q.2.c.si infidelis.ff de inoff.test.l.instituta.C.de pact.l. cũ proponas. la 2. & de effectu statuti dispõnẽtis, idem quod ius cõe.not.glos.1.de constitutionibus. lib.6. & per Bar.lib.1.§ item si ita.ff.ad l.falc.& sic intelligit.d.c.peruenit.& c.cõstitutus. de pœnis. & idem dicimus qñ conditionaliter promisit; iurauit quis venire mecum Romam, & ego illi in itinere facere impensas, ego non feci illi impensas, nec ille venit, nec est periurus. Si verò promissiones non respiciant se inuicem, sed simpliciter sint factæ, secus est, vt si iuraui dare alteri equũ meũ simpliciter, & non propter hoc ille promisit dare mihi vnũ bouem, nihilominus teneor dare illi equũ meũ, quia istæ promissiones nõ sunt conditionatæ, neq; se inuicẽ respiciunt.

39 Quæritur, vtrũ sit iuramentum dicere in veritate ita, vel per fidẽ meã, vel Deus scit si mentior? ℞.quod si non est intentio iurandi, non sunt iuramenta, quia Deus non adducitur testis explicitẽ, vel implicitẽ. Si autẽ esset intentio iurandi, vel per veritatẽ intelligeret Deũ, vel fidẽ Theologicã, esset iuramentum; similiter dicendo per crucem, per Deum, vel intendens iurare, diceret, in conscientia mea, vel tãgeret pectus, vel scripturã, esset iuramentum, nec est necessarium exprimere verbum: quia per omne intelligitur Euangelium in iuramento per cõem consuetudinem, Panor.in cap.si Christus, eo.tit.

40 Quæritur vtrũ iuramentũ Vniuersitatis, Societatis, vel Collegii, ipsis mortuis, obligat successores? ℞ quod successores non seruantes tale iuramentũ, non ideo sunt periuri secundũ Ray.& Th.22.q.98. quia obligatio iuramenti, inquit Sylu.est personalis, & nõ transit, ex parte iurantis ad successores, quantũ ad periuriũ; tenetur tũ ex quadã fidelitate illud implere, ext.eod.c.veritatis, & vsura, cap.tua.

41 Quæritur, vtrũ iuramentũ factũ ex calore iracũdiæ obliget? ℞. secundũ Panor. in c.sicut ex litteris.de iur.iur.& secundũ Ang.quod si calor fuit tantus, quod quis deliberatẽ illud iuramentum nõ fecisset, non obligat; quia tam in voto, quam in iuramento requiritur deliberatio.

42 Quæritur vtrũ obliget iuramentum si superueniat impossibilitas, vel necessitas, aut magna difficultas? ℞.quod non: nam de impossibilitate dicitur impossibilium nulla est obligatio.ff.de reg.iur. Ratio est in promptu, quia Deus respicit animum, non manum.55.q.5.c.si quid inuenisti.

De relaxatione, dispensatione, & commutatione.

43 Quæritur, quid est relaxare iuramentum? ℞.quod est in nihilũ redigere, & qui possunt irritare votũ, possunt etiã relaxare, vt sunt patres, & dñi circa filios, & seruos, Superiores Religionũ, secundum S. Th.2.2.q. 89. art. 9. (exemplum) iurauit Sacerdos se collaturum beneficium alicui, & Papa non vult, Sacerdos non tenetur ad iuramentum.

44 Quæ-

44 Quæritur, quid est dispensare? ℞. quod est excipere hominem ab obligatione iuramenti, & hoc potest Papa, & Episcopus, vt in casibus, in quibus possunt dispensare si essent vota.

45 Quæritur, quid est cōmutare? Respōd. quod est transferre vnum iuramentum in alterum, vt in voto, id est, commutare in melius, & hoc vnusquisque potest sine dispensatione, sed commutare in æquale, spectat ad superiorem. Qui possunt dispensare, & commutare iuramenta sunt, qui possunt commutare vota, vt Papa, Episcopus, Patres, Domini, & Superiores Religionum, circa subditos.

46 Quæritur, vtrum aliquis dispensare possit iuramenta, quæ sunt in fauorem tertiæ personæ, aut in melius commutare? Respond. quod neque Papa, neque Episcopi possunt sine licentia illius tertiæ personæ; (exemplum) aliquis iurauit dare alicui centum aureos, non potest absolui nec à Papa, nec ab alio, siue consensu illius, cui promisit, nisi in duobus casibus. Primus est in pœna illius tertiæ personæ, vt si fortè esset excommunicatus. 15. q. 6. can. nos Sanctorum, & can. curatus. Secundus casus potest relaxari iuramentum, quod fuit factum in metu, vel fraude.

47 Quæritur in quo est maior obligatio in iuramento, an in voto? Respond. si iuramentum fiat Deo, & aliquid ei promittatur, maior est obligatio, quam simplici voto, quia est votum iuramento firmatum. At si comparatur iuramentum factum homini, & votum factum Deo, maior est obligatio in voto; sed minus tamen subest dispensationi Pontificis, quã illud, quia in iuramento interuenit iustitia tertiæ personæ.

48 Quæritur, vtrum Confessarij ordinarij possint absoluere in his iuramentis? ℞. quod non, sed possunt absoluere à peccatis, relicto tamen iuramento in sua vi, & robore.

De reo, & teste, qui peierauit in iudicio.

49 Quæritur vtrum reus interrogatus secundum iuris ordinem à iudice, & ipse peierauit, an teneatur postea verum dicere? Respond. quod tenetur veritatem postea aperire; & si nolit, non est absoluendus.

50 Quæritur, vtrum absolui possit, qui nō tenebatur dicere verum? Respond. distinguendum est, aut reus peierauit, & mentitus est, apud iudicem, de se loquendo, vel de altero; si de se ipso, vel negando crimen verum, aut falsum sibi imponendo, ac negando: rursus verum, aut graue damnum sequitur tertiæ personæ, seu scandalum rei propriæ, aut nullum, aut parum malè, aut quidem adhuc durat tempus examinis ex vi præstiti iuramenti, vel est elapsum, & data sententia in carcere ipso existente, vel extra carcerem liberatus, aut condemnatus ad mortem, & in patibulo iam existens, vel aliam pœnam pecuniariam.

Si igitur de se crimen verum negauerit, & iam data est sententia, & nullum graue damnum contra tertiam personã sequitur, inde, siue damnatus sit, siue absolutus, siue intra carcerem, siue extra, nullo denique tempore tenetur post periculum se prodere, nisi iterum interrogetur; & dum sit paratus ad iterum respondendum iuridicè potest absolui.

Si verò sequitur inde grauè damnum tertiæ personæ, vel publicum scandalũ, & esset ipse damnandus ad mortem, & potest sua confessione illud auferre, vt contingit, cum quis est in patibulo, etiam putatur innocens, & Iudices, vel Principes creduntur Tiranni, & excitatur scãdalum, vel quid simile aliud mali accidat, debet confiteri veritatem, & aliter non debet absolui.

At si non esset damnatus ad mortem, non videretur cogendus ad confessionẽ peiurij, & infamiæ suæ, nisi malum illud esset tantum, & tam graue, vt præponderet eius infamiæ, & supplicio periurij, & manifesti criminis; ac propterea malum tale, ac iure naturæ, alioquin obligatus esset illud euitare, non vero aliter.

Si nondum data est sentẽtia, & tamen finitum est examen, id est, id tempus, quod præstitum iuramentum obligat ex vi ipsius iuramenti, tunc notantur se prodere, nisi interrogatus iterum fuit, at si durat tempus examinis; & vi præstiti iura-

iururamenti, siue sit dies vnus, siue plures, quamuis negauerit, tenetur veritatẽ confiteri, & nõ esset aliter absoluendus, & hæc dicta sint, si verum crimen de se negauit.

Iam verò si falsum crimen sibi imposuit, putamus sit distinguendũ, si ad mortẽ ob id dãnatur, vel ad abscissionẽ membri alicuius, & paruo aliquo damno, & tolerabili posset sua confessione euitare, teneri videretur. At si immineat sibi rursus tormenta grauia, aut quid simile ex confessione, non credimus teneri ad confessionem vltra viam veritatis, nisi iterũ interrogetur. At similiter multo minus tunc tenebitur, si damnatus esset ad aliã maiorem pœnam, quam sit mortis, vel abscissionis membrorum; neque verò infamiam propriam, qua se diffamauit, nec damnum aliquid, quod inde per accidẽs sequeretur, cogit miserum illum iterũ ob id subire nouo tormento, & punitionem periurij, vt illud euitet.

Et tandẽ si tertiæ personæ crimen falsum imposuit, vel tamen est verum, & alter damnatur: ob id videtur teneri ad liberationem alterius, præsertim à morte, etiam cum proprio graui damno, & si non aliter quam sibi sit moriendũ profectò nihil est dubium, & non crederem, nec similiter cnm alijs malis tantundem ipse perpeti deberet, sed alijs vijs debebit, vt potest, occurrere, aut cum minori aliquo damno, ac multo minus tenebitur id dicere si reus liberatus fuit, & nullum inde iam amplius damnum sequitur.

51 Quæritur quomodo confessarius se gerere debeat cum reo in carcere existenti, quando immineat sententia, aut quando confitetur se peierasse? ℞. quod si immineat alicui tempus sententiæ, vt puta intra quinque, vel octo dies &c. tunc si negat confessori crimen, quod etiã negauerat in iudicio, tutius est differre absolutionem, post latam sententiam, pollicendo se redditurum.

Si verò confitetur omnia Sacerdoti, & apparet contritus, & paratus ad omnia, ad quæ iure tenetur, potest imo debet absolui. At si peierauit, & tunc non debet absolui, nisi in contrarium omnium indicat, dicendi veritatem iuridicè, riteq. interrogatus. Nam tunc esset illum tentare, & abijcere ob oculos metum mortis, aut graue damnum, nisi peieraret; cũ alioquin, quis de his non cogitans, posset esse benè dispositus, & proposito tali metu ob eius fragilitatem, fortasse cadere, vt experientia docet, sed tunc confessor ex alijs peccatis contritionem excitet, & absoluat.

52 Quæritur, quomodo se gerere debeat confessarius cum reo cuius crimen est secretum, nec etiam semiprobatum, hoc est non indicijs sufficienribus, nec fama, nec vno saltem teste omni exceptione maiori probata, denique secreta? Respondetur, quod tunc licet omnes Doctores communiter concedant nò teneri reum ad confitendum veritatem, sic interrogatum, sed posse, vel ambiguis verbis, vel amphibologicis eludere interrogationẽ iudicis. Tamen variè in hoc opinantur num testis, vel reus dicere possit. Non scio, non audiui, non vidi, non memini, & similibus verbis ad scientiam spectantibus, vel multo magis dubitatur num possit dicere non habui, non possedi, non feci, & similibus verbis rem, vel factum ipsum significantibus.

Quamobrem cum talis casus acciderет, vt reus in hac re petat consilium à confessario, quid sit facturus, vel ostendat animum negandi, vel cõfitendi; tunc confessor sic se geret; & ille petat consilium, quid sit facturus, in neutram illum partem inclinet: nam vtrinque est periculum; si enim dat consilium, vt neget, fortè post paucos dies aliunde conuinceretur, aut per tormenta extorquetur, & cum redarguetur periurij, dicet se cõsilio confessoris fecisse: si dat consilium, vt dicat; fortè non tenetur, & tuta conscientia potuisset negare, & tunc inducet illum ad mortem, vel graue damnum. Iam verò confessor duntaxat docebit simpliciter veritatem asserendo quosdam Doctores ita affirmare, & alios negare, vt ipse viderit, tunc eos, qui affirment posse negare, intelligere, dum animo sibi quis reseruet, non scio, &c. vt tibi dicam, vel in tuo foro, vel, vt tibi subiectus, vel vt à te interrogatus non aliter, vt videtur peieraret, quamuis aliqui dicunt simpliciter posse negare, & istud ita intelligi, si tamen non petat consilium,

lium, sed videtur propensus, vel ad dicendum, quia est secretum, & putat se nō teneri, videtur dimittendus conscientiæ suæ, & nihil ei dicendum.

SVMMARIVM.

1 *Votum omni cum studio seruandum.*
2 *Votum est libera promissio melioris boni.*
3 *Voti conditiones quatuor.*
4 *Voti propositum quid.*
5 *Voti promissio quæ.*
6 *Voti promissiones Deo fiunt, vel Sanctis suis.*
7 *Vouere non possunt pueri ante septenniū.*
8 *Votum repentinum non obligat.*
9 *Voti materia quæ.*
10 *Votum possibile, aut impossibile quomodo.*
11 *Vouens nunquam venialiter peccare, sine gratia speciali non obligatur.*
12 *Vouere religionem ante decimum sextum annum, an possit.*
13 *Vouere religionem virgines ante duodecimum annum, non possunt.*
14 *Voti res bonæ, & vtiles quomodo intelligantur.*
16 *Vouens quod est mortale, grauiter peccat.*
16 *Votum dicere mendacium iocosum, venialiter peccat.*
17 *Vouens malum quod habeat bonum finem, tenet.*
18 *Seruire Episcopo, vt det illi beneficium, simonia est, non autem sub spe.*
19 *Voti materia debet esse bona meliori non contraria.*
20 *Voti considerationes quæ.*
21 *Votum duplex solemne, & simplex.*
22 *Vouere vel iurare nunquam mutuo dare, vel fideiubere, non tenetur seruare.*
23 *Vouere contrahere matrimonium, an obliget.*
25 *Vouens orare, vel ieiunare, tenetur obseruare.*
26 *Votum per impotentiam adimplendi quomodo soluitur.*
27 *Vouens dare eleemosynam quam primum melius.*
28 *Vouens religionem, & non acceptatur, an liberetur.*
29 *Vouens religionē, & duxit vxorem quid.*
30 *Vouens religionem, qui habet vxorem quomodo:*
31 *Clericus ducens vxorem quomodo.*
3v *Vxoratus suscipiens ordines quid.*
32 *Vouens virginitatem, & ammisit quid.*
34 *Vouens castitatem, & duxit vxorem.*
35 *Vouentes castitatem coniugati quomodo.*
36 *Vouens non nubere, & postea nupsit.*
37 *Vouens accipere vnam, & accip t alteram.*
38 *Vouens ieiunare die Veneris, vel Sabbati, & non adimpleuit, vtrum possit sequenti die.*
39 *Vouens ieiunvre in vigilia alicuius Sancti, quæ venerit in Dominica, potest die Sabbati ieiunare.*

De Voto. Cap. XIV.

IN multis promissis rescinde fidē in turpi voto muta decretum, quod incautè vouisti, non facias, impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Isid. lib. 2. soliloq.

1 Vouete, & reddite, inquit Propheta Regius Psal. 75. quorum primum est consilij, secundum verò præcepti; ad iustitiā enim pertinet, si tanta diligentia, tantoq. studio, quæ hominibus promisimus, seruare conamur implere, quæ Deo, & Domino nostro nouimus proculdubio longe maiore debemus fidelitate custodire, omniq. superata difficultate persoluere. Vnde displicet Deo stulta promissio, (dicit Sapiens.) Ex quo quod mortale peccatum sit vota non seruare, facillimè deducitur cum nemini sit ambiguum ea, quæ contra Dei charitatem fiunt, esse suo genere mortalia. S. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 1. ad 2. probat hoc in proprijs terminis Sot. de iustit. & iur. lib. 7. art. 1. & Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 3. Imo non solum seruanda sunt vota, sed etiam nisi aliud expressum fuerit, quanto citius adimplenda.

2 Quæritur, quid est votum? Respondetur, quod votum est libera promissio melioris boni Deo facta, item secundum S. Thom. quæst. 88. art. 1. qui dicit votum est deliberata, & spontanea promissio Deo facta de his, quæ sunt Dei. Item Turrecr. 17. quæst. 1. Votum est promissio quædam facta Deo, aut Sanctis eius, de ijs, quæ Dei sunt. Hinc quonam pacto à sponsione, pollicitatione, & promissione

sione differat facillimè colligitur. Hæc enim hominibus fiunt, at votum soli Deo. Ideoque vouisse non creditur, qui Titio & Sempronio ieiunaturum se, aut mortuum promisit. Sot. in 4. sentent. dist. 38. quæst. 2. artic. 1. versic. ad solutionem quæstionis. in fine, Nauarr. capit. 12. num. 28.

3 Quæritur, quæ conditiones requiruntur in voto? Respondetur, quatuor conditiones sunt necessariæ, scilicet, libertas, promissio Deo facta, melioris boni. Prima debet esse libertas, vt spontè homo voueat, & libere. Omnia enim vota debent habere plenum rationis iudicium, alias nulla sunt. Secunda debet esse promissio, vt homo verè promittat; nam propositum solum, vel significatio propositi illius, non facit votum. Tertia debet esse Deo facta ista promissio, & quamuis fieri soleat etiam in Sanctis tamen Deo fit. Quarta debet esse melioris boni, id est, debet esse debita materia voti, vt aliquod bonum melius.

4 Quæritur, quid est propositum, quia supra dictum est, non sufficere solum propositum? Respondetur, quod est inclinatio, & determinatio voluntatis ad aliquid faciendum, in voto debet esse istud propositum voluntate firmatum, & istud propositum est duplex, vnum est vocandi, & promittendi: Alterum est faciendi, quod promisimus: primus est necessarius, id est, vt homo proponat promittere. Alterum propositum est necessarium ad votum faciendum, sed non vouendo peccet; (exemplum) aliquis vouit sine proposito adimplendi votum, mortaliter peccat. ad votum tamen omnino est obligatus.

5 Quæritur, quæ est promissio? Respondetur, quod est voluntas se obligandi, & faciendi, quod promisit, & in tantum est necessaria ista promissio, vt sine illa non sit votũ; (exemplum) aliquis habet propositum ingredi religionem, non tenetur, nisi Deo firmiter promittat.

6 Quæritur, vtrum promissiones hominibus factæ dicantur vota? Respondetur, quod non, quia Deo debent fieri immediatè vel mediate in Sanctis suis: promissio vero facta homini, non votum, sed obligatoria promissio nuncupatur, nec est necesse, vt in distinctis temporibus hæc omnia fiant; nam simul omnia ista fieri possunt, vt quando aliquis compos sui spontè promittit Deo, votũ erit. Sylu. in verb. iuramentum 4.

7 Quæritur, vtrum pueri vouere possint? Respondetur, quod omnes pueri ante septemnium, non possunt vouere, quia nondum habent vsum rationis, nec tenet votum eorum, qui sunt amentes, atque ebrij, vel eorum, qui sanum iudicium non habent.

8 Quæritur, vtrum teneantur vota eorũ, qui ex aliquo timore, vel passione repentè emiserunt? Respondetnr, si in illo actu, tam repentino, in quo vouentur, erat tanta libertas, quod potuerunt tunc peccare mortaliter, votum tenet, secundum Palud. 4. distinct. 38. quæst. 1. & si vsum rationis, dum vouent, minimè habent, voto non astringuntur, quia primum defuit requisitum; secus autem si haberet quidem, sed passione aliquantisper impedimentum; nam sicut à mortali non excusat, nisi vbi tanta fuerit, quæ in totum aufert rationis discursum. S. Thom. 1. 2. quæst. 77. art. 4. in corpore, & ad 3. ita etiam, nec à voti obligatione liberare poterit: illud enim rationis iudicium, quod ad obligandum nos diabolo est sufficiens, ad obligandum etiam Deo, non debet insufficiens reputari, vt dicit glos. not. in cap. mulier. 32. q. 2.

Hoc quoque sacræ Pœnitentiariæ prætorij consuetudine comprobatur, vbi vota illa, quæ ex passione iudicium, ac rationem vouentis penitus non absorbente processerunt, facile dispensantur, quod etiam inconsultus calor exponere videtur, obligandi vim cum fierent, habuisse tacitè declarantur. cap. 1. de voto, quod etiam Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 1. probat, sed sola deliberatio obligationem non parit.

De materia voti.

10 Quæritur, quæ est materia voti? ℞. qđ materia debet esse possibilis, vtilis, bona meliori non contraria: primo possibilis, vt impossibilia non voueantur, nec

etiam necessaria; vt si quis digito cælum tangere, aut mortẽ subire vellet vouere. Sot.de iust. & iur.lib.7.q.1.art.3. vers. Secunda conclusio. Illud ergo quod maius bonum est, voti tantũmodo, est apta materia, siue præceptũ hoc sit, siue consiliũ. Vnde qui nunquã blasphemare, aut adulterari vouet, ita voto astringitur, ac si ieiunare, aut orare vouisset; quare si quod promisit, non seruet, duplici pœna puniẽdus erit; nam & voti transgressor fuit, & præcepti. Archiep. Florent.2. q.tit.11. c. 12. §. 1. Verum opera hæc operum præceptorum nemini consulenda sunt, non enim solent bene succedere, vti experiẽtia rerum magistra docuit Sot. qui supra ad 2.

10 Quæritur, quomodo intelligitur illud impossibile? ℞. quod si volumus intelligere illud impossibile absolutum, quod impossibile est omnibus hominibus, vt promittere venialiter non peccare. Impossibile quod ante votum non erat, sed post votum factum est impossibile; (exẽplum) aliquis diues promisit centum aureos alicui; deinde factus est pauper, non tenetur in illa paupertate. Impossibile etiam quod ex parte tua sit possibile, ex parte tamen alterius fit illi impossibile; (exemplum) aliquis vouit castitatem, & contraxit matrimonium, & peccauit carnaliter cum vxore; quia debitum reddere vxori petenti tenetur, nõ autem petere, & sic impossibile dicitur ex parte alterius.

11 Quæritur vtrum promittens Deo nunquam venialiter peccare, an possit se voto astringere? Respondetur, quod non sine Dei speciali dono gratiæ; verum si dicat non peccaturum mortaliter, quia hoc possibile est Dei gratia, & votum est iustum, & tenet Sot.lib.7.q.1.art.3.col.4. vers. vtrum vero.

12 Quæritur vtrum filij familias possint vouere religionem? ℞. quod filij ante 16. annum, secundum Conc.Trid.sess.25. cap.15. vbi dicit: In quacunque religione tam virorum, quàm mulierum professio non fiat ante 16. annum expletũ &c. possunt vouere in illis, in quibus non subduntur; videlicet, orationes, coronas, cõtinentiam, & ieiunia, & tenentur adimplere, quia in istis non subduntur. In rebus autem temporalibus, non possunt vouere; si autem vouent, patres eorũ possunt illud votum facere irritum.

13 Quæritur, quando Virgines monacalem habitum suscipere poterunt? ℞. quod post duodecimum annum secundũ Concil.Trid.sess.25. cap.17. & cap.18. prohibet omnibus cogere virgines, vel viduas ingredi monasterium contra eorum voluntatem sub grauissimis censuris.

14 Quæritur quomodo intelligitur res bona, & vtilis? ℞. vtile dicitur illud, quod cõdicit alteri ad Dei gloriam, vel ad proximi vtilitatem: illæ verò res, quæ hoc non faciunt non sunt verè voti materiæ, sed res vanæ, & inutiles; (exemplum) aliquis vouet non redire amplius ad aliquã peregrinationem &c. veniale illud est. Sunt aliquæ res indifferentes secundum se, non ratione alicuius circunstantiæ, sunt bonæ ad vouendum, vt aliquis vouet non transire per aliquem locũ, quia ibi datur sibi occasio peccandi, & sic est hoc vtile ad vouendum. Sot.d.art.3. Nauar cap.12.nu.24 vers.9.

15 Item debet esse res bona, quia si quis voueret, quod est mortale, mortaliter peccat, & votum nullum est. Vt si quis voueret non cœnaturum donec se vendicet de aliquo, mortale commisit, & votum nullum est.

16 Item si quis voueret dicere aliquod mendacium iocosum, est veniale, & non votum. Et ita vouere propter aliquem finem malum, votum non est, sed est tale peccatum, qualis finis est. Sot. lib. 8.q. 1. art. 3. de iust. & iure. (exemplum) aliquis vouet dare eleemosynam, alicui fœminę, vt illam consequatur, mortale est, & votum nullum est.

17 Item aliquis vouet aliquod malum, quod habet bonum finem, inquit Sotus, quod votum tenet, vt si aliquis vouet quinquaginta aureos in eleemosynã erogare, vt habeat filium ex adultera, votũ tenet, quia bonum est filios desiderare, non autem ex adultera.

Item si quis vouet Deo aliquid, ne vincatur à suo inimico, votum bonum est, quia vnusquisque tenetur se defendere.

18 Item notandum est, aliud esse facere votũ propter finem, aliud facere actum

ſpe finis; (exemplũ) aliquis inſeruit Epo vt det illi beneficium, eſt ſymonia; ſed aliquis ſeruit ſub hac ſpe, non eſt ſymonia, & ſic dicendum eſt, quod qui facit votum propter malum finem, votum nullum eſt.

19 Alia verò conditio materiæ voti eſt, vt ſit bona, & meliori non contraria. Sunt enim aliquæ res, quæ bonæ ſunt, & non poſſunt ſtare cum melioribus: vt matrimonium ſtare non poteſt cum monialibus, quamuis bonum ſit; nam aliquis monialium vouere vxorem ducere non poteſt, quia moniales habent continentiã, & virginitatem, quæ meliores ſunt, & qui eſt coniugatus, non poteſt adire religionem, & tunc dicitur res bona non poſſe ſtare cum meliori; quoniam nõ poteſt eſſe tranſitum ab vno in aliud, vt cõiugatus non poteſt tranſire ad monaſterium, vt monacus fiat, niſi de conſenſu mulieris, ex doct. Tol.

De obſeruantia votorum.

20 In obligatione voti tria ſunt cõſiderãda. Primũ enim eſt conſiderandum iuxta intentionem vouentis, quamuis verba aliter ſonent. Secundum eſt conſiderandum, quod qui facit votum de re alias ſub præcepto, duplex mortale tranſgrediens, peccat; vnum contra præceptum, alterum contra votum; (exemplum) fecit votum non fornicandi, & fornicatus eſt, duplex ergo fecit peccatum, & contra votum, & contra præceptum, ſcilicet non Mœchaberis. Quando verò res non erat in præcepto, & nõ obſeruauit faciens tantum contra votum.

21 Quæritur, quotuplex eſt votum? ℞. duplex, ſolemne, & ſimplex. Simplex conſiſtit in ſimplici promiſsione. Solemne verò eſt, quod in mutua obligatione, & acceptione conſiſtit. Solemnizatur ſolemne per profeſsionem alicuius religionis approbatæ, vel per ſuſceptionẽ ſacri ordinis. c. 1. de voto. lib. 6. Simplex verò, aut eſt tacitum, aut expreſſum; tacitum eſt, quod ſola mente Deo fit: expreſſum vbi verba, aut ſcriptura acceſſerit. Sot. in 4. ſenten. diſt. 38. quæſt. 1. art. 1. verſ. ad ſolutionem.

Item aliud purum, aliud conditionale. Purum, cum quis ſine conditione aliqua votum emittit. Conditionale, vbi ſub aliqua cõditione præmittitur, & hoc ſi ceſſauerit conditio, obligationem non parit; (exemplum) ſi quis peregrinationem, aut ieiunium Deo vouiſſet, ſi filius eius inſtantis mortis periculum euaderet; ſi tunc moriatur, quod promiſerat, quaſi ceſſante conditione, ſeruare non cogatur, Turrecr. in ſum. 17. q. 1.

Item votum triplex, aut eſt conditionale, aut pœnale, aut votum abſolutum: Votum conditionale, fit quando aliquis eſt infirmus, & vouet aliquid ſi ſanatur. Vnde ſi eſt factum bona conditione, votum tenet; ſi male, votum non tenet, & eſt peccatum mortale. Pœnale votum eſt quando aliquis ſe obligat per modum pœnæ, vt abſtineat ſe ab aliquo malo; (exemplum) aliquis eſt nimis procliuis ad ludum, & ſic vouit aut religionem, aut peregrinationem ſi ſemel luſerit, & hoc votum tunc obligat quando ponitur id pro quo vouit; & ſi ſemel luſerit, votum tenet: votum verò abſolutũ eſt, quãdo ſine aliqua conditione ponitur.

22 Quæritur vtrum iurans, vel vouens nunquam mutuo dare, vel fideiubere, an teneat votum? ℞. non tenetur adimplere, quando illa facere eſt conſilij. Sot. lib. 7. de iuſt. & iur. q. 1. art 3. col. 4. in princ. verſ. & quamuis.

23 Quæritur, vtrũ aliquis vouet cõtrahere matrimoniũ, ſi tenet votũ? ℞. quod nõ obligatur ad votũ? nam religioſi habitus ſuſceptioni, quod proculdubio maius bonum eſt, impedimentum præbet. Si verò videns ſe concubinarum amplexibus ſordidatum, vt tanto peccato obuiaret matrimonium contrahere Deo promiſerit, votum ſeruare cogetur. Nauar. c. 12. num. 43. contra Sotum.

24 Quæritur vtrum vouens vngues nõ reſcindere, an teneat votum? ℞. quod non aſtringitur: nam votũ hoc eſt indifferens, & infructuoſum: & qui talia vota facit, ſine diſpenſatione contrauenire poteſt, licet tutius ſit ſaltem à confeſſario licentiam petere. Sylu. verb. votum. 1. queſt. 4. verſ. 3. in fin. At ſi dubitaret an dicta vota vtilitatis aliquid afferant, & timorati, tunc animi eſſet, diſpenſationem

procurare debent. Sot. lib. 7. q. 1. art. 3.

25 Quæritur, vtrum, qui ieiunare, aut orare se voto astrinxerit transgrediatur? Respond. quod potest confessarius à particulari transgressione illum absoluere, scilicet à peccato transgressi voti, non autē liberare à vinculo voti. Sylu. verb. votum. 4. §. 3. vers. decimo.

26 Quæritur vtrū per impotentiā adimplendi votum soluatur? Respond. in duobus modis solui posse primus ꝓpter impotentiam implendi; vnde si quis vouet ieiunare, & sine magno corporis detrimento, id facere non potest; si deest facultas adeundi superiorem, potest propria auctoritate contrauenire, facit text. in cap. licet. de pœnit. & remiss. cap. venerabilem. de elect. Verum est postea quam citius potest, debet habere recursum ad superiorem, facit in cap. ea nesci-tur. de sentent. excommunic. D. Ant. de Butr. in d. cap. Secundus propter libertatem dispensantis legitimam. Syluest. in verb. votum. 2. q. 1. circa finem.

27 Quæritur, vtrum, qui absque temporis præscriptione eleemosynam dare vouit an citius dare cogitur? Respondetur quod scriptum est Deut. 3. Cum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatū. Imo non solum reputabitur in peccatū, si quam primum cōmodè poteris, & cōscientia fugerit, iam tempus scias esse elapsum. Nauar. c. 12. nu. 41. etiā peccat mortaliter; at Confessarius pōt tempus determinare, quādo à se ipso ex negligentia, vel occupatione non determinat Sylu verb. votum. 2. q. 3.

28 Quæritur, vtrum aliquis vouet Religionem, & superiores religionum nolunt eum acceptare an obligetur ad votum? Respond. si indifferenter, & absolutè vouit religionem, & quæsiuit vnam duas, vel tres, aut quatuor religiones tenetur ad omnes alias adire, licet non iam extra prouinciam: & quando superiores earū tandem eum acceptare recusant, tunc liberabitur à voto. Quando verò vouit particularem religionem, & illa non vult eum acceptare in illa domo illius religionis tenetur ad alium locum tendere, & si in illa, vel illis domibus illius religionis nolunt eum recipere, non tenetur ad aliam, nec tenetur adire totam prouinciam.

29 Quæritur, quid si ducat vxorem, qui habet votum religionis? ℞. quod peccat mortaliter sic contrahendo, & ante consummationem, tenetur adhuc religionē ingredi vxore relicta, & similiter mortua vxore post consummationem; quia dum viuit, tenet matrimonium, & potest licitè debitum petere, & reddere, quia fuit votum religionis, & non votum castitatis, nec expresse continet castitatem.

30 Quæritur, quid si habēs vxorē voueat religionē, vel ingrediatur, & faciat professionem? ℞. si matrimonium non est consumatum potèst, immo debet religionem ingredi si consumatū, non potest ingredi sine licentia alterius coniugis, sed nō datur nisi altero quoque vouentem castitatem, & cum non timetur periculū fornicationis, ac nisi vterque ingrediantur religionem, aut si alter adulter fuit, tunc innocens, potest ingredi, etiam altero inuito.

31 Quæritur, vtrū si clericus ducat vxorē quid? ℞. si clericus est in sacris, matrimonium non tenet; si verò clericus non est in sacris tenet; sed non laudabiliter fecit recedendo à perfectiori statu.

32 Quæritur, vtrū habens vxorem, & suscipit ordines, quid? ℞. tenēt ordines, sed ipse fit irregularis, & si sciens suscepit, nō potest petere debitum, sed reddere tenetur.

33 Quæritur, vtrum quis vouit virginitatem, & postea amisit quid? Respondetur esse distinguendum, aut vouens intellexit illam solum incorruptionē, quæ primo actu violatur, ita, vt illa amissa nollet amplius castitatem seruare, & tūc ea violata amplius non obligatur; aut intellexit castitatem illam, in qua erat, scilicet virginitatem, se perpetuò velle seruare, id est, nunquam illo actu se inquinare, qualis fere semper voluntas, & sic vouentis, & tunc manet perpetuò obligatio etiam amissa virginitate.

34 Quæritur vtrum si quis vouit castitatem, & duxit vxorem quid? ℞. quod peccauit mortaliter contrahendo, quia tunc tradit potestatem corporis sui alteri, contra votum, & consumando

non

non peccat, nisi exigat, vel nisi fuerit votum religionis, quia reddendo dat parti, quod suum est; & si dicatur quod adhuc suum potest adimplere votum; respondetur negando, quia votum fuit de castitate, & non de religione. Et confirmatur etiam, quia si contrahens cum voto Religionis, secundum communem, potest petere debitum; quia licet votum castitatis sit annexum religioni, non tamen illud expresse emisit, qua ratione obligandus est iste ad tam arctum vinculum religionis, ad quod nullo modo astrinxit? sed quia sic potest adimplere suum votum, ille quoque potest aliqua ex parte adimplere ea, quæ sunt Religionis, quam vouit, ad quæ magis tenetur, cum virtualiter illa vouerit, quam alter, qui nullo modo religionem vouit.

35 Quæritur, vtrum habens vxorem, vel vxor virum, & vouit castitatem quid? Respond. quod ab altero coniuge tale votum irritari potest; at si alter quoque consentiat, tenet, & non poterit petere debitum, sed solum reddere.

36 Quæritur vtrum aliquis vouit non nubere, & postea nupsit quid? ℞. quod peccauit, sed potest reddere, & petere debitum, quia votum non nubendi nō est votum castitatis, sed votum non coniugendi Matrimonio, vnde si post tale votū nō nubendi, fornicaretur, peccaret quidem contra præceptum, sed non contra votū.

37 Quæritur vtrum, quis vouens aliquam accipere in coniugem, & postea accipit aliam quid? ℞. quod male fecit, & contra votum, sed tenet Matrimonium.

38 Quęritur vtrum, qui ieiunare vouit die veneris, vel sabbati, si tali die non impleuit, an die sequenti teneatur vel altero? ℞. quod si non respexit tempus, sed potius ad ieiunium mentis oculos conuertit, & quod Deo sit charum, & acceptum obligatus erit altero die ieiunare: sic enim qui centum die veneris, aut sabbati promittit creditori soluere, si illo die nō soluat, non tamen obligatione liber remanet. sed sequenti die soluere cogitur l. celsus. ff. de arbitr. cap. cum dilectus de dolo, & contum. sic etiam, qui iniunctam à confessario pænitentiam statuto die nō adimpleuit, sequenti, aut altero die, absq; dubio adimplere cogitur. Si verò tempus principaliter respexisset dum votum emisit, considerans enim Christum pro nobis die veneris in cruce passum, vouet illa die carnem ieiunando affligere, si illo die non ieiunauit, altero ieiunare non cogitur, sed de voti trangressione tantummodo pænitere. Sic etiam dicimus de ieiunijs ab Ecclesia præceptis, quæ cum potius tempus, quam opus respiciant, dum talia præcipit si debito, & profixo tempore non adimpleantur, erit sine dubio peccatum mortale, sed alio tempore adimplere non cogitur Sylu. in verbo votum 2. num. 4. Sot. lib. 7. de iust. & iur. quæst. 2. art. 1. in solutione ad 4. Nauarr. cap. 12. num. 41.

39 Quæritur, qui in vigilia alicuius Sancti ieiunare voto promisit, si vigilia venerit in Dominica vtrum ille die ieiunare teneatur? ℞. quod non die illo Dominico, sed die sabbati ieiunare poterit, nam sic obseruare solemus in præceptis ab Ecclesia ieiunijs Sylu. in verbo votum 2. quæst. 16. Ioan. de Neap. in quolib.

SVMMARIVM.

1 *Vouens inuenit postea difficultatem adimplendi, quid.*
2 *Votum frangēs coactus metu mortis, quid.*
3 *Votum frangens ex obliuione, peccat sed votum tenet.*
4 *Vouens aliquid deinde profitetur in aliqua religione liberabitur.*
5 *Voti dispensatio, quæ.*
6 *Votum commutari quomodo potest.*
7 *Voti dispensatio.*
8 *Votis in quibus dispēsare potest Episcopus.*
9 *Votum castitatis ad tempus, potest dispensare Episcopus.*
10 *Votum per Iubileum absoluitur.*
11 *Vouens castitatem, & frangens bis peccat.*

Votum Secundo. Cap. XV.

1 Quæritur qd de illo q̄ votū emisit, & postea difficultatē in adimplendo patitur, quā si antea cōsiderasset, minime vouisset? ℞. non propter hoc à voto liberatur, si verò absq. culpa sua, quod antea vouerat, & adimplere poterat, iam ei fiat impossibile non adimplendo; non peccat. Imo etiam si culpa sua, id ei

contigerit, tenetur tantummodo de peccato pœnitentiam agere, & pro parte, qua poterit adimplere. cap. quidam. de conuers.coniug.per illud axioma. Quod quicquid faciendum votum impediret adueniens post votum, eiusdem obligationem tollit, tenetur tamen voluntaté nunquam dimittendi habere, si ad meliorem fortunam peruenit. S.Thom. in 4. sentent. distinct. 38. quæst. 1.art.2.& 2.2. quæst. 189.& ibi Caiet.art.4.Nauar. c.12. num.39.

2 Quæritur, vtrum peccet, qui metu mortis cogitur ad voti violationem? Respond.quod mortaliter peccare non creditur, si talis sit metus, qui vel inconstantem virum cadere potuisset, nisi in contemptum Ecclesiæ ad voti transgressionem cogeretur. cap. seruis. de ijs, quæ vi. Sotus lib.7.de iust.& iur.quæst.2. ar.1. colum.4.mihi.

3 Quæritur, frangens votum ex obliuione, vtrum peccet? Respondetur, quod si ex obliuione notabili, vel ægritudine, non peccat mortaliter, & si aduertenter, quoties frangit, toties mortaliter peccat, cap. licet.cap. magnæ. de voto. Angel.in verb votum.3.

4 Quæritur, vtrum si quis vouet aliquid, deinde profitetur in aliqua Religione approbata, teneatur ad illud votum in sæculo factum? Respondetur, non tenetur, sed est absolutus ab omnibus votis in sæculo factis, secundum S.Thom.4. sent. & Panor. in cap. scripturæ. nec requiritur alia irritatio, vel absolutio secũdum Petr.dè Palud.4.senten. dist.38.q.4. art.1.conclus.6.

De Dispensatione voti.

5 Quæritur, quomodo dispensandum est in votis? Respondetur, quod notandum est in primis differentiam inter hæc scilicet hæc irritare, commutare, & dispensare votum, & à voti transgressione absoluere. Irritare votum est in nihilum redigere, & hoc possunt Superiores ad suos inferiores; (exemplum) puer vouit Religionem, pater eius potest illud irritare; & si Monacus vouit peregrinationem, Abbas potest illud votum irritare; & si pater irritauit votum filij sine vlla causa necessaria, filius non tenetur amplius ad votum, Syluest. in verb. votum 4.

6 Commutare verò votum, est commutare illud ex vna materia in aliam; (exemplum) aliquis vouit peregrinationem, & superior loco illius peregrinationis dat illi ieiunium: & ad commutationem est necessaria causa, & æquiualentia, vt sit tantum, aut ferè tantum id, in quod commutatur, & æquiualentia est consideranda respectu vouentis; nec sufficit æquiualentia solum, debet esse facultas superioris in æquiualentem materiam. At si voluerit commutare in maiorem materiam sine dispensatione, & sine superioris licentia, potest fieri.

7 Dispensare autem in voto, est relaxare voti obligationem: est notandum, quod omnis, qui potest dispensare, & in quibus potest dispensare, potest etiam votum commutare.

Ad dispensationem requiruntur hæc, vt sit dispensatio legitima coram Deo, alias quamuis à Pontifice fiat, nihil valet, & causa debet esse talis, vt sit maior Dei honor, aut maior vtilitas spiritualis illius hominis, aut notabilis aliqua vtilitas.

8 Requiritur præterea authoritas, in omni voto Episcopus potest dispensare, præterquam in voto castitatis, religionis, sancti Petri Romæ, sancti Iacobi in Compostella, & Hierusalem: Si verò vota sunt conditionalia, vel pœnalia, potest in his etiam Episcopus dispensare.

9 Rursus in voto castitatis ad tempus potest etiam Episcopus dispensare. In castitate verò perpetua, non potest, nisi Papa. Potest etiam Episcopus dispensare votum non contrahendi, quia non est votum castitatis, Sylu. verbo votum. 4.§.4.

10 Rursus per Iubileum, in quo conceditur facultas dispensandi quodcunque votum, excepto castitatis, & religionis: illud potest cõmutari, aut dispensari, quod non est votum castitatis.

11 Qui facit votum castitatis, non solum non potest fornicari, immo fornicando bis peccat faciens, scilicet contra præceptum,

ptum, & contra votum; ille verò, qui vouit non contrahere, & fornicatur peccat tantum semel peccato fornicationis cótra præceptum.

Absoluere à voti transgressione, est absoluere ab errore commisso contra votum factum, & obligatio voti semper manet.

SVMMARIVM.

1 *Tentare est facere experientiam alicuius.*
2 *Tentare est velle, vt Deus manifestet aliquid.*
3 *Tentat Deus homines sub vno modo.*
4 *Tentare est petere à Deo miraculum.*
5 *Tentare Deum in nolle comedere, est vt Deus ostendat miraculum.*
6 *Tentare Deum, vt ostendat sua attributa, non licet.*
7 *Tentare Deum expresse, pro alijs, mortale est.*
8 *Tentare Deũ est, se exponere alicui malo, vt se expurget ab aliquo crimine imposito.*
9 *Tentare Deum, est exponere se martyrio sine causa.*
10 *Tentare Deum, est velle concionari, nulla præuia meditatione adhibita.*
11 *Tentare Deum, est se exponere alicui periculo mortis.*
12 *Tentare Deum, est credere cœli planetas habere aliquid diuinitatis.*
13 *Tentant, & peccant grauissimè Magistri legentes libros fabularum, & non monẽt discipulos, ne credant illas habere aliquid diuinitatis.*

De Tentatione Dei. Cap. XVI.

1 QVæritur, quid est tentatio? Respód. tentatio est dictum, vel factum ad alicuius experientiã capiendam, aut dandam, & an sit Deus bonus, sapiens, aut possit aliquid &c. S. Thom. 2.2. quæst. 97. art. 1. (exemplum) quando quis explorare vult alicuius scientiam, vel potétiam, aut aliquid aliud, & ad hunc finem dicit, aut facit aliquid erga illum, vt periculum de illo faciat, illud dicitur tentatio.

2 Rursus tentare quoque dicitur, quando homo prætendit non per se, sed vt fiat apud alios alicuius experientiæ: his duobus modis homo tentat Deum, aut aliquid dicit, vel facit, vt exploret aliquid Dei attributum, vel vt aliquibus Deus manifestet.

3 Deus etiam tentat homines, sed vno modo tantum: videlicet, non vt ipse capiat experientiam, (qua quidem ipse non indiget, cum omnia optime scit) sed vt alijs det; & hoc modo tentauit Iob, vt illius patientia alijs nota fieret. Sic quoque Abraham tentauit, vt innotesceret etiam eius innocentiam.

4 Item duobus modis homo tentat Deum: Vno modo in hunc finem (vt diximus) vt capiat experientiam Dei, vel vt det alijs; (exemplum) petere à Deo miraculum, vel per se, vel per alium expresse, est tentare Deum.

5 Alio modo tacitè, & interpretatiuè, id est, quando non habet hunc finem, vt Deus ostendat sua attributa; sed tamen facit ea, quæ fieri non possunt, nisi Deus operetur supra naturam, hoc est tentare Deum virtualiter; (vt exempli gratia) aliquis laborat aliquo graui morbo, & non vult adhibere remedia, confidens in Deo, hoc est tentare Deum virtualiter, & peccat mortaliter, S. Thom. 2.2. quæst. 97. art. 1. vnde sciendum est, quoties homo aggreditur effectus aliquos neglectis remedijs, tentat Deum quocunque in genere hoc fiat, vt aliquis etiam non vult comedere, volens quod Deus miraculum in se exerceat, mortaliter peccat.

6 Tentare Deum hoc fine, vt sua attributa ostendat, non licet homini, nisi inspirato à Spiritu sancto Isai. 1. peccaui nó petens signum à Domino.

Sine inspiratione Spiritus sancti, est mortale in genere suo, quia hoc nascitur ex duobus, aut ex incredulitate, aut ex curiositate, verum est, quod quando non est magna incredulitas est veniale.

7 Tentare Deum expresse pro alijs ex genere suo, est mortale, nisi seruatis duabus conditionibus, id est, quod sit cum necessitate, & vtilitate.

8 Est etiam tentare Deum, vt se ipsum expurget à suspitione criminis, quod sibi

imponitur, vt velle sumere feruentem aquam, vel cogere ad sumendum, vel tangere ferrum candens, vel prunas ignitas, aut in fornacem ardentem ingredi, aut quid simile, cap. fin. de purg. vulg. & cap. consuluisti. 2. quæst. 5. S. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. ad 3. & mortaliter peccat.

9 Tentare Deum est exponere se temere martyrio irritans infideles, & suggerens illis occasionem ad eum occidendum sine causa, quæ vi præcepti, aut cõsilij ad id ipsum obliget, & dirigat, arg. cap. fin. de iur. iur. S. Thom. 2. 2. quæst. 124. art. 1. ad 3. Quando verò martyrium est pro fide, tunc debemus potius velle mori, quam fidem deserere, aut peccare mortaliter, secundum S. Thom. communiter receptum in quolib. 4. art. 20.

10 Tentare Deum est, & mortaliter peccat, qui aliquid dicendo, vel faciendo intentione expressa experiendi diuinam potentiam, sapientiam, vel bonitatem, aut aliquid faciendo tacite, quod tamen ad hanc experientiam faciendam conduxit; (exemplum) velle concionari nulla præuia meditatione, cum eam potuisset adhibere, secum reputans per interiorem inspirationem, à Deo sibi necessaria subsidia præstitum iri, secundum Landulphum 1. par. vitæ Christi cap. 32. & laicus disputans de fide, sciens id laicis sub pœna excommunicationis esse prohibitum.

11 Tentare Deum est etiam, qui se probabili periculo mortis, aut mutilationis sine necessitate, aut vtilitate obiecit, secundum S. Th. 2. 2. q. 97. art. 1.

12 Item qui credit habere aliquid diuinitatis cæli planetas, Saturnum, Iouem, Martem, Solem, Mercurium, Venerem, & Lunam. Qui ita credit cælicolas homines illos idolatras, & facinorosos. Herculem, Bacchum, Iouem, & id genus alios, vel fœminas inhonestas, vt Venerem, Iunonem, & id genus alias, quos, & quas gentiles sitis in libris celebrant, & stolidissimè extollunt, mortaliter peccant.

13 Peccant etiam mortaliter magistri legentes libros, & fabulas gentilium Poetarum, nisi aduertant discipulos ne credant illos, vel illas habuisse aliquam diuinitatem, & non monent eos veritatem Catholicam, vt firmiter illos sibi persuadeant fuisse puros hom nes, & vitijs plenis, magisquam virtutibus, & cruciari in Inferno, ac in æternum cruciabuntur: qui nisi hoc fecerint, videantur eorum errori consentire, & quos possunt ab eo, non reuocare contra, cap. 1. de off. deleg. & cap. notum. 2. q. 1. & cap. qui potest. & 23. quæst. 3.

SVMMARIVM.

Scriptum est: Memento vt diem Sabbati sanctifices. Exod. cap. 20.

1 *Sanctificare quomodo intelligitur.*
2 *Sanctitas quid.*
3 *Sanctus dicitur mundus, purus sine macula.*
4 *Sanctificatio quomodo accipitur.*
5 *Sanctificatio Gloriosæ Virginis, quomodo fuit.*
6 *Sanctorum memoriæ fiunt die mortis.*
7 *Sabbatum Hebraicæ, Latine dicitur quies.*
8 *Sanctificatio festi est de præcepto.*
9 *Sanctificatio diei septimi fuit cæremoniale.*
10 *Sanctificant Christiani diem Dominicum pro sabbato.*
11 *Sanctificamus diem Dominicum propter multas rationes.*
12 *Sabbatum Iudæi, & Dominicum diem colunt Christiani.*
13 *Sanctificare quos dies debent Christiani.*
14 *Sanctificare festa illius loci tenetur, qui illo in loco degit.*
15 *Festa incipiunt, & terminātur secundum consuetudinem locorum.*
16 *Diebus festis prohibentur opera seruilia.*
17 *Diebus festis quæ licitè fieri possunt.*
18 *Diebus festis, quæ fieri licent.*
19 *Diebus festis fieri, quæ prohibet Ecclesia.*
20 *Diebus festis fieri, quæ opera admittit Ecclesia.*
21 *Diebus festis obquestum transcribere librum non licet.*

22 Die-

22 *Diebus festis audita missa, ire venatum etiam obquestum licet.*
23 *Diebus festis, quæ ad communem victum pertinent non prohibentur.*
24 *Diebus festis nauigare possunt nautæ, & alij multi.*
25 *Diebus festis excusantur subditi, filij, & serui, &c.*
26 *Diebus festis quæ licent fieri etiam ob pecuniam possunt fieri.*
27 *Diebus festis operarii sub censuris excluduntur, etiam pauperes in necessitate.*
28 *Diebus festis operarii Mercatores ad nundinas ante missam ire peccant.*

De tertio Præcepto. Sabbata sanctifices. Cap. XVII.

1 QVæritur quid est sanctificare? Respond. quod sanctificare tripliciter accipitur, vt inquit S. Bonau. dist. 14. lib. in dubijs literal. Vno modo, secundum, quod est de sancto sanctum facere: Secundo, iam factum in sanctitate confirmare. Tertio modo, iam factum, & confirmatum manifestare, & secundum aliquem istorum triũ modorum reperitur sanctificatio in omni Spiritus sancti missione ratione termini ad quem: ita accipit Mag. dist. 14. in princ. cum ait lib. 1.

2 Quid est sanctitas? Respond. vt notat Gabr. dist. 3. art. 1. quæst. 2. lib. 3. post Alex. de Ales. par. 3. quæst. 9. memb. art. 1. dicitur quatuor modis. Est enim sanctitas per dedicationem ad cultum Dei, quomodo sanctum dicitur quicquid à profanis separatur, & cultui Dei dedicatur, & hæc conuenit creaturæ rationali, & non rationali animatis, & non animatis. Sic Nazaræi sancti dicuntur quorum consecrationis ritus describitur Leuit. 8. & plerisque alijs scripturæ locis hoc modo, etiam Christiani sancti dicuntur, quia Deo dedicati sunt in baptismate. Sic res inanimatæ sanctæ appellantur, vt tabernaculum, vasa, vestes, Ecclesia, altaria, quæ olim, & nunc dedicantur Domino, & ad suum cultum sanctificantur. De quo etiam Exod. 40. Assumpto vnctionis oleo vnges, tabernaculum cum vasis suis, vt sanctificetur Altare holocausti, & omnia vasa eius, labrum cum base sua, omnia vnctionis oleo consecrabis, vt sicut sancta sanctorum. De qua sanctitate videatur idem Gabr. sermon. 7. de dedicationē, qui incipit Domum tuam decet sanctitudo.

3 Quæritur quis dicitur sanctus? Respond. accipitur pro sancto, qui est mundus, purus sine macula, sine peccato, nam sanctitas propriè accipitur pro emundatione à peccatis Rom. 6. Nunc autem liberati à peccatis, serui facti Deo, habentes fructum in sanctificatione. Et 1. Thes. 4. non vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem, & præmisit. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Hæc sanctitas fit per gratiam infusam, & charitatem per quam mentem inhabitat sanctificator spiritus, & hæc sanctitas est immunitas à peccatis, quæ non est nisi per gratiam. Vnde solus ille & omnis, iste sanctus est, qui gratiam habet: dico gratiam gratum facientem.

4 Quotuplex est sanctificatio? Respon. duplex, vt notat Brulifer. dist. 2. quæst. 8. lib. 4. & ex dictis haberi potest, scilicet viæ, & patriæ, sanctificatio viæ, est infusio gratiæ gratum facientis alicui naturæ, intellectuali. Isto modo tàm adulti, quam paruuli sanctificantur per gratiam, & isto modo primo, vt idem vult dist. 6. quæst. 7. lib. 4. Sacramentum pænitentiæ, potest dici sanctificatio, quia ibi infunditur gratia, est sanctificatio viæ excellens cultum virtutum, vel alicuius virtutis, & isto modo viri perfecti dicuntur secundum Theologos sancti, secundum vero Philosophos vocantur viri heroici: Solus autem Deus potest sanctificare, nec est, officium Beatę Virginis; nec Angelorum, nec Sacramentorum sanctificare: Sanctificatio Patriæ est, quæ habetur in Patria, & nihil aliud est, quam glorificatio, & solus Deus etiam sanctificat hoc modo. Psal. Exultabunt Sancti in gloria.

5 Quæritur sanctificatio Gloriosę Virginis Mariæ, quomodo fuit? ℞. secundum Gabr. dist. 3. quæst. 2. lib. 3. quod Sanctificatio

catio Virginis fuit duplex: Prima in conceptione passiua, dum anima per gratiam sibi concreatam infusa est in corpus in vtero suæ Matris, qua gratia præseruata, est ab originali peccato, vt ita à sanctificata à peccato, non quod infuit, sed infuisset nisi per gratiam præseruata fuisset. Alia est eius sanctificatio in conceptione actiua, qua de Spiritu sancto concepit Saluatorem. De qua ait Gabriel Angelus. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Tunc enim sanctificata est à Spiritu sancto, hoc secundo modo, sed tamen non à peccato originali, aut actuali, quorum nullum infuit, sed sanctificata per gratiæ in existentis augumentationem, ac plenitudinis perfectionem, qua disponebatur, vt esset idonea mater tanti filij. Hæc Gabr.

6 Quæritur quarè sanctorum memoriæ à Christianis fiunt eo die, quo mortem obierunt? Respond. quia illo die nascuntur sancti viri ad Gloriam, & vitam æternam, quod glosa annotauit in cap. non licet. 33. quæst. 4. cuius mentionem facit Abb. in cap. 3. de feri glos. in l. cum quidam. ff. de annunciat. legat. glos. in §. cum autem vers. in natalibus inst. de genuis.

7 Quæritur nunc, quid est sabbatum? ℞. quod nomen hoc est hæbraicum, Et latine dicitur quies; Vnde sanctificatio Sabbati sic potest describi, quod sit quies ab operibus, quæ homines communiter exercere solent, vt Dei operibus expeditius vacent.

8 Quæritur vtrum sanctificatio festi, sit præceptum? ℞. quod est præceptum morale diuinum, & ex aliqua parte cęremoniale, vt dicit S. Thom. 1. 2. quæst. 100. art. 3. ad quæst, 122. art. 4. quæ omues Theologi secuti sunt sanctificatur dies, vt Deus honoretur.

9 Quare cæremoniale intelligitur septimo die celebrare? ℞. quod ista determinatio diei præcepit Deus Iudeis, vt septima dies celebraretur propter tres causas. Prima propter creationem mundi, Nam Deus sex diebus vacauit creationi & septima quieuit, & retinuerunt Iudæi hanc memoriam beneficij, ad confusionem gentilium, qui scribebant mundum esse æternum, & vt ipsi quoque fugerent hunc gentilium errorem, Secunda propter figuram Christi, qui tota die sabbati quieuit in sepulcro. Tertia, quia homines, cum sint corruptibiles quiescunt ipsi etiam, & iuramenta.

10 Quare Christiani dimiserũt diem sabbatum, & retinuerunt diem Dominicum? ℞. quia Christiani receperunt à Deo redemptionem, quæ fuit consumata die octauo, & ob hanc causam Christiani, Dominicum diem colunt: Secunda causa, quia Iudei non acceperunt promissionem: nisi terrenam, Christiani vero acceperunt promissiones terrenas, & spirituales, quæ debent consumari ætate octaua, idem in die Iudicij, & propterea diem octauum. i. Dominicã celebramus nos Christiani, & non septimum. i. Sabbatum Tabien. verbo Dominico. §. 1.

11 Alia ratio est à sancto Leon. Papa, qui dicit. Quicquid à Deo insignius institutum est, in huius diei festiuitate fuit gestum. In hoc, mundus sumpsit initium Gen. 1. In hoc, per Christi resurretionem, & mors interitum, & vitæ sumpsit exordium: Quare D. Ignatius Epist. 3. ad Magnesios, diem dominicam Resurrectionis diem appellat, ac regalem, omniumque supremam. In hoc, Apostoli à Domino prædicandi sumpsere potestatem, & inferendi mundo vniuerso sacramento regenerationis accipiunt. In hoc denique promissus à Domino Spiritus sanctus aduenit. Act. 2. Merito igitur cantat Ecclesia. Hæc dies, quam fecit Dominus, &c.

Item sciendum est, quod propter eccellentiam huius diei, in nullo alio die potest Episcopus consecrari, quam die Dominico. de cons. dist. 75.

12 Diem septimum habebant Iudei tanquam sabbatorum, & Christiani habent dié dominicum festum præcipuum cap. vlt. de ferijs, & S. Thom. 1. 2. quæst. 22. art. 4.

13 Quæritur, quos dies debemus obseruare? Respond. quod omnes dies, aliqui sunt in præcepto, & aliqui sunt ex deuotione, quos non tenemur obseruare, illi verò, qui sunt sub præcepto, aut in vsu, tanquam ex præcepto, obligant ad peccatum, vt in cap. pronuntiandum de cõs. dist.

dist. 3. & cap. conquestus de ferijs, & alibi consuetudo tamen multa ex eis abstulit, & propria in singulis regionibus obseruanda sunt illa festa, quæ lex aut constitutio Synodalis recepta, & non abrogata, vel consuetudo scripta ibi præcepit obseruari.

14 Quæritur, qui degit in aliquo loco tenetur obseruare festa illius loci, aut Patriæ suæ? Respond. quod debet obseruare illa illius loci, vbi tunc degit, sed solus transitus ad peculiaria festa non obligat, si ibi non quiescitur, non enim tenetur iter agens, retardare iter suum, vt audiat sacrum in die festo proprio loci, per quem transit, at si ibi ante prandiū sisteret, tenetur audire, & si ibi pranderet, tenetur vesci cibis ieiunij, si peculiare ibi ieiunium obseruaretur.

15 Quæritur quomodo incipiunt, & terminantur festa? Respond. quod à vespera ad vesperam, vel à media nocte, in mediam noctem, secundum consuetudinem loci. Imò si communis consuetudo alicuius loci, esset illa seruare à vespera, ad vesperam, & aliquæ artes propter suum exercitium haberent propriam consuetudinem illa seruandi à media nocte, in mediam noctem, vt sutoria, & barbitonsoria excusantur ratione consuetudinis propriæ omnium ferè illarum artium.

16 Quæ prohibentur Diebus festis? Respond. quod opera seruilia, vt expeditius diuinis vacemus, vnde si fiant, vt Deo seruiamus, vel immediate propter Dei cultum, vel mediatè proximi, vel proprijs necessitatibus subueniendo, non erimus huius præcepti transgressores.

17 Quæ opera diebus festis licitè fieri possunt? Respond. cum Soto. ad sex capita reducere possumus. Primum est si opus ad Dei cultum pertinet, & huiusmodi opera sunt in triplici differentia, quædam sunt spiritualia, vt Sacramenta administrare, exorcizare, & prædicare. Quædam sunt corporalia in quibus per se consistit cultus, vt in processionibus, portare crucem, sanctorum reliquias, organis, & aliis instrumentis cantare. Quædam tertio sunt præparatoria ad diuinū cultum, & ista adhuc sunt in triplici differentia, quædam sunt ipsi cultui propinqua, vt pulzare campanas, alia verò sunt, quæ possunt fieri die præcedenti, vt Ecclesiæ apparatus, & quæ ad eius apparatum pertinent, & hæc non sunt facienda in die festo, nisi forsan id exigat continuatio festorum, vel quia præcedenti die non potuerunt absolui, quædam alia sunt non per se, sed accidentariè, & remotè ad diuinum cultum spectantia, vt colere agros pauperculæ Ecclesiæ, vel hospitalis, aut ad eius structuram portare lapides, & hæc sine necessitate, & sine Episcopi licentia, non debent fieri in die festo, quia sunt opera seruilia.

18 Secundum genus operum, quæ in festo licent, est spiritualium actionum, quæ à spiritu nostro proficiscuntur, vt docere, consulere, & huiusmodi, nam opus seruile idem est, quod corporale, quia corpus animæ seruit, & propria quæ ad animam pertinent, non cōnumerantur seruilibus; artes autem quamuis sint intellectuales, sunt nihilominus seruiles, & Mechanicæ, quia eorum finis est opus, & non intelligere sicut finis scientiarum.

19 Quæ de spiritualibus Ecclesia prohibuit in festis? Respond. sunt ius dicere, causas agere, processus formare, iuramentum solemniter in iudicio. (nisi causa pacis) præstare, quæ tamē in atroci, & extraordinario crimine dispensationem admittunt, vti si publicus latro, aut læsor maiestatis caperetur in festo, licet eum subito in supplicium rapere.

20 Quæ opera corporalia, quamuis videantur seruilia admittit Ecclesia? Respond. quædam, quæ sunt ex genere suo libera, vt opera liberalium arctium, qu alis est musica, & figuras geomaticas in abaco diuidere, designare, recamare, quod fiunt ad discendum, quæ certum est in festis licere, quædam sunt liberis, & seruis communia, vt scribere, iter agere, venari: scribere litteras, orationes habendas ad Populum, aut lectiones perlegendas, consilia, & instrumenta, de his rebus, quæ licite fiunt diebus festis etiam si ob lucrum fiant, vt inquit. Nauarrus, licitum est, quia non sunt opera seruilia.

21 Quæritur vtrum liceat transcribere librum, vt dicitur copiare, vel instrumentum obquestum? Respond. non licet,

quia quamuis ſcribere de ſe non ſit opus ſeruile etiam ſi ob lucrum fiat, eſt tamen ſeruile tranſcribere, vt lucretur, quia hoc eſt mechanicum, & corporale.

22 Quæritur vtrum ire venatum ob lucrum in feſtis liceat? Reſpond. ſecundum Nauarr. quod audita miſſa non ſolum animi gratia licet, ſed etiam ſi ob quæſtũ fiat, non eſt mortale, quia non eſt opus ſeruile, neque ex numero non ſeruilium prohibitorum.

23 Quæritur an ſit alia opera corporalia quæ non ſint prohibita? Reſpond. quod ſunt ea, quæ ad communem victum pertinent, vt quæ parant coqui, ob neceſſitatem corporis, excuſantur Medici pharmacopole, quia non excuſantur niſi in neceſſitate illius diei, ſanguinis ammiſſores, & qui fugiunt propria pericula, excuſantur milites in bello, ob neceſſitatẽ communis reipublicæ, & qui illis ageres, & vallum ducunt, & quosuis alios labores proferunt, excuſantur ob particularem neceſſitatem, qui occurrunt confragrationibus, & inundationibus, ac etiam qui coguntur ob aeris inclementiam metere, vindemiare, ſed quando dubitatur an ſit tanta neceſſitas, petenda eſt licentia ab Epiſcopo, vel ſaltem à parocho, ſic etiam excuſantur Agaſones, qui iumentis oneratis ſuum iter non intermittunt.

24 Excuſantur etiam nautæ, curſores, muliones, & qui iſtis ſeruiunt, vt fabriferrarij, & qui ea faciunt, quæ in alium differri non poſſunt, vt excoquere vitrum, ollas, tegulas, calcem, ſecundum Angel. Caiet. Nauar. num. 6. excuſantur, vt inquit Sotus, qui propter reipublicæ ornatum, & ludum mechanicæ ſeruiunt præparando, & diſponendo, quæ neceſſaria ſunt, vt in torneamentis, licet ſalubrius ſit diſpenſationem petere.

25 Excuſantur ſubditi, ſerui, agricolæ, filij, & vxores iuſſi, & compulſi à ſuis dominis, patribus, viris, ad opus agendum diebus feſtis, non in contemptum feſtorum, ſed alterius rei gratia, qui niſi morem gererẽt in magnum aliquod damnum perſonale, aut reale inciderent, maximè ſi ob id non prætermittitur miſſa.

26 Quæritur vtrum ea, quæ licitè fieri poſſunt diebus feſtis, an poſſint fieri ob pecuniam, etiam eo modo, quo fiunt alijs diebus? Reſpond. quod Richar. Ang, Tab. & Sylu. negant poſſe fieri, ſed Caiet. 2. 2. art. 4. in ſumma verb. feſtos, Sot. & Nauarr. cap. 13. nu. 5. & alij dicunt, quod propoſitum, & intentio lucrandi non facit, vt opus, quod alias ex ſuo genere non eſt ſeruile, ob hoc fiat ſeruile formaliter, vel materialiter.

27 Quæritur quando Epiſcopus præcipit ſub pæna excommunicationis, vt nemo diebus feſtis operetur, vtrum compræhendantur illi, qui neceſſitate compulſi operantur? Reſpond. quod eius generalis ſententia, & iuridice interpraætanda, vt ſcilicet nemo efficiat opus, niſi lege conceſſum.

28 Quæritur vtrum Mercatores, & alij, qui diebus feſtis ad nundinas vadunt peccent? Reſpond. quod ſi ob hoc negligunt Miſſas, & prædicationem, mortaliter peccant, nam quilibet homo, ſerui, ancillæ, filij, & filiæ tenentur, in die Dominico, & alijs diebus feſtiuis integram Miſſam audire ſub præcepto Eccleſiæ niſi magna neceſſitate excuſentur, vt habetur de conſ. diſt. 1. cap. miſſas, & cap. omnes fideles, & cap. 2. vt dominicis extra de paroch. & cap. quanta cura ſeſſ. 22. in Conc. Trid. itaque ante benedictionem nullus egredi audere debet.

Nam omittentes ex contemptu, vel cupiditate lucrandi, peccant mortaliter, toties, quoties omiſerunt audire totam, vel etiam notabilem partem, vt dicit cap. miſſas, & Archid. in cap. omnes fideles, & cap. cum ad celebrandas de conſ. diſt. 1. dummodo ſine ſcandalo aliorum diſcedant. Et eſt ſciendum, quod violantes feſtiuitatem Dominice diei, peccant in Patrem, & Filium, & in Spiritum ſanctum. In Patrem, cuius potentia mundum creauit: In Filium, cuius ſapientia mundum redemit; In Spiritum ſanctum qui tali die in mundum miſſus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Miſſas quomodo eſt audienda.*
2 *Miſſæ fructus qualis.*
3 *Miſſæ, quæ reuerentia debetur.*
4 *Miſſæ vtilitates quot, & quæ.*
5 *Miſſæ pars notabilis, quæ.*

6 Miſ-

6 *Missam dimidiam vnius, & dimidiam alterius satisfacit audire.*
7 *Missam audire auribus proprijs cum non potest sufficit adesse.*
8 *Missam audire multi excusantur.*
9 *Missam non audire cum attentione, graue peccatum.*
10 *Missam audiens ex præcepto, potest aliquas orationes recitare.*
11 *Patres, & domini peccant non mittentes filios, & seruos ad missam.*
12 *Sabbatum bene sanctificat, qui sine mortale est.*
13 *Sabbatum non sanctificare, mortale est.*
14 *Missam audire potest quisque vbique.*
15 *Missam audire à sacerdote publicè fornicario non licet*
16 *Sacerdos celebrans dum chorus cantat, potest recitare horas.*
17 *Laicus in choro cū clericis an liceat esse.*
18 *Missam audire excusatur, qui timore hostis non potest adire.*

Vide cap. 22. infra.
Vide à cap. 18. vsque ad 24. par. 1.

De Missis audiendis quod est secundum Præceptum Ecclesiæ. Cap. XVIII.

1 Istud Præceptum habetur de cons. dist. 1. can. Missas sacrum, non est mente percipere ea; quæ dicuntur in Missa, nam rustici præceptum hoc non possent adimplere: Nec etiam videre, quia ceci non satisfacerent huic præcepto, nec etiam auribus exterioribus, quia surdi non adimplerent, nec qui distant, nec etiam aliquo sensu vti erga missam, est audire sacrum, sed in tali statu esse. i. corpore adesse, & mente attendere corpore adesse, quia debet esse præsens in Ecclesia. Secundo, mente attendere, nam licet adesset, & dormiret, non audiuit Missam, nec dicitur ad fuisse. Mente attendere, est aduertere se interesse sacro, & hoc attendere est, non quod actu cogitet, sed quod non deuagetur ex proposito, quia sic non impleret præceptum. Secundo, quando assumit opera, quæ vere distrahunt mentem, non satisfaceret, sed tamen quando vult attendere, licet deuagetur, dicitur adesse missæ, & implet præceptum: Similiter res se habet recitando officium diuinum. Omnis Christianus incurrit peccatum mortale nisi Missam integram audiat diebus dominicis, & festiuis sub præcepto, vt in cap. Missas, & in cap. ad celebrandas de cons. dist. 1. & in capitulo, vt dominicis de Paroch. & ibi, per Abb.

2 Quæritur Missa quomodo est audienda? Respond. vt percipiatur fructus missæ, triplex est dispositio: prima vt fides, vel fidei actus, quo præcipuè duo credamus, primò, sub speciebus panis, & vini esse verum corpus Christi, sicut est in cælo. Secundo, debemus credere in missa offerri Christum patri æterno tanquam verum sacrificium pro peccatis hominum. Tertio, debet esse actus charitatis, atque amoris erga Christum Dominum, quia in missa repræsentatur summum illud beneficium, quod Christus nobis effecit in cruce, dum se patri æterno obtulit. Quarto actus reuerentiæ interioris, & exterioris: exterioris, quo ad actum externum corporis: Vnde repræhendendi sunt, qui vnum genuflectunt, & qui loquuntur ibi, & multo magis, qui huc, illucque oculis circunspiciunt, ac lasciuè garrientes, & confabulantes.

3 Quæritur vnde procedit ista reuerentia? Respondetur primo ex consideratione pręsentiæ Christi, & Angelorum, nam Gregorius Ambrosius, Augustinus, Bernardus, & alij dicunt, quod simul, ac consecratur hostia, Angeli assistunt circa altare: Secundo ex ipsomet officio, quod facit, qui astat tali sacrificio, offert enim sacrificium mediatè per sacerdotem: Tertio, quia quando sumus in Missa, petimus aliquid à Deo, & quis est, qui audeat petere absque reuerentia? stultus est.

4 Quæ sunt vtilitates? Respondetur sunt quinque prima, qui est in gratia, accipit maiorem gratiam, duplici ex capite, tum quia cum sacerdote ipse offert, tum quia pro ipso offer-

offertur. Secunda vtilitas est, quia magna pars pena peccatis debita remittitur. Tertia vtilitas, quia facilius impetrat à Deo, quod ab eo petit, quia offert illi tunc gratum sacrificium. Quarta vtilitas, quia exercetur actus trium virtutum. i. actus fidei actus charitatis, & actus religionis

Quinta vtilitas, gustus quidam ex visione Saluatoris, saltem sub speciebus sensibilibus, qui enim audit sacrum facilius inclinatur ad bene operandum cũ maiori delectatione.

5 Quæritur quæ sit notabilis pars missæ? ℞. secundum aliquos, quod ab introitu vsque ad Epistolam inclusiuè, ex vna etiam particula principij, & altera finis, posset constitui vna notabilis. Tota missa à principio, vsque ad benedictionem debet audiri, cap. missas tamen modicum pro nihilo reputatur cap. re vera de cons. dist. 2. Ideo, qui modicum dimitteret, vt introitum, vel huiusmodi, vel quia occupatur quis in ministerio missæ, non agit contra præceptum: secus si dimitteret Epistolam, vt dicit Archiep. Florent. vel secundum alios, particulam principij missæ, & particulam finis, cum ex vna particula principij, & finis possit constitui pars vna notabilis.

6 Quæritur vtrum satisfaceret, qui audiret dimidium vnius missæ, & alterum dimidium omissum alterius? Respond. quod sic, vt inquit Sot. in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 1. vers. At quia, & Maior in 4. dist. 15. quæst. 2. & Nauarr. in manu cap. 21. num. 2. & hoc intelligitur quando aliquis non posset audire integram ex aliqua causa rationabili.

7 Quæritur vtrum sit necesse auribus proprijs audire verba missæ? Respond. secundum Arm. verb missa. §. 31. quod licet sit benefactum sufficit tamen præsentem ibi esse, & attente vacare pro illo tempore his, quæ dicuntur, quia sic intendit Ecclesia, & quod non se occupet in alijs pro tunc.

8 Quęritur, quæ est causa licita excusans ab auditione missæ? Respond. est illa ob quam non potest audiri sine graui damno animæ, corporis, honoris, bonorum propriorum, vel proximi. Et primo excusantur excommunicati, & interdicti, & vt inquit. Nauarr. etiam si absolutionem neglexerint procurare. Excusantur Infirmi, & eis inseruientes, qui sine salutis damno eam audire nequeunt, excusantur nutrices, quæ eos, quos lactant, sine periculo relinquere non possunt. Excusantur illi, qui ratione officij exire prohibentur, vt arcium custodes, & domini, & eorum consultores, qui tempore missæ, negocijs moram non patientibus impediuntur. Excusantur iter agentes, sine quibus absque notabili pudore eam audire non possunt. Excusantur puellæ nubiles, quæ iuxta consuetudinem loci ex honestatæ causæ seruantur dummodo non eant ad choreas, & non stent in fenestris, alias peccatum est matruum, quæ illas non ducunt, & etiam ipsarum, si non faciunt, quod in se est, vt ad missam ducantur. Excusantur nuptæ, quæ sine magno scandolo virorum exire non possunt, puta, quia alias non præparantur domi, quæ præparari debent. Excusantur viduæ, quæ iuxta regionis consuetudinem post mortem mariti domi se continent per hebdomadam, vel per mensem, sed non per plures menses iuxta Syluest.

9 Quæritur vtrum satisfaciant præcepto qui in die festo, quidem audiunt missam, sed animum applicant his, quæ attentioni necessario debitæ repugnant in aliqua eius notabili parte? ℞. quod non satisfaciunt, sed peccant grauiter colloquendo pingendo, scribendo, dormiendo, & alia huiusmodi faciendo, & multò grauius peccant, qui Ecclesiam principaliter adeunt ad videndum mulieres, nugando, ridendo, garriendo, aut alia, quæuis illicita, quamuis audiant missam, & satisfaciant præcepto, sed non bene.

10 Quæritur audiens missam ex præcepto, vtrum possit recitare publicas, vel priuatas præces? ℞. quod si attentionem necessariam auditioni missæ non adhibet, peccat, nec refert, an præces sint debitæ iure communi. voto, penitentia, vel alio modo, ac voluntarie, nam eodem tempore posset satisfacere præcepto, de audienda missa, & de dicendis horis canonicis, dummodo, non ita attendatur vni rei, vt alteri necessaria attentio, non adhibeatur, vt inquit Nauar. contra Ang. Gab.

Gab. Maior, & Caiet. & quod simul, & eodem tempore intentio, & attẽtio possint esse ad multa, etiam non subordinata, qui per se facile experiri potest, vt patet in illis, qui simul plures dictant litteras; hoc dicimus non, vt aliæ orationes & horæ canonicæ recitentur dum auditur missa, melius enim est soli missæ totam attentionem præbere, sed ne ita facile condemnentur illas recitantes. Adrian. quæst. 7. de satisf. & Medin. quæst. 2. de iniust. pænit.

11 Quæritur vtrum peccent patres non mittentes filios ad missam audiendam? ℞. quod patres, qui notabiliter negligendo, & sic domini erga seruos, & in opera, quæ differri poterant occupando seruos, filios, vel familiam, sunt causa ne die festo missam audiant, grauiter peccant: & eo magis, quanto filij, & serui aecipiunt malum vitium, & fiunt indeuoti.

12 Quæritur quid est necessarium ad bene sanctificandum sabbatum? ℞. quod opus est, vt qui est in peccato mortali, conteratur, & qui est in gratia, vacet diuinis contemplationibus, & bonis operibus, & vterque caueat à mortali, est tamen etiam notandum, quod nullus obligatur sub pæna mortalis ad bene sanctificandum. Quod autem, vt bene sanctificet est consilij, in quo inquit Tolet. quod non est audiendus Scot. 3. sent. dist. 17. qui dicit, quod qui est in mortale, in die festo mortaliter peccat, nisi conteratur, & præterea duplex esse peccatum factum in die festi, vtrunque est falsum, quia communis sentia est contra Caiet. vers. dies festus. Nauar. cap. 13. num. 1. & Sot. lib. 2. de iust. quæst. 4. art. 4. Isti tenent nec esse mortale si non conteramur nec duplex esse peccatum factum in die festo, bene tamen grauius est, & hæc circunstantia non est confitenda de necessitate.

13 Quale, & quantum peccatum est non sanctificare sabbatum? ℞. in primis non sanctificare sabbatum ex genere suo est mortale, quia omnis actus contra decem Præcepta, ex genere suo, est mortale, verum est, quod quando leuis est materia, non est mortale (exemplum) tondere capillos in die festo, non est nisi veniale, quod vero si singulis festis hoc faciat, nõ excusatur à mortali, nec etiam Sartores, & Sutores, qui singulis festis aliquid laborant etiam quod minimũ sit, quia est præter consuetudinem, & sic procul dubio à peccato non excusantur.

14 Quæritur vtrum satisfaciat audire missam vbicunque, vel teneatur quisque audire in sua Parochia? Respond. quamuis antiquo iure missa esset audienda in propria parochia, vt in tex. in cap. vt dominicis, de Paroch. idemque hortatur Synodus Tridentina sess. 22. in cap. quanta iura Tamen de communi consuetudine, vbicunque illa audiatur sufficit, & text. in d. cap. vt dominicis procedere poterit in villa, vbi parochus de oblationibus viueret.

15 Quæritur vtrum liceat audire missam à sacerdote fornicario? ℞. quod si est notorius fornicator, atque publicè denuntiatus nominatim nec à degradato, nec à deposito, nec ab interdicto nominatim, nec ab heretico iuxta suum ritum, sed iuxta ritum Ecclesiæ potest; si non potest ab alio audiri, secundum Concilium Cõstatiése, licet consultius sit illam audire à bono, & meliori sacerdote, quamuis si audiatur, a quocunque sacerdote malo, etiam si fuerit excommunicatus suspensus: vel interdictus modo non fuerit publice denuntiatus, non erit peccatum mortale, facit tex. in cap. intra. i. quæst. 1. Sylu. in verbo missa 2. quæst. 3.

16 Quæritur vtrum liceat sacerdoti, qui celebrat dicere aliquam horam canonicam cum ministris dum chorus cantat? Reseond. quod licet, modo dixerit totum, quod chorus cantabat, quasi tempus illud ei vacet, & similiter dum pulsantur organa, potest omnibus id fieri eadem ratione, quia non impeditur dicta missæ intentio. sed vnus diuinus cultus alterum compatitur, ita Caiet. in verb. festes col. 3.

17 Quæritur vtrum liceat laicis stare in choro cum clericis dum dicitur missa? ℞. quod non debent cap. de vita, & hones. cleric, & hoc, vt clerici libentius vacare possint diuinis, cap. sacerdotum de cons. dist. 2. Sed aduertendum est, quod verbum (debent) positum in dicto cap. 1. procedit de honestate. Hinc sequitur non peccare mortaliter. Laicos ibidem stan-

ftantes secundum Doct.in d.cap 1. Quinimo nullo modo, quando esset contraria consuetudo, facit tex.in cap. contra morem dist. 100. ex litteris de const. vel quando inuitati à clericis accederet, ad hoc dist.23.cap.1.& 2. vel etiam quando itinerando transirent per chorum, ita D. Ant de Butr.in cap.1.de vita, & hon.cleric. Chorus autem licet pluribus modis accipiatur, vt per tex.in l. cum eiusdem iuncta glos. ff. de ædil. edic. & l. Si chorus, cum glos. 1.ff. de lega. 3. Hic tamen accipitur pro loco in Ecclesia in quo cōuenire consueuerunt canonici, seu alij de conuentu diuina cantantes.

18 Quæritur vtrum excusetur à mortali, qui timore hostis die festo ad missam audiendam non audet adire, quem certò credit paratum esse ipsum occidere, vbicunque obuiam habuerit? ℞.quod excusatur à culpa, quia est timor cadens in constantem virum.Sot.in 4.dist.24.quæst. 1.art. 2. vers. in solutione. Imo etiam si metus non fuisset constans, sed leuis tamen causa, sine qua missam non omisisset, à culpa tamen excusaret in iudicio animæ argu. eorum quæ dixit Sylu. in verb.ieiunium cap.8.par.1. & Nauarr. in cap.27. num. 93. & alia multa de sacrificio missæ dicta sunt supra in cap. 24. secund. pàr.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunia Ecclesiæ frangentes, peccant mortaliter.*
2 *Ieiuniorum diebus cibis prohibitis vesci non licet.*
3 *Ieiunij horam anticipare, comedendo peccatum est.*
4 *Ieiunans in sero potest facere colationem.*
5 *Ieiunium frangit, qui in mane colationem facit sine rationabili causa.*
6 *Ieiunium non frangit potus vini, siue aquæ.*
7 *Ieiunium Ecclesiæ solus Papa potest commutare, & Episcopi possunt dispensare, & quomodo.*
8 *Ieiunio cibis congruis dispensati vesci possunt.*

De Ieiunijs obseruandis tertium Præceptum Ecclesiæ. Cap. XIX.

TAntum tibi ieiuniorum impone modum, quantum ferre potes, sint tibi pura, simplicia, casta, moderata, ieiunia,& non superstitiosa; Quid prodest oleo non vesci, & molestias quasdam, & difficultates ciborum querere Hier. ad Nepotian.

1 Quæritur vtrum peccēt. qui in diebus ieiuniorum Ecclesiæ, vt puta quadragesimę quatuor temporum,& vigiliarū quę de præcepto sunt.non ieiunant? ℞. quod mortaliter peccant de cons.dist.3. cap.1. pronunciandum,& dist.5.cap.ieiunia. Ad hæc omnia ieiunia quilibet post annum, 21.tenetur sub præcepto iuris positiui,& ea quilibet omittēs ex contēptu,vel sine rationabili causa,mortaliter peccat toties quoties ommittens aliquem diē ieiunij.

2 Quæritur vtrum diebus ieiuniorū vescentes cibis prohibitis frangant ieiuniū? ℞ quod sic,secundum S.Thom.in 3.sent. dist.15.art.1.quæst.4.vbi dicit, quod carnes vniuersaliter interdicuntur in omni ieiunio Ecclesiæ.

3 Quæritur vtrum frangatur ieiunium anticipare horam comedendi? ℞.sine legitima causa anticipare ieiunium frangitur secundum S.Thom.vbi supra,& mortaliter peccant.25.dist.§. criminis in cap. vnum horarium. Hora autem meridiana est seruanda de cons.dist.5.cap.non dico & 82.dist.cap.præsbyter.

4 Quæritur vtrum ieiunans potest in sero diei ieiunij sumere aliquid? ℞. quod non debet sumere aliquod comestabile, quod in prandio consuetus est sumere, sed aliquid per modum medicinæ, ne potus illi noceat, & in parua quantitate, ne sumat id in fraudem ieiunij,secundum S.Thom.2.2.quæst.147.art.4. & in 4.sent. dist.15. art.4.aliqui dicunt quod illud sumere aliquid in sero, vulgariter dicitur collatio, quæ potest fieri more Tinellorum Romanæ curiæ, vt inquit. Armil. verbo ieiunium §. 12.

5 Quæritur vtrum in mane liceat sumere collationem, & non in sero? ℞. quod hoc

hoc non inuenitur consuetum, ideo non puto licere, nisi ex aliqua causa legitima, vt ratione complexionis, negotij, vel huiusmodi, adeo quod sit per modum medicinæ, & non commestionis.

6 Quæritur vtrum potum frangat ieiunium? ℞. quod multi doctores affirmant, ieiunium non soluere, vt etiam Innoc. in summa, qui dicit, quod credit potum, aut vini, aut aquæ non soluat ieiunium, & aut sit ante cibum, vel post cibum.

7 Quæritur vtrum ieiunia possint commutari in alijs charitatis operibus? Respond. quod ieiunia ab Ecclesia præcepta solus Papa potest illa commutare in alia opera: Episcopi vero loquendo de illis, qui possunt ieiunare non potest commutare, nisi illa, quæ sunt ex voto, vel alia particulari obligatione. Possunt tamen Episcopi, & Prælati in ieiunijs etiam Ecclesiæ dispensare ex causa, nam ieiunia Ecclesiæ neque relaxare, neque commutare possunt cum sint à superiori præcepta, eis tamen conceditur, quod possint ex causa dispensare ad sedandas conscientias, & tollendos scrupulos, ob quam causam eorum dispensatio, non est simplex declaratio, sed concessio.

8 Quæritur vtrum, qui excusantur à ieiunio, possint comedere cibos prohibitos? Respond. quod illi, qui iuxta causa excusantur à ieiunio, & illi qui dispensantur, vt pluries comedant si possunt sustentare escis ieiunio congruis, peccant mortàliter vescendo cibis prohibitis, nam si sit causa excusans in totum, seruandum est, quo ad illam partem, quæ seruari potest: Vide plura de ieiunio in cap. 39. par. 1.

SVMMARIVM.

De abstinentia à carnibus diebus ieiuniorum. Quartum Præceptum Ecclesiæ. Cap. XX.

1 QVæritur quæ cibaria sunt prohibita diebus ieiuniorum? Respon. illa, quæ mouent ad concupiscentiam, vt sunt carnes, quæ cito conuertuntur in materiam seminis: Vinum autem licet inflammet concupiscentiam tamen non probibetur ieiunantibus, quia eius inflamatio, non tantum durat, quantum illa, quæ procedit ex comestione carnium.

2 Quibus diebus abstinere debemus ab esu carnium? Respond. omnibus diebus ieiuniorum, vt Innocentium Tertium in tit. de obseruatione ieiuniorum scriptum reliquisse dicunt: Sexta feria carnes non comedimus, quia eodem die mortuus est Christus Dominus noster. In sabbato verò, quia eodem die Dominus, quieuit in sepulcro.

3 Honorius tertius in eodem titulo de obseruatione ieiuniorum edixit, quod quando festum Natiuitatis Domini in feria sexta, vel sabbato euenire contingerit illi, qui nec voto, nec regulari obseruatione astricti sunt, propter festi excellentiam carnibus secundum generalis Ecclesiæ consuetudinem vti possunt.

4 Quæritur si quis in die quadragesimæ bis comederet carnes, vtrum bis peccaret? Respond. iuxta regulam præceptorum negatiuorum, quod sicut sub præcepto Dei cadit in toto tempore huius vitæ non furandum, & sicut, qui bis, aut ter furtum in die diuersis vicibus facit, triplex peccatum mortale committit, ita qui bis, aut ter in die quadragesimæ carnes comedit, non excusatur, quin tertio, & toties, quoties comedit mortaliter peccet.

5 Quæritur vtrum ouis, & lacticinijs vesci liceat diebus ieiuniorum? Respondetur. In quadragesima sunt prohibita, in alijs verò vigilijs infra annum

obſeruetur locorum, & regionum conſuetudo.

6 Quæ tempora ſunt ieiunanda? ℞. iſta, quæ ſequuntur vigilia Natiuitatis Domini, Quadrageſima, exceptis Dominicis diebus: Quatuor anni tempora: ſcilicet, Mercurij, Veneris, & Sabbati poſt Dominicam primam Quadrageſimæ; Mercurij, Veneris, & Sabbati poſt Pentecoſten: Mercurij; Veneris, & Sabbati poſt exaltationem Sanctæ Crucis; Mercurij, Veneris, & Sabbati poſt feſtum Beatæ Luciæ: Vigilia, Pentecoſten; Vigilia Natiuitatis Beati Ioannis Baptiſtæ Vigilia aſſumptionis Beatæ Virginis Mariæ: Vigilia omnium ſanctorum: Vigilia Beati Laurentij. Vigilia omnium Apoſtolorum, præter vigiliam Beati Io Euangeliſtæ in Natali Domini: & Philippi, & Iacobi in principio Maij: quia vigilia S. Iacobi 24. Iulij ieiunatur. De Vigilia Sancti Bartholomei, conſuetudo regionis obſeruetur, aut 23. aut 24. Auguſti: & tandem de iſta materia ieiuniorum videri poteſt in cap. ſtatuimus, 76. diſt. & de conſ. diſt. 3. cap. ieiunia.

Abſtinere, vel ieiunare debemus ſic, vt non nos neceſſitati ieiunandi ſubdamus ne iam non deuoti, ſed inuiti rem voluntariam faciamus. Proſper. lib. 1. de vita contempl. Qui vero cibis abſtinent, & mala agunt, dæmones imitantur, quibus culpa adeſt, & cibus deeſt. Iſidorus ſuper Amos Prophetam, & idem lib. 2. ſoli loquior. ciborum ſaturitas, carnis luxuriam ſuſcitat; edacitatis vitio creſcit carnis tentatio, ſaturitati ſemper libido adiuncta eſt. At contra, ieiunio libido reſtringitur ieiunio luxuria ſuperatur.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio eſt de iure diuino.*
2 *Materia confeſſionis peccata mortalia.*
3 *Confeſſionis præceptum obligat ſemel in anno*
4 *Confeſſio debet fieri cum proprio ſacerdote.*

De Confeſſione Quintum Præceptum Eccleſiæ. Cap. XXI.

CONfeſſio eſt ſalus animarum, diſſipatrix vitiorum, oppugnatrix dæmonum. Quid plura, obſtructio inferni, portas aperit paradiſi Auguſt. in lib. de Pænit. Qui ſe accuſat, & ſi peccator ſit, iuſtus eſſe incipit, quia nec ſibi parcit, & Dei iuſtitias confitetur ceſſat enim vindicta diuina, ſi confeſſio præcurrat humana. Ambroſ. ſuper Beati immaculati in via.

1 Præceptum confeſſionis habetur in cap. omnis vtriuſque ſexus, de pænit. & remiſſ. confeſſio eſt de iure diuino: quod tali tempere fiat, eſt de iure humano obligat omnes fideles cuiuſcunque ſexus, & ætatis habentes vſum rationis.

2 Materia neceſſaria confeſſionis, ſunt ſolum peecata mortalia, adeo quod non eſt neceſſarium confiteri venialia, eſt tamen vtile illa confiteri.

3 Præceptum hoc obligat ſemel in anno confiteri, non tamen tempore determinato, ita vt ſi quis confiteatur die Natiuitatis Domini, non teneretur confiteri in quadrageſima. ſed quia ſi vult communicari in paſchate, & peccauit mortaliter, debet confiteri ante communionem, quod ſi non haberet mortale, ne detur ſcandalum, debet ad confeſſionem adire.

4 Confeſſio debet fieri cum proprio Sacerdote: Triplex eſt proprius Sacerdos Primo, quia ex officio coram illius habet, vt proprius prælatus; Secundo, quia ex commiſſione habet facultatem audiendi confeſſionem. Tertio, quando quis habet diplomata, ſeu bullas, ſibi eligendi confeſſorem. Vide alia multa ſupra in cap. 33. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Eucharistia quid.*
2 *Eucharistia dicitur gratiarum actio.*
3 *Eucharistiam ſumere quis, & quando tenetur.*

4 Eu-

4 *Eucharistiæ Sacramentum ad quid fuit institutum.*
5 *Eucharistiæ vtilitates, quæ.*
6 *Eucharistiam sumpturus, qualis esse debet.*
7 *Eucharistiam cum sumunt sacerdotes stolam debent habere.*
8 *Eucharistiæ duæ saltem pro viatico deferri debent, & infirmis etiam non ieiunis potest dari.*
9 *Eucharistiam frequenter sumere vtrum liceat.*
10 *Saceedos missam celebrans non debet hostiam frangere, & communicare laicum nisi in necessitate.*

De Præcepto Communicandi, sextum Præceptum Ecclesiæ. Cap. XXII.

PEccata si non tanta sunt, vt excommunicandus quisque videtur, non se debet à quotidiana medicina Dominici corporis separare. Aug. ad Ianuarium lib. 1.

1 Quid est Eucharistia? ℞. Eucharistia est species sensibiles, panis, & vini corpus, & sanguinem Christi vere, & realiter continentes. Species sensibiles, est illud quod sensu cognoscitur.

Ille species visibiles dicuntur Eucharistia, & Sacramentum. Vnde notandum est, quod quatuor veritates debet catholicus in Sacramento confiteri secundum conc. Trid. sess. 13.

Prima, quod post consecrationem, non manent substantiæ panis, & vini, sed transubstantiantur in corpus, & sanguinem.

Secunda, illæ species singulæ per se, continent totũ Christũ, vere, & realiter.

Tertia, illa accidentia manet per se, & non inheret corpori Christi, & sanguini.

Quarta veritatem, quod singulæ species continent totum Christum, corpus, & sanguinem, & tãtum est sub vna, quantum sub vtraque specie.

2 Quare dicitur Eucharistia? ℞. Eucharestia digitur gratiarum actio, quia obtantum beneficium continuè deberentur gratiarum actiones.

3 Quæritur ad quid fuit institutum hoc Sacramentum? Respond. quod quatuor de causis, vt esset repræsentatio passionis Christi, & vt talis repræsentatio contineret ipsummet Christum quatenus ex vi Sacramenti sub specie panis, totum corpus, & sub specie vini. Sanguis, & ex altera parte est memoria mortis Christi. Secunda esset argumentum magnum summi amoris erga nos, ideo ascensurus ad patrem, voluit etiam apud nos manere.

Tertia, vt esset cibus, & potus spiritualis animæ.

Quarta, vt esset sacrificium, quod offeremus Deo pro peccatis nostris; Christus enim se in cruce pro peccatis omnium visibiliter, hic sub speciebus panis, & vini illud cruentum, hoc autem incruentum diuerso tamen modo.

4 Quando tenetur, quis communicare Respond. quod hoc habetur in capitulo omnis vtriusque sexus, cum ad annos, discretionis peruenerit, communicare, semel in anno tenetur. i. in Paschate, nam Eugenius IV. declarauit hoc modo præceptum Ecclesiæ. Et si communicet in hebdomada sancta, vel in hebdomada Paschæ, vel in Albis satisfacit. Potest tamen de consilio confessoris, secundum text. in capitulo omnis de pænit. & remiss. ex rationabili causa huiusmodi communionem differre, alias eius omissio esset peccatum mortale.

5 Quæritur, quæ vtilitates percipiuntur, ex communione, seu Eucharistia? Respondetur, quod multæ sunt. Prima est vita animæ, quam Dei gratia dat Eucharistia, secundum S. Thom. 3. par. quæst. 79. art. 1. non solum dat gratiam & remittit venialia. Verum etiam dat gratiam, & remittit mortalia (exemplum) aliquis facit diligentiam, & non est sibi conscius mortalis, & tamen remittitur sibi mortale, quod habebat. Secunda est nutrimentum animæ in corpore naturalis consumit humidum radicale ad modum lucernæ consumentis oleum, quod reparatur per cibus, sic iustus si perdit gratiam ex efferuescentiam charitatis remittitur feruor charitatis, & sic per communionem repara-

tur istud detrimentum. Tertia confortat robur spirituale inter omnes cibos sicut panis confirmat corpus, sic Eucharistia dat robur spirituale ad vincendum inimicos hominis.i.carnem mundum, & Dæmonem.

Quarta præseruat, quemadmodum sunt cibi medicinales ad præseruandam sanitatem, sic Eucharistia præseruat à futuro peccato.

Quinta satiat appetitum humanum, & temperat illum. Sexta lætificat animam lætitia spirituali, quia peccatum afficit animam hominis; Septima sedat animi motus, & turbationes: Octaua vnit animos hominum, & propterea vocatur Communio. Nona inflammat. i. generat desiderium rerum æternarum.

6 Qualis debet esse sumpturus Eucharistiam? Respond. quod in primis sunt notanda carmina, hæc quæ sequuntur.

Lotus, discretus, Sanus, non pransus, & aptus.
Contritus, fassus, mundus recteq. paratus.

Loctus. i. Baptizatus, nam Eucharistia non est ministranda non baptizatis, quamuis habeant fidem, & gratiam, vt sunt multi cathecumini, S. Thom. 3. par. quæst. 79. art. 3. Discretus. i. ante vsum rationis, non est danda Eucharistia paruulis, non quia non dari, sed quia est prohibitum ab Ecclesia. Immo neque statim post vsum rationis, etiam si teneatur confiteri, sed iam crescente vsu rationis, quando sunt apti ad discernendum Sacramentum, quod communiter hoc fit in decimo, vel duodecimo anno Alex. de Ales. 4. par. quæst. 49. membr. 5. Palud. in 4. dist. 9. quæst. 4. Sylu. verb. Eucharistia. 3. §. 5. Rursus amentibus, insanis, non est danda, vt est communis sententia Doctorum, nisi in articulo mortis; si antea habuerunt vsum rationis, & processit contritio, aut confessio. 26. quæst. 6. can. si quis S. Thom. 3. part. quæst. 80. art. 9. dicit, quod insanis à natiuitate non est danda, freneticis potest dari, modo non sit periculum irreuerentiæ, & quod blasphement, & alia mala dicant.

Sanus, non quæcunque infirmitas impedit sumptionem Sacramenti, sed quādo est talis, vt in ea sit periculum irreuerentiæ, vt qui frequenter vomit, & patitur vehementer tussim. Vnde potest sequi irreuerentia Sacramenti.

Non pransus. i. debet esse ieiunus ieiunio naturali, vt nihil sumpserit per modum potus, cibi, siue medicinæ, & illud ieiunium incipit à media nocte illius diei, si tamen ante mediam sumpserit cibum, quamuis non sit digestus matutino tempore, nec dormierit potest communicare sin autem à media nocte aliquid sumpserit etiam, quod digesserit, & dormierit, non potest sumere Eucharistiam. Notandum est hic quod non obstat aliquid sumpsisse per modum saliuæ. S. Thom. 3. par. quæst. 80. art. 8. & de micis, quæ remanserunt infra dentes, non soluitur ieiunium, & de hoc non est dubium.

Aptus enim non sit excommunicatus quacunque excommunicatione, siue maiori, siue minori. Contritus, accedere cum conscientia mortalis, est mortale; Verum est, quod si est immortali, & putat se non esse, & accedit attritus, accipit gratiam.

Fassus enim, qui est confessus, aliter accedere non debet, Concil. Triden. sess. 13. can. 7. dicit quod excommunicantur excommunicatione latæ sententiæ, qui tenent contrarium. Vnus casus excipitur in Concil. Triden. quando non est copia confessoris, tunc licet, sed intelligitur cum contritione, quando est necessaria communio. Hæc autem necessitas est in his casibus. primo in mortis articulo, (exemplum) est aliquis in mortis articulo, & non habet copiam confessoris ad confitendum, potest sumere Eucharistiam verbi gratia si quis esset in Ecclesia aliqua, quæ combureretur, & ipse non potest aufugere, præterea, quando aliquis infrenesim; Secundo quando est necessitas ex officio, (exemplum) est aliquis curatus, quia die crastina debet necessario celebrare, & habet mortale, & non potest confiteri, nisi post tres dies, quia non habet copiam sacerdotis, aliter sine

missa esset populus. Tertio propter scandalum (exemplum) quando aliquis habet peccatum, à quo non potest absolui, nisi à superiori distante, ad quem si accedat, dabitur scandalum, & propterea potest communicare cum contritione, & proposito confitendi: cum primum poterit. Præceptum enim naturale est fortius positiuo, & diuino positiuo. Quarto quando est præceptum commune implendum est etiam, quod habeat mortale, potest communicare cum contritione, tamen aliquis dicit contrarium, sed hoc est falsum, Sot. in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 2. dicit, quod quaudo sine scandalo potest relinquere communionem, potius debet relinquere, quam cum peccato communicare. Quinto quando recordatur in missa alicuius peccati mortalis non debet relinquere missam, sed potest penitere, & conteri: deinde communicare, & postea confiteri.

8 Mundus, intelligitur, mundus præcipue quantum ad carnalem peccatum: & quantum ad pollutionem, & ad hoc intelligendæ sunt duæ conclusiones. Qui illo die suscepturus est Eucharistiam cum mortale. Si ipsum pæniteat, & confiteatur, non peccat mortaliter si communicet, aut celebret, tamen nisi esset aliqua necessitas, saltem venialiter pecccaret, est communis sententia Doct. Aym. verb. communio. Secundo, qui illo die est pollutus, siue causa veniali, siue vllo peccato, nullo modo peccat, non communicando, melius autem faceret, nisi vrgeret necessitas, verbi gratia coniugati, qui non peccant, in copula carnali, & tamen melius facerent si non communicarent, quam si communicant, & sic in pollutione nocturna, quando non processit causa. Vnde illud, capitulo omnis homo de cons. dist. 2. vt coniuges communicaturi se abstineant, per septem, aut octo dies, & hoc est de consilio, non de præcepto: Rectoque paratus. Hæc præceptio consistit in tribus: Prima in actu fidei, vt discernatur iste cibus ab alijs, & consistit hoc in examine conscientiæ, debet confiteri mortalia, imo si vult recipere verum fructum, debet confiteri etiam venialia. Secunda debet accedere cum reuerentia, & qui accedit cum reuerẽtia, & cum sumit Eucharistiam, non est attentus, accipit tamen gratiam Eucharistiæ, S. Thom. 3. par. quæst. 79. art. 4. dicit enim, quod percipit habitum gratiæ, & si non recipiet feruorem. Hinc sequitur vnumquemque ex ijs, qui afficiendi sunt pæna capitis posse habere huiusmodi conditiones, & est abusus non præbere illis communionem. In primis ita præceptum est olim 13. quæst. 2. can. quæsitum, & cap. super eo de her. in 6. & ita Doct. probant inter quos Arm. verb. coram. §. 13. ex Doctrin. Tol.

8 Duo sunt hic notanda. Alterum est, quando sacerdotes se communicant extra celebrationem, & suscipiunt Eucharistiam sub vna specie, debent communicare cum stola can. Ecclesiastic. dist. 23.

8 Alterum est, quod infirmis in articulo mortis potest dari communio, etiam non ieiunis per modnm viatici etiam semel communicatis, & quamuis aliqui dicant quod post tres dies non possit hoc fieri regulariter. Tamen Arm. verb. communio. §. 18. dicit, quod si hoc tempore inter medio mortaliter peccauerint, & velint iterum Christo incorporari per desiderium ad Eucharistiam possunt, Aliqui dicunt, quod post octo dies possunt recipere etiam per modum viatici non ieiuni, & quod pluries possunt communicare in eadem infirmitate.

9 Quæritur vtrum teneamur frequenter communicare? Respondetur, quod præcepto Ecclesiæ nullus obligatur nisi semel in anno tantum. cap. de pæn. & remiss. quamuis olim ter in anno fideles cap. & si nõ frequẽt. de cons. dist. 2. tẽpore paschatis. De consilio autem est valde vtile multo frequentius communicare, & ratio est, quia Sacramentum hoc institutum est in cibum spiritualem animæ, & sicut non satis est corpori semel vesci, sic non debet esse satis semel communicare. Secunda ratio institutum est hoc Sacramentum adincendendum feruorem in anima, qui tollitur per peccata venialia. Tertia, non eadem

frequentia omnibus soluenda, tres enim differentiæ hominum sunt; quidam non sunt capaces ad modum rationis, vt rustici, & isti non sunt apti ad percipiendum quanta sit dignitas tanti Sacramenti, vnde satis esset illis de consilio semel in mense. Sunt alij, qui capaces sunt, sed sunt adeo immersi in rebus temporalibus, vt Mercatores. Iudices, Aduocati, Notarij, &c. istis satis esset, vt communicarent quindenis diebus de consilio. Scholares nobiles, &c. consilio esset, vt singulis Dominicis diebus, frequentius non consuleremus. Augustinus caro quotidie de cons. dist. 2. singulis diebus communicare, neque laudo, neque vitupero singulis autem Dominicis, laudo, & exhortor. Vide plura distinctè supra in cap. 22. par. 1.

10 Quæritur Sacerdos missam celebrans, vtrum ei liceat hostiam frangere, vt laicum communicaret? Respondetur, quod non, imò non modica pæna est dignus, nam ipse debet accipere totam hostiam, cap. relatum de cons. dist. 2. In casu tamen necessitatis, vel infirmitatis, vt si esset communicaturus aliquem per modum viatici, licet cum aliam consecratam non habeat, frangere suam, & dare partem infirmo potest. Ita Sylu. in verbo Eucharestia. 3. quæst. 15. vers. 1. in fine, qui extendit etiam ad casum ratione deuotionis.

SVMMARIVM.

1 *Decima quid sit.*
2 *Decima quo iure sit inuenta.*
3 *Decimas Deus ordinauit, & præcepit solui.*
4 *Decimæ quamobrem introductæ.*
5 *Decimæ institutæ sunt pro victu ministrorum Ecclesiæ.*
6 *Pharao tempore famis de publicis horreis sacerdotibus cibaria præbebat.*
7 *Decimæ sacerdotibus concessæ, vt liberius legi Dei vacarent.*
8 *Decimæ per fabricæ constructionem concesse.*
9 *Decima propter pauperum, & hospitum receptionem.*
10 *Decimæ propter sacrificiorum oblationẽ.*
11 *Decimæ tempore legis quomodo diuisæ.*
12 *Leuitica tribus in partes diuisa.*
13 *Decima de iure diuino instituta.*
14 *Oblationes tempore Cain, & Abel incepe- runt.*
15 *Oblationes faciendæ sunt curato.*
16 *Decimæ prædiales soluendæ, vbi prædia sunt sita.*
17 *Decimæ parochiali Ecclesiæ an sint dandæ.*
18 *Domus quomodo cognoscatur de cuius sit parochia.*
19 *Domus habens duo ostia.*
20 *Decima quotuplex.*
21 *Decimas imponere quomodo possit Papa.*
22 *Decimæ imponendæ quomodo.*
23 *Decimas imponere Episcopi non possunt.*
24 *Decimæ à quibus beneficijs exigi possunt.*
25 *Decimas imponere inferioribus à Papa prohibentur.*
26 *Decimæ pro anniuersariis mortuorum recipi possunt.*
27 *Decimas pupillis, & viduis veteres dabant.*
28 *Eleemosynæ distribui, quomodo debent.*
29 *Decimas soluere, qui tenentur.*
30 *Decimas non bene soluens peccat.*
31 *Decimas dissuadens soluere, excommunicatur.*

De Decimis, & oblationibus septimum Ecclesiæ Præceptum. Cap. XXIII.

HAec est iustissima consuetudo Domini, vt si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuocaberis: idest demonibus, quæ est decima pars Angelorum associaberis. Dabis inquit impio militi, quod non vis dare sacerdoti. Augustinus de doctrina Christiana, & ponitur 16 quæst. 1. Decima, & quod non datur Christo, datur fisco, prouerbium tritum est.

1 Quæritur quid sit decima? ℞. est omnium bonorũ licitè quesitorũ quota pars Deo decima constitutione debita. Card. de cons. dist. 26. pro euidentia Primo dicitur in definitione de omnibus bonis, quod probatur in cap. non est in potestate, ibi

te, ibi de omnibus bonis decimæ sunt ministris Eccl. tribuendę, eod. Secundo, scribitur licitè quæsitorum, quod habetur in cap. ex transmissa ibi, qui fidelis homo de omnibus, quæ licitè potest acquirere, decimas erogare tenetur. Illa enim quæ iniustè quis acquirit restituere tenetur, aliter peccatum non dimittitur de reg. iur. in 6. & sic non debet dare Decimam illorum bonorum, species enim furti est, de alieno largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere l. si pignore ff. de furtis.

2 Quo iure iuuenta est decima? Respond. de iure naturæ, vt quidam arbitrantur gentes enim ante legem dictam de quibusdam rebus decimas Deo persoluebant, scribit autem Plinius lib. 12. cap. 14. de thure his verbis. Thus collectum sabotam camelis conuehitur, porta ad id vna patente digredi via capitale leges facere: ibi decimas Deo quem vocant Sabin mensura, non pondere Sacerdotes accipiunt, nec ante mercari licet, facit etiam, quod scribit, ibi, cap. 20. de cynamomo, sed potest legem à Deo promulgatam fuisse opinor, Refert, Reb.

3 Quomodo dicunt nonnulli fuisse de iure diuino? Respondetur quia habetur Exod. 22. cap. quod Deus ordinauit, & præcepit eas solui, ibi, decimas, & primitias tuas non tardabis offerre: primogenitum filiorum tuorum dabis mihi, & leuit. vltimo capitulo omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus Domini sunt, & illi sanctificantur, non eligetur bonum, nec malum, nec altero, commutabitur, si quis mutauerit, & quod mutatū est, &c.

4 Quamobrem decimæ introductę sint? ℞. primo in signum vniuersalis dominij Deus eas sibi retinuit. cap. tua. 2. eodem inficiari enim sanæ mentis vir non posset, quin Deus omnium Dominus sit, & vniuersalis, nam Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo, ideo vt illum recognoscamus talem esse, ipse sibi has retinuit decimas: tributa verò principes, in signum specialis dominij cap. cum non sit eo.

5 Secundo, decimæ sunt etiam institutæ pro victu ministrorum Ecclesiæ, & aliæ possessiones eis temporales sublatæ fuerunt, num. 18. in terra eorum nihil possidebitis, decimarum, oblationæ contenti, & ibidem cap. 8. inferte omnem decimam in horrea mea, vt sit cibus in domo mea, super quo ait Hier. sciatis vos perdidisse abundantiam, quia fraudastis me parte mea; reddatis igitur, mea, & ego restituam vobis vestra, & Malech 3. cap. in ferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea, & probatæ me super hoc dicit Dominus.

6 Vnde Pharao tempore famis, sacerdotibus statuta cibaria ex publicis horreis præbebat, & idcirco non sunt compulsi vendere passiones suas Gen. 47. & nos hodie opprimimus sacerdotes, & Ecclesias, & ideo omnibus affligimur malis, cap. multi. 1. quæst. 1.

7 Tertio, hæ decimæ sacerdotibus concessæ fuerunt, vt legi Dei liberius vacare possent, vt scribitur. 2. Paralipom. cap. 13. præcepit etiam Ezecchias populo habitanti. Hierusalem, vt darent partes sacerdotibus, & leuitis, vt possent vacare legi Dei.

8 Quartò, propter fabricæ constructionem, & tuitionem, capitulo vobis, & capitulo concesso, & capitulo mos est. 12. quæst. 2. Hostien. in rubr. huius tituli Ioannes Andreas, & alij post eum ibidem.

9 Quinto propter pauperum, & hospitum receptionem Deut. 14. cap. & August. de Anchona, in tract. de Ecclesiastica potestate, cap. 73. quæst. 4. dicens ex hoc ordinationem Ecclesiæ ortam, vt de stipendijs Ecclesiæ tres portiones fieri debeant, in capitulo mos est. 12. quæst. 2. Vna pro victu clerici. Secunda pro reparandis Ecclesijs. Tertia addicta est pauperibus: & aliter dispensans rem Ecclesiæ, tenetur ad restitutionem. Vnde Christus Matth. 17. cap. in fin. noluit de sibi datis soluere tributum, & ad alium vsum conuertere; sed misit Petrum piscatum, vt ibidem dicitur: & D. Hier. super Matth.

13.cap.scribit,vt refert Aug. de Anchon. vbi supra.

10 Sexto propter sacrificiorum oblationem, nam D. Apost. ait, qui altari seruit de Altare viuere debet. i. ad Corinth. 9. & cap. cum secundum de praebend. & Num. vltim. cap. filijs Leui dedit omnes decimas pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo foederis. Ideo hoc naturali conuenit rationi, vt qui seminat spiritualia, metat carnalia, nam mercenarius dignus est mercede. D. Paul. & bonorum laborum gloriosus est fructus, vt ait Philosoph. & ratio naturalis dictat, vt qui Deo pro populo ministrat, ab eo alatur Hostiens. in capit. à nobis col.3.eo.

11 Quaeritur quomodo decimae fuerunt tunc tempore veteris legis diuisae? Respondetur in primis, quod decimae constitutae erant à Deo per Moysem, vt persoluerentur à populo filijs leui pro ministerio, in quo deseruiebat ei in tabernaculo, & non accipiebant filij laeui decimas, nisi ab eis pro quibus offerebant praeces, & quia sacerdotes seruiunt Domino, ideo ipsis debent laici persoluere decimas, cap. Ecclesias, 13. quaest. 1. & decimas à populo sacerdotibus, ac leuitis esse reddendas, diuinae legis sumpsit authoritas cap. decimas, 16. quaest. 1. Deus enim Dominus noster, qui dignatus est nobis totum dare decimas à nobis dignatus est, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam cap. decimae ibidem.

12 Et sic Deus voluit tribum leuiticam in duas scindere partes, videlicet in sacerdotes, & leuitas sacerdotibus enim omnia primitiarum, iura votorum, & redemptiones primo genitorum, oblationum, & sacrificiorom dedit, num. 18. cap. leuitis autem Decimas omnium fructuum, pecorum libere concessit. Summo verò sacerdoti decimam decimae leuitarum, vt in dicto cap. 18. scribitur. Hodie cum sacerdotes, & clerici non sint diuisi, decimas oblationes, & primitias recipient simul.

13 Et ita putarem de iure diuino decimas à Deo institutas dictante ratione quadam naturali, quae est, vt recognoscamus illum, qui hoc nobis dedit. Sed quia in quacunque parte Deum recognoscere possimus, placuit altissimo partem sibi acceptam declarare, & eam filijs Israel nunciauit, videlicet decimam; nempe natura non dictat nos ad soluendum decimam, potius quam aliam partem, sed offerendum aliquid Deo, vt scribit Ecclesiastic. 35. cap. sic, non apparebis ante conspectum Domini vacuus, haec omnia propter mandata Dei fiunt, oblatio iusti, impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu Altissimi: bono animo gloriam redde Deo, & non minuas primitias manuum tuarum, in omni dato hylarem, fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas da Altissimo secundũ donatum eius.

14 Quaeritur, quo tempore inceperunt oblationes? Respondetur, quod tempore Cain, & Abel, vt scribitur, Gen. 4. licet quidam dicant à Noè per id, quod scribitur, Gen. 8. cap. in fin. ibi aedificauit autem Noè altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocausta, super Altare. Sed antea oblationes inductae erant, vt patet, oblationes autem, dicimus quaecunque de proprijs, & licitis rebus Ecclesiae à fidelibus offeruntur, cap. causa de verb. sig. & num. 7. cap. scribitur, quod principes Israel obtulerunt munera coram Domino, sex plaustra tecta cum duodecim bobus, & alia magna munera, vt ibi scribitur, quae Dominus iussit suscipere, & ea leuitis tradi. Hodie si offerant solidum, videtur magna oblatio; sed tamen valde distat ab oblatione veterum.

15 Quaeritur, vtrum necessario oblationes faciendae sint curato? Respondetur, sic in casibus sequentibus. Primò quando consuetudo adesset; nam laici laudabiles consuetudines seruare debent, cap. ad Apostolicam, de symon. plenè Panormit. in rubrica de parochis. in fin. Henric. Boich. in 2. distinct. cap. quamuis, de decimis. Secundò, si curatus indigeat, non enim suis militare stipendijs tenetur D. Paulus 1. ad Corinth. 9. cap.

9.cap.& cap cum ex officijs, de præscrip. glos. in cap.omnis.de consecrat. distinct. 1.Felin. in cap. veniens. 1 col 2. de testibus. Tertio in præcipuis anni festis, & maxime vbi Ecclesia non habet decimas prædiales.d.cap. omnis Christianus. de consecrat. distinct. 1.& Boich. in d. cap. quamuis. Quartò quando oblationes essent ex testamento faciendæ, vt pote in anniuersarijs, vel in sepulturis defunctorum, tunc illæ oblationes sunt necessariæ. cap. nulli.13.quæst.2. Syluest. Prier.in summa,in verb.decima.q.2.

16 Quæritur, vbi soluendæ sunt decimæ? Respondetur, decimæ prædiales in loco vbi prædia sita sunt, cap. fin.de paroch. nisi consuetudo fuerit in contrarium. cap. cum sint, & cap.ad Apostolicam. de decimis. Personales verò vbi homines audiunt diuina, & recipiunt sacramenta per totum anni vinculum. cap. 16.quæst. 1. seu frequentius. vt inueni in quadam decret. Alexand. III. incipiente, nota quæ ad honestatem in integram. Ideo dicit per anni circulum; quia si aliquoties in vna Ecclesia, postea in alia diuina audierunt, vel in hyeme in vna parochia, in estate, in altera, tunc personales æqualiter diuidentur authoritate superioris, si æquum fuerit tempus, alias pro rata temporis, teste D.Ant. Butr. in cap. 2 in fin. eod. tit. post Innocent. Si tamen plura quis habeat domicilia, in pluribus parochiis, si in vna habet domicilium principale illi soluet, vt asserit Henric. Bohic. in cap.peruenit.1. de decimis.argum.l.2.C. vbi Senat.vel clariss. sed si quis in monasterijs diuina audiet, decimæ personales non debentur illis, sed baptismali Ecclesiæ, & parochiali; quia paria sunt recipere, vel recipere posse, & per eum stare, quominus sacramenta recipiat. l. quod te. ff. si certum petatur, Feder. consil. 252. quidam. in fin. Nam cum per curatum non stet, ei nec est imputandum. l.in iure ff.de reg.iur.

17 Quæritur, vtrum parochiali Ecclesiæ decimæ debeantur? Respondetur, vt dixit text. in cap.statuimus. 16. quæst. 1. qui decimas extra baptismalem Ecclesiam dare voluerit præter scientiam Episcopi bannum componat, & communione priuetur. Et quidam laici non Ecclesijs, vbi baptismum, & prædicationem, manus impositionem, & alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant; sed proprijs Basilicis, vel alijs Ecclesijs pro suo libito tribuunt, quod omnibus modis diuinæ legis, & sacris canonibus constat esse contrarium, cap. in sacris ibidem, & sic regulariter decimæ personales illi Ecclesiæ præstant in cuius parochia est domus, in qua aliquis degit, & diuina audit: qui ibi diuina audiri debent, cap. 2. de parochis. cap. cum quis. §. 1. de sepul. in 6. Sed si domus est in confinio duarum parochiarum, vtrique debetur decima. glos. & Doct.in cap. licet vlt. 16.quæst.3. Innocent. & alij in cap. super eo, de paroch. Et tunc debet media anni parte audire diuina in vna parochia, & postea in altera.

18 Quando dubitatur cuius parochiæ sit domus quid? Respond.quando occurrit dubium inspicietur situs ianuæ, & illius erit parochiæ, in qua ianua sita erit, Bart.in l.quod conclaue. ff.de damn. infect.

19 Quid si domus habet duo ostia? Respon.inspicietur principalius, & id quod est anterius; & tanquam nobilius indicabitur ex illa parochia vbi situm fuerit, arg. l. cum in diuersis. ff. de religios. & l. quæritur. de statu homin. Corset. in tract. de potest.regia.quæst.73.

20 Quæritur, quotuplex sit decima? Respond. multiplex: nam quædam est decima spiritualis, quædam temporalis, ex qua fuit instituta Quadragesima, vt Domino pars decima temporis tribuatur, cap. quadragesima. de cons.dist. 5. ideo, quadragesimam non seruat Deo, decimam subtrahit.

Alia est substantialis, vt inquit Archiep. Florent. in 2.par. summæ. in tit.4. cap.3.§. 1. & seq. & ista de omnibus frugibus debebatur Leuiticæ olim tribui à populo ex leg.cap.1.& decim. Exodi.22. cap.& Leuit. vlt. & licet aliæ solui essent solitæ, non tamen ex lege debebantur; sicut ista, & est decima, quæ parochialis vocatur, quia Curatis parochialis Ecclesiæ debita est regulariter.

Altera est, quam Leuitæ, hoc est inferio-

riorum ministrorum gradus, summo Sacerdoti, videlicet Aaron, dabant. nu. 18. cap. ibi. Præcipe Leuitis, atque denuntia, quum acceperitis à filijs Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerre Domino, idest decimam partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum; & date eam Aaron sacerdoti, & isti comparatur decima, quæ Papæ tribuitur.

21 Quæritur vtrum Papa possit decimas imponere? Respondetur, ex magna causa potest; (exempli gratia) si contra infideles, vel Ecclesiæ inimicos bellum gerat, vel ex alia iusta causa, quamuis Panor. contrarium dicat in cap. 2. in fin. eo. tit. Nam post quam erat præceptum Leuitis à Domino, vt hanc soluerent; ideo non inuenio legem repugnantem; quamuis imponi à Papa etiam non possit, vt infra dicetur, & habetur Esdræ 2. cap. 10. in fin.

22 Quæ circunstantiæ requiruntur ad decimas imponendas? Respondetur ex illa authoritate num. 18. requiruntur sequentia. Primò, quòd hæc decima sit imposita, & præcepta, ibi præcipe. Ergo sine impositione summi Sacerdotis ab alio imponi non potest, & si aliter fuerit imposita, indicens eam est excommunicatus, in cap. clericis. de immunit. eccles. in 6. Secundò requiritur, quod post impositionem sit denunciata, ibi, denuntia, debitoribus enim denuntiari debet, vt soluant, l. quidam Iberus. ff. de seruit. vrbano. præd. Doct. in l. vinum. si cert. pet.

Tertiò, quòd imponatur Leuitis, id est clericis, qui decimas percipiunt: ergo his, qui non percipiunt decimas, imponi non possunt decimæ Papales, quas regulas hodie quidam vocant, extra 1. de decimis. in communibus. Quartò, quòd hæc decima imponatur super decimis beneficij, ibi decimam partem decimæ, non igitur posset imponi ei, qui decimas non haberet, quia priuatio præsupponit habitum, cap. ad dissoluen. de spons. impub. §. seruus. de capit. diminut. in instituta, & ideo non debetur decima ex hospitalibus. glos. in d. Clem. vlt. eo. quam sequitur Felin. in c. de quarta. col. 6. num. 18. de præscrip. Quintò, quòd ipsi clerici accipiant decimam; nam si non acciperent, non tenerentur ad istam; ibi cum acceperitis à filijs Israel, & nisi per eos staret quominus acciperent. leg. quod te. ff. si cert. pet. Sexto, quòd is, qui eam petit, sit Aaron, idest summus Sacerdos, ibi & datæ eam Sacerdoti.

23 Quæritur, vtrum Episcopi, Archiepiscopi, & alij imponere possint decimas? Respondetur, quod non possunt, nec eis debetur, nisi à Papa concederetur, clemen. vlt. de decim. quæ sic habetur: Si beneficiorum decima cuiuis simpliciter concedatur ad tempus, secundum taxationem decimæ in illis partibus, in quibus fiet concessio consuetam, & ad monetam currentem communiter ipsa decima leuari poterit, & debebit, nec per collectores, exactores, siue leuatores ipsius decimæ Ecclesiarum, calices, libros, & alia ornamenta diuinis officijs deputata ex causa pignoris, vel distractionis capi, vel recipi volumus, vel distrahi, seu quomodolibet occupari.

24 Quæritur, à quibus beneficijs exigi possint decimæ? Respondetur à beneficijs, seu cappellis, quæ excedunt viginti libras, teste Collecta. in cap. super eo, vbi plus dicit, quod si fructus alicuius beneficij fuerint augmentati, decima ista non debet augeri, post quam semel taxata fuit, clem. fin. de decim. Et quando debet præuideri de beneficio, vsque ad certum valorem, debet hic valor probari secundum taxationem decimæ, nisi alias valor probari posset, vt enim ibidem collect. quod potest prodesse consiliarijs, quibus prouideri debet de beneficio, vsque ad ducentas libras &c.

25 Item in Concilio Constan. de hac decima sic reperi statutum. Præcipimus, & mandamus iura, quæ prohibent inferioribus, à Papa decimas, & alia onera Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis imponi, districtius obseruari, per nos autem nullatenus imponatur generaliter super totum clerum, nisi ex magna, & ardua causa, & vtilitatem vniuersalem Ecclesiam concernente, & de consilio, & consensu, & subscriptione fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & Prælatorum, quorum consilium commodè haberi poterit, nec specialiter in ali-

quo regno, vel prouincia in cõsultis prælatis ipsius regni, vel prouinciæ, & ipsis non consentientibus, vel eorum maiori parte; & eo casu per personas Ecclesiasticas, & authoritate dumtaxat Apostolica leuentur, in sessio.43.& Thosta.plura scribit quæst.74.super cap.23.Matth. Et sic quando hæc decima imponi possit. Panor.in d.cap.1.eo.dicit in locum istius successiuè quartam decimarum, quam Episcopi, cum Episcopatus fructus erant tenues, solebant recipere: hodie verò nõ recipiunt, nisi vellent reparationes in beneficijs, à quibus quartam acciperent, facere cap.priscis,& seq.10.q.3. vbi glos. sed congruentius conuenit Papæ, vt prędiximus. vide Feder.cons.151. Thema,& Marc.Mantua.cons. primo. cõcludentem hanc decimam ex distributionibus quotidianis non deberi, ne decimus minuatur cultus. Et quia alias sæpius ita fuit per Papam declaratum, cuius declarationi standum est.

26 Quæritur, vtrum decimæ pro anniuersarijs mortuorum recipi possint? Respond. recipi posse decimam, quam Populus Israeliticus in suis horreis separabat, vt eam comederet dum in templum Hierusalem proficisceretur, cum in vestibulo templi Leuitas inuitaret ad conuiuium.cap.1.de decim. & Deut.12.& 14. in fine. Caue ne relinquas Leuitam, quia non habet aliam partem in possessione tua, & in locum istius succedunt hodie anniuersaria, quæ pro mortuis fiunt, & interdum conuiuia Presbyteris dantur in anniuersarijs per consuetudinem quorundam locorum, vt apud Virg.lib.3.Aeneid.etiam est videre.

Solẽnes tum fortè dapes, & tristia dona,
Libabat cineri Andromaohæ, manesque ciebat.

Et sic olim decima pro mortuis dabatur, hodie mali eam relinquũt,& à Deo relinquuntur, vel oblationes, quæ fiunt in manus Sacerdotum, possunt loco ipsius esse decimæ, vt Panor. & alij dicunt in d.cap.1. Ex quo ostenditur, quod hæc decima debet dari pro orationibus tam viuorum, quam mortuorum, glos. in cap. Ecclesias, in verb.seruus 13.q.1. dicens, quod licet veteres, deuotioni addicti, quatuor olim decimas soluerent, tamen hodie nec vna quidem bene datur, idcirco, fame, penuria, bellis, & alijs infinitis malis constringimur.

27 Quæritur, vtrum veteres dabant pupillis,& viduis pauperibus decimas? Respond. erat decima, quam veteres, viduis, & pupillis pauperibus erogabant, de qua Deut. 26. cap. ibi. quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio, dabis Leuitæ, & aduenæ, & popillo, & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturentur. Ex hoc patet istam decimam capiendam post solutionem alterius decimæ, quæ Parocho debetur id est curato; & idem in alia quacunque decima: patet, ibi, quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum; & hæc non capiebatur, nisi anno tertio post alias decimas, ibi. anno decimarum tertio.

28 Quomodo seruandus est gradus in dando eleemosynam pauperibus? Respond. primo præcipit Deus Leuitæ dandam, ibi, Leuitæ,& sic primo clerico pauperi dari debet, quam laico: nam turpissimum est videre per vrbem clericos, & Sacerdotes, miserrimè deuagari quærentes panem. Secundo aduenæ potius, quam ciui, ibi, aduenæ, quia ciuis facilius inueniret, quam aduena. Tertio pupillo, potius quam pauperi; maior enim est miserationis causa in minore, ibi, & pupillo &c. Quarto viduæ, ibi viduæ, d.c.26. Deuter. Isti tamen gradus non sunt necessarij, sed pro necessitate cuiusque distribuenda est eleemosyna, imo in hospitalitate non est habendus personarum delectus; sed indifferenter quibuscunque sufficimus, hospitales nos exhibere debemus, cap.si quis in fin.42.dist.

29 Quæritur, quis ad decimas teneatur? Respond.vt in cap.à nobis, de decim. ibi, cum igitur quilibet decimas soluere teneatur, siue sit nobilis, siue ignobilis; & non solum futuras, sed præteritas.cap.veniens.in fin. de transact. sicut omnes tributum Cæsari soluere tenentur. cap.si tributum, & seq. 11.q.1.l.fin.C. sine censu, ita, & multo fortius decimas, quæ sunt tributa egentium personarum, & sicut tributa Principibus, ita & decimæ pauperibus effectæ sunt. c.decimæ.16.q.1.c. tua.2.de decim.

Hoc

Hoc denique præcepto sic declarato, contra illud peccat, qui decimam iure debitam non soluit integrè, cui debet, & illa est iure debita, quæ præscripta loci consuetudine non est sublata, in totum, vel in parte: nam si alicubi esset consuetudo, vt non solueretur integra decima; sed pars, illa fideliter esset soluenda.

30 Peccat etiam, qui soluit quidem decimam, sed prius deducit impensationes, collectionis fructuum, aut semen satum, vel pensionem, aut decimam partem peiorem, aut non soluit, vbi, & quando debet. Idem de primitijs, Caiet. contra diuinam, & naturale præceptum peccant filij spirituales, qui suis patribus spiritualibus in necessitate existentibus non subueniunt, vt substentari possint, etiam si decimarum solutio in illis locis fit à præscripta consuetudine sublata. Caiet. verb. decimas. & vbi non est consuetudo, non sunt obligati, nec peccant, sed vbi est, cõsuetum, omittens, peccat mortaliter, peccato sacrilegij.

31 Item ex clem. cupientes, de pœn. vbi dicit, omnes religiosi, qui suadent populis non solui decimas incidunt in sententiam excommunicationis latæ sententiæ, quæ non est Papæ reseruata, & obligat religiosos tantum, non alios.

SVMMARIVM.

1 *Amor præceptorum primæ tabulæ fundamentum est, & secundæ.*
2 *Honor propriæ, reuerentia est, sed accipitur etiam multipliciter.*
3 *Pater, & mater, qui possunt dici.*
4 *Iustitia quomodo dicitur habero quatuor filias.*
5 *Pietas nomen multipliciter accipi potest.*
6 *Filij erga parentes ad quid tenentur.*
7 *Filius quomodo patrem tenetur diligere.*
8 *Filius tenetur patris in nacessitate subuenire.*
9 *Filij tenentur necessitatibus corporis patris subuenire.*
10 *Filij debent alere parentes egenos: iura duo quando imperant fortius est sequendum ibidem.*
11 *Filius percutiens parentes exheredatur.*
12 *Filius accusans patrem in iudicio potest exheredari.*
13 *Filius ducens vxorem indignam contra voluntatem patris, peccat.*
14 *Filius familias factus Episcopus, quomodo cum patre se debeat habere.*
15 *Patria potestas non soluitur per Sacerdotium filij.*
16 *Patria potestas soluitur per religionis ingressum.*
17 *Pater monachus factus, patriam potestatem amittit.*
18 *Pater factus Episcopus, non perdit patriam potestatem.*
19 *Patres erga filios quomodo se gerere debeant.*
20 *Parentes alimenta filijs tribuere debent.*
21 *Pater non tenetur alimenta dare filijs, qui habent aliud vnde viuant.*
22 *Mater tradens filium nutrici, cum lactare eum possit, peccat.*
23 *Parentes vota filiorum reuocantes, peccant.*
24 *Parentes cogentes filios ad matrimonium contra eorum voluntatem, peccant & cogẽtes ad religionem, excommunicantur.*
25 *Parentes, qui patiuntur filias suas amatores habere peccant.*
26 *Parentum appellatione, qui intelligantur.*
27 *Parentes peccant si consentiunt, quod filia sponsa impudicè tangatur à sponso.*
28 *Parentes debent conuersari honestè, & exemplaciter cum filijs.*
29 *Coniux peccat prohibẽs coniugi, ne diebus festis missam audiat.*
30 *Coniux peccat coniugem immoderatè verberans.*
31 *Coniux peccat infamans coniugem.*
32 *Vxor, quæ marito non obedit peccat.*
33 *Vxor maritum alio migrantem sequi tenetur.*
34 *Vxor maritum vagabundum non tenetur sequi.*
35 *Coniux prouocans ad iram coniugem peccat.*
36 *Vxor de superfluo ornatu peccat non obediens marito.*
37 *Dominus peccat non habens curam subditorum.*
38 *Dominus tenetur scire peccata seruorum, vt corrigat.*
39 *Serui contemnentes superiorem peccant.*
40 *Seruus violans præcepta Domini peccat.*
41 *Seruus legibus Domini non obtemperans, peccat.*

Quar-

Quartum præceptum: Charos venerare parentes. Cap. XXIV.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram. Exodi 29.

AMandus est generator, sed præponendus est Creator, Aug. in quodã ferm. est approbanda liberalitas, vt proximos femini tui, non despicias, si egere cognoscas, non tamen vt illi ditiores fieri velint ex eo, quod tu pores conferre in opibua, Amb. super Lucam.

1 Sicut fundamentum præceptorum primæ tabulæ est amor Dei super omnia, ita etiam fundamentum præceptorum secundæ tabulæ, quæ respiciunt proximũ, est secundum charitatis præceptum, iuxta quod, quæ volumus nobis fieri, alijs facere debemus, & quæ nolumus nobis fieri, alijs facere non debemus.

2 Quid est honor? ℞. honor propriæ est reuerentia, & dignitas, quæ ex causa, alicui alicui exhibetur. Virg.

Haud equidem tali me dignior honore?

Quandoque accipitur pro pulcritudine, aliquando pro obseruantia, & cultu. Virg.

Sẽper honor meo, semper celebrare donit.

Interdum pro pudicitia, quandoque pro premio, quandoque pro sepultura. Virg.

Cernit ibi mestos, & mortis honore carẽtes.

Et honor est maximum bonorum exteriorum, secundum Arist. lib. 4. Ethic. & lib. 1. Rhet. Honor est benefactiuæ gloriæ indicium, & S. Tho. 2. 2. q. 129. art. 3. Honor est cuiuslibet virtutis præmium, & honor parentum, quo parentes debemus obseruare. Exod. 29. & Deut. 5. Honora patrem, & matrem tuam, sicut præcipit tibi Dominus, vt longo viuas tempore, & bene sit tibi.

3 Quomodo intelligere debemus nomina ista per patrem, & matrem? Respond. in Concilio Colon. declarantur per patrem, & matrem quatuor genera personarum. Primò, intelliguntur, qui nos genuerunt, vt auus, & proauus, & auia, & proauia. ff. de verbor. sign. l. appellatione. Secundò, Episcopi. Tertiò, qui potestatem habent temporalem. Quartò, qui potestatem aliquam habent in nos, vt tutores, & magistri, & notandum, quod omnia præcepta decalogi reducuntur ad iustitiam.

4 Ita iustitia habet quatuor filios: In primis homo tenetur reddere Deo, quod ei debetur, & ista dicitur religio, & vocatur prima filia, de qua est primum, secundum, & tertium præceptum primæ tabulæ.

Secundò, tenemur reddere parentibus secundum carnem, quod suum est, & hæc dicitur secunda filia, quæ vocatur pietas.

Tertiò, tenemur reddere maioribus nostris, quod suum est, & hæc est tertia filia, quæ vocatur obseruantia, quæ continetur in quarto præcepto, vbi dicitur: Honora patrem &c.

Quartò, tenemur reddere proximo, quod suum est, & ista est quarta filia, quæ vocatur iustitia particularis, sub qua reliqua præcepta Decalogi continentur, vt per ordinem dicemus; & in primis.

De pietate, quæ debetur parentibus.

5 Quæritur, quid est pietas? Respond vocabulum pietatis multipliciter potest accipi, secundum S. Bonauent. distin. 35. quæst. 6. lib. 3. secundum quod innuit Aug. 10. de Ciuit. Dei. Aut enim sic pietas proprie Dei cultus intelligi solet, quam Græci Theosebiam vocant. Hæc tamen erga parentes officiosè haberi dicitur. More autem vulgi, hoc nomen in operibus misericordiæ nunc frequentatur. Cum igitur pietas sic dicatur multipliciter valet erga Deum, erga parentes, & erga hominem quemcunq. secundum quod ordinat erga Deum, non est nomen doni, sed potius est idem, quod latria, & theosebia, siue eusebia, de qua dicit Aug. quod est sapientia verè, secundum autẽ, quod ordinat ad parentes adhuc etiã non tenet rationẽ doni, sed potius est species iustitiæ virtutis pro eo, qđ ad hoc ordinatur scđm regulã naturalis iuris

iuris, & secundum obligationem necessitatis: secundum autem quod attenditur cuiuscunque proximi, si pietas est non doni. Aliter tamen attenditur erga proximum, pietas, donum, & misericordia, virtus. Misericordia enim respicit confirmationem in natura, & necessitatem in indigentia, siue in miseria. Pietas verò attendit in proximo imaginem diuinam; vnde dono pietatis est homo beneuolus cuiuscunque homini, qui habet in se imaginem Dei; ita quod beneuolentia illa pro loco, & tempore aliquando progreditur in compassionis affectũ, aliquando in operis beneficium &c.

6 Quæritur ad quid tenentur filij erga parentes? ℞. filij debent patribus tria, amorem, obedientiam, & reuerentiam. Amor filiorum erga parentes consistit in his quinque. Primò, sic filius tenetur amare patrem, vt nullum ei malum vellet, quando aliquod odium habet erga patrem, si malum est graue, grauiter peccat, vnde in confessione tenetur circunstantiam hanc exprimere, quia aggrauat. Si enim iniustum odium, & desiderium deliberatum inferendi cuiquam etiam extraneo, aliquod damnum notabile, est peccatum mortale, multo magis odium in parentes naturales, grauius erit, Nauar. cap. 14. nu. 11.

7 Secundò dicitur filius debere taliter amare patrem, vt in nullo contristet eũ, & qui ex consuetudine contristant, peccant mortaliter; & præsertim contristare eos in his, quæ pertinent ad res familiares; & ad salutem animæ, vt fugere noxia, sodalium contubernia, ludos prohibitos, & meretrices; si verò non obediat patri ex contemptu: per contentũ autem hic intelligimus obstinationem, & pertinaciam animi: vnde non obedire ex inaduertentia, vel sensualitate, esset veniale, Sylu. in verb. filius. §. 25. Nauar. cap. 14. nu. 12.

8 Tertiò tenetur filius in necessitate patris ei subuenire; nam sub hoc præcepto admonemur, & tenemur, non solum, vt parentes debita veneratione prosequamur, & eorum dictis simus obedientes; verum si quibus rebus opus habuerint, vt illis benignè suppeditemus, & eos vicissim alamus, quorum curæ singulari enutriti, & docti sumus; ac etiam in articulo mortis debent filij adhibere curã, ne desint sacramenta, & qui impediunt parentes à testamento condendo, peccant mortaliter.

9 Quartò tenentur filij in necessitatibus grauibus corporis parentibus subuenire iusta eorum possibilitatem.

10 Quintò, tenentur filij parentes alere in necessitatibus eorum, quando filij sunt potentes, vt colligitur in l. habitatio. ff. de ventr. in poss. mitt. & in l. sed, & si quid. §. 1. verbo vestire. ff. de vsu fruct. Si autem ex proprijs bonis, vel officio, quo fungitur pater posset viuere, non tenetur filius, nisi ars illa, quam pater habebat, suo statui esset dedecori, arg. l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, iuncta gloss. ff. de lib. agnosc. Nauarr. cap. 14. num. 13. in fin. & potius dico tenentur alere parentes, quam filios, secundum Sylu. 25. & S. Thom. 2. 2. q. 26. art. 9. ad tertium. Et in tantum hoc est verum, vt si pater est in extrema necessitate, filius tenetur egredi à Monasterio, vt patri subueniat, vt in Tolet. & allegat Caiet. 2. 2. q. 101. art. 4. & ratio est, quod quando duo iura proce dunt, & ambo imperant, quod fortius imperat, illud est sequendum; (exempli gratia) si ius diuinum naturale, & ius diuinum positiuum imperant, debemus sequi ius diuinum naturale, quia fortius imperat, iuxta S. Thom. loco allegato ad 4. non tenetur egredi, si est professus: si non est professus, quamuis posit egredi; tamen nõ tenetur, nec tenetur filius obedire, volens ingredi religionem, & pater negat. Item, non satis est exhibere amorem, sed reuerentiam.

11 Sextò, filius percutiens parentes, etiã leuiter, vel contumeliosis verbis ipsos cum animi deliberatione inuenit, vt illos ad iracundiam notabilem prouocet, mortaliter peccat, secundum Richard. in 3. distinct. 37. & Alexan. 3. par. de quarto præcepto.

12 Septimo, filius, qui in publico iudicio patrem accusauit, præter peccatum mortale, potest à patre exheredari, licet verè pater crimen commiserit, vt habetur in nouella Iustiniani, ijs, in auth. vt cum de appel. cogno. §. aliud quoque. quod locũ habet, si ex ea accusatione peter esset pu

niendus

niendus pœna mortis,exilij, vel infamiæ, vel ammißionis membri,aut alia corporali pœna. Verum tamen ſi crimen,quod commiſit pater eſſet proditionis contra Principem, vel rem publicam, poſſet tali caſu patrem accuſare, hac tamen moderatione,vt inquit Tullius 3. de officijs inquiens. An ſi tradere patriam conetur pater,ſilebit ne filius? & reſpondit,quod primo patrem obſecrabit,ne faciat;deinde ſi nil proficit, accuſet, & ad extremũ ſi ad perniciem patriæ res ſpectat, ſalutem patriæ,ſaluti patris anteponat.

13 Octauo filius ducens vxorem indignã præter voluntatem patris, peccat mortaliter Nauarr. cap. 14.num. 15.S. Bonauent. limitat, niſi vergat in magnum detrimentum,quia tunc mortaliter peccat, ſed ducens dignam, non peccat mortaliter: indigna autem dicitur perſona, non ſolum ſi vilis eſt; ſed etiam illa,quæ cum eſſet nobilis, non poterat tamen de iure contrahere matrimonium, vel alterius impedimenti,ita gloſ.fin.in l.ſi rogatus.§. matrimonij.ff. de manumiſsis vindicta.in verb. matrimonij. not. Inſtit. de nup. §.ſi aduerſus, quam gloſ. multum commendat Franc.in c.1.§.porro.de ſpon.lib.6.

14 Quæritur filiusfamilias factus Epiſcopus,quomodo patrem ſuum tenetur honorare, & eum ſibi præponere,cum hoc etiam Papa facere debeat? ℞. ſecundum Bal.in l.prætor ait, in fin. ff. de in ius voc. Quod ego puto verum in ijs, quæ domi, non quæ foris fiunt ne ſit contra, quod tenet idem Bald.in l.ſenium. 1.col. C.qui teſta.fac.poſſ. Vbi dicit maiorem eſſe authoritatem magiſtratus, quam paternã, quod nota; ſed an dignitas Epiſcopalis liberet filiũ à patria poteſtate, dic quod ſic, Auth. ſed dignitas, & ibi Doct. C.de Epiſ.& cler. cap.indecorũ, & ibi gloſ.de ætat. & qualit. Bal. in l. 2 & l. patre, de his,qui ſunt ſui, vel alien. iur. Quod verum eſt, quo ad fauorem, non quo ad odium,ſecundum Bart. in d.l.2. in fin. & in l.patris.ff. de in ius voc. Hinc ipſe refert,quod ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, quod curia ſuccedat patri decedenti ſine filijs in poteſtate conſtitutis, quod tali caſu non curia, ſed filius ſuccedet, id eſt Eps, quia agitur de ſuo commodo,ita Bal.in l.apud hoſtes,C.de ſuis, & legit.

15 Quæritur,vtrum per ſimplex ſacerdotium ſoluatur patria poteſtas? ℞. quod non,ſicut nec per prælaturam inferiorem ab Epiſcopali, ſecundum Bal.& Bart.in l. ſacroſanctæ,C.de ſacroſan. eccl. Doct.in c.indecorum.de ætat.& qualit.

16 Quæritur, vtrum per Monaſterij ingreſſum? ℞. ſecundum gloſ.quod ſic, & Bart.in l. ſi ex cauſa. §. Papinianus. ff. de min. Bart.in auth.idem. C.de bonis,quæ liberis,Bald.in l.apud hoſtes, & in l.ſi maritus. de patria poteſtate, & ratio eſt ſecundum Bart. quia Monachus tranſit in poteſtatem Abbatis, ergo non debet remanere in poteſtate patris, vt dicit Sylu. verb. patria poteſtas; vbi etiam dicit, quod nec pater poteſt filium impuberem offerre religioni matre contradicẽte.

17 Quæritur, quid de patre facto Monacho, vtrum perdat patriam poteſtatem? ℞.Bart quod ſic,in l.patrem.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alien.iur.& Sylu. verb. Patria poteſtas.

18 Quid ſi pater fiat Epiſcopus? ℞. quod ſecus eſt,ſi fiat Epiſcopus, ſecundum Bal. in l.fin.§.neceſsitate.1.col.C.de bon.quæ lib.Item prædicta vera ſunt, quando dignitates præfatę Epiſcopalis,& Monachalis ſunt collatæ filiofamilias; quia per ſolam electionem non dicitur ſublata patria poteſtas. gloſ.eſt notabilis. in l.ex eo tempore.de teſt.milit.

19 Quæritur, quomodo patres erga filios ſe gerere debeant? ℞. patres,domini,vel coniuges prouidere debent illa,quæ pertinent ad filij neceſsitatem ſpiritualem, vel corporalem cum poſsint; alias ſi ex auaritia, vel ex crudelitate illis non prouiderent,cum poſsint, peccarent mortaliter,tex.eſt in cap. ſi quis reliquerit.diſt. 30. ſic etiam mittere filios ſuos illegitimos ex auaritia ad hoſpitale, vel illos exponere ad ianuas, graue peccatum eſt, text.optimus. in l.necare. ff. de lib.agnoſcen. Tenetur etiam pater alimentare filium in Scholis volentem adiſcere. Arch. 30.diſt.ſi quis relinquerit.

20 Tenentur parentes filiis tribuere alimenta, alias illa denegando grauiter peccarent,iuxta tex.in l.1.2.& 3. C. de liberis agnoſcen.quæ quidem alimenta præſtari debẽt in domo paterna,niſi forte ex cauſa patris,filius non poſsit commorari,

ita

ita Andr. de Isern.in constit. Reg. Neap. fol.176.col 3.

21 Tenentur etiam corrigere filios, videntes eos hæreticare, vel alia peccata fare sub peccato mortali: audi exemplum. Heli sacerdotis, qui licet in se bonus fuerit, tamē ꝙ filios suos delinquētes nō correxit supinus de sella corruens fractis cruribus expirauit. 37. dist. legant. §.necesse est.de simon.cap.licet Heli.in prin. Ideo prouiso solerter circa illos, qui dicunt non posse corrigere filios, vel vxores. At si filius haberet aliud vnde viuat, vel aliquam artem, non tenetur pater, nisi filius sit infirmus, vel nobilis, quē dedeceat in tali arte operari. ff.de liber. agnos.l.si quis à liberis, quod etiam procedit in spurio; quia si filius est nobilis, ita quod non obstante spurietate dedeceat ipsum artem exercere, debentur sibi alimenta, vt inquit Nauar. cap.14. num. 17. & benefacit ad hoc illud, quod notdicit Bal.in l.1.§. sed scimus. C. de latina libertate tollenda, vbi inquit, quod si aliquis tenetur aliquem alere, sufficit, si faciat eum recipi in aliquo hospitali, dummodo ille, qui debet alimentari, potest ibi morari sine dedecore.

22 Mater tradens filium nutrici, cum possit eum proprio lacte nutrire, vel negligit notabiliter eligere nutricem bonam, vel circa bonam pueri educationem curam gerere, vel vsque ad triennium necessaria non ministrauit ei, peccat secundum Nauarr.cap.14.num.17. & dicit vsque ad triennium, quia pater ipse deinceps omnia filio necessaria exhibere tenetur, nisi sit pauper, & filio nulla sint bona, neque ars, aut officium decēs, quo possit se ipsum alere; neque sit alias adeo filius ita ingratus, & criminosus, vt secundum iura mereatur exheredari, arg.l.necare, & l.si quis à liberis.ff.de lib. agnosc. quod Sylu.verb.filij.§.rectè notauit.

23 Parentes, qui absque causa filiorum vota, quæ cum eorum bona venia fecerant reuocant secundum Nauar.peccant grauiter, nec tenentur subtrahere illos à deuotione, & à religione.

24 Parentes peccant mortaliter cogentes filios, & filias ad matrimonium, contra eorum voluntatem, vel cogentes eos, vel eas ad religionem, vt Moniales fiant, secundum Concil. Trid. sess. 25. cap.17. & 18.dicens expresse, vt nulli admittantur ad religionis professionem, nisi prius examinati ab Episcopo, vel ab eius Vicario vtrum spontè ingrediantur nec ne: & omnes, qui cogunt virgines, aut mulieres ingredi religionem, aut vt vota emittāt, & omnes, qui consulunt, & dant fauorē, omnesque ibi præsentes sunt excommunicati.

25 Peccant mortaliter parentes, qui filias suas amatores, propter malum finem patiuntur habere, & in honestam vitam agere, vel eas à suspectis conuersationibus non separant, qualia sunt aliquarum feminarum consortia, quas verisimile est ipsas ad peccandum impulsuras, vel ipsi parentes noscunt filias suas turpem vitā agere, aut fucis vti, & irritamentis ad inducendum ad peccatum mortale, & nō reprehendunt, neque corrigunt, non excusantur à mortali. arg. cap. duo ista nomina. 23. q. 4. at si se cultius illæ ornent solo, quod videtur statui suo conuenire, absque mala intentione; sed quia ita vtitur, non peccant ipsæ, nisi venialiter, & idem parentes peccarent, non reprehenderent eas: qui quidem si consentit in alterius crimen communiter, nō grauius peccat; quam auctor illius. cap.1. de off. deleg. peccant etiam si sponsalibus contractis ante matrimonium cum sponsis commisceri, vel ab eis tactibus impudicis, & enormibus tangi.

26 Notandum est, quod appellatione parentum intelliguntur omnes ascendentes, videlicet non solum pater, & mater, sed etiam auus, & auia, & reliqui, & appellatione filiorum, intelliguntur etiam nepotes, qui sunt sub eorum cura.

27 Parentes peccant consentientes, vt cū filia sua sponsa impudicis tactibns vtatur sponsus, vt inquit S.Thom. 2.2.q.154. quamuis oscula, & amplexus videantur licita talibus sponsis intuitu honesti amoris, & beneuolentiæ, quæ quidem videtur eis posse permitti; veruntamen, quia communiter sponsi, cum soli absque arbitris conuersantur huiusmodi impudicis vti solent, non deberent eis permitti, vt soli secreto conuersentur.

28 Parentes debent taliter cōuersari cum filijs, scilicet, grauiter, & honestè, ac exemplari-

plariter, vt reuereantur cum timore, & amore. Nam dicitur nimia familiaritas parit contemptum. Item parentes non permittant filios, & filias post annum septimum in vno lecto simul dormire: nã periculum est maximum, inquit Aug. in lib. de fin. cler. Memento Thamar, quæ ab Amon patre suo corrupta fuit, & Sennecarib, quæ filium ex filio peperit. Debent ergo conuersari superiores cum inferioribus, ne contemptibiles videantur.

De peccatis coniugum contra hoc præceptum.

29 Peccat contra hoc præceptũ coniux prohibẽs coniugi, ne diebus festis audiat Missam, aut præceptũ aliquod diuinũ, vel ecclesiasticũ obligans sub pœna peccati mortalis, cogit violare, vt ieiunia præcepta ne ieiunet, vt dicit D. Antoninus. 2. part. tit. 9. c. 10. §. 2.

30 Peccat coniux percutiens, vel immoderatè verberans coniugẽ, atq; seruũ, ita cedere. l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. §. fin. Instit. eod. tit.

31 Peccat coniux, qui, vel quæ cõuitiãdi, vel notabiliter infamandi causa profert aliquod verbũ in coniugem licet illud ex sua natura minimè iniurium, aut etiam sine animo diffamãdi aliquid dicit, quod de sua natura est aptũ ad infamandũ, & inde infamia subsequitur, aut periculum eius infamiæ, saltem probabile adest secundum S. Th. 2. 2. q. 73. art. 2. peccat.

32 Peccat mortaliter vxor, quæ notabiliter est marito inobediẽs in his præsertim quæ ad domus, familiæq. regimen, ac bonos mores pertinent, c. est ordo, & c. hæc imago. 33. q. 5. & Richar. dist. 37.

33 Quæritur vtrũ teneatur sequi maritũ alio migrantẽ? ℞. tenetur cum eo ire sub pęna peccati mortalis. c. vnaquæque. 13. q. 1. nisi pactum inter eos præcesserit, ne maritus alio migraret; nam tunc teneretur, nisi viro illinc discedendi iusta causa, vel necessitas superueniret, vel morbus, vel capitalis inimicitia.

34 Quid si maritus esset vagabundus? ℞. si eo tẽpore, quo matrimoniũ contraxerunt ille non solebat vagari, nec vxor mo rem mariti sciebat, nisi intellexerat, non tenetur eũ sequi. glos. d. c. vnaquaque. & c. si quis necessitate. 34. q. 1. At si id præ nouisset à primo vxor teneretur eum sequi, quã diu ille ex honesta causa vagaretur; sed nequaquam si ob turpem causam id faceret, vel circunduceret exponendo eam peccato, vel mortis periculo, tunc enim nullatenus ipsum sequi tenetur. Nam absq; dubio peccat, qui ita vagatur, & proinde non est illi consentiendum. arg. cap. non semper. 11. q. 3. & Sylu. verbo vxor. q. 8.

35 Peccat grauiter coniux, qui, vel quæ sciens naturã alterius coniugis, (vti scire debet) prouocans illum, vel illã ad iram, ad rixã, & ad blasphemiam, vel ad aliud mortale, & nõ se reprimit, arg. c. fi. de iniu.

36 Peccat mortaliter vxor non obediens marito, vel eius iustũ præceptũ non implens, præsertim de vana cõpositione, atque ornatu, & superfluo vestitu, arg. c. cũ caput. 33. q. 5. Vide cap. sequentem.

De peccatis dominorum, superiorum erga subditos, famulos, & seruos, & econtra.

37 Quæritur ad quid tenetur dñs, siue herus erga seruos, & famulos? ℞. tenetur ad multa, & præsertim ad ea quæ pertinent ad conscientiã subditorũ suorũ, ne assuescãt malè iurare, & blasphemare, vel pręcepta Dei, aut Ecclesiæ violare, aut non monet eos confiteri, & cõicare, & diebus festis Missã audire, vel retinere illos à vitijs alijsq. multis illicitis, & lasciuijs, vel negligat notabiliter procurare illis sacramenta Confirmationis, & Vnctionis extremæ suo tẽpore, & alias Christianæ viuere, mortaliter peccat. c. sunt. 23. q. 4. & 1. ad Timoth. c. 1. & si dñs, aut herus, qui habet seruũ Neophitum, seu nuper ad fidem conuersum, & nõ curat per se, neq; per alium doctrinã Christianã ipsum docere, & quid sit esse Christianũ, & subinde qualẽ vitã agere teneatur, grauissimè peccat, secundum Nauar. c. 14. & alios.

38 Quæritur, vtrũ dñs, vel herus teneatur scire peccata seruorũ, & famulorũ suorũ? ℞. quod si dñs notabiliter negligit nosse peccata manifesta seruorum, vt possit eos corrigere, peccat mortaliter, secundũ S.

Anton.2.par.tit.5.c.9.§.2.& eũ qui ex familia sua, neque verbis, neque alia iusta pœna emendatur debet ab ea eijcere, vel ei necessaria denagare, si hoc modo creditur posse illum ad bonam mentem reuocare; arg. reg. S. Aug. cap. 3. Si verò credetur eum à domo expulsum deteriorem fore, melius esset eum domi retinere adhibendo ei remedia, quæ commodæ poterit, arg. c. quantumlibet. 47. dist.

39 Quæritur, in quibus peccant serui, & subditi erga dominum eorum? Respondetur, peccant serui notabiliter contemnentes superiorem, vel honorem notabilem, & debitum denegant, quamuis sit discolus, & malus dominus, 1. Petri c. 2. & ad Rom. 13. cap. solitè, de maiorit. cap. omnis. de censibus.

40 Peccat subditus, qui superiorum præcepta iusta violat, & quod putat in hac vita neminem in alium potestatem habere, & non solum peccat mortaliter cõtra cap. ad hæc. 89. distinct. sed etiam incidit in hæresim; dico quando Iudex, vel Dominus, præsertim est Ecclesiasticus. Extrauag. vnam sanctam. de elect. lib. 6 verb. inhibemus.

41 Peccat subditus, qui negligit iusta superiorum præcepta, aut leges obseruare, eo quod non vult se illis submittere, licet credat illos non esse suos verè superiores; quod quidem est propriè peccatum inobedientiæ secundum S. Thom. 2.2.q. 105. art. 1. si verò id alijs de causis omittit, aliquando peccat mortaliter, aliquando venialiter, aliquando nullo modo, iuxta causarum varietatem.

SVMMARIVM.

1 *Ornans se, vt carnaliter ametur, peccat.*
2 *Mulier ornans se cum picturis, peccat.*
3 *Ornans se splendidè pro sui status, & decentia more regionis, non peccat.*
4 *Ornans se splendidius quam sui status requirit, peccat mortaliter.*
5 *Ornans se Religiosus, vel Religiosa, quomodo peccat.*
6 *Mulieres ostendentes pectora nuda, quomodo peccant, & iuuenes pudenda.*
7 *Confessarij quomodo se gerere debent contra pænitentes in talibus ornatibus, & malis moribus.*

De nimio ornatu mulierum, & quando sit peccatum. Cap. XXV.

1 Quæritur an sit peccatum se ornare? ℞. qñ quis, vel quæ se ornat eo animo, vt carnaliter ametur visa eius forma ab aliquo, vel ab aliqua, peccatũ est mortale, licet non sequatur effectus; & ratio est propter finem, qui mortalis est. S. Tho. 2.2.q. 169. art. 2. & qui etiam tanta sollecitudine se ornat, vt ad se ornandum, nõ curat de necessarijs ad salutem, vt de Missa in festis, Caiet. in verbo ornatus. sic etiam mortaliter peccat, qui ea intentione se ornat, vt non desisteret ab eo, etiam si vetaretur aliqua lege obligante ad mortale, ob vanam quam de eo capit delectationem, Nauarr. c. 23. nu. 57.

2 Quæritur, vtrum peccet mulier ornãs se cum picturis? ℞. quando id facit, vt aliorum ad se oculos trahat, peccat mortaliter; & ita intelligitur Eccles. cap. 4. Ne accipies faciem aduersus faciem tuã, id est faciem picturæ, aduersus faciem naturæ: & vt habetur in Concil. Laodiensi cap. fucare, de cons. dist. 5. Tingere figmentis, quo, vel rubicundior, vel candidior, vel verecundior, appareat adulterina fallacia est. Ita etiam S. Tho. 2.2.q. 169. art. 2. ad 3. At vero si hoc faceret ad tegendam aliquam maculam faciei, per quam displiceret viro, vel vt magis viro placeat, non esset peccatum, vt ait Ostien. in sum. de empt. & sua dist. §. 1. vers. de quibus rebus; vbi etiam detestatur ornatus indecens maximè hominibus, cum vnicuique sufficere debeat naturalis color, arg. tex. in c. ostenditur de cons. dist. 5. D. Ant. Burg. in rub. ne cler. vel mon.

3 Quæritur, vtrum ornare se splendidè pro sui status decentia, & more regionis, sit peccatum? ℞. quod non, dummodo id bono fine fiat, licet alius, vel alia ad eius concupiscentiam alliciatur, arg. text. in c. quisquis. dist. 41.

4 Quæritur, vtrum peccet is, qui splendidius se ornat, quam status suus requirat? Respondetur, quod peccaret, præsertim si esset causa, quod non solueret legata, vel debita, vel non præberet alimen

ta, cui tenetur, Caiet. 2. 2. quæst. 169. art. 2. Si verò dicta causa sit remota, non peccat, etiam si aliquis ad mortaliter peccandum moueatur.

Sed cur carnem tuam pretiosis rebus impinguas, & adornas, quam post paucos dies vermes deuoraturi sunt in sepulchro? & animam tuam bonis operibus non adornas, quæ Deo, & Angelis eius præsentanda est in iudicio; cur ergo animam tuam vilipendis, & ei carnem proponis? dominam ancillari, & ancillam dominari magna abusio est. Bern. in ser. & Hug. de claustr. animæ.

5 Quæritur, vtrum religiosus, vel religiosa, quæ se nimium ornat, peccet? ℞. quod si notabiliter modum excedat, peccaret; sed si hoc facit ob solam vanam leuitatem ostendendo suam pulchritudinem, & elegantiam corporis, absque alio fine mortali, non peccat mortaliter, Caiet. 2. 2. quæst. 169. art. 1. dummodo vtatur habito suo; aliàs illum deserens, & alium deferens religionis alienæ, esset excommunicatus, nisi desereret per modicum tempus; Sylu. in verbo ornatus. quæst. 5.

6 Quæritur, vtrum mulieres ostendentes pectora nuda, quo pulchriores videantur absque mala intentione peccēt? Respondetur secundum Caiet. 2. 2. quæst. 169. art. 2. quod non, quamuis talis consuetudo extirpari debeat, Sylu. in verbo ornatus. quæst. 7. & vestiri se adeo tenue veste tam vir, quàm mulier, vt pudenda transluceant, est mortale, quia eiusmodi nuditas ad luxuriam prouocat, quod non facit pectorum nuditas, quæ solum pulchritudinem suam ostendit.

Est alia abusio magna in iuuenibus malè morigeratis, qui dum per viam transit aliqua mulier, mingunt, vel mingere fingunt in aperto loco, vt illi mulieri membrum ostendant, à mortali excusari minimè possunt, quia malitiosè agunt.

7 Quomodo Confessarij se gerere debent contra penitentes in talibus ornatibus, & malis moribus? Respondetur, quod si clarè constat de mortali, denegare debent absolutionem, si nolunt abstinere: si verò clarè constat quod non sit mortale, possunt absoluere, etiam si abstinere nolint; quia venialia non sunt de necessitate confessionis. Quando verò nesciunt iudicare an sit mortale, vel nè, persuadendum est pro viribus, vt abstineant, sed non est eis facienda conscientia de mortali; quia tunc non abstinendo peccarent mortaliter, & absolutio non est ei deneganda; quia iura sunt propitiora ad absoluendum, quam ad ligandum, cap. ponderet, distin. 55. & melius est Domino rationem reddere de nimia misericordia, quam de nimia seueritate.

SVMMARIVM.

1 *Gratitudo est virtus specialis.*
2 *Ingratitudo est vitium contrarium virtuti gratitudinis.*

De Gratitudine, & Ingratitudine. Cap. XXVI.

1 QVid est gratitudo? Respondetur est gratiarum actio, & est virtus specialis, reddens gratiam benefactori, secundum S. Thom. 2. 2. quæst. 6. art. 1. Ad hoc vt aliquis sit verè gratus duo requiruntur secundum S. Bonauent. dist. 22. lib. 4. circa text. scilicet, quod pro loco, & tempore, vt memor beneficiorum ad gratias agendum, & quod sit prontus, ad obsequendum, & reddendum bonum pro bono. Inuitat ad magna, qui gratanter suscipit modica, & spem de futuris recipit, qui transacta beneficia recognoscit, nec desperatione frangitur; qui magnorum munerum consolatione roboratur dicit Cass. 4. Epistol. omnes tenemur ad gratiarum actiones, principaliter, & præcipuè Deo, deinde cæteris benefactoribus.

2 Quid est ingratitudo? Respondetur, secundum Bernard. est ventus vrens siccans sibi fontem pietatis rorem misericordiæ, fluenta gratiæ. Rusticitas est si quis noa regratietur illi, qui potum vini sibi dedit, ergo maior rusticitas est non agere gratias illi, qui incessanter nobis tribuit bona sua, scilicet Deo; vnde

Greg. Dignum est semper gratias agere, quia Deus nunquam cessat benefacere. Vltimum est multiplex malum, quod prouenit ex ingratitudine. Primum malum, vel vnum, quod bona iam à Deo accepta, auferri facit. Aug. super illud Rom. 1. Qui cum Deum cognouissent, dicit quod Deus dederat gratis, tulit ingratis. Secundum malum est; quia ingratitudo impedit, ne deinceps, aliquid detur Gregor. non est dignus dandis, qui non agit grates de datis. Tertium malum est, quia ingratitudinem non solum priuat hominem bonis, immo etiam pœnam addit. Vnde Ezech. punitus est de ingratitudine. cum enim dedisset ei Dominus triumphum, & percussisset 185. millia in castris Sennacherib, non tamẽ digne gratias egit, & canticum non cantauit, sicut in huiusmodi patres cõsueuerant facere, & ideo ægrotauit ad mortẽ. Isai. 38. Deo enim debemus gratiarũ actiones referre.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium quid.*
2 *Homicidium spirituale quõ committitur.*
3 *Homicidij altera diuisio.*
4 *Homicidium tripliciter fit.*
5 *Occidere seipsum, vtrum liceat.*
6 *Occiderunt se nonnulli Sancti, quare non peccauere.*
7 *Mutilare se nulli licet sine peccato graui.*
8 *Scindere membrum quomodo liceat.*
9 *Scindere manum, vel pedem cathena ligatum, vtrum possit, vt saluetur vita.*
10 *Scindere manum quomodo etiam potest, vt saluetur vita.*
11 *Mulier coniugata quomodo excusetur à redditione debiti, & nulli licet permissiuè se occidere, & quando duo præcepta concurrunt, minus est relinquendum.*
12 *Tyrannus iubens negare fidem, debet potius se permitti occidi.*
13 *Occidi se offerre quis potest, sine peccato, vt saluetur ciuitas.*
14 *Mori quis potest sine peccato, vt saluetur amicus, & quomodo.*
15 *Inuasus potest se defendendo occidere inuasorem.*
16 *Occidendus à iustitia, quomodo se debeat habere.*
17 *Detentus in carcere an liceat ei fugere.*
18 *Detentus in carcere, vtrum ei liceat rumpere vincula.*
19 *Detentis in carcere vtrum amici sine peccato possint administrare instrumenta secandi vincula.*
20 *Detentus in carcere accepit veniam discedendi, & iurauit redire, an teneatur.*
21 *Damnatus vt famæ pereat, vtrum possit sumere cibos sibi oblatos.*
22 *Occidere licet per tres causas.*
23 *Tyrannus quis dicatur.*
24 *Occidere banditos quomodo liceat.*
25 *Maritus an possit occidere mulierem adulteram.*
26 *Homicidij causa necessaria est bonum publicum.*
27 *Iudex quomodo potest condemnare innocentem.*
28 *Iudex supremus potest liberare innocentẽ.*
29 *Iuris ordo seruandus.*
30 *Occidere quomodo liceat.*
31 *Vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
32 *Vim vi repellere, quomodo intelligatur.*
33 *Regula generalis, qua excusatur homicidium.*
34 *Inuasorem occidere, quomodo intelligatur.*
35 *Inuasus quomodo potest occidere.*
36 *Occlusus in aliquo loco ab inimico, potest illum occidere.*
37 *Occidere quãdo clericis, & religiosis liceat.*
38 *Irregularitas in homicidio, quando excusatur.*
39 *Aggressorem patris occidens, vtrum peccet.*
40 *Occidens clericum defendendo parentes non incurrit in excommunicationem.*
41 *Fur nocturnus sine peccato occidi non potest.*
42 *Furem oneratum suis rebus occidens, an peccet.*
43 *Clericus occidens aliquem pro defensione rerum suarum fit irregularis.*
44 *Mulier occidens aliquem pro conseruatione suæ castitatis peccat.*
45 *Damnatus ad mortem occidẽs ministrum iustitiæ peccat mortaliter.*
46 *Occidere Iudeum est peccatum maius, quam occidere Christianum.*
47 *Pacem facere quis compelli potest.*
48 *Pax facta in articulo mortis tenet.*
49 *Qui olim fuit inimicus, semper præsumitur inimicus.*

De

De quinto præcepto: Non occides. Cap. XXVII.

1 QVæritur, quid eſt homicidium? ℞. eſt hominis occiſio facta ab homine,& eſt duplex,ſcilicet corporale,& ſpirituale: homicidium corporale cõmittitur quadrupliciter,ſcilicet,facto conſilio præcepto, & defenſione.50. diſt.c.ſi quis viduam.23 q.vlt.cap.vlt. & extr. de cler. pugnant.in duello.c. 2.& cap. ſignificaſti. extr.de homicid.

Item quandoque committitur homicidium voluntate,quandoque caſu,quãdoque neceſſitate, vt patet in gloſ. cap. ſicut dignum. §. conſilium. extr. de homicidio.

2 Homicidium verò ſpirituale committitur duobus modis,vno modo omittendo, vt cum quis videt alium in extrema neceſſitate, & ei non ſubuenit,dicitur eũ occidiſſe,vt diſt.86. cap. non ſatis,vbi dicitur. quos enim homines paſcere poteris,ſi non pauiſti, occidiſti. & 1. Ioan.c. Qui habuerit ſubſtantiam mundi huius, & viderit fratrem ſuum,id eſt,proximum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo manet charitas Dei in eo. Secundo committitur homicidium ſpirituale, cõmittendo, & hoc tripliciter,ſcilicet,corde,ore,& opere; corde, ſcilicet, odiendo; vnde 1. Ioan. cap. 3. Qui oderit fratrem ſuum, homicida eſt: ore detrahendo; quia ille cui detrahitur, occiditur in conſcientia illius, qui audit detractionem,in qua prius viuebat per bonam famam: opere,ſcilicet, malo exemplo alicui occaſionem ruinæ præſtando ſecundum Magiſt. ſentent. lib. 3. diſt.38.

3 Item alia diuiſio tripliciter poteſt diuiui homicidium. Eſt enim qui occidit, qui occiditur, & ipſa occiſio; ſi accipiatur ratione primi, ex parte occidentis; duplex eſt homicidium voluntarium, & caſuale,ex parte occiſoris: duplex eſt mediatum,& immediatum; mediatum, qui occidit per venenũ,vel per aliud: immediatum cum proprijs manibus occidit.

4 Quæritur, quibus alijs modis contingit occidere? ℞. quinque alijs modis, facto,præcepto,cõſilio,permiſſione, & auxilio; facto qui mediatè,vel immediatè cauſam in morte exercet; præcepto, qui per iuſſum; conſilio, qui ducitur ſuaſione alterius; permiſſione, qui poſſit impedire,non impedit mortẽ languenti: probatur infligere,qui cum poſſit excludere, non excludit; auxilio cum quis iuuat occiſores.

5 Quæritur, vtrum liceat alicui ſeipſum ex aliqua bona intentione occidere? ℞. quod ſe ex intentione occidere id quocunque fine fiat,eſt mortale; ſiue fiat deſiderio beatitudinis, ſicut fecit diſcipulus Platonis,qui ſe in preceps dedit: ſiue fiat ex tædio mundi huius miſeriæ, ſicut fecit Cato Vticenſis; ſiue fiat ad tuendam infamiam, vt lucretia; ſiue fiat ob pænitentiam peccati,vt fecit Iudas; ſiue fiat ad ſe præſeruandum à peccato futuro,omnibus modis eſt mortale,vt ſententia communis eſt omnium Doctorum. 23.q.5. can. ſi non licet ibidem.can. placuit,& expreſsè præcipitur in Conc.Bracaren.ne aliquis ſit occiſor ſui,quia damnatur.

6 Quare ergo non peccauere nonnulli Sancti, qui ſe occiderunt? ℞. quod non obſtat aliquos martyres ſe occidiſſe, vt Sanſonem,qui ſanctus fuit, ſecundũ Paulum ad Hebræos, & S.Aug.de Ciuit. Dei. c.7. dicit illum hoc feciſſe inſtinctu Spiritus ſancti.

7 Quæritur, vtrũ liceat abſcindere membrum propter aliquod bonum finem? ℞. quod nulli licet ſe mutilare, nec poteſt excuſari à mortali, quocunque fine id faciat; vt habetur diſt.55. ex Conc. Niceno. can. ſi quis abſcinderet, & can. qui partem, & propterea Origenes damnatur,qui ſibi abſcindit genitalia; imo ſi eſt clericus, vel monachus, & ſe mutilat,incurrit ſententiam excommunicationis, ſecundum Io.And.Pan.& Phil.cap. contingit. i. de ſententia excommunicationis,& ratio eſt manifeſta,quia ſicut homo nõ eſt dominus vitæ ſuæ,ita nec mẽbrorum,vt in l.liber homo.l.1.ff.ad l.Falcidiam. tantũ excipitur, ſcilicet ad tuendam ſanitatem; puta quia membrum eſt putridum,vel aliud quid ſimile. Sylu.verbo homicidium.

8 Quæritur,vtrum liceat alicui ad defen

sionem vitæ abscindere sibi membrum aliquod? ℞. secundum Sot. lib. 5. de iust. quæst. 2. art. 1. qui dicit, quod non tenetur cum ingenti sui dolore vitam conseruare: ratio est, quia homo est custos vitæ suæ, & non tenetur etiam cum dispendio rem traditam custodire, id est, cum tanto periculo.

9 Quæritur, si aliquis homo esset ligatus cathena, nec posset solui, nisi manu, aut pede abscisso, & si permaneret, esset occidendus ab inimicis, vel sit in periculo comburendi, vtrum deberet abscindere sibi manus, vel pedes? Respondet Sot. quod in hoc casu potest absque dubio; licet abscindere membrum putrefactum ad conseruandam hic, quia vita saluatur potest membrum sincerum abscindi.

10 Quæritur, vtrum Tyrannus dicat, aut incide tibi manum, aut ego occidam te; an liceat manum incidere? Respondet Sot. quod non licet, nec debet, sed probatur contrarium, quia in hoc casu saluatur vita, sicut quãdo quis est ligatus, & ita factum legimus à Iosep. lib. 2. de bello Iudaico, qui sibi vnam manum abscidit ne sibi duæ abscinderentur.

11 Quæritur, vtrum liceat mulieri coniugatæ, quæ mortis periculum patitur in partu, & tenetur reddere debitum, sumere venenum sterilitatis, vt possit reddere debitum? Respond. quod nullo modo potest, nec debet hoc facere; sed non debet reddere debitum. & ratio est, quando duo præcepta concurrunt, minus est relinquendum, & maius est adimplendum; (Exemplum) in die festo est audiendum sacrum, & occurrit, vt proximo consuletur, est consulendum proximo prius, quam validius est præceptum naturale, quam Ecclesiasticum, similiter ergo minus est reddere debitum, quam occidere; propterea potius abstinendum ab occisione, quam à debiti redditione.

Conclusio nulli licet permissiuè se occidere; peccat enim mortaliter sic se occidendo, sine causa, quia cum sit custos vitæ suæ, non debet esse negligens in vita custodienda.

Mulier statim post partum Ecclesiam ingredi potest, etiam non expectatis diebus purgationis post partũ, vt 5. dist. cum enixa, de purg. post part. c. 1.

12 Quæritur, vtrum Tyrannus vellet aliquem negare fidem, tenetur negare, aut permittere se occidi? ℞. quod non tantũ pro fidei defensione, sed ad euitandum peccatũ, non tantum mortale, sed etiam veniale, tenetur mortem pati.

13 Quæritur si quædam Ciuitas esset oppressa, & liberaretur si vnus homo illis oppressoribus traderetur, quamuis innocens sit vtrum quis posset se offerre? ℞. quod tenetur se offerre propter bonum commune, veruntamen ciuitas tota non potest illum offerre: vnde malè Cayphas, cum dixit expedit, vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat.

14 Quæritur, vtrum liceat vitam exponere propter amici defensionem? ℞. secundum Sot. art. 6. quod sic, & patet etiã ex Ioan. 6. Maiorẽ charitatem nemo habet, quam ponere animã suã pro amicis suis.

15 Quæritur, qñ aliquis inuaditur vtrum debeat permittere se occidi, aut occidere, ne sit occisus? ℞. quod aliquãdo tenetur occidere, & aliquando occidi, & aliquando liber est ab vtrunque. Sot. lib. 1. de iust. dicit, quando inuasor est persona priuata, & qui inuaditur persona publica, & iniustè inuaditur, tenetur se defendere semper: quando è contra ille, qui inuadit est persona publica, & qui inuaditur persona priuata, debet permittere se occidi, potius quam ipse occidat; qñq; neutrum est, potest facere vtrũque. Nec est audiendus Gerson in materia de Eucharistia, qui dicit, in omni casu debere hominẽ permittere se occidi, quia vnusquisque tenetur postponere vitam suam propter salutem spiritualem alterius, sed nos respondemus, quod postponẽda est vita, quando est necessaria.

16 Quæritur, quando aliquis occidendus est ex iustitia, vtrum teneatur permittere se occidi? Respond. quod tenetur sciens se iustè condemnatum, sed ad differendum executionem appellat, arg. l. appel. & cap. ad nostram, eo. tit. cum obligatione restituendi omnia damna, & interesse, & S. Tho. 2. 2. q. 69. art. 4. & probat c. omnino, & c. quicunque. 2. q. 6.

17 Quæritur, aliquis iniustè detentus in carcere, in qua timet mortem probabiliter, aut mutilationem; vtrum possit licitè fuge-

fugere? Respondetur, quod licitum est illi fugere, etiam quod iustè damnandus sit ad mortem ex communi sententia, & secundum S.Tho. loco allegato, & Caiet. & Maior. in 4 quæst. 15. dist. 25. & Couar. lib. 1. variarum resolutionum, & Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 6. art. 4.

18 Quæritur, vtrum detentus in carcere cum periculo mortis, teneatur rumpere vincula, forare murum, & fugere cum detrimento custodum? Respond. sunt aliqui, qui dicunt non posse sine peccato, vt sunt Henricus, & Maior loco citato, Caiet. Nauar. & Sot. dicunt posse fugere sine offensa, vel resistentia alterius; aliter non potest sine peccato fugere, nec frangere carceres, Nauarr. cap. 15. num. 8. & secundum S.Thom. quæst. 69. art. 3. modo restituat, vel funes, vel cathenas, siue compedes, aut alia, quæ portauerit.

19 Quæritur, vtrum liceat amicis externis administrare, instrumenta, vt rumpant compedes, vel murum, & alia? Rz. sunt nonnulli, qui dicunt, quod non, tamen Caiet. probat, quod sic; & Armilla verb. carcer. §. 3.

20 Quæritur, aliquis detinebatur in carcere, & accepit veniam discedendi, & iurauit redire ad carcerem, vtrum teneatur? Respondetur, si iste detinebatur ære alieno in carcere, & accepit veniam, tenetur redire: at post discessum, si accusaretur de homicidio, non tenetur redire; quia euentus mutat rem iuratam, & promissam, & ita soluitur à iuramento: verùm si periculum mortis erat tunc quando accepit iuramentum redeundi, & tunc aut peccauit mortaliter iurando, aut non, quod non peccauerit, patet, quia iuramentum cadit super materia licita, ergo obligat iuramentum illud.

21 Quæritur, si aliquis est damnatus, vt famæ pereat vtrum possit sumere cibos sibi oblatos? Respondetur, quod possit, si vult, & si non vult, non peccat, & alij possunt licitè, & secretè ministrare, dum tamen non sint custodes carceris: neque ob hoc se exponant in magno periculo. Nullus tamen tenetur sic damnato cibum ministrare, & sine periculo, quamuis sit in extrema necessitate. Caiet. 2. 2. quæst. 69. art. vltimo. dicit, quod tenetur comedere; & S. Thom. ibi, & Armill. verb. accusatio. § 21.

22 Tres causæ sunt propter quas licet, prima est iustitia: secunda, necessitas: tertia in ascendentia ex iustitia occidere, aut per se, aut per alterum, non est peccatum, immo est actus meritorius. Quod homicidium sit iustum, debent concurrere istæ causæ: prima authoritas publica, quia occidere hominem non licet, nisi propter bonum publicum: est tamen vnus casus, in quo licet priuatæ personæ alium occidere. S. Thom. in opusculo 20. cap 6. & 4. sent. 44. dist. art. 2. verbi gratia. Non potest liberari ciuitas, nisi occiso Tyranno, potest tunc persona priuata illum occidere; & sic licuit Bruto occidere Cæsarem.

23 Tyrannus est duplex, vnus ex parte dominij, cum non habet verè dominij titulum, & hunc licet occidere quando ciuitas aliter liberari non potest, & speratur mortuo illo liberari. Alter est Tyrannus, quantum ad vsum, quod licet sit Rex, tamen tyrannicè, & crudeliter regimen exercet, hunc non potest, nisi publica persona occidere, quando habet authoritatem Reip. & sic licitum est homicidium, vt in bello iusto. 29. q. 5. can. si homicidium.

24 Item ex eadem causa est licitum occidere bannitos, & diffidatos homines. Archid. 23. quæst. 5. can. cum minister, & limitat dummodo occidatur intra terminos iurisdictionis illius Reipublicæ, alias est mortale, nisi vt limitat Sylu. verbo homicidium. § 5. qui dicit, vel in alieno, de voluntate Domini expressa, vel tacita, aut probabiliter præsumpta.

25 Quæritur, vtrum maritus possit occidere mulierem adulteram? Respōdetur, quod peccat mortaliter, vt habetur in determinatione Nicolai. 33. quæst. 2. can. inter hæc, quamuis leges ciuiles id facere permittāt; tamen lex canonica prohibet, & est peccatum mortale, quia vt inquit dictus Papa Nicolaus, Ecclesia non astringitur legibus ciuilibus.

26 Quæ est alia causa necessaria? Respondetur, est quæ pertinet ad bonum commune. Vnde Iudices grauissimè peccant cum aliquem condemnant, nisi grauissima sit causa. Est tamen aduertendum causam istam debere considerari

ſecundum ſcientiam iuris, & ſecundum allegata, & probata, ita vt quamuis aliquis à Iudice cognoſcatur innocens, tamen debet iudicare ſecundum allegata, & probata, vt inquit Pan. in cap. paſtoralis. de off. delegati. Item in cauſa ciuili iudicare etiam debet ſecundum allegata, & probata Adrian. quolib. 6. art. 3. & cap. cum æterni, de re iudic. lib. 6. & l. 1. & ibi Cinus. C. vt quæ deſunt aduocat parti, & Bart. in l. illicitas. §. 1. ff. de offic. ordin. & in dubio pronior ad abſoluendum, quam ad condemnandum. l. Arrianus. ff. de actio. & obligat. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.

27 Quæritur, vtrum in cauſa criminali Iudex debeat condemnare innocentem ſi probetur nocens? Reſpond. quamuis multi negant, tamen probabilior multo ſententia eſt, quod quando aliter non poteſt facere Iudex, debet condemnare innocentem, vt dicunt multi Doctores, S. Tho. 2. 2. quæſt. 67. art. 2. Bart. in l. illicitas. ff. de offi. præſulis. & Io. Andr. in ſuis nouellis. tit. de allegationibus. Alexand. de Aleſ. 3. par. quæſt. 40. membr. 6. art. 2. dixit, quando alias non poteſt facere, quia debet antequam condemnet ita facere, ſecundum S. Thom. vt primo diligenter examinet teſtes; ſecundo ſi hoc nõ ſufficit remittat ad Iudicem ſupremum, aut differat ſententiam, aut dimittat, ſi poteſt ſaluo capite, & tandem ſi non poteſt condemnet. At vbi agitur de vita hominis pars benignior eſt eligenda, & interpretatio eſt ſemper aſſumenda. l. ſi de interpretatione, & l. preces. ff. de pœnis hominis liberi. Vita inæſtimabilis eſt, vel liber homo. ff. ad l. Aquil. Nam qui poteſt liberare hominem à morte, & non liberat ipſum occidit, vt habetur in cap. ſicut dignum eſt, de homicidio. Sanctius enim eſt nocentem abſoluere, quã innocentem condemnare, vt habetur in l. abſentem. ff. de pœnis. & not. per Din. in cap. hodie. extr. de reg. iur. & in l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. & in dubijs penæ potius ſunt moliendæ, quam exaſperandæ, ff. de pœnis. l. interpretatione. & l. ſi preſes. Sententia non eſt præcipitanda. Vide infra cap. 89. nu. 5.

28 Quando ille Iudex ſit ſupremus, cuius verbum eſt lex, dicunt aliqui, quod ipſe tenetur ſequi conſcientiam, & non condemnare innocentem, ſed dimittere Bar. & Bald. C. l. 1. vt quæ deſunt audiat. Phel. cap. cum in cauſis. de ſent. & re. iud. Innocent. cap. cum intereſt. Couarr. idem ſentit.

29 Tertia conditio eſt ſeruandus ordo iuris, qui ordo in tribus conſiſtit, primo, vt peccatum non ſit occultum: nam nulla pœna eſt infligenda pro homicidio occulto. Publicum debet eſſe homicidium, id eſt, aut conuinctum teſtibus, aut quod ſit factum in propatulo, aut reuelauerit, & quod deinde conſtet reuelatio.

Secundò, debet procedere accuſatio, niſi ſit factum notorium iuxta regulã cõmunem extr. de accuſat. Euidentia facti clamoris accuſatoris indiget.

Tertiò, debet dari tempus defenſionis reo. Sylu. verb. homic. §. 5. homicidium limitat, quod ſi ſit perſona publica, nõ debet citari, quia ſic poterit peruertere oĩa.

Quartò, propter bonum commune id facere zelo iuſtitiæ, aliter Iudex peccaret mortaliter, ſi non contra iuſtitiam, ſed cotrta charitatem.

Item vbi quis deliquit, ibi debet puniri, & inde aufugiens debet illuc transmitti, vt in auth. qua in prouincia, & authen. nulli iudi. §. ſi quis verò comprehenſorem, & ff. de accuſ. l. ſi cui. §. fin. Et accuſatus coram vno Iudice, & citatus non poteſt de eodem crimine coram alio iudice accuſari. C. de milit. l. fin. § quoniam, & arg. de aſſertio. toll. l. 1. §. fin. de off. con. l. 1. ergo cum fuerit Florentiæ accuſatus, non poterit Romæ accuſari.

Quintò Iudex non debet eſſe perſona Eccleſiaſtica; nam clerico eſt prohibitum iudicare cauſam criminis ſine facultate Pontificis. c. clericis, ne cler. vel monac. Si iſtæ cauſæ adſunt homicidium eſt iuſtũ.

De homicidio ad neceſſariam defenſionem.

30 Qũo neceſſitas excuſet ab homicidio? ℞. in quinque caſibus licet homini alium occidere; primo licet inuaſorẽ occidere, qñ aliter mortẽ vitare non põt, & cõ moderamine inculpatæ tutelæ. i. ꝙ occidat aggreſſorẽ in cõtinenti, nõ cauſa vltionis,

ſed defenſionis can.in clem.vnica de homicidio. Vbi dicitur non ſolum non peccare, ſed nec etiam irregularis debet tamen aduertere, vt alias non occidat niſi ſit inuaſus, quamuis non teneatur expectare omnimodam inuaſionem, nec primum ictum, naturali etenim ratione vnicuique permiſſum eſt ab aggreſſore defendere l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.

31 Vim vi repellere licet, cum moderamine inculpatæ tutelæ. ff. ſi quadru. pau. ſe. dica l. 1. §. cum arietes. ff. de iuſt. & iur. l. vt de vim. reſt. ſpol. cap. olim in fin. de ſent. excom. cap. ſi vero de homicidio cap. 1. in clem. dummodo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. C. vnde vi l. 1.

Si nobilis fuerit à ruſtico inſultatus, cũ fuga ſibi cederet ad pudorem, non expectato, qui à ruſtico aliter inſultatus fuerit poteſt impunè percutere agreſſorem, & ſecuto caſu, dicitur ad defenſionem fuiſſe iſta fuit ſententia Bald. in d. l. vt vim, & in eadem ſententia inclinat Bart. in d. l. 1. C. vnde vi, & latius ibi Bald. in ſua repetitio; illius. l. & ſi enim inſultatus, qui potuit aliter euadere, ſeque honeſte defendere aliter, quam percutiendo, & vulnerando aggreſſorem, id facere tenetur, quia non licet aggreſſorem percutere non percuſſus.

32 Quomodo intelligitur cum moderamine inculpatæ tutelæ? ℞. intelligitur cum aliter defendere non poteſt vt dixit text. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil per quem text. dicit Bart. declaratur l. 1. C. vnde vi, & quod ibi, not. ſcilicet, quomodo intelligantur illa verba cum moderamine, inculpatæ tutelæ, de quo gloſ. ibi, laborat, nam tunc dicitur cum aliter ſe defendere non poteſt, quod intelligitur ſe aliter defendere non poſſe, ſcilicet ſine periculo rerum, & perſonæ vnde non debet pati, quod damnum inferatur in aliquo, ſi damnum eſſet irreparabile, alias ſecus, vt de ſicar. l. furem, & ideo ſi omnino me percuteres, & euadere non poſſum, niſi te interficiam, poſſum te interficere, nec expectare oportet, quod me ferias, vt vult gloſ. in l. ſi explagis. § tabernarius. ff. ad l. Aquiliam, & l. 1. C. vnde vi, nam ſufficit terror amorum, vel iactatio percuſſionis l. 3. §. eum, de vi, & vi arma. l. ſi is, qui, C. de ſicar.

33 Et tandem regula generalis eſt, quando iniuſtè inuadit ſiue ſit ſuperior, vt iudex, aut Poteſtas, quæ iniuſtè inuadit. i. vt occidat, ſiue pater inuadens filium, etiam in ſua poteſtate degentem, ſiue prælatus, vel Abbas, qui iniuſtè monacum inuadit, & ſubito occidat, ſiue Dominus ſeruum, vel vaſſallum, maritus vxorem, magiſter diſcipulum, qui omnes contra tales perſonas poſſunt ſe defendere, ſi vltra debitum iuris aliquid vltra attentent. alias, non vt dicit Sylu. in verb. Bellum 2. §. 2.

34 Quomodo intelligitur illud aliter mortem vitare non poſſe? ℞. quando neque clamore, neque vllo alio modo, niſi interficiendo, aut deformando aggreſſorem, eam vitare non poteſt, iuxt. gloſ. in d. clem. 1. & cap. ſuſcep. eo tit. Et licet regulariter quis non teneatur fugere ad peccatum euitandum, ne aggreſſorem interficiat, tenetur tamen, quo ad vitandam irregularitatem: vt Pau. bene declarauit in cap. olim, num. 17. de reſtit. ſpoliat. quia hæc ſine peccato incurritur. Nec tamen dicitur, quis fugam poſſe vitare, cui ipſa eſt periculoſa ſecundum communem, quam ſequitur Phel. in d. cap. ſuſcepimus, ſed hæc ex caſuum deciſione faciliora reddentur.

35 Quæritur vtrum videns hoſtem in ſe euaginato gladio tendere, quid? ℞. ſi timet conſertis manibus ſe defendere non poſſe, poteſt ſagitta, vel bombarda eminus emiſſa ſolo illum proſternere. l. 3. C. ad l. Cornel. de Sicar. gloſ. in cap. olim, & ibi Abb. num. 16. de reſt. ſpol. Bald. in l. 1. C. vnde vi Sylu. in verb. bellum. 2. nu. 2. & vt ſupra diximus non tenetur expectare primum ictum, ne fortè non ſit locus defenſionis.

36 Quæritur aliquis occluſus in aliqua domo, vnde nullatenus effugere poteſt, vbi eſt hoſtis, qui & certimus eſt abſque vllo dubio eundem hoſtem eum decreuiſſe occidere quid? Reſpond. quod poteſt præuenire, & non expectare horam, vel ſocios, & dum ſecurus eſt illum opprimere gloſ. in cap. 3. verſ. ſecularibus, & in d. cap. ſuſcepimus verſ. interimeretur de homicidio, Et idem dicendum eſt

de

de muliere reclusa ab aliquo, vt occidat illam, vel cum eodem marito in lecto iacens, & accidenter scit maritum sub ceruicali abdidisse gladium, quo ipsam dormientem iugulet.

37 Quæritur vtrum clericis, vel religiosis licitum sit occidere, quando aliter mortem vitare non possunt? Respond. quando cõmode posset haberi licētia à superiore, & sine licentia etiam qñ non potest haberi, potest se defendere, quia defensio est de iure naturali, & quo ad actus naturales religiosi non censentur mortui. glos. 16. quæst. 1. placuit. el 2. maioris tamen esset perfectionis, si se permitterent occidi, quam si se defendendo occiderent cum aliter mortem euadere non possint secundum S. Thom. & Sylu. in verb. bellum. 2. §. 3. Immo neque peccat clericus occidens aliquem cum aliter nõ valens euitare mortem etiam si esset occupatus in sacris, & sine incursione vllius irregularitatis sibi hoc facere licuerit, nam vim vi defendere licet dummodo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, omnes leges omniaque iura permittunt, vt Iuriscon. dicit in l. scientiam §. qui cum aliter ad l. Aquil. & vt voluit Ioan. de Lign. in tract. de iusto bello, quem refert, & sequitur Abb. in cap. clerici de vit. & honest. cler. Claud. de Seys in d. l. vt vim, & alij moderni. Quinimo posset reasunto officio celebrare, Sylu. qui supra in verb. homicid. 1 quæst. 9. vers. tertium. At si mortem fugiendo vitare poterat', & non fugit irregularis est, glos. & doct. in d. cap. suscep. glos. sing. in clem. 1. vers. non valens de homicid. & est communis.

38 Et ex his possumus colligere duplicem defensionem necessariam, & ineuitabilem. Turrecre. in cap. de occidendis nu. 3. 23. quæst. 5. prima excusat, quo ad culpam, & irregularitatem iuxt. not. in cap. 2. de homicid. in clem. si furiosus eo. tit. secunda vero, inducit irregularitatem, vt not. in cap. suscepimus, & ibi, D. Ant. de Butr. eo. tit.

39 Quæritur vtrum peccet occidens agressorem patris, aut matris, vel fratris alteriusue cognati? ℞. quod non, sed est irregularis, ita glos. in d. clem. si furiosius, sequitur Abb. in cap. si vero el 1. de sent. excom. & est communis, vt refert Couar. in cap. vnico num 3. de homicid. qui tenet contra commun. quam ipse etiam libenter (saluo meliori iudicio) sequor eo, scilicet casu videlicet Aliquis potest sine peccato mutilare, vel occidere volentem in casu vbi vitam ipsius inuasi aliter saluare non potest, dummodo ad saluationem inuasi principaliter, & non ad mortem inuadentis intendat. Tum lege diuina Deuter. 6. Matth. 19. Luc. 10. Diligens proximum tuum sicut te ipsum ad idem 18. quæst. 4. cap. pen. & de pænit. dist. 2. cap. charitas. 2. circa medium, sed pro se ipso saluando, vbi alias mortem vitare non potest, potest mutilare, vel occidere suum inuasorem, ergo, & pro proximo saluando.

40 Quæritur vtrum incidat in excommunicationem, qui defendendo huiusmodi personas coniunctas clericum occideret, ne aliquis ex eis occidatur ab eo Respond. quod non, sed incidit in irregularitatem, vt inquit Innoc. in cap. si vero, el 1. de sent. excom. vbi hoc dictum extendit etiam ad defensionem extraneorum, quia socij iniuria propulsanda est 23. quæst. 4 fortitudo, & cap. non inferenda cap. error. 83. dist. & similiter ad sui defensionem sine metu excommunicationis clericum aggressorem quis impune percutere potest, vt in dicto capitulo cap. si vero clericum de sent. excommunicationis.

Quinimo, & ipsum Pontificem, vt inquit Zabar. in clem. 3. in 7. quæst. de pænis. & talis defensio est licita filio contra patrem, vt trad. Claud. de Seys. in d. l. vt vim. in glos. in princ. per glos. vbi declarat dictum Bart. vt dictum est etiam supra.

41 Quæritur vtrum liceat occidere furem nocturnum, vel diurnum? Resp. quod non licet, & est peccatum mortale, & irregularitas, de quibus manifestum est eos non ad occidendum, sed ad furandum venisse, nisi se telo, vel bombarda defendat, ne capiatur, & idem de raptoribus, vt bona capiant, insurgunt in defensionem, argu. text. in cap. si profodiens in vers. defenderint de homicid. vel si aliter ab illis bona surrepta eripi nequeant, & illa essent aliquanti pretij. l. furem. ff. de Sicar. & præsertim quando tota, vel maior pars substantiæ periclitaretur

retur, & tunc poteſt etiam conuocatis amicis, antequam ad alia diuertatur gloſ. in cap. ſignificaſti 2. de homicid. Sylu. in verb. bellum 2. quæſt. 1.

42 Quæritur vtrum peccet, qui furem oneratum ſuis rebus, armis inſequitur, & dum aliter deprehendere nequit telo interficitur? Reſpond. non peccat, quia toto tempore delicti licet vim vi repellere etiam dum fugit, poſt quam verò ſe alibi recepit, non licet eum vi aggredi, ſed tenere eum, quouſque iudex capiat. Sot. ſed ſequutum furtum, qui ſpem habet certiſſimam recuperandi furtum, furem interficit, mortaliter peccat. Bart. in l. furem ff. de ſicar. Sylu. in verb. excommunicatio 6. §. 4. num. 6. caſu. 9. & lib. 1. de iuſt. & iur. quæſt. 5. art. 8.

43 Quæritur vtrum ſit irregularis clerius, qui pro neceſſaria rerum defenſione hominem interficit? ℞. quod ſic gloſ. fin. in cap. 2. de homicid. Hoſt. eo. tit. ſuſcepimus 23. quæſt. 8 cap. 1 & cap. conuenit, & 36. diſt. ſi quis vult. Sylu. in verb. bellum 2. §. 7. num. 12.

44 Quæritur vtrum mulier pro tuenda ſua caſtitate, hominem occidit, an peccet? Reſpond. peccat mortaliter, quia poterat ſe bene defendere fugiendo, vel vociferando, ita D. Ant. 2. part. tit. 7. cap. 8 §. 2. col. 6. At ſi interficit volentem ſe opprimere cuius manus aliter euadere non poteſt, non peccat, quod intellige, modo non intendat occiſionem, ſed ſe defendendo illa ſequatur, præpter ſuam voluntatem.

45 Quæritur damnatus ad mortem, qui percutit, aut occidit miniſtrum iuſtitiæ, quo ſe eripiat an peccet? Reſpond. peccat mortaliter, quia quamuis iuſta ſit vis, reſiſtentia tamen eſt iniuſta gloſ. in l. vt vim de iuſt. Scot. com. receptus in 4. diſt. 15. quæſt. 3.

46 Quæritur vtrum ſit peccatum occidere Iudeum? Reſpond. quod eſt maius peccatum occidere iudeum, quam chriſtianum gloſ. de conſ. diſt. 4. rebaptizare gloſ. 24. quæſt. 3. cap. ſi habes.

47 Quæritur an quis compelli poſſit ad faciendum pacem? Reſpond. quod ſi illa de cauſa ſedaretur tumultus, qui eſt in ciuitate tenetur, ff. de ſicar. l. pen. & de vſufr. l. equiſſimum. Si aliquis fecit pacem, & non probetur crimen, nunquid debeat puniri, ac ſi maleficium eſſet probatum? & videtur, quod ſic, quoniam per pacem videtur confiteri crimen, vt ff. de ijs, qui, not. infra l. quoniam. Sed ſi cautelam fiat pax non debet puniri dicens; ita ego non te vulneraui, & ſi apparuerit, facis mihi pacem, ita Guido de Suzaria.

48 Quæritur an pax facta in articulo mortis ſacerdoti recipiēti nomine vulnerātis teneat? Reſpond. quod ſic, arg. d. l. non aliter, nam ſicut tabellio dicitur officialis publicus, qui publicè ſeruit omnibus, ſic & ſacerdos omnibus ſeruit. ff. de iuſt. & iur. l. penul. §. ius publicum. Item quia promptiores debemus eſſe, vt res valeat, quam pereat, vt extr. de verb. ſignif. cap. abbatem. ff. de rebus dubijs l. quoties, nam factum pacis, fauorabile eſt, vt C. de cadu. tollen. l. pen. in princ. vnde debet ampliari. ff. de lib. & poſth. cum quidam Gulielmus de Cuneo ita conſulit.

49 Qui fuit olim inimicus, ſemper præſumitur inimicus, vt in cap. cum oporteat de accuſat. & in regula ſemel malus, de reg. iuris. lib. 6. niſi forte probetur reconciliationem factam eſſe, arg. l. 3. in fin. ff. de adimen. leg.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium voluntarium, quid.*

2 *Membrum abſcindere, & debilitare quomodo differant.*

3 *Membrum eſt illa pars hominis, quæ per ſe diſtinctum officium habet.*

4 *Irregularitas non contrahitur per actum mentalem, nec excommunicatio.*

5 *Irregularis non efficitur clericus quamuis ſumpſiſſe arma, niſi occidat, aut mutilet.*

6 *Irregularis non efficitur volens aliquem occidere, & inuenit eum mortuum, & nihilominus ei caput truncat.*

7 *Homicida eſt, qui quamuis nequam propria authoritate interficit.*

8 *Irregularis efficitur iudex quamuis iuſtè præcipiat aliquem interfici.*

9 *Irregularis fit iudex, ſiue prælatus tradens aliquem in arctum carcerem, vt diù viuere non poſſit.*

10 *Homicida eſt officialis, qui hominem ſuſpendit*

Secundo de Homicidio voluntario. Cap. XXVIII.

1 QVæritur qd est homicidiũ volũtarium? Respond. est, quod dolo malo animo occidendi committitur, l. 1. in princ. ff. ad l. corn. de Sicar. cap. sicut dignum de homicid. Ex hoc autem homicidio proculdubio contrahitur irregularitas, modo animum ipsum sequatur actus occisionis text. elegans in cap. fin. 15. quæst. 1. Hinc si quis ex deliberata voluntate hominem occidendi, & si ea ex causa cum telo armatus insidias alteri intenderit, non est irregularis, si nec occiderit, nec membrum amputauerit, glos. sing. com. recepta in cap. si quis de homicid. text. optimus in l. cogitationis pænam. ff. de pænit. Sylu. in verb. homicid. 3 quæst. 1.

2 Quid est membrum abscindere, & debilitare? Respond. quod aliud est abscidere, & truncare, aliud est debilitate. Abscissio enim est totalis membri truncatio: Debilitatio verò non est totalis, stat aliqnalis vsus eius. Vnde quamuis paria, quoad irregularitatem membrum abscindere, & interficere clem. 1. de homicid. non tamen sunt paria abscindere, & debilitare, nisi membrum ex totum debi-

debilitaretur,& in vtile operationi penitus redderetur per id,quod not.Cynus in auth.sed nouo.C.de seru.fugit.nam tunc induceretur irregularitas,quod procederet etiam si membrum debilitatum esset de principalibus, & de his, quæ redderent hominem deformem, & inutilé scilicet pænitus diuinis officijs exercendis, vt si quis facies alterius sic deturpet, vt propter scandalum sit inabilis ad prædicta,tunc enim esset irregularis, licet verè non sit mutilatus Sylu. in verb. homicidium 3.quæst.3.

3 Quæritur,quæ pars hominls licitè vocari possit membrum? ℞. quod illa sola pars hominis dicitur membrum, quæ officium per se distinctum habet,vt manus pes,auris,oculus,&c.arg.text. in cap.fingula dist. 89. quare digitus non est membrum, sed pars membri iuxta Bart. communiter receptum in l. 2. ff. de publi.iudic. Panor. in cap. cum illorum de sent. excom.contra Caiet.& Sot.truncatio digiti,non inducit irregularitatem, nisi digitus sit pollex, vel index, quia horum vsus est in ministrando necessarius Sylu. qui supra quæst.3. vers. 4.

4 Quæritur vtrum irregularitas contrahatur per actum mentalem? Respond. quod non,c.fin.15.quæst.1.cap.sicut sententia. 32. quæst. 2. cap. cogitationis de pænit. dist. 1. lex enim promotionis opus potius considerat, quam voluntatem 15. quæst. 1. cap. si quis non iratus: & idem dicendum est etiam, quo ad excommunicationis, & Ecclesiæ censuræ pænas, quia censura non efficicitur si quis deliberatissimam voluntatem habuerit omnique conatu curauerit agere id, cuius causa excommunicatio est in dicta glos. comm. recep. in cap. in audientia de sent. excomm.Couar.in clem.si furiosus 2. par.initij, num. 5 vers.Hinc deducerit.

5 Quæritur vtrum clericus, qui sumpsit arma, vt occidat, & per eum non stet quominus occidat an si sit irregularis? Respondetur, quod non efficitur potest admitti ad clericalem ordinem, vt Arch. not. 15. quæst. 1. capit. vltim. & 17. quæst.1.cap.qui bona.§.si ergo in magna glos. 8. colum. vers. in pænis autem spiritualibus.

6 Quæritur vtrum volens hominem interficere, & inuenit eum mortuum, & nihilominus? caput ei amputat an si sit irregularis? Respond. quod non, & ita tenet Arch. in dicto cap. fin. 15. quæst. 1. idem 17. quæst. 4. omnis, & ratio est quia non est homicidium, nam homicidium, vt supra diximus, est corporis humani,& animati peremptio.

7 Quæritur vtrum liceat occidere hominem nequam? Respondetur, quod non, & interficiens, homicidium committit, nam si occidere quis propria auctoritate possit, quilibet vltra iustum vindicasset, exemplo nobis pernitiosus vsus est nobilium, qui pro minima iniuria in mortem homines conuocant, Sot. lib.5.de iust.& iur.quæst.1.art.3.

8 Quæritur vtrum peccet iudex, qui iustè aliquem præcipit interfici? Respondetur, quod non peccat, sed fit irregularis,irregularitas enim contrahitur, sine culpa, & ex merito 30. dist. cap. 1. Notat.Io.Andr. in cap. si furiosus de homicid. volunt. Vt autem occisio sit iusta tria requiruntur vt inquit frater Asten. in quinto præcepto, iustus ordo, iusta causa, iustus animus, & si desit aliquod trium prædictorum, occisio, non est iusta. Deest autem iusta causa, cum aliquis sine merito, occiditur. Deest ordo iustus, cum occidens non est legis minister, & si est idem sed occidit iuris ordine non seruato: idest non dum plorata sententia, quamuis sciat eum à iudice debere occidi. cap. cum minister 23. quæst. 1. Deest iustus animus cum iudex occidit libidine lucri, vel vindictæ, & non amore iustitiæ, quod dic.vt lege,& not. 2. quæst. 3. cap. inter verba §.si ergo 23.quæst.4.cap.fin. & ead.causa quæst.5. miles.

9 Quæritur vtrum peccent Prælatij, siue iudices illi, qui ita homines traderent in arctum carcerem, & ita asperum, vt viuere non possent vltra sex, vel octo dies? Respondetur peccant mortaliter, & essent irregulares, quia hæc pæna est magis afflictiua, quam si homines ponerent in patibulo, vt inquit Syluer. verb. homicid. 3. quæst. 7. versic. 12. Vnde Panor.in cap.quia de iudic. inquit quod,& si duritia carnis, & ciborum tenuita-

nuitate, sit vita attenuanda, non tamen taliter, quod vita substentari nequeat. Sic etiam Syluer. in verb. degradatio quæst. 4.

10 Quæritur vtrum peccet, & homicida reputetur officialis, qui homines suspendit, eo quia non reuelant delinquentes in crimine læsæ maiestatis? Respond. quod non tantum peccat, sed est homicida, & fit irregularis, qui ideo non reuelant, quia non possunt probare, nam & si sola scientia quis teneatur, nisi reuelauerit. C. ad l. iuliam maiest. l. quisquis, tamen illud intelligitur, si delictum probari potest, quia nemo tenetur, se subijcere tormentis, quæ hoc casum infliguntur delatoribus, si delictum non probent. l. 3. C. ad l. Iuliam maiest. quia nulla est culpa indiscrimine vitæ se non ponere. Et idem dicendum de officiali, qui sine indicijs ponit aliquem ad torturam, & inde vi tormentorum ex confessione sua, illum suspendit, homicida, & irregularis est Syluer. in verb. restit. 3. quæst. 2. vers. 7.

11 Quæritur vtrum peccat Princeps exercendo vindictam, quando multitudo est in scelere? ℞. Turr. cremat. in cap. infidelis §. 1. 23. quæst. 4. iuxta S. Thom. 2. 2. quæst. 108. art. 1. ad 5. subsertis conclusionibus, & prima. Quando multitudo peccat, & sine scandalo puniri potest, punienda est, nam alias peccata remanerent impunita contra omnem iustitiam: Est autem talis ordo seruandus, si speratur multorum correctio, tunc deberet seueritas vindictæ exercere in aliquos paucos principales, quibus punitis, cæteri terreantur Sicut Dominus mandauit, num. 25. suspendi principes populi, pro peccato multitudinis: Si verò non tota multitudo peccauit, sed pro parte, tunc si possunt mali discerni à bonis, debet in eos vindicta execere, alias non S. Thom. 2. 2. quæst. 64. art. 2. ad 1. Et tandem si tota multitudo peccat, de ea vindicta sumenda est, quo ad totam multitudinem, sicut Aegyptij submersi sunt in mare rubro persequẽtes filios Israel sicut patet Exod. 14. & 52. Et sicut sodomitæ vniuersaliter perierunt.

12 Quæritur vtrum princeps possit concedere facultatem suis ciuibus, vt omnes nocentes interficiantur? Respond. quod non, quia contra naturæ ius est aduersus inauditam partem sententiam ferre præterquam si nocentes, sint publici, puta inuasores regis, siue reipublicæ. Sot. de iust. & iur. lib. 5. quæst. 1. art. 2.

13 Quæritur vtrũ Clerici in sacris possint sine peccato aliquẽ criminosũ morti tradere? Respond. quod non, nam clericis in sacris quantumcunque sint in dignitate Ecclesia constituti, qui aliquem quãuis criminosum, morti addicunt. vel mutilant glos. in cap. aliquantos dist. 51. cap. sententia, ne clerici, vel monac. cap. neminem, cap. Episcopum dist. 45. & hoc ob decentiam, & munditiam, quem esse debet, non solum in sacerdotibus, sed etiam in vasis sacris.

14 Quæritur vtrum sint irregulares clerici, qui dictarent solum, aut scriberent sententiam sanguinis? Respond. quod irregulares sunt dictantes, vel facientes, quæ consistunt, in morte, vel mutilatione vel qui darent consilium d. cap. sententiam. Immo, & omnes ministri iustitiæ, vt promotor, Iudex, fiscalis, notarius, item accusator, aut eius aduocatus, testes ostendentes reum, vt caperetur, aut qui curiæ tradiderunt, sunt irregulares, secuta morte, aut mutilatione. Sylu. in verb. homicid. 3. quæst. 2. Nauarr. cap. 27. num. 217. Rursum accelerantes mortem, v. g. qui dicunt condennato, vt extendat collum, aut manum ligno apponat, vel scalam ascendat, & acuentes ferrum, & similia omnes efficiuntur irregulares, Sylu. qui sup. Sot. lib 4. quæst. 1. art. 9. & infra cap. 30. nu. 29. & part. 3. cap. 17. nu. 27.

15 Quæritur vtrum peccent clerici, qui sunt præsentes sententiæ ex sola curiositate? Respond. quod peccant, sed non efficiuntur irregulares, nisi interfint authoritatem præstando, auxilium, vt not. per Guliel. de monte lau. in clem. Ne in agro. §. porro super verb. interesse de statu regul. At si præsentes existerent, ad commitandum morte plectendum, ne in desperatione veniat benè facerent. Abb. in d. cap. sent.

16 Quando Prælatus, seu iudex Ecclesiasticus habens iurisdictionem temporalem; an possit aliquem morti adiudicare? Respond. quod non, sed ad euitandum pecca-

peccatum, & irregularitatem, debent constituere iudicem secularem, qui causas sanguinis audiat, at illi mandare, vt fiat iustitia etiam speciali super aliquo maleficio, puta homicidio, & interrogatus, quid agendum respondere potest, vt consulatur peritis cap. Episcopus, ne clerici, vel mon. lib. 6.

17 Quæritur vtrum clericus agnoscere possit de causis criminalibus ad puniendos laicos, ex commissione Principis secularis? Respond quod profecto text. in cap. in Archiepiscopatu de rapto, probat commissionem hanc validam esse, cum eius ratione possit delegatus sententiam ferre, modo à pena sanguinis abstineant, quod quidem sane intelligitur nempe validam esse, delegationem, modo sit vnius causæ tantum, quamuis delegatus commissione vsus peccet grauissime ita Abb. in cap. clericis, ne cleric. vel. monac. cl. 2. & in cap. decernimus, vbi etiam Deci. num. 7. de iudic. Couar. in d. clem. si furiosus. 2. par. §. 5. in fin.

18 Quæritur vtrum clericus deponens quærelam de malefactoribus coram Iudice seculari incurrat irregularitatem, Respond. quod clericus deponens quærelam tunc tantum euitabit irregularitatem, quando duo concurrent primum, quod agat ad emendam, & sic ciuiliter de crimine cum protestatione expressa, quo ad pænam sanguinis non intendit, nam tunc etiam si iudex iustitia exigente mortem illis inferat, non erit irregularis, quod cautè faciat, & sic de protestatione confici faciat publicam scripturam, text. & glos. in cap. 2. de homicid. lib. 6. Secundum quod prosequatur suam, vel suorum iniuriam, secundum com. sent. Doct. in d. cap. 2. & ibi Couar. num. 11. Si vero clericus ageret criminaliter expresse, & ad pænam sanguinis, tunc non iuuaret protestatio ad euitandum irregularitatem, quia esset contraria facto, ita Franc. in d. cap. 2. nu. 2.

19 Quæritur si clericus pro executione sententiæ latæ in causa ciuili faciat capepere clericum, qui resistens familiæ, & ab illa occidatur vtrum efficiatur irregularis Respond. secundum Petr. de Anch. in d. cap. postulasti, quod non, nec in isto casu v. g. clericus videns furem cum rebus sibi furto sublatis clamauerit, & vicini accesserint, & furem occiderint, contra clamantis protestationem, & non obstat, quod ex qualiter culpa, etiam læui efficiatur quis irregularis, secundum glos. notab. in cap. significasti el. 1. de homicid & cap. hi, qui arborem dist. 50. quia respondeti potest, quod ista culpa non est ordinata ad culpam, Franc. in d. cap. 2. de homicid. lib. 6. in fin. communis tamen opinio est hoc homicidio casuali, est in contrarium, vt commun. Doct. in cap. significasti de homicid. dicunt. Couar. qui supra nu. 3. vers. 8.

20 Quæritur si clericus pro certo sciat nō posse consequi debitum suum sine pæna sanguinis an tunc iuuet protestatio, vt possit salua conscientia implorare officium iudicis? Respond. secundum Ioan. Andr. in d. cap. postulasti, qui sentit, quod sic per rationem text. in d. c. 2. de homicid. lib. 6. & facit ratio text. in l. illud. ff. de pætit. hæred. quia non debet quis pp metum periculi suum indiscussum relinquere.

21 Quæritur si clericus, qui reum accusat cum dicta protestatione, & ipsum capit. detinet, & tradit iudici ad puniendum, an illi prosit protestatio? ℞. quod illa prodest, quo ad irregularitatem euitandā, ita Franc. in d. cap. 2. Couar. ibi, nu. 10.

22 Quæritur vtrum prosit talis protestatio ad irregularitatem euitandam aduocato, qui aduersus reum in causa criminali agit, vel testibus etiam in causa criminali? Respond. quod non, Abb. in cap. de cætero de testibus. Immol. in cap. de postul. Rursus aduocatus docens clientulum respondere falsum, tenetur recensere damnum aduersario, quod ab hoc pertulit. Abb. de iudic. cap. pastoralis. Idem si docet clientulum mentire, Abb. de homicid. cap. tua nos. Item aduocatus plus intendens lucro, quam iustitiæ, est infamis, vt in l. quis quis, C. de postulan.

23 Quæritur vtrum inquisitores hæreticę prauitatis, cum post condemnationem hæreticorum, eos tradunt iudici seculari, rogantes eum ne morti, aut membri mutilatione eos afficiantur? Respond. quod non, vt patet in cap. nouimus de verb. signif. licet ipsi inquisitores certi essent iudi-

iudicem ipsis hæreticis mortem illaturum, si protestatio adest, nequ fiunt irregulares Abb. in d. c. postulasti num. 3. de homicid. per text. in cap. 2. de homicid. lib. 6.

24 Quæritur vtrum apud Deum homicida habeatur non solum, qui manu hominem interficit, sed etiam, qui incitat aliquem ad certum homicidium? Respon. quod sic, cap. sicut §. qui verò, & ibi Abb. num. 5. de homicid. & comitantes, homicidam cum animo occidendi, licet manum non apponant. Si mors est secuta, peccant mortaliter, & homicidæ sunt, & irregulares, & in hoc non distinguitur, an alias esset facturus, nec ne, quo ad irregularitatem, sed solum, quo ad restitutionem, nam si alias esset facturus homicida, essent liberi illum comitantes à nexu restituendi. Si verò mors non fuerit secuta, mortaliter tantum peccarent Abb. in cap. sicut dignum num. 1. & in §. 1. de homicid.

25 Quæritur vtrum homicidæ, & irregulares, sint plures, qui consulto aliquem aggrediuntur, etiam si is ex vno tantum vulnere moriatur? Respond. quod sic, secundum Bart. in l. si in rixa col. 1. ff. de Sicar. & est com. vt refert Couar. in cap. vnic. 1. part. §. 2. num. 1. in clem. de homicid.

26 Quæritur vtrum teneatur clericus de homicidio, qui furem asportantem res Ecclesiæ percusserit, non lætaliter tamen ex illa percussione, fur non potuit aufugere, quare occisus fuit à vicinis? ℞. quod tenetur secundum Doct. comm. transeũt in cap. significasti de homicid. quod verum est, si debuit prouidere, quod occideretur ab alijs, & non preuidit, & quia illum à fuga impediuit, alias non, ita Sylu. in verb. homicid. 3. quæst. 2. vers. 2. & ratio est, quia dedit occasionem propinquam, & ordinatam ad illud homicidiũ.

27 Quæritur an efficiatur irregularis, qui clamat latrones, seu aliquid agit, ob quod potuit intelligere, quod inde sequi poterat homicidium? Respond. quod efficitur irregularis, si sequatur effectus, nisi faceret propter periculnm propriæ vitæ Sylu. qi sup. vers. 4.

28 Quæritur percutiens aliquem vulnere non læthali, ex quo postea moritur, vel ex imperitia medici, vel ex malo corporis regimine, an incurrat irregularitatem? Respond. quod sic, & ratio est, quia si illatum non fuisset vulnus non fuisset mortuus, text. in cap. singularis in cap. tua nos; de homicid. Couar. qui supra, vers. 10. secus verò si in vulnere apposito aliquo veneno, sit mortuus. Couar. ibidẽ.

29 Quæritur vtrum irregularis efficiatur, qui venenum mortiferum propinat, vnde mors sequitur? Respond. quod sit homicida, & irregularis, absque spe dispensationis, vt habetur in Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. de reform. Nauarr. cap. 27. num. 240.

30 Quæritur vir, qui authoritate propria vxorem interficit quamuis infragranti crimine eam inueniat, an sit homicida? Respond. quod sic, cap. interfectos, cap. quicunque propriam cap. admonere 33. quæst. 2. quia nemo antequam iudicetur, ad iudicandus est morti, licet lege non puniatur ob doloris grauitatem l. grachus, cap. ad l. Iuliam de adult. l. marito. ff. eo tit.

31 Quæritur vtrum occidens diffidatum per sententiam iudicis? ℞espond. quod impune, & absque peccato possit occidi not. in l. reos. C. de accusat. quod immò occidendi talem bannitum, & præmio constitui potest, secundum comm. vt Alex. concludit post alios, quos refert in l. si plagij in princ. ff. de verb. oblig. & in princ. dicit hoc etiam procedere in foro conscientiæ, quando hoc facit zelo iustitiæ ad bonum commune, secus si mala intentione ad vindictam, quia tunc esset peccatum mortale, Dec. in c. dilecti nu. 38. de except. ita intelligitur glos. in cap. inter hæc 34. quæst. 2.

32 Quæritur vtrum filius peccaret occidens patrem bannitum? Respond. quod mortaliter peccaret, & puniri potest arg. text. de patrono ad patrem l. si adulterum, cum in cestu. §. liberto. ff. de adult. probat etiam text. in §. 1. in fin. in auth. de incest. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 14. de const.

33 Quæritur vtrum peccaret occidens bannitum captum, vel sub protectione curiæ? Respond. quod peecaret, quia posset puniri, ita Bart. in l. laqueum ff. de acquiren. domin. Bald. in l. libertas. ff. de

statu

ſtatu homi. Felyn. in capitulo cum iuramento de homicidio probat text. in l. 1.§. vltimo C. de cuſtod. reo in l. carceri ff eo text. ſing. in l. fin. cap. de malefact. & mathem. peccaret etiam mortaliter, & dignus pæna graui, qui mulierem prægnantem bannitam interficit. Item Ioan. de Anan. in capitulo intelliximus num. 7. de ijs, qui filios occidit, & ideo ne fætus innocens pereat, l. imperator. ff. de ſtatu homi l. prægnantis. ff. de quæſt. quod procedit etiam ſi fætus eſſet inanimatus Alex. ad Bart. in d. l. prægnatis. vlt. pena dignus eſſet interficiens bannitum habentem ſaluumconductum, qui etiã non ſolum punitur, vt homicida, ſed vt ſeueritatis violator Dec. conſ. 317. num. 4. Socci Iun. conſ. 58. nu. 12. lib. 1.

34 Contra hoc præceptum etiam, & per conſequens mortaliter peccat medicus imperitus, qui ex notabili ignorantia nocet infirmo, etiam ſi ſanitas ſequatur, qa ſe expoſuit periculo peccati mortalis, ideſt operi, ex quo ſequi poterat notabile damnum proximo. Sylu. verb. medicus, quæſt. 1. Imo in verb. homicid. 1. num. 5. ver. 2. inquit, quod exercendo medicus medicinas periculoſas in religioſis, & ſanctis grauius peccat, quam ſi experiretur in cæteris perſonis.

35 Carceres in quibus clerici ponuntur puniendi, etiam incorrigibiles, non debēt eſſe nimis arcti, vt infra paucos dies veriſimiliter moriantur, quia tunc ſubſecuta morte, officiales irregulares ſunt, caueant etiam, q ponunt in carcere, & ſubtrahunt neceſſaria, Ab. de iud. c. cũ nõ ab homine.

36 Condemnatus à iudice ad mortem, peccat frangendo carceres, ſecus vbi eſſet carcer violentus, & iniurioſus Abb. de teſt. cogen. cap. cauſam exiſtens in manibus iudicis peccat frangendo carceres etiam, vt euitet pænam legitime inferendam, Abb. de ſepult. cap. ex parte carcerẽ frangens de iure ciuili punitur pæna capitali, etiam ſi innocens fit. Mitius, vero punitur ſi per incuriam cuſtodis fugit. De iure canonico poteſt procedi ad depoſitionem, & data incorrigibilitate: ad traditionem curiæ ſecularis deuenire poteſt Abb. de Apoſta. cap. à nobis.

37 Dixi, quod carceratio clericorum debet eſſe leuis, eſt bene verũ, & magis tẽperate, & cũ maiori deliberatione debet procedi ad carcerationẽ clericorũ, vt inquit Io. Bern. Dia§. in verb. incarcerati. ſin autem clerici offerant fideiuſſores de ſtãdo iuri, & ſe præſẽtãdo, & ſi veniret imponenda pæna pecuniaria, vel alia corporis afflictiua debẽt relaxari, sm̃ Felyn. in cap. legebatur extr. de maior, & obedient in principio, num. 1. & ibi habetur per do. Abb. & per Archid. in 29. diſt. capit. in memo. 2. col. quando non potui in Archi. repererire. Sed ſi veniret imponenda pæna corporalis, ſeu ſimilis pænæ corporali de iure non haberet locum liberatio ſub fideiuſſore ſecundum text. in cap. cum homo 23. quæſt. 5. & gloſ. in cap. arguta 2. quæſt. 6. & Felyn. in d. cap legebatur in princ. & ita etiam videtur tenere. Idem Felyn. in cap. ex part. num. 13. de reſcrip. Vnum tamen ſcias benigne lector, quod delinquẽs in quouis delicto poteſt capi, & ligari, ne interim offendatur à quocunq. ſecundum Innoc. in cap. ſi verò extr. de ſent. excommunicationis, & Bald. in margarita in verb. captus.

38 Quid ſi clerici curati effregerint carceres, & aufugerunt qua pæna puniri debeant? R. d. Abb. in cap. a nobis de apoſta. in fin. dicit, quod poteſt procedi, ad depoſitionem, & data incorrigibilitate, ad traditionem curiæ ſeculari ſed aduertendum, ſi clericus carceratus pro debito cũ cautione de non diſcendendo, alias fideiuſſor nihilominus tenetur ad debitum, ita notabiliter Saly. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. quod not. C. cum autem tractatur de delicto pro culpa, vel pæna mortis, aut ſimilis imponi deberet, Couar, debet eſſe acerimus. Inquit. n. Plato in dialogo, 10, de legibus, qui etiam tres carceres ordinari debere ſtatuit vnũ ſcilicet plurimis communẽ in foro rerum venialium, vbi multi ne fugiant cuſtodiantur. Alterum vbi cætus eorum fit, qui noctẽ congregantur, correctiones nomine appellatum in media regione, vbi quam maxime deſertus ſilueſtriſq. locus eſt ſupplicij nomine notatum. Illud tamen non ommitto, quod iniuſte captus, ſi refugit peccat, vt not. per gloſ. 1. diſt. in cap. ius gentium, in verſ. ſeruitute, & in clem. paſtoralis in verſ. per violentiam de re iudic. Nam obligatio ad pænam

delicti, est de iure naturali, vt not. Bart. in l. ex hoc iure, & l. fin. ff. de iust. & in gl. in l. seruus. ff. de his qui not. in fa. facit tex in l. fin. vbi Angelus C. de colla. fundi patrimo, lib. 11. l. eius, qui delatorem de iur. fisc. Ergo pariter in foro conscientiæ videtur obligari, quia conscientia secundum ius naturale iudicatur. Nam cóscientiam non ligat', quos natura non obligat, vt dicit Bald. in l. 1. in fin. C. de vestim. & commo. not. Abb. in cap. 1. in fin. de restitut. in integr. glos. in cap. fraternitatis. 12. quæst. 2. potest saluari, quando pæna esset excessiua.

39 Quæritur, qui est sub fideiussoribus liberandus, dando religiosum bonum virum in cautionem, an recipi debeat? Respond. quod non, quia non est sufficiens ad soluendum, cum nihil habeat, nec debeat habere, auth. ingressi. C. de sacr. sant. Eccles. cap. cum ad monasterium de statu monachorum, nec est bona cautio diues vsurarius l. improbum. C. de his, qui not. in fin. cap. quamquam de vsuris in 6. & Petr. de Rebuff. in consti. intra de sent. excomm art. 1. glos. 16. tom. 1. num. 20. Nec clericus non habens immobilia, Nec Aduocatus, Procurator, Notarius, cauillosus secundum Bart. in l. fideiussor ff. qui satisd. cog. Dicit, Petr. Rebuff. vbi supra num. 23. Item nec nobilis potens, & gloriosus, qui virtute in suo ense ferret, non est recipiendus secundum Barb. in clem. 1. col. 2. de re iud. & Bart. in lege fideiussor. ff. qui satisd. cog. Item minime sunt recipiendi minor, furiosus, vel prodigus, quia isti obligari non possunt l. 1. ff. de verb. oblig. §. furiosus. ff. de inutili stipul. l. in negotijs. ff. de reg. iur. vt voluit Petr. Rebuff. vbi supra.

SVMMARIVM.

1 *Actus interiores, & exteriores in præcepto homicidij prohibentur.*
2 *Actus prohibiti in homicidio, qui.*
3 *Homicida & irregularis est, qui homicidæ consilium de occidendo dedit.*
4 *Homicida, & irregularis est consulens amico, vt inimicum occidat, & ita consulens mulieri modum abortiendi.*
5 *Irregularitatem, & excommunicationem incurrunt, qui à percussione clericum defendere posuit, & non defendit.*
6 *Irregularis fit, qui causam dat rixæ, vnde sequitur homicidium, & sequitur protestatio ibidem, ne incidat in irregularitatem.*
7 *Irregularis non est, qui licet dederit causam rixæ, & venerunt inimici eius, eumque occiderunt.*
8 *Irregularis an efficitur opem præstans homicidæ post homicidium.*
9 *Homicidæ opem præstans post delictum, non efficitur irregularis, ante efficitur.*
10 *Tribus temporibus delinquenti auxilium præstari solet.*
11 *Homicidæ assistens armatus in homicidio, dicitur opem ferre.*
12 *Abortio quid cum alijs multis.*
13 *Mulierem grauidam multum afficiens, vt abortiatur, grauiter peccat.*
14 *Fætui masculo anima infunditur in 40. & fæmina in 80. dies.*
15 *Dominæ nimis percutientes famulas prægnantes, vt abortiantur sunt excommunicatæ, & in eandem incidunt ipse prægnantes, quæ se male tractant.*
16 *Abortus ex poculo amatorio secutus irregularitas incurritur.*
17 *Abortum procurans mortaliter peccat.*
18 *Filia minor abortum faciens ex impiæ matris iussu, quid.*
19 *Mulier dans potionem viro, vt non generet peccat.*
20 *Abortus contingens ex ludo licito, non imputatur illi, qui cum prægnante ludit, nisi esset sacerdos.*
21 *Duellum est bellum duorum.*
22 *Duellum quomodo liceat.*
23 *Conflictus est licitus.*
24 *Pæna pugnantium in duello.*
25 *Bellum ad iniustum pergens, vel in eo militans peccat.*

Tertium homicidium mandantes, & consulentes Abortus. Cap. XXIX.

1 QVinque prohibentur in hoc precepto; primo actus ipsi exteriores occidendi, mutilandi, & verberandi, &c. Prohibentur actus, qui expo-

exponunt immediate ad similes actus, vt est quærere occasionem, locum, tempus, præparare arma, &c.

Prohibentur actus interiores deliberati animi, quibus homo consentit nocere proximo; dicimus deliberati, & voluntarij, quia aliquando, sunt actus tam repentini, qui venialia tantum peccata faciunt.

Prohibentur actus, quibus homo participat in huiusmodi actibus nociuis.

2 Isti actus includuntur istis carminibus quæ aducit S. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 7. scilicet.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus.

Participans, mutus, non obstant, non manifestans.

Iussio. i. quando aliquis iubet. Consilium. i. quando aliquis consulendo adiuuat, Consensus, qui consentit: Palpo. i. qui approbat, & illi adulare. Recursus. i. quando aliquis retinet domi occisorem: vel ante offert domum pro refugio. Participans. i. qui aliquo modo adiuuat in facto ipso; aut occidendo, siue prodiens occidendum: Mutus (casus) est Adriani quæst. penult. de restit. Mutus, id est, qui non admonet, cum potest, & debet admonere occisorem, ne id faciat. Non obstans, id est, qui potest defendere innocentem ab iniusto inuasore, & non defendit, mortaliter peccat, sed etiam tenetur, ad restitutionem. Non manifestans, id est, qui potest coram iudice liberare innocentem, ab iniusta sententia, & non liberat mortaliter peccat, Nauarr. cap. 18. num. 14. verbi gratia aliquis detinetur in carcere iniustè pro homicidio, quod ipse non commisit? Si ego possum meo testimonio defendere istum innocentem, teneor id facere, etiam cum manifestatione nocentis, & hoc sine periculo meo.

Vltimo prohibentur actus, quibus, conuitio, aut contumelia proximum afficimur, v.g. si quis dicat proximo fatuè, & latro, &c

3 Quæritur, an qui consilium de homicidio dederit ei, qui tale crimen, non erat facturus; si homicida dici possit? Respondetur, quod homicidij, & irregularitatis pæna tenetur capitulo si quis viduam dist. 50. Decius in l. consilij, num. 4. & ibi Cagno, num. 6. de reg. iur. idem Decius in cap. 1. num. 9. de offic. deleg. Quod quidem extenditur non modo, quo ad pænam, verum etiam, quo ad interesse partis læsæ. Nam si alicuius consilio homo occisus fuit, vel res furto subtracta ad damnum datum tenetur is consultor, æque ac is, qui interficit, vel surripit, vel damnum dedit, ad restitutionem rei, aut ad refectionem damni, Didacus par. 2. §. 13. num. 1. de reg. iur. lib. 6. Secus vero esset, si crimen erat commissurus text. elegans, in l. non solum. §. si mandato vers. Attilicinus. ff. de iniur. glos. in cap sicut dignum. §. qui vero de homicidio & est communis omnium sententia in cap. ad audientiam de homicidio, nam tunc non pæna ordinaria, sed mitiori arbitrio iudicis puniendus est, & text. in d. §. qui verò.

4 Quæritur vtrum irregularis sit consulens amico, vt occidat aliquem inimicum, licet ille incontinenti non fecerit, sed loco tempore interposito, fecit; Respondetur, quod mortaliter peccauit, & irregularis est, nec eum iuuat dicere, qnod volebat consilium reuocare, vel etiam, quod reuocauerit, quia non sufficit solum hoc, sed debebat contrarium efficaciter persuadere, ita Salyc. in l. 1. col. 6. vers. quæro quarto. C. de raptu. Virg. & si putabat amicum suum, non obtemperaturum in reuocatione debebat hoc intimare illi, contra quem consuluit, vt sibi caueret. Innocent. in capitulo ad audientiam, vbi Abbas, num. 7. de homicidio Felyn. in capitulo sicut dignum num. 14. de homicidio, Sylu. in verb. homicidium. 1. quæst. 8. vers. 6. Hinc Nauar. cap. 27. num. 233. respondit irregularem fuisse clericum, qui consuluit coniugi cuiusdam absentis, quæ ex adulterio facta grauida, certum modum abortiendi, quamuis postea pænitentia ductus reuocauerit, eo quod illa verita maritum regredientem, executa consilium, abortiuit. Verum si efficaciter consilium reuocauit, & illa cum effectu promisisset non exequi, & postea iterum executa fuisset, vtique non esset irregularis. Nec etiam ille, qui in genere respondisset coram multis quali-

per fæminæ abortiri possent, quia multa in genere liceant, quæ in specie non licerent, vt not. de offic. ordinand. capitulo si sacerdos, & in l. si vnus. §. illud ff. de pact.

5 Quæritur. Si aliquis potuit à percussione, & iniuria defendere clericum, & non defendit, an incurrat excommunicationem? Respondetur. quod incurrit irregularitatem, & excommunicationem, & præsertim habens publicam potestatem, aut priuaram iuræ familiæ in percussorem, & non defendit. Nam sicut in illo locum habetur excommunicatio. capitulo quantæ de sent. excom. ita etiam habet locum irregularitas cap. sicut dignum. §. illi etiam de homicidio.

6 Quæritur vtrum irregularis efficiatur is, qui causam dedit rixæ, & eius amici, vel famuli, aut consanguinei occiderunt contendentem cum eo? Respondetur absque dubio irregularis est, quamuis homicidium secutum fuerit contra eius voluntatem, & prohibitionem. Doct. comm. & Abb. in cap. petrus vlt. not. de homicidio. Secus autem dicendum de eo, qui occasioni causam non dedit, & expresse illam prohibuit, atque ignorauit text. in d. cap. Petrus. Vbi Doct.

Hinc nota cautelã, quod vbi causa alicuius iniuriæ illatæ clerico, timet vindictam, cautum est protestari, & nota praxim protestationis. Protestor ne quid fiat tali, ex quo possim incurrere ordinis detrimentum, vel animæ periculum. Et iuuat talis protestatio. Ita D. Anton. de Butr. in d. cap. Petrus.

7 Quæritur vtrum irregularis censeatur is, qui causam dedit rixæ, & eo pugnante inimici accesserunt, & occiderunt eum, non vt negotium illius gerant, sed ratione propriæ inimicitiæ? Respondetur, quod non ita Abb. in dicto capitulo Petrus in vltim. not. quod secus dicendum esset, si amici rixantis videntes suum amicum percuti, vel vulnerari, aut alias male tractari ab aliquo, illum occiderent præter eius consensum, quia tunc irregularis esset, quia culpa sua procedit casum, vt patet, in eo, quod legitur de homicidio capitulo significasti, & capitulo presbyterum ad idem. ff. si quadru. pauper fecis, dica l. 1. cum arietes. C. de adulter. Quantum caueat ergo clericus, ne sit rixosus, vel litigosus 46. dist. per totum.

8 Quæritur vtrum opem præstans homicidæ post delictum efficiatur irregularis? Respondetur, quod non, nisi sit cooperatus in ipso delicto, nam tunc homicida, & irregularis esset, & quidem in hoc casu dicendus est potius criminis author, quam auxiliator, præsertim in quem ita dedit, quod sine ea, delictum, non esset effectum, capitulo Felicis. de pænit. lib. 6. capitulo sicut dignum. §. illi autem de homicidio text. optim. in leg. item male. §. si alius. ff. ad leg. Aquiliam.

9 Quæritur vtrum opem præstans homicidæ si pari pæna puniendus sit cum homicida? Respondetur, quod si opem præstans eadem pæna puniendus est cũ delinquente, vt ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. 3. §. item, qui actor, ad l. Pompon. de patric. l. vtrum ad l. Iuliam pec. l. sacrilegij. §. is autem Abb. & commun. Doct. in cap. 1. de offic. de leg. illud procedit quando, auxilium fuit præstitum ante delictum, vel in ipso actu, secus si post actum, quia tunc eadem pæna non punitur ita Bart. in l. furti. §. ope. ff. de furtis, nisi præcesserit monitio de præstando auxilium post actum, vt nota. Bart. in l. 15. qui opem. ff. de furtis, quod præsumitur, quod incontinenti, hoc sequitur Dec. in cap. 1. à num. 62. vsque 69. de offic. de leg. vbi limitat illum, qui post actum præstat fauorem, non puniri eadem pæna, nisi in crimine hæresis, ceterisque atrocioribus delictis.

10 Tribus temporibus delinquenti auxilium præstari solet. Primo ante delictum perpetratum. Secundo in ipso actu perpetrandi delictum. Tertio post delictum commissum. In primo casu, magis opinio recepta est opem ferentem eadem pæna esse puniendum, qua, & is, qui delictum commisit, ita Cyn. Bald. & Angelus in l. 1. C. de Nili ager. non rumpen. ex text. in l. nihil ff. ad l. Cornel. de Sicar. leg. prætor ait. La Secunda. §. si cum seruum. ff. vi bonorum raptorum leg. si sciente. ff. ad leg. Pompon. de parric. cum simil. In secundo casu opinio magis communis est, hunc

ead.pæna ordinaria, qua & ipſe principalis, ita ferè omnes, qui ſupra, & Boer. quæſt. 167. n.3.Fely. in cap.ſicut dignum de homicid. quorum ſententia probatur in l.vtrum ff.de parru.in l. 1. ff. de crimi- pecul.in l. vnica. C. de raptu virg. clem. 1.de pænis. Quod quidem ſane intelligitur, quando principalis non commiſiſſet delictum abſque auxiliatore, alias, ſi auxiliator in ipſo delicto, nihil egiſſet, & delinquens per ſe commiſiſſet, ſecus eſſet, ita Iaſon. conſ. 137. num. 1. In tertio vero caſu cum auxilium fuit præſtitum poſt delictum commiſſum, aut quia delinquentem tenetur, & cuſtodit, tunc auxiliatori inducitur pæna extraordinaria arbitrio iudicis, ita tradunt omnes in l. 1. C. de his, qui latronem occult.in ſpecie Curt.ſent. conſ. 41. & text. in l. congruit ff. de off. præſ. in l. 1. & 2. ff. de recept. Quod tamen falleret, quando præceſſiſſet aliquis tractatus poſtmodum de auxilio præſtando. Vt puta, ſi actum fuiſſet inter eos, vt hic delinquens delictam perpetraret, quia perpetrato illi auxilium præſtarunt quia tunc eadem pæna, qua ipſe eſſent puniendi, ita docuit in l.furti.§. ope, nu. 6.ff.de furt.

11 Quæritur an aſſiſtens armatus dicatur opem ferre? Reſpondetur ſecundum Baldum in l. non ideo minus num. 30. C. de accuſa, & Marſil. in praxi crim. §. conſtanter, num. 16. quod tunc per aſſiſtentiam auxilium fertur, quando, is aſſiſtens eſt armatus, & aggreſſus timidior efficitur ita decidit Gramm. deciſ. 25. num. 3. Quod intellige, quando ſcienter, & doloſæ id facit, ſecus, ſi ex caſu, quod præſumitur niſi aliter probetur, ita Pariſ.conſ. 164.nu.2.lib.4.

De Abortibus.

12 Quæritur, quid eſt abortio? Reſpondetur, quod eſt immaturi fætus iectio: Abortum ſterilitatis procurans homicida eſt, & mortaliter peccat. 22. quæſt. aliquando, & capitulo ſequentibus, & ſi fætus erat animatus, debet capite puniri, quia verus homicida eſt. Si vero non erat animatus, ſi author criminis eſt nobilis, parte bonorum amiſſa relegatur. Si ignobilis damnatur in metallum. ff. de pænis l. ſi aliquid. §. qui abortionis, quia quantum in ſe eſt, ad hoc tendit, vt tollat vitam hominis iam inchoatam: Non tamen incurritur irregularitas homicidij, quia non eſt adhuc actualiter homo. Si vero erat animatus anima rationali irregularitas incurritur. Secundum S. Thom. in 4. diſtinct. 31. in liter. & 2.2. quæſt. 64. artic. 8. ad 2. & confirmatur hæc etiam 32. quæſt. 2. capitulo aliquando. Et ſi eſt clericus, cadit in illa conſtitutione, quæ dicitur priuamus omni priuilegio clericali, dignitatibus, beneficijs, &c. & ſi eſſet clericus tantum, non poteſt promoueri ad alios ordines, nec poteſt habere beneficium, quamuis ſimplex, & tenue, quia comparatur homicidio voluntario, quia ab omni beneficio excluſus eſt, vt in Concilio Tridentino ſeſſ. 14. capit. 7. de reformatione, quantum vero ad peccatum hoc, eſt mortale etiam ſi erat animatus ſola anima ſenſibili, aut vegetatiua, immo etiam ſi ante conceptionem fiant, & omne aliud genus, quod fit ad impedimentum generationis, quia eſt contra bonum prolis generandæ.

13 Quæritur vtrum peccet, qui mulierem grauidam ita grauiter afficit, ſiue ſit maritus, ſiue alius, vt in periculum abſorſus conijciat, etiam ſi poſtea non abortiatur? Reſpondetur, quod mortaliter peccat, verum ſi in tale periculum non impulit, etiam ſi poſtea abortiatur, non ideo peccat mortaliter, argum. cap. ſicut ex litterarum de homicidio adiunctis, quæ ibi ait Panormit. num. 6. & Anton. 2. part. tit. 7. cap. 8. §. 1. quamuis non fiat irregularis, ſi fætus caret anima rationali, capitulo aliquando cum ſequent. 32. quæſt. 2. neque dubium eſt gloſ.in capitulo ſi aliquis de homicidio.

14 Quæritur in quot dies fetui infunditur anima? Reſpondetur, ſi ſit maſculus ad diem quadrageſimum infunditur anima ſi vero fæmina ad diem octuageſimum iuxt. gloſ. receptam in ſumma 5.quæſt.per illum textum.

15 Quæritur vtrum peccent dominæ,

quæ suas famulas prægnantes nimis percutiunt, vel earundem opera vtuntur in seruitijs domesticis in lotione pannorum, & in afferendis lignis &c. Respondetur peccant grauiter, & præsertim data opera, & ex proposito illas affligentes multis laboribus, & oneribus hac ex causa, vt sequatur abortus, sunt illo secuto excommunicatæ, secus verò si nō ex proposito, sed ex quadam imprudentia id fecerint. Excommunicationem etiam incidunt mulieres grauidæ, quæ videntes se nimis à dominabus affligi, pugnis ventrem suum percusserint, vel se vltra modum onerauerunt animo faciendi abortum, presertim si seruæ christianæ fuerint, vt dominas suas fætibus priuent, ita intelligitur in prædicta constitutione in verb. oneribus procurauerint.

16 Quæritur, quid de eo, qui dat poculum amatorium ex quo sequitur abortus quamuis non intenderet id, Respondetur, quod est irregularis eo, quod det operam rei illicitæ, vt notat Panor. in cap. si aliquis, eo facit, l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis, & ad l. corneliam de Sicar. secus esset, si daret, vt non possit generare, vel nasci soboles concepta, dummodo non animata anima rationali, vt dictum est supra.

17 Quæritur vtrum mulier grauida procurans abortum sumendo venenum, vel pharmaca in eum finem confectam? Respondetur, quod non tantum mulier, sed consulentes, aut ministrantes, & consentientes, etiam si effectus non sequatur mortaliter, tamen peccant; Nam vt quis lethaliter delinquat, satis est malum animum habere, vel culpam, quam latam appellant, admittere, cap. de præsumpt. cap. si quis per negligentiam de cons. dist. 2. Mulier etiam sentiens se grauidam priusquam fætus animetur fecit sibi secari venam in pede consilio medici vel barbitonsoris ad finem faciendi abortum, illo secuto incidit in eadem constitutione vna cum consulentibus.

18 Quæritur quod si mulier dederit potionem viro, ne possit generare quid? Respondetur, dic quod incidit in dicta constitutione, & grauiter peccat, text. est in capitulo si aliquis de homicid. arg. eorum, quæ dicuntur per Caiet. 2. 2. quæst. 154. art. 1.

19 Quæritur vtrum filia minor prægnans suasionibus impiæ matris abortum fecit, vt turpitudinem suam occultaret, an comprehendatur in constitutione? Respondetur, quod non, immò videtur etiam excusari in foro fori, cum matris iussus, ac mandatum, & ætas illi excusationem præbeat, vt inquit, Dec. cons. 535.

20 Quæritur vtrum abortio ex ludo contingens imputetur illi, qui cum prægnante ludit? Respondetur, quod non quando, ideo ludus leuis sit, & licitus ratione personæ, vt quia maritus erat, aut frater, vel alia persona coniuncta: secus verò si ludus non fuisset licitus, vt si quis sacerdos parum honestè luderet cum muliere prægnante, qui si inde sequatur abortus excommunicatus, & irregularis est, ita text. & ibi Doct. in cap. sicut el. 2. de homicidio.

Veruntamen si quis non sacerdos probabiliter ignoraret esse grauidam, & propterea lusit cum illa, & postea secutus fuit abortus, non esset irregularis, Couar. in clem. si furiosus. §. 4. num. 10. vers. Quinto.

De Duello.

21 Quid est duellum? Respondetur quod est bellum duorum, idest pugna spontanea, quod est prohibitum iure ciuili, Canonico, & Diuino. Iure ciuili C. de gladiat. l. vnica, lib. 11. vbi prohibentur gladiatores, Lege canonica. 2. quæst. 4. canon. manomachia. i. singularis pugna, est Nicolai II. quæst. 5. Iure diuino Matth 4. non tentabis Dominum Deum tuum. Vnde peccant omnes, qui pugnant in duello. comitantes, & eorum patrini, & illud concedentes in terris suis inter Christianos, cum priuatione dominij, quoad concedentes, & præscriptione bonorum, & perpetuæ infamiæ, & huiusmodi alijs pœnis, vt in Concil. Trident. sess. 25. cap. 19. de reformatione Gregorius XIII. addidit Anno 1582. & extendit easdem pœnas etiam contra illud commitentes in loco, & tempore conuen-

conuento, quomodocunque etiam si nulli patrini, vel socij ad id vocati fuerint, nec loci seueritas habita, nec nullæ prouocatoriæ litteræ, vel denuntiationes cautelæ precesserint, & ad locorum dominos id permittentes, vel quantum in se fuerint non prohibentes. Admandantes, instignantes, consilium, auxilium, aut fauorem, dantes æquos, arma, pecuniam, commeatum, vel alia subsidia subministrantes, ac etiam ad ea expectatores ex proposito, & socios se præbentes, etiam si pugnaturi impediti non commiserint pugnam si per ipsos non steterit, quo minus pugnarentur Nauar. cap. 37. num. 150.

22 In vno casu licet duellum secundum Caietan. verb. duellum, quando scilicet est bellum iustum partes iustæ, possent petere duellum, vt citra sanguinem multorum res componatur, & ita saluatur Duellum Dauit, & Goliæ Gigantis.

23 Nec est similis ratio de conflictibus, particularibus bellorum tempore belli, hi enim fiunt ad eneruandas vires inimicorum, & sunt partes bellorum, & sicut bellum totum est licitum ita, & conflictus.

24 Quæritur, quæ pæna est pugnantium in duello? Respondetur, quod est ea, quæ habetur in l. can. sed non omnibus, sed clericis cap. 1. de clericis pugnantibus in duello: est clericus deponendus, si mutilauit, aut occidit, est irregularis: Si vero clericus constituit alium loco sui, qui pugnet, si ille constitutus occidat, aut mutilet clericus est irregularis, & non potest Episcopus cum illo dispensare, nisi de beneficio simplici secundum Tolet.

25 Quæritur vtrum peccet proficiscens ad bellum iniustum? Respondetur sciens bellum iniustum proficiscens peccat 23. quæst. 1. in principio. Imo etiam si eo pergit stipendij solius intuitu, nihil attendens, an iustum sit, vel iniustum, siue sit subditus, siue non Caiet. in summ. verb. duellum par. 2. Quia etiam si scit bellum esse iustum credit tamen, cum intentione deprauata principaliter inimicos occidendi, aut prædia, & rem omnem deuastandi quamuis in hoc casu non obligetur restitutioni secundum Caiet. 2. 2. quæst. 40. art. 1. Neque etiam in secundo casu si bellum est vere iustum propter eandem rationem. Verum est tamen subditum posse iustè ad bellum proficisci, si imperio domini sui admonitus pergat etiam, si non secum præmeditetur an sit iustum, dum tamen credat esse tale, capitulo quid culpatur. 23. quæst. 1. Neque vlla est differentia inter subditum, & externum, qui ante belli exordium eidem principi inseruiebat secundum Caiet. in summ. verb. bellum part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Occidens aliquem in venatione quomodo excusetur.*
2 *Occidens aliquem ex tecto mittens lapidem siue tegulam.*
3 *Clericus ludens baculis hominem interficit quid?*
4 *Clericus in venatione hominem occidens bombarda peccat mortaliter.*
5 *Ebrius interficiens nõ excusatur à peccato.*
6 *Domini temporales peccant mortaliter non expellentes fures.*
7 *Iudex non visitans ciuitatẽ noctu peccat.*
8 *Aduocati si aliquis ex eorum negligentia suspenditur peccant grauiter.*
9 *Medici peccant, si ob eorum negligentiam infirmi non cito sanantur.*
10 *Pueri deferentes arma, & interficiũt quid*
11 *Omittens actum, quem ex charitate tenebatur quis facere peccat.*

De quarto homicidio casuali. Cap. XXX.

1 QVæritur iterum de homicidio vtrũ nobilis in venatione emittit bombardam, vt interficeret bestiam, hominẽ viatorem interficit, an peccauit? ℞. si vir ille nobilis fecerit diligentiam vias considerando, & nullus erat tunc, non peccauit, quia dabat operam rei licitæ, & fecit diligentiam, quando vero non adhibuit sufficientem diligentiam, vt legitur Genes. 4. de lamech. credens interficere bestiam, hominem interfecit, & reputatum est illi ad homicidiũ, & fuit occisus Caim

2 Quæritur aliquis est in tecto reparans omum, & emittit lapidem, siue tegulam & occidit hominem, an peccet? ℞. cum Sylu.5.homicid.2.§.2.& tab.5. Irregularitas.3.§.1. quod si posuerat signum, & occidat, non peccat mortaliter, si via non est adeo communis, quando via est communis emmittens lapidem, siue tegulam, aut aliquid notabile, ex quo mors sequi possit, debet præter signum, maiorem diligentiam adhibere, vt clamare antequam emittat aliquid, alias non excusaretur à mortali, vel incidens arborem, & cecidit in partem contra communem estimationem, vel pulsabat campanam, & cecidit, quia non possimus præuidere omnes casus fortuitos, non peccat, & nullam inducit irregularitatẽ cap.lator, cap. dilectus, cap. 2. ex literis cap. 1. significasti cap. Ioannes cap. fin. extr. de homicid.

3 Quæritur clericus ludens baculis hominem interficit, an peccet? Respond. quod peccat, quia dat operam rei illicitæ, quamuis faciat omni diligentia, & est regula omnis qui dat operam rei illicitæ, dico non excusatur à peccato graui, si occidat, & est irregularis cap. suscepimus, cap. de cætero, cap. tua, cap. sicut ex litterarum extr. eo tit.

4 Quæritur clericus venator emittit bõbardam, facta omni diligentia, vtrum peccet? Respond. quod mortaliter peccat, quia dabat operam rei illicitæ, imò clericis prohibita est venatio, si hominem interficit est irregularis.

5 Quæritur vtrum ebrij excusentur à peccato, si occidant, vel mutilent? Respond. quod non excusantur à peccato, quia ebrietas est prohibita, & illicita, limitatur tamen à soto lib.5.de iust.quæst. 1.art. 9. quando actus illicitus de se erat periculosus, & inductiuus mortis v. g. qñ aliquis furabatur ficus, cecidit super puerum, & occidit, dicit non esse mortale.

6 Quæritur vtrum Domini temporales, qui sciunt in territorijs suis esse latrones, & non expellunt illos, si possunt, an peccent? ℞. quod non solum peccant grauiter, sed tenẽtur ad restitutioné præsertim si latrones illi furentur, & occidẽt viatores. Vide infra c.70.n.7. de restitutione.

7 Quæritur vtrum peccet Iudex, si non visitat ciuitatem noctu? Respondetur, quod si ex illa negligentia aliquis occidatur mortaliter peccat, sed si semel tantum omisit, peccat venialiter, si aliquis occidatur.

8 Quæritur vtrum aduocati peccent, si eorum negligentia aliquis suspendatur? Respond. quod peccant mortaliter, & ita etiam si aliqua causa perditur ex eorum negligentia.

9 Quæritur vtrum medici, qui sua culpa, vel ignorantia aliquem non sanant, an peccent? ℞. quod etiam, ipsi nisi adhibeant omnem diligentiam in sanando peccant mortaliter.

19 Quæritur vtrum si pueri deferant arma, & occidant aliquem, quid? ℞. quod patres eorum mortaliter peccant, concedentes eis illa ferre.

11 Regula etiam est omittens actum, quem tenebatur ex charitate facere, mortaliter peccat, v. g. si aliquis videat aliquem famæ morientem, & non adiuuat eum, si possit, occidere videtur Ambros. Pasce fame motientem, si non pauisti occidisti.

SVMMARIVM.

1 *Circunstantiæ homicidij sunt quatuor.*
2 *Papa potest absoluere occidentem clericum*
3 *Per violentem manus impositionem.*
4 *Manus imponentes contra religiosos.*
5 *Episcopus potest, absoluere in aliquibs casibus.*
6 *Imponere manus in clerico sine peccato, quomodo.*
7 *Episcopos Archiepiscopos, Patriarchas capere excõmunicatio est in cena Domini.*
8 *Cardinales capere, & similia excommunicatio est Papalis.*
9 *Venientes Romam gratia peregrinationis percutere excommunicatio est in cæna Domini.*
10 *Perigrinantes Romam occidere, excommunicatio est in cæna Domini.*
11 *Occidens hominem pauperem, tenetur ad restitutionem.*
12 *Excommunicatio non inducitur, nisi actus sit perfectus.*
13 *Consilium dans, vt occidatur Episcopus, in excommunicationem non incurrit, nisi sequatur effectus.*

14 Con-

14 *Confeſſor debet inquirere circũſtantias homicidij de tempore, & de ſocijs.*

De Circunſtantijs homicidij. Cap. XXXI.

1 Circunſtantiæ homicidij quatuor ſunt: prima eſt perſonæ occiſæ; & notanda ſunt duo genera perſonarũ, quæ oportet in confeſſione manifeſtare. Primum genus perſonarum eſt, quæ ſunt ſanguine coniunctæ; puta ſi quis occidat patrem, aut matrem, aut ſororem, hoc homicidiũ mutat ſpeciem, & præterea hæc circunſtantia eſt manifeſtanda, & explicanda.

2 Secundum genus perſonarum eſt, ſcilicet, quando perſona occiſa ſit clericus, vel monachus, quod tunc occiſor non poteſt abſolui niſi à Papa, can. diſtin. 17. quæſt. 4. can. ſi quis ſuadente Diabolo clericum &c. & per clericum debemus intelligere etiam primæ tonſuræ; per monachum omnes etiam non ſolum profeſſos, ſed conuerſos, & nouitios.

Item per percuſſorem, non ſolum intelligimus laicum, ſed etiam clericum, quia in eodem eſt ſtatu.

3 Tertio per violentem manus impoſitionem, non ſolum intelligitur occiſio, ſed etiam percuſſio ex pugno, alapa, veſtium, etiam lacerationem &c.

4 Quartò, iſta excommunicatio eſt Papalis, & quamuis in iſto canone non cõprehendantur niſi imponentes manus; tamen cap. 4. cap. mulieres, intelliguntur etiam mandantes, conſulentes, & adiuuantes manus imponentes contra clericos, & religioſos.

5 Sunt hic aliqui caſus in quibus poteſt Epiſcopus abſoluere. Primus eſt quando facta eſt iſta impoſitio à puero infra quatuordecim annos. Secundus, quando eſt ſenex, aut infirmus, qui non poſſit adire Romam. Tertius, quando iſta eſt læuis inter clericos, in cap. non relatum, de ſentent. excommun. excipitur vnus caſus, puta ſi ſeruus eſt, qui percuſſit, ipſe poteſt abſolui ab Epiſcopo in duobus caſibus: primus, quando fecit fraudando impoſitionem; puta, quia habebat animum veniendi Romam, & propterea percuſſit dominum ſuum clericum, quia ſciebat debere à Pontifice abſolui. Secundus, quando ex notabili nocumento domino inferendum eſt ipſius abſentia; & propterea clericus percuſſit talem perſonam.

6 Quæritur, vtrum liceat aliquando imponere manum clerico, ſine peccato? ℞. quod ſunt aliqui caſus primò, qñ fit loco defenſionis; ſecnndò, gratia correctionis, vt faciunt magiſtri, & ita Epiſcopus, & Prælatus, gratia correctionis percutere clericum. Tertiò, quando, qui percuſſit, ignorabat eſſe clericum, cap. ſi verò, de ſententia excommunicationis, vel quia erat noctu, vel non inhabitu clericorum. Quartò, quando fuit occiſus infraganti delicto fornicationis, vel cum matre, filia, ſorore, vxore, cap. ſi verò, 2. de ſentent. excommun. Quintò, ex eod. cap. ſi verò, de ſentent. excommun. quando aliquis occidit clericum in ſui defenſionem, non incurrit; & ratio eſt, vbi nullum eſt mortale, non incurrit excommunicationem maiorem. Sextò, quotieſcunque percuſſio eſt veniale ſolum, non incurritur excommunicatio.

7 Tertium genus perſonarum ſunt Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Patriarchæ, hos percutere, mutilare, verberare, capere, incarcerare, detinere, aut hos mandare, actus eſt prohibitum ſub cenſura in cœna Domini.

Alij autem actus prohibentur extra canonem in cap. ſi quis ſuadente &c. bandire Epiſcopus comitari illos, qui faciunt facere occidentes, verberantes, & adiuuantes excommunicatos excommunicatione Papali, qui faciunt, excõicantur excommunicatione in cœna Dñi, & eſt intelligendũ de Epiſcopis conſecratis, quia alias ſunt ſicut presbyteri.

8 Quarũ genus Cardinaliũ, qui non ſunt Epĩ exercere aliquẽ actũ ex prędictis cõtra Card. inducit excõicationẽ Papalẽ, in c. feliciter, & additur, etiã alius actus, qui eſt illos hoſtiliter inſequi, quod inducit excommunicationem Papalem.

9 Quintum genus eſt eorum, qui veniũt Romam gratia negotiandi, vt Procuratores, Aduocati, Iudices, quos percutere, vel ſpoliare per ſe, vel per alium inducit excommunicationem in cœna Domini.

10 Sex-

10 Sextum genus eorum est, qui ad Apostolicam Sedem peregrinationis gratia veniunt, aut recedunt, hos occidere, inducit excommunicationem in cœna Domini, Caiet. limitat, quod si casu id fiat, non tenetur ad hanc excommunicationem in cœna Domini.

11 Septimum genus personarum est, quãdo ex ipsarum personarum occisione, aut mutilatione fit detrimentum alijs, verbi gratia, si occidatur homo pauper, cuius labore viuebant filij eius, vel si fuerit seruus, tenetur ad restitutioné domino suo, si autem fit casu hoc, non tenetur ad restitutioem.

12 Circa hoc duo sunt notanda; alterum est non induci excomm. vllam, nisi actus sit perfectus supra quem cadit excommunicatio, v. g. certum est, quia excommunicatur, qui occidit Sacerdotem, sed quidam habebat animum occidendi, & non fecit, non excommunicatur.

13 Alterum est, aliquis determinat dare consilium vt occidatur Episcopus, vel Cardinalis, & non occiditur, vel datum est consilium, & non secutum homicidiũ, & quia ille actus non est secutus, nec est excommunicatus. Rursus ex Conc. Trid. sess. 24. c. 6. habetur, vt Episcopus, possit absoluere à quacunque excommunicatione, etiam in cœna Domini, quando est secreta. Quando verò non est secreta, non potest.

14 Confessor debet inquirere circunstantias, id est, tempus, si multo tempore mãsit in proposito occidendi; quia multo tempore, multiplicantur actus, & multæ confirmationes actus istius. Confessor debet inquirere aliam circunstantiam, scilicet, an habuerit socios in illo homicidio, qui si habuit socios, quoties induxit, toties peccauit mortaliter, quia inducere aliquem ad mortale: peccatum mortale est.

15 Confessor debet inquirere aliam circunstantiam, scilicet locum; nam si locus est sacer, est sacrilegium, & grauius multo, & mutat speciem, & ex huiusmodi homicidio, Ecclesia etiam polluitur, & nullatenus, licet in ea celebrare.

SVMMARIVM.

1 *Si quis suadente Diabolo, quomodo intelligendum est.*
2 *Si quis suadente Diabolo quando sit animo iniuriandi.*
3 *Clericum debitorem capiens ne fugiat, nõ incidit in excommunicationem.*
4 *Clericum capiens, & impingit calce, & pugno, excommunicatur.*
5 *Clericus subijciens se percussioni, est excommunicandus.*
6 *Si quis suadente, possunt incurrere mares, & feminæ.*
7 *Si quis suadente, incurrunt senes, & pueri.*
8 *Si quis suadente quid, & qui intelliguntur per manus.*
9 *Si quis eleuato pugno cum ense contra clericum, & non percutit, non excommunicatur.*
10 *Si quis caperet clericum per capillos, aut vestes, dicens: nisi esses presbyter, te caederem.*
11 *Mandantes, & consulentes, secuta percussio, incurrunt.*
12 *Si quis dixerit velle se de tali clerico vendicare animo prouocãdi familiam suam incidit.*
13 *Inuasus à clerico percutiente, ipsum percutit, non incidit.*
14 *Non impediens percussionem clerici cum posset est excommunicatus.*
15 *Percussus à clerico ludente, si eum statim repercutit, non excommunicatur.*
16 *Magister, submagister, & pater percutiens clericum non incidunt in cap. si quis.*
17 *Inueniens clericum cum matre, filia, aut sorore, & percutiens, non incidit in d. canone.*
18 *Inueniens clericum cum sua sponsa futura fornicantem, & eum percutit, excommunicatur.*
19 *Maritum inueniens clericum suspectum, & monitum domi cum vxore sedentem, & confabulantem percutiens quid.*
20 *Percutiens clericum solicitantem ad turpia, non excommunicatur.*
21 *Eijciens clericum excommunicatum ab Ecclesia, non excommunicatur.*
22 *Quomodo intelligitur iniuria leuis mediocris, vel enormis.*

23 Per-

23 *Percutiens Magistratum, pœna capitis percussio leuis, aut enormis, quomodo intelligitur ibid.*
24 *Percutiens in platea, vel theatro, iniuria atrox est.*
25 *Absolutio fieri debet à Papa, vel à Legatis à latere in casu huiusmodi percussionis clerici.*
26 *Legati qui non mittuntur de latere non possunt absoluere extra suam Prouinciam.*
27 *Percutiens clericum vtrum debeat citari antequam Iudex pronunciet sententiã.*
28 *Percutiens clericum statim priuatur multis, vt ibi.*
29 *Clerici non possunt scribere, neque dictare sententiam sanguinis.*

De explicatione canonis si quis suadente Diabolo. Cap. XXXIII.

1 QVæritur, quomodo intelligenda sunt illa verba, si quis suadente Diabolo? Respondetur, materia huius canonis est sacrilegium; nam prohibetur fieri violentia personæ sacræ duo, primo, & pro meliori intelligentia noto text. clerici habent multa priuilegia, & inter cætera priuilegium canonis, si quis suadente diabolo. 17. q. 4. & priuilegium fori, vt tantum conueniantur sub Iudice Ecclesiastico, cap. nullus. de foro compet. Primò in eo consistit, quod non potest aliquis in clericum temerarias manus iniicere, sine metu excommunicationis. Et hoc priuilegium latissimè intelligitur de omni corporali læsione iniuriosa, non solum in corpus, sed etiã in res corporis adhærentes, & in detentione corporis sine alia læsione, de sent. excom. cap. nuper, & non solum in lædente manibus suis, vel in eo, qui percutere facit per alium, cap. mulieres, § illi verò, de sent. excom. non solum in facientibus, sed etiam in eo, qui possit obuiare, & dolo non fecit eod. tit. c. quante.

2 Idem dicitur suadente Diabolo, quando fit animo iniuriandi, & offendendi; hinc ea iniectio manuum, quæ fit bono animo, & in fine, & ad bonum publicum non concluditur in hoc canone. Quare Iudex laicus potest capere clericum criminosũ, ne fugiat, sed vt representet Episcopo, absque periculo excommunicationis: quia illa captura non fit sudente Diabolo, sed ad bonum publicum, vt inquit Abbas in cap. cum non ab homine, de iudic. & ibi Dec. num. 10. & ratio est, quia cessat dolus, cum ad Iudicem suum deducatur, & idem in familia potestatis inueniente de nocte, quia est contra eum præsumptio, & videtur illud capere ad impediendum delictum committẽdum, quia omittens obuiare facinori, peccat, vt in cap. delicto. de sent. excomm. lib. 6. Dec. in d. c. cum non ab homine. nu 36.

3 Quæritur, vtrum capiens debitorem clericum ne fugiat, an incidat in excommunicationem? ℞. quod non, quia cessat dolus, & suasio diabolica. Bart. in l. si quis in seruitute. ff de furtis, Alciat. in d. cap. cum non ab homine nu 22.

4 Quæritur, quid si capiens clericum ne fugiat, secundum Abb in d. cap. cum non ab homine, & vt præsentet Episcopo infra tempus debitũ, & clericus duci quietè non patitur, vt capiens impingit calce, vel pugno, an incidat in excommunicationem? ℞. quod incidit, ita glos. iuncto text. in cap. si clericus. de sentent. excom. lib. 6. Sylu. in verb. excõmunicatio 6. nu. 5. vers. 2.

5 Quæritur, quid si clericus subijciat se percussioni? ℞. quod est excommunicandus, vt inquit Sylu. in verb. excommunicatio. 6. vers. secundum. nu. 8. & hæc iniectio manuum intelligitur, vt fiat in personam Ecclesiasticam.

6 Quæritur, vtrum in verbo canonis si quis comprehenduntur tantum homines, & non mulieres? ℞. quod si quis comprehendit omnes, mares, & feminas. l. 1. vbi Doct. ff. de verb. signif. Dec. & Cagnol. in l. 2. ff. de reg. iur. Paulus fusius sig. 44. vers. si quis.

7 Quæritur, vtrum senes, & pueri clerici inter se certantes ludendo puerili more, percutientes se incidant in dicto canone? ℞. licet materia sit pœnalis, fauore tamen dignitatis Ecclesiæ diximus, quod extenditur etiam ad feminas. l. si quid, id quod vbi Doct. ff de iurisd. omn. iudic. c. mulieris, de sent. excom. siue senes, siue pue-

pueros, cap. pueri, de sent. excom. modo sint doli capaces, & habeant iudicium rationis: aliàs si clericuli primæ tonsuræ nondum doli capaces, qui nondum exierunt ab infantia, se inuicem percuterent non essent excommunicati; & ita potest procedere dictum Sot. in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 2. alias si sunt doli capaces, tunc secus esset, & ita procedit Nauar. sententia in c. 27. nu. 79. comprehenduntur sub hoc verbo. si quis masculi, & feminæ senes, & pueri iudicium rationis habentes, clerici, & religiosi, cap. de monialibus. c. ex tenore. c. monachi. c. cum illorum. de sent. excom.

8 Quæritur, quomodo intelligitur per manus impositionis? Respond. quod per manus intelliguntur omnes partes corporis, immo quælibet instrumenta quibus solet, ac potest clericus percuti; & ratio est, quia manus est organum organorum, vt per glos. hic in verbo manus. Intelliguntur ergo per manus, pugni, pedes, siue calces, & genua, vt per d. glos. Itē brachia vrgentes cubito, vel humeris in via clericos, Doct. com. in c. nuper, de sententia excom. Caiet. in verbo excommunicatio. nu. 10. Nauar. c. 27. nu. 77. comprehenduntur quoque qui ex odio aspergūt cum aqua, vel puluere, vel spuunt in faciem eius, vel includunt eum, vel posuerunt custodes ad capiendum eum, si de domo exeat, vel ei equitanti capiunt habenas equi, vel rumpunt cingulum sellæ, aut vestes, quibus vestitus est scindūt: & ratio est, quia excommunicatio hæc non tantum afficit percutientes clericū ea percussione, quæ tangit corpus; sed etiam vestem, qua actu inductus est, glos. & Turrecr. hic, num. 15. & glo. in c. si quis pulsatus, 1. de pœnit. dist. 1. Caiet. 2. 2. q. 9. art. 1. vers. 7. & in verbo excommunicatio 6. nu. 5. vers. 6.

Comprehendūtur etiam, qui de equo clericum præcipitant, vt ascensu eius fugiant inimici, glos. in cap. si clericos, de sent. excom. lib. 9. quod intellige nisi aliter ipse esset ꝓbabiliter occidendus, Sylu. in verb. excom. 6. nu. 13.

Comprehenduntur etiam, qui eripiūt à manibus per vim, aut corpore aliquid vi vt pecuniam, aut vestem. At si furto saperetur clerico dormienti zona, qua præcinctus erat, aut clam surriperetur bursa, secus esset; ita Innoc. c. nuper, de sent. excom. Decius in cap. peruenit. nu. 1. de appel. Caiet. in verbo excom. cap. 10. contra Sylu. nu. 31. & ratio est, quia nulla aut modica potest dici iniuria, cum non sentiat, ita Card. in Clement. 1. num. 13. de pœnis.

9 Quæritur, an incidat in canonem dictum, qui iratus contra clericum eleuato pugno cum ense, vel hasta, quasi eum percussurus; & tamen illum non percutit? Respondetur, quod non, secundum Ost. & Goffred. ita Turrecr. in cap. si quis, num. 17. de pænit. dist. 1. ita etiam est tex. not. in verb. iniecerit, quod quidem verbum importat realem effectum. Nam non sufficit solum attentio, & conatus, nisi sequatur effectus, vt etiam inquit Caiet. in verbo excommunicatio, cap. 1. quare si quis emiserit sagittam, vel ictum bombardæ in clerico animum ipsum occidendi, & non tetigit ipsum, nec adherentia eius; vel si quis persequeretur clericum multis iniurijs, & conuitijs, nō esset excommunicatus, cap. si quis pulsatus, de pænit. dist. 2. vbi glos. & Turrecr. Quod tamen intelligi debet, nisi hostiliter persequeretur Cardinales, & Episcopos, licet actu non tangat personas. cap. felicis, de pænit. lib. 6. & in bulla cœnæ Domini.

10 Quæritur, quid si quis capiens clericū per capillos, aut vestes, protestatus fuerit, dicens: Nisi esses clericus, cederem te? Respondetur, quod incidit in canonem secundum Io. Tabi. in verbo excommunicatio. 5. nu. 41.

11 Quæritur, vtrum comprehendantur mandantes, & consulentes? ℞. quod sic, dummodo iniectio, vel percussio consequatur, cap. mulieres, arg. text. in c. quantæ, de sent. excom. At si mandatum fuerit reuocatum, & mandans percusserit antequam reuocatio mandati, peruenerit ad ipsum, tunc vterque manet excommunicatus; sed si peruenerit, & ea non obstante mandas executus est, ipse solum manet. Si autem mandans moritur antequam reuocauerit mandatum, habendus est tanquam excommunicatus, si non pœnituit, cuius signum, si non reuocauerit, Syluest. in verbo excommunica-

nicatio. 6 num.5.casu 3.

12 Quæritur, vtrum mandans dicatur, qui non mandat clericum percuti; sed tantum dicit suis familiaribus se velle de eo vindicari animo prouocandi illos? R. quod sic, si ob hoc moti, percutiunt. Idem si non dixerit eo animo, sed tamen verba talia fuerint, quæ mandato comparentur, vel consilio, consideratis omnibus circunstantijs; quia dicendo fuit in culpa, & cogitare debuit hoc potuisse euenire, arg. text. in cap. fin. de homicid. lib. 6.

13 Quæritur vtrum inuasus à clerico percutiente ipsum percutit, incidat in dicto canone? Respondetur, quòd non, nisi repercutiat clericum percussorem, non amplius habentem animum repercutiendi; quia tunc vocaretur vindicta, & non violentiæ repulsio, cap. significasti, & ibi Abb. de homicid. & in c. 1. in fin. de sent. excom.

14 Quæritur, non impedientes percussionem clerici, eum possint delicto obuiare, si incidunt in dicto canone? Respondetur, quod sic, & sunt excommunicati tanquam facientes, & consentientes, cap. quantæ, de sentent. excommun. concurrentibus tamen duobus, vt possint sine proprio incommodo prohibere, cum prima charitas incipiat à se ipso, l. preces. C. de seru. aqu. secundum, vt ad id teneatur ex officio, & lege iustitiæ, vt sunt officiales, vel patres familias, qui habent publicam potestatem, aut priuatam iure familiæ in percussorem. ita Dec. & Cagnol. in l. culpa caret. ff. de regul. iur. Couarru. in clemen. 1. de homicid. §. 2. num. 2. secunda parte. Caiet. in summa in verbo excommunicatio. Si verò non habent authoritatem publicam, aut priuatam, non tenentur Doct. in cap. Petrus, de homicid. Syluest. in verbo excommunicatio 6. num. 5. Nauarr. cap. 27. nu. 132. & seq.

15 Quæritur, vtrum quis percussus à clerico ludente, statim etiam sine deliberatione repercutiat, an incidat? Respondetur, quod non, quia hæc est conditio ludi, & quidam naturalis impulsus, & grauiter percussus, etiam vt repercutiat, ne videatur inferior, & generaliter dicit Richard. in 4. distinct. 18. quod percutiens non ex deliberatione, quamuis turbatus, non incidit: & idem est si ludens percutit deliberatè, modo iocosa leuitate, & sine dolo: & ratio est, quia canon requirit persuasionem diabolicam, quam ludus excludit. Quod idem intellige de quocunque repercutiente statim, & sine deliberatione, etiam extra ludum, vt cum tanta est subiectio, quod nec se vendicare intendit Sylu. in verbo excomm. 6. casu 1. Nauarr. cap. 27. num 80.

16 Quæritur, vtrum Magister, vel Submagister cui pueros docendos Magister cōmiserat, vel pater clericum percutiat, an incidat? Respondetur, quòd non, l. vnica, C. de emend. propinq. vbi glos. prima, si filius, C. de patria potestate. cuius nomine etiam intelliguntur propinqui, vel consanguinei seniores, vel domini temporales, siue Ecclesiastici, qui possunt clericos sibi inseruientes corrigendi causa percutere, vel senes percutientes turbantes in Ecclesia diuina officia modo principaliter non fiat odio, & sit moderata, saltem iuxta suum propositum, & percussus non sit in sacris, nisi in magistro, & submagistro, & patre. cap. 1. cap. cum voluntate, de sententia excommunicationis, glos. singul. in l. 1. C. de emend. propin. Syluest. in verbo excommunicatio 6. num. 6. casu 8. & 11. hæc opinio est verissima, pro cuius confirmatione facit; nam licet Episcopalis dignitas liberet à patria potestate, cap. per venerabilem, qui filij sint legit. Sacer tamen ordo etiam sacerdotalis nequaquam, vt per Abbatem in cap. indecorum, de ætat. & qualit. glos. penult. in cap. circumcelliones. 23. quæst. 5. per textum in cap. si seruus. distinct. 54. Vnde infert Ioan. de Arm. dialog. 69. quod correctio pertinet ad patrem ratione patriæ potestatis, à qua sacerdos non liberatur. Et hoc intellige etiam si in percussione aliquis fuerit excessus, cum non possint verbera semper suspendere in statera, ibi Syluest. casu 8. in fin. & Turrecremata hic num. 7. modo excessus ille non percusserit ex odio principaliter, vel ex ira mixta correctioni; sed ira fuit dux, & principalis causa percutiendi, non autem comes, vt hic per Turrecr.

ibi

ibi etiam quærit. quod si magister præcipiat sub magistro, ne percutiat clericum an percutiendo incidat, & respondit negatiuè, quia non potest principalis magister auferre beneficium iuris per quod conceditur corrigere posse, qui docet,

17 Quæritur, vtrum inueniens clericum inhonestè cum sua matre, vxore, filia, etiã naturali, vel sorore agentem percutit, an incidat? ℞. quod excusatur ab excom. cap. si verò, 1. §. 1. de sent. excom. Auth. si quis. C. de adult. non solum si percusserit, verum etiam si interfecerit modo incontinenti, & ex passione subita faciat. Quod quidem procedit, etiam si inuenit amplexantem, vel osculantem in loco suspecto, quamuis non inueniat in opere ipso carnali.

18 Quæritur, vtrum excusaretur ab excõmunicatione, si quis inuenit suam sponsam futuram cum clerico fornicante, & eum percutit? ℞. Respondetur, quod non excusatur glos. ab omnibus approbata in cap. 3. ad fin. de sent. excom. quia quo ad peccatum tam maritus, quàm sponsus peccant mortaliter, cap. inter hæc. 33. q. 2. c. ad manere, ead. q.

19 Quæritur, an sit excommunicatus maritus, si inuenit clericum, & suspectum, & monitum per maritum domi cum vxore sedentem, & confabulantem, etiam si non turpiter conuersantem, & eum percusserit? ℞. secundum Sylu. in verb. excom 6. nu. 6. casu 10. inquit, quod non, sed contra eum est veritas, vnde tali casu potest tantum domi detinere, spatio horarum 20. ad tradeñ suo iudici iuxt. text. in l. capite quanto 5. ff. de adult. Ang. in verbo excommunicatio. 5. §. 19.

20 Quæritur, percutiens clericum volentem ipsum sollicitare ad turpia, verbi gratia, est mulier, vel iuuenis, quæ, vel qui clericum tentantem de castitate percusserit, vtrum excusetur? Respond. quod excusatur ab excomm. modo tentatio fit opere, & non verbo, Sylu. qui supra, nu. 9. qui si esset tantum verbo, non licet ei nisi defensio verbalis; Angel. in verb. excomm. 5. §. 21. & hæc circa defensionem honoris.

21 Quæritur, vtrum excommunicatus esset iustè eijciens ab Ecclesia clericum excommunicatum, aut alium diuina officia turbantem? Respondetur, quod nõ, cap. veniens, de sent. excom. clem. grauis, cum glos. eod. tit.

22 Quæritur, quomodo intelligitur illa iniuria quando est leuis, mediocris, vel enormis? ℞. quod hoc declaratur per Extrau. Ioan. XXII. perlectis, vbi inquit, quod percussio pugni, palmæ manus, colaphi, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, quæ nullam maculam, aut sigillationem carnis relinquit, neque abscidit membrũ, sine effractione dentium, vel euulsione multorum capillorum, aut effusione multi sanguinis, percussio læuis esse declaratur. Hinc concludit Lapus allegat. 76. factum, super quo consilium petit, quod cum Plebanus quidam canonicũ in Ecclesia Aretina manu vacua percussisset, Episcopus potuit eum absoluere, quia leuis fuit iniuria; sic in simili quæst. voluit Card. cons. 42. Episcopum posse absoluere clericos, qui ad inuicem cum manibus, & pedibus se percusserint; quia leuis iniuria reputatur, sic Calder. cons. 7. tenet Episcopum posse absoluere clericos, qui in ludo nimis se percusserint deijciendo se in terram cum aliqua sanguinis emissione; ita refert Dec. in c. peruenit, 1. nu. 7. de appel.

Enormis verò dicitur vel ex facto, verbi gratia, qua ascinditur membrum, vel inutile ad suum officium relinquitur, vel macula, aut cicatrix, vel ob percussionem factam in aliam partem, quam in naribus defluit multum sanguinis. Dicitur etiam iniuria enormis, siue atrox ex persona, veluti, qui à subdito, & inferiori fit in personas in dignitate constitutas, veluti in Episcopum, vel Abbatem, vel in Magistratũ. l. prætor edixit. §. fin. ff. de iniur. §. atrox. Instit. eod. Bar. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. qui atrocem adeo eam esse dixit Bald. in c. 1. §. iniuriam. de pace iuramento firmata.

23 Quæritur, vtrum percutiens Magistratum ob inimicitiam, quam cum eo gerebat, quid? ℞. quod capite multandus sit; sequitur Iason in l. qui iurisdictioni, col. 1. de iurisdict. omn. iudic. qui dixit, hoc casu pœnam esse arbitrariam, sed arbitrium posse extendi vsque ad mortem. Et quia dignitati dicitur esse illata iniuria, etiam ipse Iudex potest eum punire,

ita

ita Paris.cós.147.nu.7.lib.4. post Oldrad. cons.7. Immo hæc iuris sententia extenditur etiam cum is Magistratus sit in syndicatu, ita Iason in l.principali.nu. 4.ff. si cert. pet. modo contemplatione officij fuerit iniuria affectus, ita intelligit Bald. in l.obseruare.§.proficisci.nu.6.vers.7.queritur.ff.de off.proconf.

Extimatur etiam iniuria atrox, & loca ratione notorietatis,& maximi scandali.

24 Hinc percussus in platea, vel in theatro, vel in Ecclesia, vel in audientia corã Iudice dicitur atrox iniuria,l.prætor edixit,§.fin.de iniur.vbi iniuria creditur illa atrox, cum quis coram ipso Magistratu aliqua iniuria efficitur, ita Panor.in c. cũ illorum, nu.9.de sent. excom. confirmat etiam Hyppolitus de Marsil. sing. 549. Hinc redditur mihi dubia allegatio Lapi,nisi dicamus percussionem illam factã in Ecclesia manu vacua, non fuisse cum scandalo.

Mediocris verò quæ sit, certa regula dari non potest, sed relinquitur arbitrio Episcopi,vel Confessarij.In dubio autem potius declaranda est percussio grauis, quam leuis, vt per dictam Extrau. & per Nauar.c.27.nu.89.vers.præterea.

25 Quæritur, à quibus debet fieri absolutio ab huiusmodi excommunicatione? Respondetur, quod non debet fieri nisi per Summum Pontificem, vel per Legatos,qui de latere missi sunt, & isti secundum consuetudinem Romanæ Curiæ, sunt solum Domini Cardinales; quia alij non vocantur de latere,vt in cap.volentes,de off.deleg.glos.in c.1. de off.deleg. lib.6. Diximus alij,quia reperiuntur, & sunt quidem Legati nati, qui nascuntur cum priuilegio legationis per adeptioné dignitatis Archiepalis, vt est Archieps Cantuariensis, Eboracensis, Remensis; & in Italia solum est Archiepiscopus Pisanus,vt not.in c.1.de off.de leg.& in c.1. de appell. Alij sunt Legati,qui mittuntur per Papam ad regendam Prouinciam, vt patet in c.1.de off.deleg.lib.6. & ibi Francis.nu. 3. Igitur absolutio ab excommunicatione huius canonis fit, vel per Papam,vel per Legatos à latere,cap.ad audientiam,de sent.excom.cap.quod translatione,de off. deleg. at si sint extra terminos suæ legationis dummodo sint in via,etiam si tales excommunicati aliunde veniant,extr. de off. leg. cap. excommunicatis, & de sent. excom.cap. ad audientiam.

26 Quæritur, vtrum Legati,qui non mittuntur de latere,in prædictis casibus possint absoluere dum sunt extra terminos? Respond. quod non, sed possunt absoluere illos tantum existentes in Prouincia sibi commissa, & non aliunde accedentes, nisi in priuilegio legationis expressum, vt in prædicto cap. excommunicatus,& cap.porrò,de priuileg.Turrecr.hic num. 13.

Sed quod diximus absolutionem regulariter fieri debere à Romano Pontifice non procedit in multis casibus, qui enumerantur per text.in cap. quamuis,de sent. excom. Sylu. & in verbo absolutio. 4.nu.3.vers.sciendum.

27 Quæritur, vtrum eo casu, quo Iudex velit pronunciare excommunicatũ percussorem clerici debeat citari ille,qui clericum percussit? ℞. secundum colligitur ex Decio in cap.peruenit, id est, à nu.10. vsque in fin. de appell. quod percussio, aut est notoria, aut non notoria; præterea, aut notoria ex dispositione iuris, secundum textum nostrum, aut non: rursus hæc notoria ex dispositione iuris dicitur dupliciter. Primo quando percussio adeo est notoria, & omnibus euidens, vt nihil penitus opponi possit, aut est notoria, ita vt absens aliquam excusationem opponere possit. Ergo circa quæstionem conclusio est, vt requiratur citatio,ita tenet glos.in clem. præsenti,in verbo constiterit,de censib. cum alijs allegatis per Abbatem,& Dec.in d. c. peruenit,nu.10.el 1.

Et sicut citatio requiritur, ita etiam necessaria est senteñtia declaratoria,quod intellige quoties non esset notorium ipsum percussisse coram populo, vel in platea; nam tunc denunciari posset absq; citatione,nec potest dici, quod citandus est percussor clerici, quamuis percussit in publico; quia posset sibi aliqua defensio competere, quia quod nullo casu est licitum, & notorium est inexcusabile,vt inquit Fel.in c.Rodulphus,de rescr. in pen.col.vers.citanda est.

Præterea istud, quod citanda sit pars quan-

quando fertur declaratoria excommunicationis iniuriæ intelligi debet, dummodo discuti debeat factum, per quod dicitur esse in excommunicationem incursum, sed quando hoc est indiscussum, vt quia percussio iam est notoria ex dispositione iuris; & ita est omnibus euidens, vt nihil opponi possit, tunc fertur sententia declaratoria, non per regulam illam generalem, scilicet in omnibus pœnis requiri sententiam antequam incurratur, glos. com. in cap. fraternitas. 12. q. 2. quia illa regula non procedit in pœnis, quæ nullam requirunt excusationem iudicis, sed immediatè trahunt excusationem ad factum, & de sui natura non expectat aliam extrinsecam excusationem post se, sicut quando quis est excommunicatus, vel irregularis; nam ista trahunt executionem ex sui natura, ita quod alia actualis executio non requiritur.

28 Cum primum enim quis percussit clericũ, est inhabilitatus quo ad omnes suas potentias absque alia declaratione, per cap. pastoralis, in fin. de appell. ita vt repellatur à communione, à celebratione, cæterisq. actibus excommunicato vetitis, sed requiritur declaratoria, quo ad alios, ita vt cunctis innotescat illum esse excommunicatum; & propterea vitandum Ioan. Andr. in c. 2. de rescript. lib. 6. Felyn. in d. c. Rodulphus. nu. 39.

29 Quæritur, vtrum clerici possint dictare, vel proferre sententiam sanguinis? ℞. quod non, nec aliud exercere quo ad vin dictam sanguinis tendatur, nec in purgatione vulgari opem præstare debet. Abb. ne cler. vel monac. c. sententiam. Clericus verò veniens contra prædicta peccat; quia actum prohibitum exercet, qui iurisdictionem habet, non debet interesse sententijs, nec exequutioni; quia videtur auxilium præstare. Alij clerici præsentes, non dantes auxilium, licet non sint irregulares, peccant; quia contra præceptum huius constitutionis veniunt, nisi vbi ex iusta causa essent, puta exhortando. Constitutio hæc extenditur ad omnes clericos, & habentes iurisdictionem temporalem; si Principes laici velint ad aliquid prædictorum arctare, debet per censuram Ecclesiasticam compesci, Abb. vbi supra, cum sententiam, & retro cap. 26. nu. 14. & infra part. 3. c. 17. nu. 27. 28. 29. & 30.

SVMMARIVM.

1 *Homicidæ in voluntario secundum leges, quæ pœna debetur.*
2 *Homicidæ voluntarij pœna capitis.*
3 *Animal ferox occidens aliquem, ad quid teneatur dominus eius.*
4 *Proijciens aliquid ex fenestra, & percutiẽs aliquem ad quid teneatur.*
5 *Homicida non debet absolui, nisi prius dãnum illatum compenset.*
6 *Homicidæ iniungendum, vt pro anima occisi semper oret.*
7 *Occidens cum legis auctoritate, non peccat.*
8 *Homicidæ hæredes tenentur ad restituendum damnum parti, id est, hæredibus occisi.*
9 *Homicidium agrauatur ex qualitate interfecti.*

De Pænitentia iniungenda homicidæ. Cap. XXXIII.

1 QVæritur, quæ pœna secundum leges ciuiles debetur homicidæ inuoluntario? Respondetur secundum leges ciuiles tenetur homicida ad æstimationem pecuniariam damni dati, ff. ad l. Aquil. l. 2. & 3. non ad corporalem, ff. ad l. Corn. de ficcar. l. 1. & l. eum. & præstans causam homicidio alterius, per lasciuiã, per quinquennium relegatur. ff. ad l. Cor. de sicar. l. 4. §. 1. & secundum canones quinquennijs pænitentia imponitur 50. dist. eos.

2 Quæritur, homicidæ voluntario, quæ pœna debetur? ℞. homicidæ voluntarij pœna esset patienter mortis pœnam ferre, secundum Scot. iuxta legem sibi indictã, & deportatio omnibus bonis ademptis, ff. ad l. Corn. de sicar. l. 4. §. legitur. & secundum canones laicus deponitur, & clericucus excõicatus, 50. dist. si quis viduam, & c. si quis voluntatis, & Concil. Trid. sess. 14. c. 7.

3 Quæritur, quid de eo, qui habet animal ferox, qđ occidit seruũ, vel aliud animal? ℞. ꝙ tenetur dñs illius animalis ferocis

ad me-

ad medicationes, ſtipendia, & impenſas, quas lucrifeciſſet ſeruus, vel animal Dño ſuo, l. ex hac ff. quadrup. pauper. fec.

4 Quæritur, quid de illo, qui præteriens, per viam publicam, percutitur re aliqua, proiecta, aut cadente ex aliqua feneſtra? ℞. deberi medicationes, impenſam, & ſtipendia, quæ ſanus lucrifeciſſet, non autem per deformitatem, aut cicatrici relicta. Homo enim liber nullo pretio æſtimari poteſt, l. liber homo. ff. ad l. Aquil.

5 Quæritur, quomodo agendum eſt in iudicio animæ cum homicida? Reſpondetur, homicida non debet abſolui, niſi prius damnum illatum compenſet, aut proponat, id eſt impenſas medicationis, & ſtipendia, quæ tempore totius vitæ, & infirmitatis feciſſet, l. ex hac lege, ff. ſi quadrup. pauper fec. die. l. fin. ff. de his, qui eijc. vel effud. Tenetur etiam alere familiam, quam occiſus alebat, & hoc arbitrio prudentum eſt faciendum, vt inquit Affliƈt. in c. 1. nu. 21. ex quibus cauſ. feud. amitt. ex text. in l. ſi quando, C. vnde vi. clarus text. vbi Abb. in cap. fin. de his, quæ vi, aut met. cauſ. Bart. in l. interdum, §. qui furtum. ff. de furt. habita tamen ratione perſonæ occiſæ, & occidentis, verbi gratia, ſi occidens ſit diues, & poſſit ſoluere: & habenda eſt ratio, quod occiſus poterat cito mori, quamuis regulariter præſumatur quis viuere vſque ad centum annos, l. fin. C. de ſacr. ſan. Eccl. l. quæ vſusfructus, ff. de vſufr. gloſ. & Doƈt. in l. 2. §. ſi dubit. ff. quemadm. teſt. aper. ſed tandem in foro conſcientiæ nunquã quis eſt conijciendus in grauem atque extremam neceſſitatem.

6 Quæritur, vtrum præter damnum tẽporale teneatur occidens pro anima occiſi aliquid facere? ℞. quod ſic, quia eſt ei iniungendum, vt ieiunijs, orationibus, & alijs pijs operibus, occiſum apud Deum adiuuet, Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. art. 3. col. 4. Sylu. in verb. reſtitutio, 3. nu. 2.

7 Quæritur, vtrum teneatur reſtitutioni, qui ſecundum ius aliquem interfecit? ℞. quod nulli reſtitutioni eſt obnoxius, & ratio eſt, quia non peccat cum authoritate legis id faciat, ſecundum Sylu. ſupra, & 23. q. 4. qui peccat, gloſ. in c. felicis, verſ. percuſſerint, de pœnis, lib. 6.

8 Quæritur, vtrum teneantur hæredes ipſius homicidæ, quem Iudex punit ad ſoluendum damnum parti, id eſt, hæredibus illius occiſi? ℞. ſecundum Abb. in c. 1. de iniur. col. 1. in fin. quod homicida, vel latro intulit, dicit quod ſic, qa lex naturalis, & diuina obligat hæredem ad reſtituendum damnum parti, antequã à Iudice latro, vel homicida puniatur. Et illa punitio, quæ in vindiƈtam publicam irrogatur eſt compenſatio iniuriæ illatæ ipſi Reipublicæ, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. quæ non liberat à debito, quod parti debetur. Nam qui duobus diuerſas res debet, non liberatur ſoluendo vni, quod ei debet, ne ſoluendo vni, quod alteri debet, cap. eum te, de iure patr. in ſpecie. Nauarr. c. 15. nu. 25. verſ. interrogatus.

9 Quæritur magis diſtinƈtè, quæ aggrauant homicidij deliƈtum? ℞. ſecundum Gui. qui plura ponit, quæ aggrauant homicidij deliƈtum, & pœnam, primo agrauatur ex qualitate interfeƈti; nam ſi eſt religioſus ex eius perſona grauius deliƈtum debet cenſeri per l. atrocem. C. de iniur. & eſt text. in cap. qui occiderit, 17. q. 4. Item ſimiliter, & tanto magis aggrauatur ſi eſt conſtitutus in officio, & adminiſtratione, & probatur in l. Gracchus, C. de adult. Item tertio, aggrauatur ex perſona interfeƈti, ſi probetur, quod longo tempore fecit nonnulla accepta ſeruitia interficienti. Ex quibus &c.

SVMMARIVM.

1 *Scandalum Græcè, Latinè dicitur offenſio, vel ruina.*
2 *Scandalizare, quomodo contingat.*
3 *Homicidium ſpirituale, quomodo committatur.*
4 *Scandalum quomodo committatur.*

De Homicidio ſpirituali, quod eſt ſcandalum. Cap. XXXIV.

SIcut neceſſe eſt ignem calere, & niuem frigere, ita eſt neceſſe, vt iniquitas mundi erroribus plena, ſcandala

dala pariat: perfectorum verò charitas, pietas, operibus luceat. Hier. super illud Matth. 18. Necesse est vt veniãt scandala.

1 Quæritur, quid est scandalum? Respondetur, quod scandalum est Græca dictio σκανδαλων, quod Latinè offensionem, vel ruinam, aut impactionem pedis possumus dicere, vel est dictum, aut factum minus rectum præbens alteri ruinę occasionem; secundum S.Tho. 2.2.q.43. Scandalum longè sumitur pro quolibet impedimento alicui præstito in aliqua via, quam prosequi intendit secundum eundem vbi supra. Et hoc scandalũ opponitur charitati proximi, idem peccatum, dupliciterq. committitur per se, id est ex intentione, vt alter ruat in peccatum, & sic est speciale peccatum trahens speciem, vt si intendit trahere aliquẽ ad furti, vel adulterij consensum, vel alterius culpæ, vt cõsentiens hic propriè peccato scandali, quia intendit rectè alterius animæ nocumentum oppositum directè intendit fraterna corruptio.

2 Quæritur, qũo contingit scandalizare? ℞. quod tripliciter contingit, vel vnus potest alterum scãdalizare, vt scribit Iacob. de Valentia super illud Psal. 49. Ponebas scandalum. Primò, decipiendo proximũ, vt incidat in aliquod damnum, vel errorem. Secundò, affligendo ipsum, vt faciat blasphemare contra Deũ. Tertio, quando quilibet malè viuendo prębet alteri exẽplum vitæ, aut faciat perdere bonã opinionem de ipso, quam prius habebat, & sic quilibet talis ponit scandalũ aduersus fratrem suum, & proximum. Et omnis, vt scribit Gerson par. 2. tract. de paruulis ad Christum trahendi) idcirco peccare, vel cadere faciens paruulos in via morum gradientes ad Christũ scandalizat eos. Hoc autẽ dupliciter fit nunc opere, nunc sermone, & vtrobique dupliciter directè, vel indirectè: indirectè quidem scandalizat aliquis dum non prohibet scandalũ, qñ sua authoritate, vel officio posset, & deberet quemadmodum negligentia nautæ subuertit nauem. Aut certè quispiã volens prohibere scandala impedit, seu contumelijs apertis, seu detractionibus occultis, seu damnis, & alijs diaboli mille machinamentis vtrumque istud scandalum præbuisse visi sunt, Discipuli Dñi, & prohibebant paruulos venire ad Christum, & continebantur offerentibus. At verò quam irrationabiliter hoc egerunt, & non secundũ scientiam indignatio Christi subsequutã apertũ dat iudicium. Quod videns Iesus (inquit Euãgelista) indignè tulit, qui, & ipsa Publicanorum, & peccatorũ facinora mansuetè ferebat dũ indignabatur falsa Pharisæorũ iustitia acclamans, cur cum peccatoribus, & publicanis manducaret.

3 Quæritur, qũo perpetratur homicidiũ spirituale? ℞. quod duobus modis vno omittendo, vt cum quis videt alium in extrema necessitate, & non subuenit ei, dicitur eum occidisse, dist. 86. c. pasce, vbi dicitur, quos.n.homines pascere poteris, si non paueris occidisti, & 1. Io. 3. Qui habuerit substantiã mundi huius, & viderit fratrẽ suum (interpretatiuè) proximum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, qũo manet charitas Dei in eo? Secundo modo, cõmittendo, & hoc contingit tripliciter, scilicet, corde, ore, & opere. Corde odiãdo; vnde 1. Io. 3. Qui oderit fratrem suum, homicida est. Ore detrahendo; quia ille, cui detrahitur, occiditur in cõscientia illius, qui audit detractorẽ, in quẽ prius viuebat per bonã famã. Opere, s. malo exẽplo alicui occasionẽ ruinæ pstando, istis modis dicitur homicidiũ interptatiuè p Mag. sen. 38. dis. 3.

4 Quæritur aliquod exemplũ in speciali de hoc peccato scandali? ℞. quod propriè hoc peccato scandali, qui malũ operatur, vel quod habet speciẽ mali intendens aliũ inducere in ruinã, puta ad consensum fornicationis; adulterij, & huiusmodi: nam hoc opus directè tendit aduersus correctionẽ fraternam cum ex eo læsio animæ contingat, vt inquit S.Tho. 2.2.q.43.art.3. peccatum verò scãdali ex intentione agentis procedẽs, mortale est, vbi intentio ad mortale tendit. Veniale tandem cum agens proximum intendit in venialem culpam inducere, ita S. Tho. in 1.q.art.4.

SVMMARIVM.

1 *Correctioni fraternæ tenentur fideles, & infideles.*

2 *Correctionis conditiones quæ.*

3 Cor-

De Correctione fraterna. Cap. XXXV.

CORrectio est errorẽ innatũ, vel consuetudine factũ fræno rationis inhibere Aug. de diff. Plus proficit amica correctio, quam accusatio turbulenta: illa pudorem incutit: hæc indignationem mouet Ambr. super Lucam.

1 Quæritur, qui tenentur ad fraternam correctionẽ? ℞. tenentur omnes etiã infideles præcepto naturali; fideles verò etiã Euangelico. Et tam prælati, quam subditi; iusti, & peccatores, licet magis prælati, quam alij, & qui maioris sunt authoritatis, quam inferiores, ita text. in c. tua, ext. de cogn. spir. glos. in extr. 1. Ne sed. vac.

Tenentur autẽ omnes sub pœna peccati mortalis, arg. 23. q. 3. ita planè, & c. duo ista. Ost. in c. iam omni, de textr. & attest. Hugo in cap. si peccauerit 2. q. 1. arg. 2. q. 7. quapropter, & 24. q. 3. vbi dicitur, tam sacerdotes, quam reliqui fideles omnes in summa debent habere curam de illis, qui pereunt, quatenus eorum redargutione, aut corrigantur de peccatis, aut incorrigibiles si apparuerint ab Ecclesia separentur. Asten. hoc idem tenet. Et primo probat hoc per legem naturalẽ, quæ dicit. Hoc facias alijs, quod tibi vis fieri, id est, debes velle fieri. Debes autẽ velle, quod alius te corrigat, quando peccas, vt te emendes: ergo, & tu debes hoc alij cuique facere. Secundò, probat per legẽ Mosaicam Deut. 22. Si videris bouem, aut ouem errantem, reduc fratri tuo. Ideo teneris fratrẽ corripere, hoc est, ad Deum reducere. Tertiò per legem Euangelicã, Matth. 18. vbi dicitur: Si peccauerit in te frater tuus, & non dicit subditus; quia omnes sumus fratres, omnes non tantum prælati; verum subditi tenemur inuicem corrigere, quando contingit aliquem nostrum peccare.

2 Quæ conditiones requiruntur ad correctionem faciendam? Respondetur hæ sequentes. Prima, vt sit certa peccati

mortalis cognitio: nam non sufficit suspitio, aut quæcumque relatio certa, quod peccauit mortaliter: vnde Eccl.2. habetur: Priusquam interroges, & vituperes, quemquam, & cum interrogaueris, corripe iustè. Secunda, vt speretur emendatio, vel saltem, quod non timeatur deterius; nā alias correctio esset vana, & ad vanum opus nemo obligatur.

3 Quæritur, vtrū quis certus esset sufficientibus coniecturis nihil illi esse pro futurū, an teneatur? ℞. quod tunc nō tenetur corripere: si verò quis dubitat an ꝓderit, & certus est, quod non obest corripiendo, & tunc tenetur ad correctioné; sicut medicus, qñ certus est medicinam nihil profuturam, adhibere tamen debet; & hanc regulam tradit Aug. de pœnit. 7. c. si quis. el 2.

4 Item requiritur, quod sit opportunitas personæ, ita quod magis ipse, quā alij ad id teneantur. Nā si video ipsum fratrem peccanté, & alij æquè benè, vt fortè ei familiares, vel prælatus suus probabiliter supponere possum, quod aliquis istorū illum corripiat, cum dicatur. Quis est filius, qué non corripit pater? 3. Reg. 20. Custodi virum istū, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima ipsius. Vnde non debet credere, quod Prælatus suus sit immemor salutis suæ, quod esset, si negligerit illum corripere. Si autem cōstaret, quod omnes negligerent eum corrigere, tunc teneretur, alijs tamen conditionibus existentibus primum (vt supra diximus) vt sit spes probabilis de correctione; nam cum correctio sit instituta, vt emendetur frater, si ex illa fieret deterior, vtique fieri non debet. Hinc dicitur Prouerb. 19. Noli arguere deteriorem, ne te oderit.

5 Quomodo cognosci pōt, quod sperari possit correctio? ℞. quod signū probabile est, qñ ex infirmitate peccat, tunc cognosci potest si oblata occasione simul ruit, & deinde tristatur, & erubescit, vel ex malitia, cuius signum est frequens sine fræno iteratio actus.

Ité requiritur opportunitas tēporis, vt fiat, qñ credit peccāti ꝓdesse? S.Th. 2.2.q. 33. in 4. sen. dist. 19. q. 2. Nā si vellet homině recéti vulnerare affectū corripere, nihil laud faceret quā igni adhibere ligna.

Ité requiritur, vt ea cōmodè fieri possit absq; damno notabili salutis, honoris, famæ, & fortunæ corrigētis, nisi emendandus esset in extrema necessitate eiusmodi correctionis; quo casu ad corrigendū, vel aliter impedimentū eius peccatum mortale tenetur etiā cum periculo vitæ suæ, vt inquit Nauar. c. 24. nu. 63. vers. fundamēto, sed hoc rarò cōtingit, cū per correctionem absque alia ope saluari possit.

6 Quid requiritur in correctore? ℞. quod requiritur mansuetudo in corripiendo, & nō aspere obiurgādo, iuxta illud Psal. Superueniet mansuetudo, & corripiemur. Item debet fieri ex charitate, & non ex odio, cap. odia. dist. 86. & nec ex ira procedente rationem deliberatam, cap. prodest. 23. q. 5. præterea cum proximus noster duo habeat conscientiam, & bonam famam, c. duo. 12. q. 1. debemus in correctione vtrunque seruare, si possumus, alioquin conscientiam, sola fama contempta, S.Th. in 4. sent. dist. 19. q. 2. art. 3. vers. Respondendo ad primum.

7 Quæritur, de qua re est proprium præceptum correctionis? ℞. quod de peccato, iuxta illud Matt. 18. Si peccauerit &c. Peccatum autem duplex, scilicet veniale, & mortale. Correctio autem fit ad lucrandum fratrem ammissum per peccatum; vt vbi sequitur: Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: ergo corripere fratrem, est de peccato mortali; quia anima fratris non amittitur, nisi per peccatum mortale.

8 Queritur, vtrū debemus corrigere fratrē nostrū qñ peccat venialiter? ℞. quod hoc est de cōsilio, vt inquit Aug. de serm. Dñi in monte, dicens: Audiuimus Dñm admonentem, & magna cura præcipientem: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe ipsum, ita quod admonitio intelligatur de peccato mortali, & non de veniali.

9 Quotuplex est peccatum? Respondetur, duplex, scilicet, occultum, & publicum: occultum verò dicitur tribus modis, vno modo, quia solus Deus nouit, vel nouit homo per confessionem, & de hoc non tenemur, quia spectat ad Deum, & non ad nos, quo ad istam correctionis formam. vnde glos. Matthæi decimooctauo, super verbo in te, dicit,

dicit; quia si in Deum peccat, non est nostri arbitrij, id est, solo Deo sciente: Secundo, quia homo solus, id est, non cum alio nouit; vnde Gen. 3. Non est bonum hominem esse solum, id est, non cum alio, extra de offic.ordinan.si sacerdos. Tertio dicitur occultum, quia solus qui nouit, id est, vnus cum paucis familiaribus; sicut nobilis dicitur aliquid facere, vel esse in occulto, vel esse solus, quando est cum paucis familiaribus. Thren. 1. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, id est, quomodo, quæ solebat esse plena populo, nunc sola, id est, paucos habitatores habens? Dico igitur, quod præceptum de correctione fraterna intelligitur de secundo, & tertio modo.

10 Quæritur, quando peccant Principes, quomodo sunt corrigendi, & arguendi? Respondetur secundum Sotum lib. 1. de iust.& iur.quæst.3. art. 1. in fin. quod pedagogi, & conciliarij eius, quando non audent dominos suos reprehendere, vti deberet hac cautela, historicas tales legendas porrigant, quæ inuidiam non generent, & mores instruant.

11 Quæritur, vtrum sufficiat semel reprehendisse fratrem suum peccantem? Respondetur, quod hic delinquentem, non corripit non tantum semel, sed & pluries quamdiù spes de correctione ex ea habetur probabiliter, aliter mortaliter peccaret, qui eum secreto non corripit, S.Tho.2.2.q.33.art.2. Sylu. in verbo correctio, nu.4.

12 Quando talis correctio fratri meo non prodest quid? Respondetur, quod tunc debes denuntiare prælato suo; at si crimen idoneis testibus probari non potest, nec infamia est, vel inditia sufficientia ad inquirendum, nihil aliud facere potes, quam pro ipso orare, & illum admonere, & expectare donec sint inditia ad inquirendum, vel testes conuincendum, vt inquit Sotus de ratione tegen. cap 4.& 8. conclusione, quibus indicijs existentibus, vel etiam testibus poterit prælatus contra delinquentem inquirere, & habita sufficienti probatione, debet ei percipere, vt à delicto desistat; quod si non facit, excommunicari potest, tanquam contumax; & Ecclesia non audit, quo facto, vt ethnicus vitandus est, Sylu. in verbo correctio, num. 4. vers.4.

13 Quæritur, quo ordine correctionem fraternam facere debemus? Respondetur, quod circa correctionem fraternam, quæ fieri debet in peccatis omnino occultis, talis est, vt primò, secretè corripiat, secundum Domini præceptum, vt fratris peccantis salutem procurare possit, secundum S. Thom. quolib.l.4.art.12. vers. respondeo. qui si non emendatur, debet dicere prælato, aut patri; tunc quoniam si secreta correctio non proficit, & delictum probari potest, debent induci testes, quæ quidem inductio ob triplicem causam fit ad ostendendum, quod malum fit de quo frater arguitur secundo ad conuincendum de actu, si iteretur. Tertio secundum Aug. vt sint testes, quod corrigens fecerit debitum suum; quibus existentibus, potest excommunicari tanquam contumax, vt supra diximus.

14 Quid si delictum occultum probari non potest? Respondetur, quod si delictum occultum probari non potest, & secreto cerrectus crimen negauit, non debent induci testes; quia non est verisimile, quod delinquens coram testibus confiteatur, quod coram solo negauit, & tali casu omittenda esset inuocatio testiũ. Hinc in cap.placuit, & cap. si tantum, 6. quæst. 2. definitum est, quod si Episcopus alieni sceleris se conscium nouerit, quamdiù probare non potest, nihil proferat, sed cum ipso ad compunctionem eius secreto correctionibus elaboret. At idem pulcherrimus text. in cap. plerumque.2.quæst.5. quo casu præceptum impletur sine inductione testium, scilicet, vt secreto corripiat: & si non audierit, secretè prælato denuntiet, vt patri.

15 Quæritur, vtrum peccaret, qui ordinem fraternæ correctionis non seruaret? Respondetur in peccatis omnino occultis redentibus in damnum aliorum spirituale, vel corporale, non peccat, secundum Sanctum Thomam 2. 2. quæst. 33. artic.7 ad 2. verbi gratia, in crimine hæresis, vel si quis tractaret quomodo ciuitas hostibus traderetur, aut occultè

homines auerteret à moribus, vel fide, aut esset infectiuum peccatum proximo, & periculum esset in mora, tunc statim debet denuntiare prælato, siue alio superiori, absque alia præuia correctione fraterna, & secreta, vt gregi suo caueat, quia bonum multorum, bono vnius præponi debet, Gabriel. de cano. Missæ lect. 74. Immo si talis generalis admonitio non sufficeret, esset facienda declaratio specialis delictorum, & si nec illa sufficeret, esset etiam facienda personarum secundum Nauar. in manu. c. 18. nu. 16.

16 Quæritur, vtrum peccaret, qui crederet suis præcibus, & correctione fraterna facta secreto delinquenti, impedire peccata occulta, etiam alteri pernitiosa, & illa detegeret denuntiando (prætermissa correctione fraterna?) Respondetur, quod peccat mortaliter, si probabiliter crederet, potuisset impedire secundum S. Thom. quodl. 1. art. 16. quia alioquin, posset, & deberet statim iudici denuntiare. Vnde in proditionibus contra Rempublicam factis, & hæresibus raro correctionem secretam forè, raro enim quis probabiliter credere potest proditionem, & hæresim sola monitione omnino cessaturas, Nauar. c. 18. nu. 56.

17 Quæritur, quid si presbyter iurasset seruare, & non detegere proditiones, & homicidia, aliaque delicta perpetranda? Respondetur, quod si obuiare non potest admonendo, potest non obstante iuramento, denuntiare absque periculo irregularitatis ob id incurrendæ, dummodò protestetur se solum facere ad impedienda mala, quæ imminent, & non vt aliqua pœna saltem deformante, puniatur secundum Nauarr. dicto c. 18. num. 54. in fin. & cap. 27. num. 213. & ratio est, quia ordo fraternæ correctionis nō procedit in peccatis futuris, Sylu. in verb. correctio. q. 5.

18 Item pari ratione absque correctione potest denuntiare peccatum omnino occultum, quando imminet similis occasio ruendi, quam non vult vitare admonitus, quia tunc debet denuntiare prælato ne in præcipitium ruat, secundum S. Thom. dist. 19. q. 2. art. 3. ad 2.

19 Quæritur, vtrum peccet, qui sine correctione denuntiat peccatum proximi omnino occultum prælato discreto tanquam pio patri, & ex charitate sciēs, quod frater per ipsum non corrigeretur facta secreta admonitione? Respondetur, quod non peccat, quia non dicit, vt prælato Ecclesiæ, sed vt priuatæ personæ proficienti ad correctionem proximi, ac eius emendationem, vt dicit Sanctus Thom. quodl. 11. art. fin. Vbi aduertendum est, quod frater delinquens, non tantum denuntiandum est prælato tamquam pio, discreto, atque spirituali, sicut priuatæ personæ, vt emendetur; sed emendatus præseruari possit à recidiuo; si tamen per signa valde probabilia crederetur, quod ex illa denuntiatione fratrem correctum prælatus infamare vellet, tunc crimen occultum fratris iam veraciter correcti, ei denuntiare non deberet, secundum Gabr. qui supra, vers. 6. casu 2.

20 Quæritur, vtrum peccat prælatus, qui non præcedente fraterna correctione, fratrem in Capitulo de peccato veniali infamauit? Respondetur, quod non, quia præceptum de fraterna correctione intelligendum de peccatis mortalibus, & non de venialibus, quemadmodum sunt illa, quibus religiosi in Capitulo se proclamant Sylu. in verbo correctio. quæst. 5. in fin. S. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 7. ad 4. si tamen esset aliquid delictum in quo frater diffamaretur, contra præceptum ageret, qui non seruato ordine illum infamaret.

Hinc prælatus, qui in visitatione, vel alias præciperet, quod sibi dicatur quidquid sciuerit corrigendum, intelligendum est, saluo ordine correctionis, siue præceptum fiat generaliter ad omnes, siue ad aliquem specialiter, Gabr. qui supra casu 2.

21 Quæritur, vtrum peccet, qui admonet in generali; ita quod crimen quidem specificat, non autem personam? Respondetur, quod non peccat dicendo crimen; nō autem aperiendo personam, sic Dominus discipulis de Iuda dixit; Vnus vestrum me traditurus est, & tamen non legitur, prius Iudam in secreto corripuisse, ergo discipulis manifestauit crimen, non autem personam.

22 Sic etiam, qui prætermisso ordine denun-

nuntiat peccatum futurum, non peccat, quia ordo fraternæ correctionis nō procedit in peccato futuro, propter verbum peccauerit; Matth. 18. quia statim denuntiari potest, vt impediatur nisi obuiare possit is, qui nouit, Syluest. in verbo correctio, num. 4. & ratio est, quia tunc denuntiare, quis non debet aliquod peccatum, quando ex illa denuntiatione sequeretur infamia.

23 Nec peccat per terram hæreticorum transiens, si non reprehendit eos tractantes irreuerenter sacramenta, vel imagines, vel docentes, aut prædicantes hæreses si nulla est spes emendationis immo timor maioris mali, quia deest spes emendationis fratris, Nauarr. c. 24.nu.13.vers.3.

24 Nec peccat, qui absque monitione denuntiat peccatum alterius, quando ex eius manifesta denuntiatione, publica vtilitas verisimiliter resultaret; sic S. Petrus Apostolus peccatum occultum Ananiæ, & Saphiræ manifestauit, quia sciebat ex dicta correctione vtilitatem redūdare, vnde ex quo statim morti fuerunt, fuit factus timor in omni ecclesia.

25 Quæritur vtrum subditus obedire teneatur prælato præcipienti, vt qui scit aliquem furtum, teneatur illud manifestare? Respondetur, quod subditus obedire tenetur in his casibus, & primus est in peccatis publicis, & ratio est quia peccās lædit, conscientiam suam, & aliorum, vnde vtriq. succurrendum est per denuntiationem, etiam si speratur emendatio peccatoris, quia oportet a scandalis cauere S. Tho. 2.2.quæst. 33. art. 7. Sylu. in verbo correctio quæst. 3.

26 Quæritur vtrum dicatur publicū peccatum, si esset publicus peccatoris effectus; sed occultus, qui fecerit illud, verbi gratia reperitur homo occisus, sed nescitur homicida? Respondetur, quod non, & ideo hoc casu seruari debet ordo fraternæ correctionis, (vt diximus supra,) sed publicum tantum dicitur, quando effectus peccatoris, & peccator ipse sit publicus Sylu. in verb. correctio quæst. 8.

27 Quæritur vtrum quis teneatur denuntiare aliquod peccatum publicum, quod credit prælatum scire, & dissimulare? Respondetur, quod publicum, vt inquit Abb. consil. 99. vbi etiam dicit, quod tunc dicitur publicum, quando aliquid est notorium de iure, vel euidentia facti, vt per famam, text. in cap. vestra, & cap. tua. de cohabit. clericor. cum muli. & ideo non tenetur, nisi reuocetur in dubium. Secundus casus in quo tenetur denuntiare, est in peccatis occultis, quæ proximo damnum spirituale, vel corporale inferunt, vel sunt illatura. Tertius est si per correctionem non speratur emendatio. Quartus, si peccatum est leue, & non infamatorium, Sylu. in verbo denunciatio. quæst. 4. Quintus potest fieri denunciatio in peccatis omnino occultis, quando melius speretur correctio per prælatum, quam per denunciantem. Sextus, quando peccatum præteritum, est emendatum, sed intendit denuncians præseruationem à recidiuo, & hæ vltimæ debent secreto fieri, & non iuridicè.

28 Quæritur, vtrum prælato præcipienti, vt si quis scit furem, reuelet, an teneatur ille, qui furtum fecit, etiam semetipsum prodere? Respondetur, quod non; hoc enim consonum est Scripturæ sacræ iuri canonico, & rationi: nam non subest iudicio humano, vt teneatur se prodere cum omnia iudicia humana ad publicam potestatem, scientiamq. spectent. Caiet. 2.2. quæst. 69. art. 1. si tamen reus esset infamatus, vel semiconuictus, vel adessent indicia tenetur obedire, Sylu in verb. correctio, q. 8. circa finem, & in verbo dubium. q. 2.

29 Quæritur, vtrum subditus teneatur obedire prælato præcipienti sub pœna excommunicationis latæ sententiæ reuelare alicuius occultum? Respondetur, quod tenetur, & ex text. in cap. quidam, 5. quæst. 1. Vbi beatus Gregorius excommunicauit occultum actorem libelli, nisi se reuelauerit, & hanc opinionem tenet Syluest. in verbo correctio, quæst. 9. vbi siue sit diffamatus, siue semiconuictus, siue omnino occultus, dicit quod tenetur se prodere, quia licet peccet prælatus sic intendens præcipere, & sententia sit iniqua, non tñ est nulla. ita Sylu. Caiet. tamen quem sequitur Armilla in ver bo inquisitio, num. 10. asserit aduersus

Syluest. in delinquentibus occultis, & ita tenendum. At si hoc mandatum esset generale, non tenetur reuelare iudici publicè, quando non potest probare; sed benè secretè ad correctionem; quia alias esset odia nutrire. Si tamen Iudex præcipit, quod vult sibi dici in iudicio, debet intelligi, saluo ordine Euangelico, & si fecit monitionem, & delinquens non vult se emendare, debet comparere in iudicio, & dicere se scire; sed non posse probare, ac si non admonuit, dicat se scire, sed velle prius facere correctionē, quod si vult Iudex, vt probet, cum possit, non tenetur; quia sententia continet intolersbilem errorem, Armilla in verbo excommunicatio, num. 31. contra Sylu. in verbo excommunicatio. 2. dub. 8.

30 Quæritur, vtrum filius teneatur reuelare delictum occultum patris? Respondetur, quod si tale delictum vergit in damnum Principis, aut Reipublicæ, tenetur. ita text. not. in l. milites. §. desertorem. ff. de re militari. vbi pater sciens filium velle committere crimen læsæ maiestatis, tenetur illud propalare: & si filium Principi præsentat, pœna filio remittitur, secundum Sylu. in l. propter insidias. C. qui accus. non poss. refert Felin. in cap. 1. de offic. delegati, columna. 2. in fin. idem erit de filio respectu patris. Quinimo velit Reipublicæ hostem, poterit impune occidere filius, sicut de patre, bannito, inquit Bart. in l. amissione. ff. de capit. diminut. Abb. in cap. 1. colum. 2. de conuers. infid. Immo tali casu, quo reuelauerit crimen læsæ maiestatis, aut diuinæ, consequitur commodum; quia habebit bona paterna, quamuis pater condemnetur, l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest.

31 Quæritur, quare leges permittant, vt filij sint proditores patris? Respondetur, quod quidem factum est, vt filij alliciantur ad reuelandum paterna delicta; quia expedit Reipublicæ, vt delicta puniantur, l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil. cap. vt famæ, de sentent. excommunicanis, facit text. not. in cap. si quis Papa, in fin. distinct. 75. vbi si quis scit de tractatu mortis Pontificis, etiam si sit particeps, liberatur, & debet præmiari, si reuelat.

Mirabile quidem videtur, quod socius reuelans præmietur: ex quo datur notabilis limitatio ad doctrinam Bart. in l. 3. ff. de condict. ob turp. caus. vbi dicit, quod præmium datum reuelantibus, nō datur participi reuelanti, refert Felyn. in cap. 1. de offic. delegat. colum. 3. in princ. nam debet intelligi, nisi in crimine læsæ maiest. vide Bart. in l. idem est, in fin. ff. de cond. ob turp. caus.

32 Quæritur, quid dicendum de edictis emanare solentibus, quod qui reuelauerit delictum occultè commissum indemnitatem consequatur, verbi gratia, plures commiserunt, & reuelauerunt, an omnes indemnitatem consequantur? Respondetur, quod non, sed qui fuerit primus; ita notanter sentit Fulgo. in l. fin. §. sed quidam, colum. 2. C. de iure deliber. & ita seruari videtur Bart. in l. nulla, C. de lat. lib. 10. Felin. in cap. cum dilecti. col. 8. in princ. de accus.

SVMMARIVM.

1 *Vitium est quasi virtus corrupta.*
2 *Virtuosus actus stare potest cun vitio.*
3 *Vitium quomodo differat à peccato.*
4 *Vitiosus habitus stare potest con gratia, & actu meritorio.*
5 *Vitia sunt vitanda, quia valde placent dæmonibus, Deo summè displicent, & homini summè nocent.*

De Vitijs virtuti contrarijs. Cap. XXXVI.

1 QVid est vitium? Respondetur, est virtus corrupta: nam virtus corrumpitur duobus modis, vt inquit Gabr. distinct. 23. quæst. 1. art. 3. dub. 9. lib. 3. Vno modo per habitum contrarium genitum ex actibus virtuosis: vnde introducto errore circa aliquam conclusionem, scientia eius corrumpitur: similiter in virtute morali, introducto habitu vitioso; per frequentatos actus vitiosos, corrumpitur præexistens virtus; habitus enim vitiosus contrariatur virtuoso, ideo simul stare non possunt: sicut

ficut enim medium extremis contrariatur, ita habitus inclinans ad medium contrariatur habitui inclinanti ad extrema: ex operibus itaque vitiosus frequentatis, generatur vitium contrarium virtuti, per quod immediate virtus corrumpitur. Non autem actus vitiosus stat cum virtute, sicut è conuerso actus virtuosus stat cum vitio acquisito.

2 Quomodo actus virtuosus stare potest cum vitio? Respondetur, quod potest, sicut in virtuoso in peccatum elapso; talis adhuc sentit inclinationem ad actum virtuosum, licet non sequatur sensualitatem suam: hæc autem non est nisi ab habitu virtutis prius acquisitæ.

Item patet de nouiter conuerso, qui graues patitur inclinationes ad actus virtuosos, quibus cum difficultate, & magno conatu resistere oportet, tales autem inclinationes sunt ab habitu vitioso prius acquisito, & manēte cũ actibus virtuosis.

3 Quæritur vtrum habitus vitiosus possit stare cum gratia, & actu meritorio? ℞. quod Gabr. qui supra, diffusè tractat de hac materia: dico autem, quod vitia corrumpunt virtutem, sed quot virtutum genera numerantur, totidem vitiorum paria opponuntur, vt inquit Cortesius lib. 3. sent. dist. 8. Si quidem parsimoniæ bellum est naturale cum gula, & maximè luxuria prælium cum castitate init. Iram cum mansuetudine pugnare dicimus; pugnacissimè superbiam cum humilitate præliari affirmamus, &c.

4 Quæ differentia est inter vitium, & peccatum? ℞. secundum Gabr. lect. 28. canoni, vitium enim generalius est peccato, nam dicitur vitium omnis inordinatio potentiæ respectu actus sibi debiti secundum suam naturalem institutionem sic vitium ponitur in natura, vt in effectibus monstruosis: Similiter in brutis, in furiosis. in Infirmitatibus corporis. Sic generaliter omnis defectus debiti ordinis, vitium dicitur. Item omnis primus motus, vitium dicitur, sicut, & quilibet actus surreptitius: Peccatum autem est vitium imputabile ad vituperium.

5 Quæritur vtrum sint vitia vitanda? ℞. quod summa diligentia, ex triplici ratione sunt vitanda, scilicet, quia dæmonibus valde placent. Deo summè displicēt, homini vero summo nocēt. Quod valde placeant vitia dæmonibus, ostenditur ex assiduitate tentandi, de qua dicit Greg. assidua tentatione diabolus tētat, vt saltem tedio vincat. Tentatio vero diaboli ad hoc est immediate, vt in malum culpæ hominem impellat: vnde Greg. de illo. Nihil se fecisse æstimat cum animas non sauciat.

Quod autem Deus summè odiat peccatum, ostenditur triplici ratione. Primo ex hoc, quod illud, quod maxime videtur odisse diabolũ, non odit, nisi rōne peccati & eum amaret, si peccatum non esset tanquam creaturam suam, vnde Sap. 11. Nihil odisti eorum, quæ fecisti: Secundo: ostenditur quod Deus non habet ita bonum amicum in cælo nec in terra, quem haberet odio ad montem si inueniret peccatum mortale in eo; Vnde licet Petrus ardentius amasset Christum, quam cæteri Apostoli: Tamen Christus eum damnasset, si decessisset in peccato negationis.

Bene ostendit Deus, quantum odiat peccatum, quando filios suos, quos tantum dilexit, quod pro illis mori voluit, in ignem extinguibilem proijciet, quando inueniet in eis peccatum mortale. Tertio ostenditur per hoc, quod deus filiũ suum crucifigi voluit, vt cum eo peccatum crucifigeretur. iuxta illud Isaiæ. 53. Propter scelus populi mei, percussi eum.

Quod autem homini valde noceat peccatum, potest ostendi multis rationibus. Primo, quod nihil potest homini nocere, nisi per peccatum: Vnde solum caueat homo, sibi ab isto hoste, & non sunt timendi ei alij hostes: Nec diabolus, nec homo malus, nec infirmitas, nec mors, nec alia aduersitas potest ei nocere; si à peccato, cauerit sibi. Nulla denique ei nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas inquit Gregorius.

SVMMARIVM.

1 *Ira est accensio sanguinis circa cor.*

2 *Ira subita irati aperiunt facile, quod in corde habent nam ira assimilatur tonitruo.*

3 *Ira*

3 *Ira est appetitus vindictæ.*
4 *Ira blasphemans se, aut proximum peccat.*
5 *Ira appetens vindictam contra proximum peccat.*
6 *Ira maledicens creaturis irrationalibus, quomodo interrogandus à confessario.*
7 *Ira potest esse sine peccato.*
8 *Iracundia est excessus iræ.*
9 *Irasci est appetere vindictam.*

De Ira. Cap. XXXVII.

1 QVæritur quid est ira? Respond secundum Aristot. lib. 1. de anima, quod est accensio sanguinis circa cor. Attipulatur Ioan. Damas. lib. 2. cap. 16. cum ait. Ira est feruor eius, qui circa cor est sanguinis vaporatione fellis, vel perturbatione fiens. Item secundum Hug. lib. 1. de Sacramentis est irrationabilis perturbatio mentis. Item secundum Aug. sic describitur. Ira est vlciscendi libido, & secundum Cassiodorum, sic diffinitur. Ira est immoderatus animi motus, concitatus ad pænam seu vindictam, & intelligitur hæc dictio (vt scribit Gerson. par. 2. de septem vitijs capitalibus) non de ira, quæ seu dominatur per zelum, quæ est, quando quis contra ipsa vitia mouetur secundum ordinem rationis ad bonum finem, quia etiã homo interdum sibi ipsi propter sua peccata, & vitia irascitur, sed intelligitur de Ira, quæ procedit, & nominatur per vitium.

2 Ira subita secundum Gers. par. 4 in sermone Dominicæ sexagesimæ, est in hominibus, qui facile irascuntur & inflammantur, & tunc omne id aperiunt, quod in corde habent, præterea, Horatius vocat eam tortam, cum ait.

Secretumque teges, & vino tortus, & ira.

Assimilatur hæc ira tonitruo, quod subito facit magnum sonitum, & mox cessat, vel alicui magno igni stuparum, aut puluerum tormentorum, vbi fit magnus sonitus ad paruum ignem, & illa ira, quæ aduenit naturaliter, ex primo motu, non est peccatum, nam primi motus non sunt in nostra potestate; vt sunt aliqui, qui sunt calore calidi, & citius irascuntur, quia sanguis citius circundat cor eorum. Ira verò, quæ venit subito per malã consuetudinem est magis reprobanda: vt Gers. ibi, qui, & alias ire ponit species, scilicet prolixam consuetudinem longam, vel grauantem.

Sicut acetum corrumpit vas, si diutius ibi fuerit: sic ira corrumpit cor, si in alium diem durauerit, inquit August. in Epistol.

3 Ira verò, quæ est appositus vindictæ non seruata iustiæ formam habens inferendi aliquod graue nocumentum proximo cum consensu deliberatæ rationis propter aliquam præcedentem offensam, est peccatum mortale, nisi esset imperfecta, puta si esset subitus motus iræ, cui ratio non consentit, vel propter paruitatem nocumenti, v.g si aliquis irascitur contra aliquem puerum, volens eum parũ trahere per capillos, vel per aurẽ aut aliquod leue facere in sui vindictam, vt dicit S. Thom. in quæst. 12. de ira art. 3. vers. Respond.

4 Quæritur vtrum peccet, qui ex ira se blasphemat, vel optat sibi mortem, aut etiam proximo? Respond. si malum esset notabile, sub ratione mali, cum animo deliberato mortaliter peccat. In deliberate, tamen vel ore maledicere, vt communiter parentes filijs, & coloni bobus, est veniale: At si ex deliberato animo, etiam momentaneo, licet illico pæniteat Caiet. 2. 2. quæst. 86. art. 2. est mortale.

5 Quæritur vtrum si quis peccet vindictam appetere contra proximum? ℞. quod peccat mortaliter, Sylu. in verb. ira, siue appetatur vindicta maior merita, vel merita authoritate propria, vel contra iuris ordinem Nauar. cap 23. numijs.

6 In confessione quando interrogandus est pænitens, qui dicit se maledixisset creaturam irrationalem, vel elementa, quid? Respond. Interrogandus est, si maledixerint ore tantum, vel ore, & animo nulla ratione Dei, vel proximi habita, quia in his casibus est tantum peccatum veniale. Si verò ex animo, & ratione, qua est creatura Dei, quia tunc esset blasphemia, aut qua ratione est res proximi, & tunc perinde est ac si proximo malediceret, & ideo in vtroque casu esset peccatum mortale. S. Thom. 2. 2. quæst. 66. art. 2.

7 Quæ-

7 Quæritur vtrum poſſit eſſe ira ſine peccato? Reſpond. quod poteſt, & primo ira, ſecundum Brulif. diſt. 14. quæſt. 4. lib. 4. eſt duplex, ſcilicet, illa ira, quæ vocatur zelum, & eſt velle punire peccata aliena: Et iſta ira fuit in Chriſto, quando eiecit ementes, & vendentes de templo pſalm. zelus domus tuæ comedit me. Alia eſt ira per pænitentiam, & eſt velle punire peccata propria, & iſta non fuit in Chriſto, nec in Beata Maria, quia nullum habuit peccatum. De prima ira dicitur. Iraſcimini, & nolite peccare, Gloſ. Quid iuſtius, quam, vt ſuis peccatis quiſque iraſcatur proprijs potius, quam alienis, ſeque puniens per pænitentiam ſe Deo offerat, &c.

8 Quæritur, quid eſt Iracundia? Reſpon. quod eſt exceſſus Iræ, ideo eſt vitium oppoſitum manſuetudini, ſecundum S. Thom. 2. 2 quæſt. 157. art. 1. differtque ab ira, vt placet Donato, quod Ira eſt ex cauſa, Iracundia, & vitio multum iraſcentis. Ab ira iraſcor, & iratus, ac iracundus, quæ ita differunt, quod iratus, qui ex aliqua relaceſſitus excanduit, iracundus, qui ex quacunque etiam parua cauſa mouetur ad iram ſemper alterum ex cauſa eſt, alterum ex moribus.

9 Quæritur, quid eſt iraſci? Reſpond. quod eſt appetere vindictam ſecundum Ariſt. 4. Rhet. propter apparentem parui penſionem, Brulif. diſt. 10. quæſt. 3. lib. 1. & Deus dicitur figuratiuè iratus, vel offenſus, tūc accipiēdo iraſci ꝓ velle vindicare non includendo paſſionem concomitantem iſtius modi velle. Deus formaliter, eſt iratus, vel offenſus, quia formaliter eſt volens vindicare peccatum commiſſum contra legem ſuam, vt ſcribit Scotus, & poſt eum Gabr. diſt. 14. quæſt. 1. art. 1 lib. 5. & vt ſcribit. S. Bonau. diſt. 45. in dubijs literal. lib. 1 Deus habet ſigna Iræ, non quæ ſignificent iram in ipſo, ſed quæ ſignificant iram in nobis, & verè quando in nobis ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Odium eſt Ira inueterata, cum multis ſequentibus.*
2 *Odio habens proximum ſuum, quomodo peccet.*
3 *Odio, qui appetit malum proximo, quomodo non peccat.*
4 *Odio perſequens aliquem peccat.*
5 *Odio offenſus remittere tenetur veniam petentibus.*
6 *Odio, quando præceſſit odium, & in veritate nulla eſt inimicitia, confeſſarius poteſt abſoluere vtrumque.*
7 *Odio, cui competat actio iniuriarum.*
8 *Odio, qui prius offendit debet reconciliationem petere.*

De Odio. Cap. XXXVIII.

1 QVæritur, quid eſt Odium? Reſpon. ſecundum Ciceronem lib. 4. Tuſcul. quod eſt ira inueterata: ſecundum Aug. lib. diffinitionum, eſt vetus ira ex pluribus cauſis collecta diuturno tempore perſeuerans, & ſecundum S. Thom. 1. 2. quæſt. 29 art. 1. & 2. Odium eſt diſſonantia appetitus animalis, vel appetitus rationalis ad appræhenſum, vt diſconueniens, ſicut amor eſt conſonantia eius ad conueniens. Item Odium (vt ſcribit Gabr. diſt. 6. quæſt. vnica, lib. 2.) eſt quo quiſquam, quia habere non poteſt, cupita, contrariantibus inuidet.

Item odium (ſecundum S. Bonauent. diſt. 14. art. 2. quæſt. 1 lib. 4. in ſolut. arg.) aut cum quadam diſciplina, aut cum in ſurreptionis vindicta, & ira, Et primum eſt incocupiſcibili, ſecundum in iraſcibili, & tale eſt in pænitentia, ſicut enim per iram, & zelum iraſcitur homo, & indignatur peccatis proximi, ſic per pænitentiam, peccatis ſuis. &c.

Item odium differt ab inuidia, quod odium imbrutorum etiam natura comperitur. Inuidia verò humanum genus non excedit ſecundum Plutarch. differunt quoque, quia iuſte inuidemus, odio verò iuſtè, quam plures habentur, ſicuti qui neque malorum conſuetudinem fugiunt. Multi odio ſe habent, nemo ſibi inuidet.

2 Quæritur, qui odit proximum ſuum, vtrum peccet? Reſpond. quod ſi appetit ei malum, ideſt mortem, vulnera infamia, vel vt amittat aliquid de bonis eius, mortaliter peccat, ſi eſt cum ratione deliberata, quia opponitur charitati.

3 Quæ-

3 Quæritur vtrum peccet, qui malum proximi non appetit, vt malum, sed appetit ei malum, scilicet infirmitatem, in bonum eius, vt bonus efficiatur, vel ne peior, vel ne alicui noceat, vel vt per Iudicem puniatur delictum? Respondetur quod non peccat, quia hoc propriè non est odium, Sylu. in verb. odium, & in verbo charitas, quæst. 3 Nauar. cap. 15. num. 10. & cap. 16. num. 7. & cap. 20. nu. 3. vers. ad quæsitum, vbi etiam addit hoc non esse peccatum, etiam religiosis, quandoque penuriam annonæ, vel gaudere ob aliquem bonum finem in Deum relatum quatenus per eum, populi refrenentur à vitijs, & ad Deum conuertantur.

4 Quæritur vtrum peccet, qui aliquem odio prosequitur à quo fuerit in iuria affectus, vel aliqua alia de causa? Respon. quod peccat mortaliter cap. si quis contristatus dist 90. cap. fin. de pænit. dist. 5. quod procedit etiam si offensor nullatenus offenso satisfaciat iuxta D. Gregorium in d. cap. fin. quinimo toties peccauit mortaliter pænitens, quoties reuocando iniuria menti de nouo habuit rancorem ad illum cum consensu rationis; quare interrogandus est à confessario etiam de tempore, scilicet, quantum perseuerauit, & frequenter odiuit Arch. Flor. 2. part. interrog. in summula de odio.

5 Quæritur vtrum offensus inimicis veniam petentibus veraciter paratis emendare, remittere teneatur? Respond. secundum Sylu. in verbo charitas quæst. 6. quod ex iniuria tria oriri consueuerunt In corde rancor, idest ira, seu indignatio in opere, seu in effectu, signa rancoris, & in foro exteriori actio contra iniuriantem, Primum, secundum omnes tenetur, homo statim remittere, cap. fin. de pænit. dist. 5. quod intellige primo, si rancor sit in voluntate, quia de sensu non potest ad libitum expelli, sicut nec amor. Secundum si sit iniustus. Tertium vero, idest signa rancoris proxima, per quæ tolluntur signi dilectionis vniuersalia, ad quæ tenetur homo, etiam remittere debet sicut est salutatis duobus non salutare tertium, vel toruo aspectu aspicere nunquã, nec in articulo necessitatis loqui. Sed signa remota, v. g. offensorem in suam familiaritatem admittere non tenetur maxime, quando ad reprimendam temeritatem, & huiusmodi.

6 Quæritur, quando inter aliquos ex neutra parte in veritate est inimicitia, sed quia præcessit odium, vel offensa, neuter vult se flectere, vt alteri loquatur, aut alter tantum recusat alteri loqui? Respon. quod in neutro sanè à confessario deneganda est, quia homo non tenetur ad locutionem, & ad alia particularia signa beneuolentiæ, nisi secundum præparationem animi in articulo necessitatis, & propterea nec tenetur loqui. Per accidens vero ratione scandali, si hoc fieri debet relinquendum est arbitrio prudentum, Caiet. 2. 2. quæst. 25. art. 8.

7 Quæritur cui competat actio iniuriarum, quæ est, vt ei satisfiat? Respond. quod non solum competit ei, qui iniuriã patitur Insti de iniurijs. §. non solum, sed etiam si fit in religiosum vxorem, filium nondum emancipatum, vel seruum, competit, prælato, marito, patri, & Domino. Quinnimo nec etiam ipsi tales offensi possunt illa condonare sine authoritate suorum superiorum. ff. de pactis l. in personam glos. comm. recepta in cap. Parochianus de sent. excom. per quem text. etiam habetur, quod si iniuria fuerit facta religioso, quod non debet absolui excommunicatus, nisi prius satisfaciat, vt notat Francus in cap. 2. §. sciturі de off. ordin. lib. 6.

8 Quæritur duo se mutuo offendunt, & amborum offensio est æque grauis, quis horum tenetur petere reconciliationem? ℞. qui primus offendit debet reconciliationem petere. Si vero posterior offensus sit maior, tunc posterior debet prius illam petere Sylu. in rosa aurea casu. 56.

SVMMARIVM.

1 *Inuidia est tristitia de bonis alienis.*
2 *Inuidentia est ægritudo alterius rei secūdæ*
3 *Inuidentia fraternæ charitatis est duplex.*
4 *Inuidia habet quinque filias.*
5 *Inuidia, & superbia indiuidua peccata sunt.*

De

De Inuidia.
Cap. XXXIX.

INuidia eſt filia ſuperbiæ: ſed iſta mater ſuperbia neſcit eſſe ſterilis, vbi fuerit continuo parit: ſuffoca matrem, & non erit filia Auguſt. de verb. Domini ſuper Matth.

1 Quæritur, quid eſt inuidia? Reſpond. quod eſt triſtitia de bonis alienis ſecundum Ioannem Damaſcenum, & Hugonem libro ſecundo de Sacramentis dicit inuidiam eſſe odium alienæ Fælicitatis. Item Sanctus Thomas. ſecunda ſecundæ, queſtione trigeſimaſexta, articulo primo Inuidia eſt triſtitia de bono alterius in quantum eſtimatur diminuere gloriam propriam.

Item dicitur inuidia à nimis videndo quod minus intuemur formam illius, de cuius felicitate ſumus ſolliciti. A' quo inuideor, quod Horatius vſurpauit. A' quo inuiſus, hoc eſt, odio habitus. & inuidus, & inuidioſus differunt. Inuidus eſt, qui actu alieni inuidet. Inuidioſus, qui morbo inuidentiæ laborat: inuidia aliquando pro odio ponitur. Quintilianus. Ne ei tot ſcelerum commemoratione concitarem inuidiam. Hinc inuidioſum, pro inuiſo, & odioſo ponimus. Et inuidia ex ſuo genere eſt peccatum mortale, vt ſcribit Gerſon. part. 2. de ſeptem vitijs capitalis, quia directè contrariatur charitati. Charitati autem nihil eſt contrarium, quod non ſit peccatum mortale. Poteſt tamen hoc peccatum eſſe veniale. ſecundum aliquas ſui qualitates, vt puta, quando in ſolo primo motu conſiſtit, vel propter aliquam aliam intentionem extra ſuam rationem trahitur vt ſcribit Gerſ.

2 Quæritur iterum quid eſt inuidentia? Reſpondetur, quod eſt ægritudo ſuſcepta propter alterius res ſecundas, quæ nihil noceant inuidenti. Nam ſi quis doleat eius rebus ſecundis, à quo ipſe lædatur non recte dicitur inuidere. Cicer. in Tuſculan. 9. & ab inuidia ſic differt, quod inuidia non ſolum ad eum, qui inuidetur referri poteſt Inuidia verò in eum demum cadit, qui inuidet, vel inuidia eſt actus inuidendi, inuidentia ipſa ægritudo.

3 Quæritur, quæ eſt inuidia fraternæ charitatis, ſeu gratiæ? Reſpondetur, quod hæc inuidentia eſt duplex. Aut enim ex hoc oritur, quia per gratiam fratris, putat aliquod bonum, in ſe, vel in alio, quod appetit minui, & ſic pertinet ad inuidiam. Alio modo, quia tanta malitia deprauatus eſt talis inuidens. quod bonum, quod in ſe non videt, nulli alij in eſſe velit, licet nihil ſibi ex hoc incommodi accidat, vt ſcribit Gabr. diſtinctione quadrageſimatertia quæſtione vnica libro ſecundo articulo tertio dubio primo.

4 Inuidia habet quinque filias ſecundum Gregorium, & hoc refert Gerſon. part. 4. in deſcriptionibus peccatorum mortalium. Prima eſt odium, quod eſt velle malum alteri, & nolle bonum. Secunda, exultatio in aduerſis proximi. Tertia afflictio in eius proſperis. Quarta ſuſurratio, quæ eſt detractio latens. Quinta, eſt quæ ſit in aperto, intenditque melior apparere illo, cui detrahit.

5 Superbia, & inuidia, hæc duo peccata pæne ſunt indiuidua, & inſeperabilia, & vnum comitatur alterum, vt inquit, Sanctus Bonauentura, & poſt eum Gabr. diſtinctione vigeſima prima, quæſtione vnica, articulo tertio, dubio primo, libro ſecundo, ſuperbus enim enim amat excellentiam, & ita nullum vult parem, & propter hoc appetit excellentiam ſingulariter poſſidere, & ideo ſtatim actu, vel habitu inuidet, cum nolit bonos conſimili bono, quod appetit alterum communicare. Mens autem Diaboli his vitijs duobus poſſeſſa eſt, nam ex his vitijs (vt inquit Auguſt.) qui prius fuit lucifer, diabolus factus eſt, videns ſtatum hominis, in quo potuit cadere, & aſcendere, & cadendo ſub Diabolica poteſtate redigi, aſcendendendo ad ſupernam ciuitatem, vnde ipſe cecidit, peruenire. Ex ſuperbia motus eſt ſimul, & inuidia ad ipſum tentandum. Ex ſuperbia, vt ipſum ſibi ſubijceret. Ex inuidia, vt ipſum à ſuperna felicitate

impe-

impediret. Et ideo scriptum dicit, diabolum, ex inuidia hominem tentasse, Sapient. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.

SVMMARIVM.

1 *Furtum est acceptio occulta rei alienæ.*
2 *Furtum idest contrectatio rei alienæ aliquando potest fieri licitè.*
3 *Furtum est duplex manifestum, & occultum.*
4 *Furans rem suam, quam credit esse alienam peccat.*
5 *Furandi voluntatem deliberatam habens, quamuis non furetur peccat.*
6 *Furans rem sibi pignoratam furtum committit.*
7 *Furans rem suam ab alio iniustè detentam non peccat.*
8 *Famulis non licet à suis dominis surripere aliquid sub prætextu, quod non satis à suo seruitio impensum est.*
9 *Surripere incontinenti rem propriam quis potest ab aliquo eam tenente.*
10 *Furari rem domino sciente, & non contradicente ex timore, peccatum est mortale.*
11 *Furandi aliquid minimi, sine intentione furandi multum, excusatur à mortali.*
12 *Furans minimum à pusillanimo, qui nimis affligitur peccat mortaliter.*
13 *Furans tantum quadrantem ab hero suo, licet sæpius multiplicet, peccat venialiter.*
14 *Furans parum, sed continuato tempore notabilem quantitatem tenetur ad restitutionem.*
15 *Furans panem, aut vinum seruus à dominis suis ad vendendum, vel donandum, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem.*
16 *Furans minimum credens dominum permissurum, & postea aduertit voluntatem domini contrariam, tenetur restituere.*
Qui aufert rustico porcum, aufert oculum ibidem.
17 *Furtum facit filius surripiens aliquid magni valoris latenter patri, vel vxor marito.*
18 *Furtum non facit vxor, si aliquid surripit à viro suo prodigo.*
19 *Accipiens ab eo, qui donare non potest, tenetur ad restitutionem.*
20 *Furto aut violenter subtracta res aliqua depositata, vel commodata, non tenetur, quis ad restitutionem.*
21 *Casus fortuitus quomodo intelligatur.*
22 *Furtum committit vtens re commodata, vel deposita contra voluntatem domini.*
23 *Creditor potest pignus alteri pignori dare, & quomodo etiam vendere.*
24 *Furari non licet, vt faciat Eleemosynam, nisi in valde extrema necessitate.*
25 *Furtum committit, qui operanti mercedem statim non soluit.*
26 *Magistri artium accipientes famulos, sine salario, vt eos doceant artem, occupantes eos in aliquo, nec eos docentes peccāt.*
27 *Furto res sublatas emens tenetur restituere.*
28 *Furtiuam rem emere paruo prætio animo restituendi domino suo, potest quis prætium, & interesse petere.*
29 *Furtiuam rem, sibi donatam dubitans, quomodo se habere debet.*
30 *Furtiuam rem ignoranter emens, quomodo se habere debet.*
31 *Rem emens alienam, quomodo se habere debet.*
32 *Furtum committit, qui scienter liberum hominem vendit.*
33 *Furans aleas, & fucos mulieri animo spirituali, non peccat.*

De Furto. Cap. XXXX.

SI in ignem mittitur, qui non dedit rem propriam, vbi putas mittendus erit, qui inuasit alienam? Si cum diabolo ardet, qui nudum non vestiuit, vbi putas arsurus erit, qui vestitum expoliauit? Non nocent mala præterita, si non placent Aug. de verb. Domini c. 20.

1 Quæritur, quid est furtum? Respond. secundum S.Thom. 2. 2. quæst. 61. art. 3. quod est occulta acceptio rei alienæ, & est nimis generalis descriptio conuenit enim Symoniæ, vsuræ dolosæ, seu iniquæ mercantiæ, &c.

Item alia diffinitio secundum Raym. quem communiter sequuntur Doctores, & Iuris periti; Furtum est contrectatio rei alienæ mobilis, & corporalis fraudolenter inuito domino gratia lucrandi rem ipsam,

ipſam, vel vſum eius, vel poſſeſſionem veram. Dicitur contrectatio, quæ eſt realis, & exterior rei apprehenſio, quia ſola voluntate, aut verbis non cōmittitur furtum licet voluntas furandi ſit peccatum, non autem furtum; Nam voluntate fit trangreſſio alterius præcepti, ſcilicet decimi. Non concupiſces rem proximi tui. Dicitur alienæ, quia in re propria non committitur furtum, niſi fortè dominus rem ſuam alteri pignori datam occultè acciperet, tunc enim furtum committeret. Dicitur mobilis, quia in re immobili non furtum, ſed rapina committitur. Dicitur corporalis; quia in re incorporali, non poteſt committi furtum, cum non poſſit contrectari. Dicitur fraudolenta, quia ſi quis crederet eſſe rem ſuam, quæ non eſt ſua, vel dominum rei non eſſe inuitum, & probabiliter hoc crederet, non committit furtum. Dicitur Domino inuito, quod intelligendum de domino, tam propinquo, quam ſuperiori, vel remoto, quia ſi dominus ſuperior non eſſet inuitus, non eſt furtum, aut rapina, ſicut patet de ſpoliatione Aegypti per filios Iſrael. Exod. 11.

Dicitur quoque Dominus inuitus, qui timore, vel verecundia non contradicit. Dicitur gratia lucrandi, quia in cauſa cuſtodiendi, vel reddendi cautiorem dominum rei illam aufert non dicitur Furtum. Dicirur rem, vel vſum, vel poſſeſſionem, quia nihil refert, an tollens rem alienam intendat ſibi aſcribere rem, vel vſum rei, aut eius poſſeſſionem, quodlibet enim horum intendat, furtum committit.

2 Quæritur vtrum iſta contrectatio rei alienæ poſſit fieri licitè? Reſpondetur, quod aliquando poteſt tribus modis. Primo, quando fit non ex cupiditate, ſed ex obedientia, ſicut fecerunt filij Iſrael auferendo vaſa Aegyptiorum. Secundo, quando fit ex cautela, vt ſi aliquis furetur gladium furioſi, ne ſibi, vel alijs noceat. Tertio quando fit ex neceſſitate, vt cum aliquis ad mortem exuriens furatur panem, quia in neceſſitate omnia ſunt communia.

3 Quæritur quotuplex eſt furtum? ℞. quod eſt duplex, ſcilicet manifeſtum, & occultum, dicitur occultum furtum, cum quo fur non depræhenditur, dicitur manifeſtum, quando cum eo depræhenditur fur, priuſquam ad locum deſtinatum veniat. Dicitur etiam furtum ſacrilegium, quod eſt rei ſacræ, vel non ſacræ, de loco ſacro. Item commiſſum in re religioſa, vel republica, dicitur peculatus. Si diſperſo grege inde furetur, dicitur abigeatus. Si liberum hominem venditum, vel emptum ſcienter, dicitur plagiatus. Et ſic de ſingulis. Sed deſcendamus ad particularia.

4 Quæritur vtrum peccet furans rem ſuam, quam credit eſſe alienam? ℞. quod peccat mortaliter Sylu. in verb. furtum, non tamen tenetur ad reſtitutionem, ſed ad inſinuandum ei, apud quem res exiſtebat, quod liber eſt à vinculo reſtitutionis illius rei, Caiet. 2. 2. quæſt. 66. art. 3. verſ. ad 3.

5 Quæritur vtrum peccet quis habens voluntatem deliberatam furandi, & non furatur? Reſpondetur, quod eiuſdem etiam peccati reus eſt, quo ad Deum, quia licet ſecus ſit, quo ad homines. cum furtum ſit contrectatio rei alienæ cap. vulgaris de pænit. diſt. 1.

6 Quæritur vtrum furtum committat, qui rem furatur, in qua aliquis habebat ius contra illius voluntatem (puta) quia erat illi commodata, vel pignori data? Reſpond. quod ſic l. in actione §. fin. l. cum quis ff. de furtis Caiet. 2. 2. quæſt. 66. art. 3. ad 2.

7 Quæritur vtrum peccet ſurripiens ab alio rem propriam iniuſtè detentam, vel quia ſibi debetur, & id propria authoritate? Reſpond. quod non peccat gloſ. not. in cap. ius gentium diſt. 1. argum. tex. in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in frau. l. generali. C. de decur. lib. 10. dummodo hæ conditiones interueniant. Prima, vt omni procul dubio certiſſimus ſit rem eſſe ſuam, vel debitum eſſe verum iuſtum, & legale, certum apud ſe, & non antidotale, aut prætenſum ob vſuras, dolos, &c. Nam vbi eſt dubium, nullo modo id licet iuris ordine prætermiſſo.

8 Quæritur vtrum famuli principum, aut inferiorum dominorum poſſint ſurripere à ſuis hæris aliquid eo prætextu, quod non ſatis à ſuo ſeruitio, & famulatu impenſum eſt eis? Reſpond. quod ſi præ-

cium

cium illud, quod in eos conuentum est, non possunt alia via extorquere, possunt latenter quidem eripere; sed illud augumentum, quod famuli ipsi putant addendum, nullo modo debent, nisi vi, aut fraude a Dominis fuerint coacti seruire, volentibus autem, non fit iniuria, ideo potius abeant, si illo præcio conuento nolunt seruire.

9 Quæritur, an liceat mihi auferre, & recuperare rem meam violenter ab aliquo eam tenente? Respond. secundum Panor. in cap. sicut el 3. de iureiur. quod sic. Si recuperatio fiat incontinenti, quia vim vi repellere licet, si autem non fiat statim, debet quis recuperare eam per Iudicem si potest, alioquin, si non potest, potest dominus indefectum Iudicis rem suam violenter recuperare arg. text. in cap. nullus. C. de Iudeis in glos. & in l. ait prætor. ff. quæ in fraud. credit Innoc. in cap. olim. de restit. spoliat.

10 Quæritur vtrum sit peccatum furari rem Domino sciente, & non contradicevte ex timore, vel ex verecundia? ℞. quod peccatum est mortale, quia dicitur inuito Domino furtum commissum. l. pen. ff. de furt. si vero potest contradicere & non contradicit, non peccat, quia videtur Dominus consentire. d. l. pen. nec etiam peccat mortaliter, qui furatur credens dominum permissurum si iustam habeat causam credendi probatur in l. inter omnes. §. fin. ff. de furt. in dubio autem præsumitur Dominus inuitus. l. qui vas. §. vetere. ff. eod.

11 Quæritur, qui sine animo furandi magna, sed tantum aliquid minimi, illud surripit quid? Respond. excusatur à mortali, facit, text. in cap. & si quæstiones de symonia: etiam si sciat dominum id moleste laturum, si ei denunciaretur neque id à se petitum daturum fuisse secundum Caiet. 2. 2. quæst. 66. art. 6. Nauar. cap. 17. num. 3. Hinc excusari possunt à mortali culpa furta seruorum multa, nisi voluntatem habeant furandi etiam magna, si possent, & ita intelligitur text. in cap. fin. 14. quæst. 6. vel nisi quod erat minimum esset magni valoris apud dominum vel nisi illud minimum afferat notabile damnum domino, & qui surripit illud, scit, aut credit, vel credere debet hoc. Nauar. cap. 17. nu. 3. v. g. si argentum nummum, aut duplum à misero surripias, hæc quamuis sit exigua summa, tamen ob paruitatem possidentis, fit mortale; Vel si lora bouum rumpas, quam ob causam agricola diurnas operas, perdit, aut si acum sartori surripias, aut aliud vile instrumentum ab aurifice auferas, cuius defectu ab opere cessat, tunc augetur damnum, etiam si per se paruum sit, dum causa est maioris. Sotus lib. 5. quæst. 3. art 3. col. 6.

12 Quæritur vtrum peccet, qui animum habet furandi minima, & præsertim ab homine pusillanimo, qui nimis affligitur, & offenditur & fortè ad iracundiam prouocatur, tunc si animum habet nocendi ei, licet in minimis, an peccet? Respond. quod peccat mortaliter, quia violat charitatem: Sotus, qui supra.

13 Quæritur quid de famulo, qui ab hæro suo non nisi vnum quadrantem surripit, an peccet mortaliter si sepius illum multiplicat? Respondetur, quod peccat tantum venialiter, etiam si taliter accepta ad notabilé, quantitatem crescerent dummodo animum furandi maiora non habuisset.

14 Quæritur vtrum teneatur ad restitutionem, qui continuato tempore illam notabilem quantitatem conflaret? Resp. quod tenetur restituere sub peccato mortali, sed de illo, qui magnis interuallis interpositis eiusmodi furta faceret, nam iste restituere non tenetur (exemplum) si aliquid diebus vnius mensis aliquis surriperet, & post dies menses totidem Nauar. cap. 17. nu. 140. quod etiam aliter dicendum, secundnm Sotum lib. 5. de iust. & iur. quæst. 3. col. 6. art. 3. de eo, qui à diuersis exigua furatur nam inquit, quod peccat venialiter, tamen cum summa incipit crescere, tunc actus iam vnus furandi præcedentibus accedens efficitur mortalis, veritas tamen est, cum Nauar. peccatum esse veniale licet restitutioni obnoxium.

15 Quæritur an peccent mortaliter serui sumrripientes panem, aut vinum dominorum suorum ad vendendum, vel donandum alteri? ℞. quod sic, & tenetur ad restitutionem Nauar. c. 17. nu. 114.

16 Quæritur vtrum teneatur ad restitutionem

ſtonem, qui furatur minimum, credens dominum permiſſurum, ſi poſtea aduertit de domini voluntate contraria, quid? Reſpondetur, quod tenetur reſtituere, ſi vult eſſe immunis à peccato, capitulo peccatum de regulis iuris lib. 6. Sylu. in verbo, Furtum num. 5. in fin. Quæ tamen paruitas excuſet à peccato mortali, communis eſt opinio, ſed ſtandum eſſe arbitrio boni viri, gloſ. in auth. vt hi, qui oblig. per hi. ſe habe. res min. §. ſed & ſi quis, verſ. ſed & ſi quis col. 6. Ita etiam gloſ. commu. approbata in l. ſed, & ſuſceperit. §. 1. verſ. modica. ff. de iudic. vbi affert exemplum in Regina Matilda. Bald. in l. vna 3. colum. C. de confeſſ. Angel. in l. 1. col. vltim. C. vnde vi, qui ponit exemplum, ſi doctori codex, in quo multum inuigilauit, & plura ſcripſit ſubtrahatur. Furtum iudicabitur magnum. Afferri etiam poteſt, & aliud exemplum ex gloſ. in l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offic. præſidum, quæ inquit. Qui aufert ruſtico porcum, aufert oculum, quam gloſam ſingularem dixit Rom. ſing. 706. verb. iudex. Ecce igitur iudicabitur res magna, aut parua ſecundum qualitatem perſonarum. Nauar: tamen in cap. 17. num. 5. inquit furtum dimidij argentei eſſe peccatum mortale, minoris vero quantitatis eſſe veniale: ratio eſt, quia de minimis non curat prætor, & ratio haberi non debet. Sed vt diximus certa regula dari non poteſt, quando res dicatur magna, vel parua, & ideo ſecundum qualitatem perſonarum ſtandum eſt arbitrio boni viri. Furari verò minimum, quamuis ſit peccatum veniale, ea ratione, quia minima, non ſunt habenda in conſideratioue.

17 Quæritur vtrum cenſeatur furtum facere filius, qui latenter patri aliquid ſurripiatur vel vxor, quæ occulte viro? Reſpondetur, quod ſi res non eſt magni valoris, non cenſetur furtum feciſſe, eo quod fiat inuito Domino. Nam ſicut mos eſt parentum omnis præſumitur pro conditione ſua, & ſtatu indulgere filio minutiores ſumptus, & multo magis maritus vxori, ſecus ſi res eſſet magni valoris, qui præter peccatum mortale, ſi filius hæredes haberet, videtur illis obligari poſt mortem patris pro rata, niſi pater aduertat, diſſimulet, atque toleret, vel ab eo remiſſionem obtineat illius rei notabilis. Syluer. in verb. furtum, num. 15. Nauar. capit. 17. num. 156.

18 Quæritur, ſi vxor haberet virum prodigum, & contra eius voluntatem, & prohibitionem, celaret de bonis eius, vt ſibi, & viro ſuo tempore opportuno prouideat, vtrum furtum cõmittat? ℞. quod non Sylu. qui ſupra.

19 Quæritur vtrum accipiens ab eo, qui donare non poteſt, ſi teneatur reſtituere, vt à religioſis filijs, & vxoribus? Reſpondetur, quod tenetur reſtituere, niſi in caſu magnæ neceſsitatis Nauar. cap. 17. num. 105.

20 Quæritur vtrum is, cui res aliqua mutuo data eſt, vel commodata, ſi furto ſubtracta fuerit, vel per violentiam quid? Reſpondetur, quod tali caſu furtum eſt caſus fortuitus: & de caſu fortuito nemo tenetur capitulo vnic. commod. Verum ſi per violentiam, quid ſubtrahitur non eſt caſus fortuitus, ſi fuerit quis in culpa tranſeunda per loca periculoſa argumen. text. in l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ. Item ſi clandeſtinè, & ab ea perſona, à qua diligentiſsimus præcauiſſet, puta à ciuili fæmina, nec eſt caſus fortuitus, facit, quæ notat. in l. quæ fortuitis ſi. de pignor. act.

21 Quæritur vtrum, quis teneatur de caſu fortuito? Reſpondetur, quod ſic, & in tribus caſibus? Primus, ſi accidit culpa ſua, verbi gratia, accepit equum iturus ad villam, & iuit ad bellum ibique caſu periit. Secundus, interuenit pactum. Tertius ſi fuit in mora reſtituendi. Syllueſtr. in verbo caſus, quæſtione prima, verſic. primo. & in verbum commodatum. §. nono.

22 Quæritur, qui vtitur pignore, vel re depoſita, vel commodata ad alium vſum, an furtum committat? Reſpondetur, quod ſic, l. pignore. ff. de furt. niſi veriſimiliter crederet dominum permiſſurum, notatur in capitulo dudum de electione fallit. etiam, quando deponitur pecunia, niſi pecunia illa obſignetur, aut claudatur, quia tunc deponens videtur prohibuiſſe

Q niſi

nisi aliud diceret express. ff. depos. l. si sacculum leg. licet. §. rei Vnde patet, quod non tenetur de lucro; quia pecunia deposita sine obligatione licitè lucratur nisi quatenus ex hoc alicui infertur aliquod iniustum interesse Sylu. in verbo depositum, quæst. 9.

23 Quæritur vtrum creditor possit pignus alteri pignori dare, vel illud vendere? Respondetur circa primum, quod sic non solum semel, aut bis. sed etiam millies, text. est in l. 1. C. si pignor. dat. sit. ratio est, quia ius quæsitum à creditore super pignus est reale, & transitorium de persona in personam in mille manus arg text. in dict. l. 1. Sylu. in verb. pignus. quæst. 8.

Circa secundum potest pignus vendere, si ei non soluitur, dummodo præcesserit pactum, vt tali casu possit vendi. & præcedat vnica denunciatio ipsi dubitari. Si verò pactum præcessit de non vendendo poterit nihilominus vendi, facta trina monitione, triduo inter duas earum interueniente l. si conuenerit. ff. de pignor. acti, quo vendito si creditor minus accepit, quam sit debitum, potest petere à debitore, si vero amplius, illud plus restituat debitori. l. vlt. C. de iure dotis Sylu. in verb. pignus, quæst. 10.

24 Quæritur vtrum quis possit furari, vt faciat Eleemosynam? Respondetur, quod non, imo peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem capitulo non est putanda, 1. quæst. 1. capitulo Fortè. 14. quæst. 5. Quod limita, nisi necessitas pauperis esset extrema, & aliter prouideri non possit Syluer. in verb. intentio. quæst. 1.

25 Quæritur vtrum, qui mercennariè diarium suum statim non soluit si committat furtum? Respondetur, quod sic, quia retinet illud inuitè domino, & peccat mortaliter. Idemque si soluit sed in alio puta, panno, vel alijs rebus, quibus mercennarius non indiget, & contra eius voluntatem accipere cogitur, & vendidit, & non inuenit præcium, quo accepit, tunc præter peccatum, tenetur ad damnum, & est communis Nauarr. capit. 17. numero 107. vers. 19.

26 Quæritur vtrum magistri artium, quales sunt sutores, & sartores, qui accipiunt famulos, quos vocant tyrones, & vulgariter factores, vt eos doceant suas artes, ob idque nullam eis mercedem tribuunt, aut exiguam, & postea occupant eos in alijs rebus contra ipsorum voluntatem, adeo, vt non possint discere illas artes? Respondetur, quod peccant, cum magna obligatione restituendi damnum, quod illi accipiunt propter tempus discendi illis ereptum, & si eos volentes occupant, tenentur illis dare quantum alijs, qui absque tempore discendi illis seruissent, Nauer. cap. 17. nu. 108.

27 Quæritur vtrum scienter ementes res furto sublatas à seruo, filio, vel vxore, religioso, &c. an teneantur ad restitutionem rei, nam scienter emens res furtiuas, mortaliter peccat teneturque ad restitutionem rei, & non dato prætio à Domino leg. in ciuilem. C. de furtis. & leg. si ideo. ff. de euict. & l. si per imprudentiam in princip. leg. emptorem eo tit. cuius ratio est, quia, qui scienter rem alienam emit, præcium donare videtur leg. si fundum. C. de euict. Item tenetur ad restitutionem vna cum fructibus præceptis, & qui medio tempore percepti potuerunt, capitulo grauis de restitut. spoliat. Quod intellige de fructibus, qui supersunt deductis expensis gratia fructuum, querendorum congregandorum, & conseruandorum factis, quæ deducuntur etiam à male fidei possessore, leg. si à patre. §. final. ff. de pætit. hæred. Item nec liberatur emens à restitutione ipsius rei per statutum disponens, quod res sit ementis, quando publicè emitur in foro. Syluer. in verbo restitutio 3. quæst. 7. Idem si titulo donationis, vel permutationis habuerit, quod est valde notandum.

28 Quæritur, quis certo sciens rem furtiuam esse, si eam emit dato modico prætio, eo quidem animo, vt rem ita acquisitam statim domino restituat, quia alioquin dominus eam habere non poterat, vt quia fur cum re, longè fugerat, quid agendum? Respondetur, quod potest præcium, & interesse suum à domino, cui restituenda res est, petere tam

in foro interiori, quam exteriori, quasi vtiliter re domini gesta, text. optimus in capitulo rapinam 14. quæst. 5. arg. text. in leg. sed an vltro. §. 2. ff. de neg. gest. & si res periert vel ammitteretur sine culpa sua non teneretur, cuius ratio est, quia talis casu non committit furtum leg. falsus. §. penult. ff. de furt. immo vtiliter gerit negotium domini. Sed tamen est aduertendum, quod in foro exteriori non præsumitur rem emisse, vt restituat Domino, nisi fuerit publice protestatus arg. text. in leg. Nesennius ff. de neg. gest. leg. 2. ff. de admi. tut. de elect, capitulo, quia propter. §. final. licet aliter sit conscientia. Syluer. in verb. Restitutio. 3. quæst. 7. vers. 4. Vide etiam Couar. in reg. peccatum. §. 12 num. 5.

29 Quæritur, quomodo se habere debet, dubitans rem sibi donatam furtiuam esse? Respondetur, quod potest ita accipere, vt habeat animum eam restituendi vero domino, quoties eam reperiret esse alienam, & præmissa diligenti inquisitione, an furtiua sit, poterit etiam alteri vendere, dummodo emptorem admoneat eius dubij, alioquin si eum non admonuerit, tenetur ad omne damnum, quod ex venditione venerit Couarruuias, qui supra §. 12. num 4.

30 Quæritur, quomodo se habere debeat, qui bona fide, & ignoranter emit, vel aliter habuit rem alienam, & illicitè acquisitam? Respondetur, quod tenetur ad restitutionem, in his casibus. Primus, quando nouit rem esse alienam, quo eam non tenetur furi venditori illam restituere, vt ab eo præcium consequatur, si probabilis est coniectura, quod fur eandem rem domino, non restituat ibi Couarruuias, numero tertio, & si etiam rem emptam bona fide, alteri etiam bona fide vendiderit, & post venditionem, reperit rem esse alienam etiam hoc casu tenetur restituere præcium secundo emptori, & accipere rem, atque illam domino restituere Sotus libro quarto, quæstione settima, articulo secundo. col. tertia, in principio.

31 Quæritur, quid de eo, qui ignoranter rem emit alienam, si ad restitutionem, tenetur, si ignorantia fuerit crassa, & supina, vt quia communiter dicebatur, apud vicinos, seu maiorem partem eorum, quod res esset aliena? Respondetur, quod tenetur ad restitutionem argum. text. in capitulo Apostolicæ de cleric. excomm. mini l. latæ culpæ. ff. de verb. sig. quod etiam ostenditur contra hæredes, quia post mortem patris tenetur ad restitutionem si communis esset opinio rem esse malè acquisitam. Ita. Ioan. Lup. in repet. capit. per vestras. §. 65. num. 16. de donat. inter vir, & vxor.

32 Quæritur quid de eo, qui scienter liberum hominem furatur, & alijs vendit? Respondetur quod furtum committit, & mortaliter peccat, Sylu. in verb. furtum quæst. 1. vers. 3.

33 Quæritur, quid de eo, qui furatur aleas, vel fucos mulieri, animo spiritualiter proficiendi? Respond. quod non peccat dummodo non subsequatur scandalum. Nauar. cap. 17. nu. 5.

SVMMARIVM.

1 *Furtum permittitur in necessitate vrgenti.*
2 *Furari non dicitur, qui famæ coactus, spicas alienas edens.*
3 *Furari licet mulieri in extrema necessitate, non autem fornicari.*
4 *Fornicari quomodo excusetur mulier coacta.*
5 *Surripiens in extrema necessitate, non tenetur ad restitutionem.*
6 *Maritus in magna necessitate famis dotem, & res vxoris donatas propter nuptias vendere potest.*
7 *Furtum committens nulla vrgente necessitate.*
8 *Necessitate vrgente permittitur multa, quæ alias sunt probibita.*
9 *Necessitate vrgente vasa Deo dicata alienari possunt.*
10 *Furti crimen graue.*
11 *Furibus, quæ pæna imponenda sit.*
12 *Furem nocturnum an liceat occidere.*
13 *Furibus, & latronibus deneganda sunt Ecclesiastica sacramenta.*
14 *Episcopi an licitè procedant excommoni-*

cantes non reuelantes fures, & furta.
15 *Fures non possunt ad sacros ordines peruenire.*
16 *Fures possunt incarcerari, & torqueri.*
17 *Papina est rei alienæ violenter vsurpatio.*
18 *Coactionem iustam nemo habet, nisi publica potestas.*
19 *Principes, & Rectores, communitatum habent publicam potestatem.*
20 *Rapina est furto peccatum grauius.*

De Furto, quod fit ab existente in extrema necessitate. Cap. XXXXI.

1 QVæritur, quæ est ista necessitas, in qua permittitur furtum? Respondetur, quod variæ sunt species necessitatis, altera fatalis, altera naturalis, altera culpabilis, altera causatur à legis dispositione, ita Baldus consil. 20. lib. 2. Boet. cons. 44. num. 27. Fatalis est illa, quæ euenit ex fato; sic interim liceat loqui, vt plures, nam re vera diuinæ prouidentiæ tribuendum est, vt cum quis in latrones fortuito incidit, vel cum similis casus contingit. Hæc necessitas, quia à fortuna prouenit, & prouideri non potest, facit iustam causam, vt inalienabilia vendantur per text. in l. Dominus. §. causa in fin. ff. de petit. hæred. l. sancimus nemini.C. de sacrosanct. Eccles. capitulo aurum. 12. quæst. 2. auth. si captiui.C.de Episcopis, & clericis, authen. contra rogat.C.de Trebell.

Necessitas autem naturalis est illa, quæ causatur ab ipsa natura. Vt edere, bibere, vestibus indui, seruos habere; domum ruinosam reparare: agros colere, gabellas persoluere; ita inquit Soccin. in §. res, quæ num.2.in l.Marcellus ff. ad Trebell. & hæc naturalis necessitas præstat iustam causam alienandi inalienabilia, & facere, quæ supra diximus probat. text. in dicta authen. contra rogatus. C. ad Trebell. Necessitas verò culpabilis, seu quæ data opera appellatur, est cum quis lautè, & prodigaliter viuendo omnia profudit, & euertit, atque ita pauper, & inops efficitur, & tunc si quis ex culpa sua ad actum præmeditata, & ordinata ad casum in necessitatem incidi, hoc in casu, hic nullo iure iuuandus est. Imputandum enim est ei, qui se in eam iniecit l. si fideiussor. §. si necessaria ff. qui satisd. cog. Dec. in capitulo. Quæ in Ecclesiarum num.30. de const. versic. 2. casus probatur in l. pen. ff. de iure dotis in l. solut. matrimon. in l. final. §. final. ff. quæ in fraud.credit.

Si verò culpa non fuit ad casum ordinata, nec præmeditata aliquis iuuenili calore non cogitans de crastino, multa luxu, & alia profudit, credens alia sibi superesse debere, tandem vixit per multos annos, & grandem suscepit sobolem, multa impendere oportebat, nihil lucrabatur, vt potè cuiusuis artis ignarus, quibus factum est, vt graui ære alieno grauatus, caueri mancipatus fuit, vel casu homicidium commisit, quare, vt liberetur, opus est bona inalienabilia alienare, tunc huic subueniendum per modum Eleemosynæ, & auxilij gratuiti: ita Dec. in dicto capitulo, quæ in Ecclesiarum. num. 30. versic. 3. & vltimo casus, & ita intelligenda est glos. in capitulo Sacramentorum 12.quæst.2. Alexandr.in l. quamuis num. 2. ff. solut. matrim. qui inquit, quod quando pater reliquit aliqua distribuenda pauperibus, & pijs locis, tali erogari posse, datur enim vt homini nō vt patroni, capitulo fratrem in fin. dist. 86. Ita in specie tenet Felyn. in capit. irrefragabili. §. cæterum numero 15. de off.ordin.

Vltimo, est necessitas, quæ à legis dispositione causatur, vt est, quando lex iubet filiam suam dotare l. vltim. §. fin. C. de dot. promiss. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. pro qua necessitate, licet patri alienare bona alias inalienabilia, vt potè fidei commisso subiecta, l. à filia in princip. l.mulier §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. in authen. res, quæ vbi Docto. C. com. de leg. Ecce igitur quatuor necessitatis species, & item quādo à reg. iuris disceditur propter necessitatem, vt etiam furari liceat.

Hinc

Hinc regula constituitur, quod in extrema necessitate, quæ euidens, & vrgens est, licite sibi quis potest alienis subuenire, siue clam, siue palam sublatis, ratio est quia tam innatum est homini seruare se se, vt illi aliena cuncta cædant. Sot. de iust. & iur. l. 1. quæst. 3. & 4.

Necessitas vero extrema non tantum dicitur, cum quis, aut famæ, aut frigore moritur, aut præmitur, & alia calamitate assumitur, sed illa, cui imminet vitæ periculum, cui aliter, quam per hanc acceptionem subueniri non potest, ex hac igitur regula multæ quæstiones decidi possunt.

2 Quæritur vtrum edentes spicas famæ coacti transeundo per agrum peccent? Respondetur, quod non, capitulo discipulos de consil. dist. 5. quæst. 42. dicto cap. 1. 12. quæst. 1. capit. 1. quæst. 7. quod autem; 48. distinct. sicut hi. 86. distinctione pasce. Institutione de rerum diuis. §. 1. & 2. Et ratio est, quia cum ad vsum, & seruitutem hominis facta sint. Gen. cap. 4. l. in pecudum ff. de vsuris. Idem qui necessitatem famis patitur potius videtur vti iure suo, quam furari. ff. pro socio l. merito, & qui tales res necessarias ad viuendum, non communicat supremam necessitatem patienti, mortaliter peccat, vt in dicto capitulo pasce.

3 Quæritur vtrum mulier excusetur à fornicatione necessitate famis coacta? Respondetur, quod excusatur à furto, non autem à fornicatione ff. de ritu nup. l. palam. §. non est.

4 Quæritur vtrum excusetur à fornicatione si præcisè inuita cogetur? Respondetur, quod non solum excusatur immo, & corona si virgo fuerit, duplicatur, 32. quæst. 1. cap. 1. 2. & 3. & seq. Et ratio diuersitatis inter furtum, & fornicationem hæc est, quia in primo casu ius natrale subuenit, & excusat ratio naturaralis: In secundo ius diuinum contradicit, & accusat turpitudinem, & horrorem prouenientem ex peccato; vt 30. q. 5. ita ne, & ff. de ritu nup. l. palam.

Item in primo casu salus corporalis adimeretur, nisi liceret rem alienam occupare. In secundo casu si fornicari concederetur corporalis vita debilitaretur, & spiritualis adimeretur, cum sine mortali committi non posset. 22. quæst. 4. cap. innocens. §. illicitum vers. ex modo iurandi.

5 Quæritur vtrum is, qui surripit in extrema necessitate, cum ad pinguiorem fortunam peruenerit, an teneatur ad restitutionem? Respondetur, quod communis opinio. quam refert Syluer. in verbo furtum quæst. 5. quod non teneatur restituere is, qui fame coactus ea, quæ sunt in fructu, & quæ sunt necessaria ad victum, quæ tamen communis sententia ampliatur, vt non tantum pro se, sed etiam pro alio existente in extrema necessitate, quis occultè subtrahere possit dicto capitulo discipulos, etiam si domino displiceat, ita inquit frater Ioan. in sum. confess. tit. de furt. quæst. 9. Quid si aliquis, Raynal. in summ. hoc tit. §. 10. versic. Item quod si ad hoc contra Nauar. in cap. 17. num. 118. & seq. qui vult. quod ita demum non teneatur ad restitutionem, si ad pinguiorem fortunam peruenerit, quando subtrahendo credebat dominum gratis concessurum. Bene verum est, dummodo, tantum quantum necesse est se ab ea necessitate liberari. Sot. de iust. & iur. lib. 4. quæst. 7. art. 1. col. pen.

6 Quæritur vtrum maritus in magna necessitate famis constitutus possit alienare bona dotalia? Respondetur, quod si maritus non habeat bona, ex quibus possit consuli vxori super dote, potest res donatas vxori propter nuptias alianare ad substentandum se, vxorem, & filios: nam cum hoc casu potuisset alienare dotem iuxta text. not. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. argu. text. in l. prima. C. de patri, qui filios distrax. ergo multo magis res donatas vxori; vnde infert Bart. in l. quemadmodum colum. penult. C. de Agric. & cons. lib. 11. quod propter necessitatem famis, potest quis alienare bona restitutioni subiecta.

7 Quæritur vtrum extra casum necessitatis liceat clam surripere alienum ad sibi vel alteri subueniendum? Respond. quod nõ, & peccatum esset mortale, cap. fortè, cap. denique 14. quæst. 5. & ideo vltra restitutionẽ tenetur de peccato pæ-

nitere de iniur.c. si quis domum, de homic.cap.sicut dignum, Hosti, & Ioan. Andr.in d.c.si quis propter, de furt. Si verò aliquos fructus surriperent, puta vuas in vinea statim comedendas, vel etiam per viam non peccarent mortaliter, quod secus est, si vuas colligerent, vt commederent domi. Deut. cap. 13. Couar. in reg.peccatum.§.12.

8 Quæritur vtrum res fideicommisso subiectæ in necessitate extrema vendi possint? Respond. quod tempore necessitatis permittuntur, quæ alias non permitterentur. Hinc causa necessitatis obedientia, etiam ommittitur cap. 2. de obseruan.ieiun. Et ita etiam res fideicōmisso subiectæ vendi possunt l. filius familias.§.diuum.ff. de leg. primo l.cum fidei ff. de fideicommiss. libert, sic maritus alienat bona dotalia, pro redemptione filij, l.quamuis, & seq. ff. solut. matr. Castr. cons. 441. lib. 1. & ob causam alimentorum licet patri proprium filium detrahere.l.secunda. C. de patr. qui propr. filij dixtrax. Et magistratus, qui contrahere non possunt, & emere aliqua in loco officij l.principalibus.ff. si cert. pet. possunt tamen emere ad victum necessaria, Doct.in d.l.principalibus.

9 Quæritur vtrum in necessitate famis liceat alienare Vasa Deo dicata, & similia? Respond. quod sic. l. sancimus. C. de sacrosanctis Ecclesijs cap. aurum 12. quæst.2. & ob causam necessitatis victus furari licet capitulo, si quis propter de furt.capitulo discipulos de consec. dist.5.

10 Quæritur quale peccatum est furtum? Respondetur, quod peccatum furti graue est, & ideo non immerito huiusmodi crimen inter grauiora numeratur illud enim idem facit text.in cap. cum ab homine de iudi. & not.in cap. cum contingat de foro competent. per Do. Abb. & Hispa. in sua practica refert. & sequitur in verbo Fures.

11 Quæritur quæ pæna imponenda est furibus? Respond.quod est depositio, vt in cap.præsbyter 81. dist. & refert Hispa. vbi supra, sed aduertendum est ad dicta Hispani in d.loco, quod reiecta opinione Hostien. Abb. & aliorum in cap. tuæ de pænitentiæ tenentium durius puniri latrocinium; quam simplex furtum, & si pænam de qua in capitulo tuæ, quæ est degradatio, & detrusio in arctum monasterium, non habere locum in furto simplici considerat dispositionem d. tex. in capitulo tuæ pariformiter militare in latrocinio, & furto simplici nullamque debere fieri differentiam inter vnum, & aliud, vt per Do. Abb. in dicto capitulo tuæ, & in nomine, & modo imponendi pænam l. capitalium. §. famosos. ff. de pænit.

12 Quæritur vtrum licet occidere furem nocturnum? Respondetur licet furem nocturnum occidere, non autem diurnum, capitulo si per fodiens, extra de homicidio. Sed latro diurnus indistinctè potest occidi l.1. & 2. C. quando lib. vnico iudi. se vin, & voluit glos. in capitulo, cum homo. 23. quæst. 5. Nec verum est id, quod ipse dicit, quod Papa in dicto capitulo tuæ nihil noui statuit, ergo non debet extendi ad latrocinium tantum, quia errat vehementer salua pace, nam quid noui statuit, quia in capitulo præsbyter expræsse deciditur post pænam depositionis, non esse alia affligendum pænam, & tamen text. in capitulo tuæ expresè decidit aliam imponi pænam scilicet detrusionis in monasterium nimirum si tantummodo ad latrocinium, & non ad simplex furtum dirigatur. Item quomodo probanda illa ratione est, quod Papa Innocentius cum esset senex non florebat eloquio latinè linguæ, & sic non videtur habuisse considerationem ad rectam significationem vocabulorum. Quis enim non ineptiam hanc appellabit, cum & si in pontificibus, & legum latoribus vera significatio vocabulorum semper sit præsumenda præcipuè id dici debet in Papa Innocentio, in quo floruit recta, & accurata latinitas, quare quicquid ille dixerit adhæreas doctrinis Abb. & Hostien. Nam quando lex, seu canon voluit de vtroque loqui ambos nominauit cap.2.de furt.

13 Quæritur an furibus, & latronibus deneganda sint Ecclesiastica Sacramenta? Respondetur, quod sic, dicto capitulo secundo de furt. nisi demonstrauerint signa contrictionis, quia tunc eis non est deneganda Ecclesiastica sepultura,

nec

nec oratio Ecclesiæ capitulo à nobis el. 2. de sent. excomm. Nec dicit Ana. in d. cap. 2. valet consuetudo, quod malefactoribus, & damnatis ad mortem pænitentibus pænitentia denegetur cle. 1. de pæn. & remiss. nec etiam Eucharistia nec Ecclesiastica sepoltura eis denegabitur, vt ibi.

14 Quæritur, an licitè procedant Episcopi, qui semper excommunicant non reuelantes fures, & furta? Respondetur, quod sic, quia peccatum est non reuelare, ideo licitè excommunicari poterint capitulo, qui cum fure. & ibi Do. Abb. de furto, ibi tamen Ana, latè discutit.

15 Quæritur vtrum fur possit ad ordines sacros promoueri? Respond. quod non, & est alia pæna, qua, punitur fur, cap. ex litteris de fur.

16 Quæritur an fures possint incarcerari, & torqueri? Respondetur, quod sic, secundum Lucam de penna in l. Iudices. C. de dignita. lib. 12. per cap. 14. quæst. 2. & cap. 1. de deposito, & voluit Cassa; in tit. se alcun. comet. semple larre. §. 5. fol. 42. num. 6.

17 Quæritur, quæ est rapina? Respondetur, quod rapina est rei alienæ per violentiam ad lucrum, facta illicita vsurpatio. Dicitur rei alienæ, quia si quis per violentiam propriam ab eo, qui eam abstulit dum asportat, aut dum post quam ad locum fur, vel raptor se contulit, & portauit, non diceretur rapina. Et dicitur per violentiam ad differentiam furti, quo accipitur res aliena per fraudolentiam. Dicitur ad lucrum, quia si quis violenter reciperet gladium de manu furiosi ad prohibendum homicidium non esset rapina; Dicitur illicita, quia propter ablata violenter in bello iusto ab hostibus similiter cnm alias debitum ab aliquo in vita publica authoritate aufertur commititur rapina.

Et differt à furto, quia furtum fit occultè, rapina manifestè. Item furtum fit dolosè, sed rapina violenter omnis autem rapina similiter, & furtum peccatum est, quia includunt in suis rationibus iniustitiam, & est mortale, quia est contra expræssum præceptum negatiuum decalogi. Non furtum facies.

18 Si tamen aliquod minimè contrectaretur ex surreptione, non ex malitia execusaretur à mortali secundum S. Tho. & idem. 2. 2. quæst, 66. art. 8. ait Rapina dicit quandam violentiam, & coactionem, per quam contra iustitiam aufertur alicui, quod suum est. Coactionem autem iustam in humana societate nemo habet nisi publica potestas idcirco priuata persona, non vtens publica potestate, si quid per coactionem, aut violentiam aufert iniustè agit, & rapinam committit.

19 Principibus verò, & rectoribus communitatum publica potestas ad hoc committitur, vt sint iustitiæ custodes, & ideo non licet eis violentia, & coactione vti, nisi secundum iustitiæ tenorem, & hoc vel contra hostes pugnando, vel contra ciues malefactores puniendo, & cæteris paribus.

20 Quæritur quale est maius peccatum rapina, aut furtum? Respond. secundum August. lib. 9. Exod. pænale est occultè offerre, sed multo maioris est pænæ visibiliter eripere 14. quæst. 5. pænale vbi glos. pænale idest dignum pæna. De hoc latius Gabr. qui secundum S. Thom. ponit duas rationes, quod magis delinquit raptor, quam fur, & addit alias duas, & vterque tenetur restituere domino rei si earum restitutio fuerit in sua potestate, Sic etiam particrpes eadem lege ligantur, de quo latius scribit Gabr. art. 2. q. 3. concl. 1. & 2.

SVMMARIVM.

1 *Res inuentæ restitutioni abnoxiæ quæ.*

2 *Res inuentas retinere peccatum mortale est.*

3 *Res inuenta, quomodo sit restituenda domino cum nescitur.*

4 *Res inuentæ restituendæ sunt pauperibus cum dominus non inuenitur.*

5 *Res inuentor non potest pacisci cum domino rei de mercede siue præmio.*

6 *Res furtiuæ siuæ vbi fur absconditus est sciens non potest pacisci de mercede pro reuelatione.*

7 *Res distributa pauperibus post factam diligentiam non tenetur amplius ad restitutionem inuentor, neque pauperes.*

8 *Res peregrinorum inuentæ heredibus restituendæ.*

9 *Auis, & Animal in laqueo inuenta cuius sint.*

De restitutione rerum inuentarum. Cap. XXXXII.

MVlti sine peccato se putant esse, si alienum, quod inuenerint, teneant, & dicunt, Deus mihi dedit, cui habeo reddere; Discant ergo peccatum hoc esse, simile rapinæ, si quid inuentum non reddant Aug. in Enchirid.

1 Quæritur vtrum omnes res inuentæ sint restitutioni obnoxiæ? Respond. circa res inuentas, quod secundum Caiet. 22 quæst. 66. art. 5. in responsione ad secundum, quædam sunt, quæ nunquam fuerunt alicuius domini, vt lapides præciosi, gemmæ, &c. & hæc non sunt restituendæ, sed sunt inuentoris. Quædam aliquando alicuius, & hæ ab antiquo, vt thesauri, & hæ etiam in proprijs inuentæ sunt inuentoris, in alieno autem diuiduntur inter se, & Dominum, aut de propinquo, & hæ autem habentur pro derelictis, & sunt inuentoris, aut non pro derelictis habentur, & tunc si sumuntur animo non restituendi, furtum inducunt, & quandoque adest excommunicatio in bulla Cæne Domini cap. 3. & ibi latè de hac materia. Si autem inuentæ accipiuntur animo restituendi. Domino, nullum peccatum est, sed tunc debent gratis restitui, & si aliquid receperit, restitutioni obnoxius erit. Ex illa reg. quod quando aliquis gratis aliquid facere tenetur, ex legis præcepto, si quippiam eo iure acceperit, restituere tenetur, glos. in l. 4. §. si tibi iudicium. ff. de cond. ob turp. caus. sed nunc more solito ad particulares decisiones per interrogationes descendamus.

2 Quæritur vtrum sit peccatum retinere res inuenta? Respondetur, quod sic, & restitutioni obnoxium, capitulo si quid inuenisti 14. quæst. 5. vers. rapuisti. leg. falsus § qui alienam. ff. de furt.

3 Quæritur quomodo res inuenta restituenda sit Domino cum nescitur, & inuentor an possit ab eo aliquid petere? Respondetur. Qui rem aliquam inuenerit, vt à furto excusetur, debet prius facere præconis voce denunciare, & inuento Domino poterit ab ipso petere competens præmium inuentionis. l. falsus. §. plerique ff. de furt. & æquum est dare aliquid inuentori, vt retrahatur à celando. ff. de cond. ob turp. caus. l. 4. §. final. & expedit hoc Dominis rerum, vt facilius habeant res suas l. ratas. C. de resin. vend. Butr. in cap. ex litteris nu. 9. de furt. Pan. in cap. dudum el. 2. nu. 18. de elect.

4 Quæritur quando quis Dominum rei non inuenerit, quid agendum, vtrum possit eam rem retinere pro se? Respondetur si Dominum non inuenit, tunc debet restituere pauperibus per text. in authen, omnes peregrini. C. comm. de success. Syluer. in verb. inuentum, quæst. 1. & in tali casu si inuentor indigens esset, capere tuto, posset, vel totum inuentum, vel partem pro sua necessitate, dummodo id faciat de consensu prælati, vel confessarij, quamuis forsan, id neque erit necessarium. Sot. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 3. art. 3. ad 2. reg. & domino reddere in nobis spiritualibus, Nauarr. in Manua. capit. 17. num. 170.

5 Quæritur vtrum inuentor rei posset paeisci cum Domino de præmio, vel mercede pro restitutione illius? Respondetur, quod non licet inuentori mercedem ex pacto recipere, quia lege iustitiæ reddere tenetur Panor. in dicto capitulo dudum de elect. per l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt. sponte tamen, & liberè datum potest retinere, vt supra diximus.

6 Quæritur vtrum sciens locum, vbi res furtiua, vel fur, absconditus est, possit pro prætio rei furtiuè aliquid recipere? Respondetur, quod non potest, pro reuelatione, sed pro espensis, & labore aliquid petere, vel aliquid spontè oblatum recipere. Couar. in reg. peccatum par. 2. §. 3. num. 6.

7 Quæritur, qui post diligentem inquisitione legitimè factam non inuento Domino, rem restituit pauperibus an post restitutionem inueniatur Dominus

rei teneatur restituere? Respondetur, quod non, neque pauperes tenētur, quia iam bona fuerunt translata in dominium pauperum, Sylu. in verbo restitutio, 8. §. 4.

8 Quæritur, quid de rebus peregrinorū si moriantur in via? Respondetur, quod quicunque eas animo non retinendi capit, peccat mortaliter; quia sunt restituēdæ hæredibus eorum, si possint sciri, vel pauperibus erogandæ, si ignorantur domini, vel si fortè non inuenitur, q eas deferat hæredi, nec in breui speratur inueniri, Sylu. in verbo peregrinùs, q. 3.

9 Quæritur, auis, & fera in laqueo etiam alieno inuenta, accipientis fit. l. in laqueum. ff. de acquiren. rer. dom. §. illud quæsitum, Instit. de rerum diuis. nisi vbi contraria consuetudo ei, qui laqueum parauit adiudicet, Ioan. Maior. in 4. lib. sentent. distinct. 15. quæst. 10. sed studiosè, capere, & retinere animalia domestica etiam fugitiua, vt eis vtatur peccatum est mortale, & rapina dicitur, inquit Maior. in 4. lib. sentent. distinct. prædicta, quæst. 5. quia ob fugam non desinunt esse cuius erant. §. galinarum, Instit. de rerum diuis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus quid sit.*
2 *Contractus triplici ratione distinguitur.*

De Contractibus in quibus commutatiua iustitia cernitur, ac primo in communi. Cap. XLIII.

1 Quid est contractus? Respondetur, quod late accepto vocabulo, est actio erge alterum ex qua nascitur obligatio ex vna, vel altera parte, vel vtraque, aut recta dissoluitur. Strictè verò est actio mutua inter aliquos, ex qua etiam mutua nascitur obligatio, aut dissolutio obligationis, quo pacto solum continet contractus voluntarius.

In omni contractu considerantur, tria: primò personæ contrahentes; secundò actiones personarum; tertiò circa quas actiones ipsæ versantur.

In quacunque autem re aliud est substantia ipsius rei, aut vtilitas, quæ ex ea peruenit, vel fructus, vnde in substantiam ipsam rei propriè est dominium. Ius videlicet in ipsam rei substantiam; aliud verò est vsus, id ast, ius ad fructus rei, vel aliquam eius vtilitatem percipiendam. Hæc igitur sunt omnia, quæ in re sunt. Vel vnum eorum aliquod transferri possunt ab vno ad alterum humanis actionibus. Idque vel voluntarijs actionibus, vel violenter. Altero saltem inuito, & quidem mente, voce, & opere, ex quibus omnis contractuum differentia nascitur.

2 Quotuplex igitur est contractus? Respondetur, quod triplici ratione distinguitur; primò ex diuersitate personarū; secundò ex diuersitate rerum; tertiò ex actionum ipsarum diuersitate circa res ipsas.

Primum ergo est personarum diuersitate alius esse potest erga Deum ipsum, Angelos, & Beatos, diuinus quidem cōtractus, vt in Dei cultu fit, & in religione. Alius hominum erga ipsos homines contractus humanus, de quo solum nobis agendum. Hic rursus ex diuisione rerum humanarum, in quibus contractus ipsi versantur, diuersus est in animis bonis, & malis. vt dicendo, consulendo, &c. vel corporis, vt in matrimonio, seruitute, &c. vel in extremis bonis, & malis, vt pecunijs, & rebus alijs, quæ pecunia extimatur in quibus propriè contractus dicitur transferendo earum exrernarum rerum dominium, vel vsum, vel fructum. Iam verò in his rebus ex actionum nostrarum diuersitate, & agendi modo circa huiusmodi res, subdistinguuntur omnes contractus, scilicet voluntarij, & inuoluntarij. De singulis ferè omnibus cōtractibus iam agamus, & primo quidem de voluntarijs, & inter hos de potissimis eorum, quale est mutuum, emptio, venditio, census, cambiū, societas, Mons pietatis, assecuratio: Agemus autem de mutuo primo omniū loco, ordine, doctrina, & qđ in eo vsuræ celeberrimū vitium

repe-

reperitur. Et quia ex vsuræ cognitione facillimè de reliquis omnibus fieri potest iudicium; deinde de inuoluntarijs.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum est contractus in quo dantur alteri res, quæ ipso vsu consumuntur.*
2 *Mutuum differt à commodato.*

De Mutuo. Cap. XLIV.

1 QVæritur, quid est mutuum? ℞. est quod de meo fit tuum. ff. si cer. pet. l. 2. & consistit propriè in rebus, quæ constituunt in numero, vt pecunia, & huiusmodi; vel est contractus, in quo datur alteri res, quæ ipso vsu consumitur, & reddenda non eadem, numero, sed specie. Vnde notandum est res quasdam esse, quæ vsu consumuntur; immo vno tantũ vsu consumuntur, vt pecunia, quatenus pecunia est, vinum, oleum, frumentum; & ideo in istis non distinguitur, nec speratur vsus à Domino.

Quædam verò aliæ res sunt, quæ non consumuntur vsu, sed manent post vsum eius, vt domus, equus, vinea, prædiũ, &c. Et ideo in istis distinguitur, & spectari potest vsus à Domino.

Materia ergo mutui sunt res illæ, quæ vsu consumuntur.

2 Quæritur in quo differt mutuum à cõmodato? ℞. differt in hoc, quia in commodato datur vsus rei, quæ non consumitur vsu. vt domus, vel equus, nec datur dominium, & ideo redditur numero. Mutuo verò datur vsus rei, quæ vsu consumitur, & ideo simul dominium cum vsu, atque ideo quoque non eadem res redditur, sed numero, & specie.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ vitium quid sit.*
2 *Vsura quare sic dicta sit.*
3 *Vsuræ materia quæ sit.*
4 *Vsura quotuplex sit.*
5 *Regulæ quinque ad dignoscendam omnem vsuram.*
6 *Casus in quibus accipitur aliquid ob mutuum.*
7 *Casus in quibus accipitur aliquid æstimabile pecunia vltra sortem, sed non ex pacto, sed liberè.*
8 *Casus in quibus accipitur aliquid æstimabile pecunia ex pacto, sed non ex vi mutui.*
9 *Gener à socero interim dum soluit dotem, potest aliquid accipere.*
10 *Viduæ ab hæredibus mariti interim dum soluunt dotem, possunt aliquid accipere.*
11 *Pupilli à tutoribus, quomodo lucrum possint exigere.*
12 *Accipiens loco pignoris ciuitatem, castrum, ab aliquo, quomodo potest aliquid accipere.*
13 *Accipi potest à pignore oneroso tantum quantum id onus æstimabitur.*
14 *Accipi aliquid ab hostibus, quomodo potest.*
15 *Emphiteota quomodo potest aliquid accipere.*
16 *Emphiteosis quid sit.*
17 *Empoiteota quid sit.*
18 *Emphiteotarius quis dicatur.*
19 *Princeps accipiens rem datam in emphiteosim, quomodo possit fructum accipere.*
20 *Feudatarius quid sit.*
21 *Conditiones quæ concurrere debent ad constituendam vsuram.*
22 *Vsuram committit mutuans pecuniam cũ pacto, vt ei remutuetur, vel patrocinetur, vt infra etiam, nu. 33.*
23 *Vsuram committit mutuans pecuniam alicui, vt vadat ad suum molendinum.*
24 *Vsuram committit mutuam pecuniam alicui, vt vadat ad suum furnũ, aut vendere vinum nouum sibi, vel vtatur operibus suis tempore messis.*
25 *Vsuram committit mutuans pecuniam Regi, Marchioni, aut Duci, vt conferat ei aliquam dignitatem, seu officium.*
26 *Vsuram committit mutuans Regi, vt ab eo consequatur aliquod nobilitatis priuilegium.*
27 *Mutuans iudici, vt iustitiam faciat, non committit vsuram.*
28 *Mutuans alicui centum, non in pecunia numerata, sed illos, vt suis expensis exigat à suis debitoribus, vsuram committit.*
29 *Mutuans frumentum in vno loco, vt restituat suis sumptibus in alio loco, vsuram committit, & vt sequitur.*
30 *Mercator mutuans tot in mercibus, vsurarius est.*

31 Mer-

31 *Mercator mutuans Sartori, vt ducat emptores in suam officinam, vsuram committit.*

32 *Mercator mutuans triginta, quindecim in pecunia numerata, quindecim in pānis, vt restituat triginta in pecunia numerata, vsuram committit.*

33 *Mutuans alicui quinquaginta, vt cum ipse, indiguerit totidem remutuet, vsurarius est.*

34 *Mutuans, at si ratione mutui laborem subijt ad illum recuperandum, potest aliquid accipere vltra sortem.*

35 *Mutuans alicui decem absque testibus, & scriptura; & quia potest ea negare in iudicio, potest alia decem coram Notario, & testibus præstare, ea lege, vt apocam ei surripiat pro omnibus viginti.*

36 *Mutuans tibi mense Octobris decem modios frumenti, soluendos eodem tempore sequentis anni, teneris remetiri eosdem modios decem eiusdem qualitatis.*

37 *Mutuans frumentum vetustum alicui, vt remetiatur ei nouum, sciens fore melius, & maioris pretij, vsuram committit.*

38 *Mutuans alicui, vt pro eo fide iubeat, vsurarius est.*

39 *Mutuans, & recipiens pignus fructiferū, si non compensat fructum in sortem, vsurarius est.*

40 *Accipere aliquid ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, non est vsura.*

41 *Damnum emergens est, cum quis priuatur aliqua re, quam habet æstimabile pecunia.*

42 *Lucrum cessans est, cum quis erat lucraturus illis pecunijs, vel rebus, quas mutuo dat; sed quia mutuat, priuatur illo lucro.*

43 *Lucri cessantis conditiones.*

44 *Lucrum cessans ratione moræ, quomodo intelligatur.*

45 *Lucrum factum pecunijs alienis, deputatur industriæ lucrantis.*

46 *Casus in quibus ob pecuniam datam accipitur licitè aliquid vltra sortem.*

47 *Accipi potest aliquid ex pecunijs aureis, vel argenteis, siue gemmis, non mutuo datis, sed locatione ad pompam.*

48 *Accipi potest aliquid ex pecunijs aureis datis ad coquendum in aqua, vel thure, vel balneo &c.*

49 *Accipi potest aliquid ex pecunijs pulcherrimis aureis commodatis ad matrimonij celebrationem.*

50 *Accipi potest aliquid in commutatione, vt in cambio minuto.*

51 *Accipi potest aliquid vendēs pulcherrimas pecunias pro minus pulchris.*

52 *Accipi potest aliquid damno in vno loco, vt accipiatur in altero.*

53 *Accipi non potest aliquid pro deposito.*

54 *Casus in quibus est manifesta, & expressa vsura.*

De Vsuræ vitio, quod in mutuo reperitur. Cap. XLV.

Similis est pecunia vsurarij morsui aspidis. Percussus enim ab aspide, quasi delectatus vadit in somnum, & per suauitatem soporis moritur; quia tunc venenum latenter per omnia membra decurrit, sic qui vsura accipit, sub tēpore quasi beneficium sentit; sed vsura per omnes eius facultates decurrit, & totum conuertit in debitum. Chry. super illud Matth. 5.

1 Quæritur quid est vsuræ vitium? Rx. est quo quis intendit, vel accipit aliquid propter mutuum vltra sortem pecunia æstimabile ex pacto tacito, vel expresso.

Duobus autem modis accipitur vsura, aliquando pro hoc ipso vitio, seu actione, quia tale lucrum ex mutuo vltra sortem petitur, aliquando pro ipso met lucro, quòd recipitur vltra sortem, & ista dici solet deberi vsuras, & solui vsuras.

2 Quæritur, quare dicta est vsura? Respondetur, quod dicitur vsura, quasi vsus rei, quia ad vsum rei pecunia datur, vel vsus æris, id est pecuniæ, quod in idem recidit, cum priori, secundum Goffred. & Ost. Vsura verò omnibus alijs diffinitionibus traditis ab Innoc. c. 1. eod. tit. & à text. in cap. plerique. 14. q. 2. & à Goffr. & Ost. in summ. eo. tit. §. 1. Ita diffiniri potest, vsura est voluntas capiendi lucrum aliquod temporale vltra sortem causa mutui principaliter pro sola temporis dilatione proueniens. Dixi voluntas, id est actus voluntarius interior, vel exterior.

3 Quæ

3 Quæ eſt materia vſuræ? ℞. materia ſunt res illæ, in quibus mutuum eſſe poteſt, illæ videlicet, quæ vſu conſumuntur iam dictæ, aut aliæ etiam ſi quoquo in eis modo mutuum interuenit.

4 Quotuplex eſt vſura? ℞. duplex mentalis, & realis, & vtraque palliata, vel expreſſa mutua, vel non mutua, quando ſcilicet eſt mutuum manifeſtum, vel occultum, & ex altera, vel ex vtraque parte de vtraque parte de quibus poſtea ſigillatim differemus; ſed prius regulas generales aliquas ad diſcernendam omnem vſuram referamus.

Regulæ quinque ad diſcernendam omnem vſuram.

Prima regula in quauis vſura reperiũtur tria. Primò res in quibus verſatur vſura, illæ videlicet res quæ vſu conſumuntur, vt diximus. Secundò actio erga illas res, ſcilicet mutui liciti, vel illiciti cũ accipit vltra ſortem. Tertiò perſonæ, quæ interueniunt, ſcilicet dans ad vſurã, accipiens, & alij participantes, ſeu cooperantes.

Secunda regula ad iudicandum an interueniat mutuum in illo contractu, an non; cognoſcitur autem mutuum eſſe cum ſors principalis eſt res, quæ vſu conſumitur, & perit ei cui datur, & non danti; nam ſi ibi non interueniat mutuum, non erit vſura; ſi autem interuenit mutuum, videndum an accipiatur vltra aliquid extimabile pecunia ob mutuum, ſeu ob tale mutui dati beneficium, ex pacto; nam video mutuum, & non video cauſam aliam, quæ mereatur, illud vltra ſortem, dicam eſſe vſuram.

Tertia regula cum video tempus interuenire, & non video cauſam cur illud vltra ſortem recipiatur, præter ipſum tẽpus, ſeu temporis ſpectationem, dicam eſſe vſuram, tunc enim latet mutuum palliatum, & in venditione ad tempus, cariusq. præſenti &c.

Quarta regula cum præter rei prætiũ, quæ vſu conſumitur pro ipſo vſu rei eius, aliquid accipitur, vel pro ipſo vſu rei, cuius non eſt vſus, dicam ibi eſſe vſuram, vt cum pro vſu pecuniarum alicuius tẽporis, quæ tunc dantur, vel dabuntur, poſtea aliquid amplius exigitur, & vno verbo dictas regulas comprehendãtur, quoties aliquid vltra ſortem prætio extimabili ex vna harum trium cauſarum, videlicet ob mutuum, vel ratione ſpectationis temporis, vel ratione vſus pecuniæ, alteriuſue rei, quæ ipſo vſu conſumitur, dices eſſe vſuram; ſin autem minimè, quamuis eſſe poſſit iniuſtitia, ſi eſſet inæqualitas, & iiſdem cauſis; non ſolum factum ipſum in ſe, ſed animus iudicãdus, tum mutuantis, tum accipientis vltra ſortem, ac deinde etiam ſoluentis.

Quinta regula tandem ex ipſamet definitione vſuræ ſupra poſita ſinguli contractus dignoſci poterunt videndo, an illis diffinitio conueniat; nam vbi omnes illæ definitiones particulæ reperiuntur, erit vſura. Vbi autem non erunt, ſed defecerit aliqua eius particula, non erit vſura: ſed iam de caſibus ſingulis vſuræ dicamus, quos quidem per ſingulas ipſas particulas diffinitionis cauſæ progrediendo referemus.

6 Nota caſus in quibus accipitur ob mutuum aliquid vltra ſortem, ſed non res æſtimabilis pecunia, videlicet.

1 Amicitiam, beneuolentiam.
Eiuſue amicitiæ reſtaurationem.
Affabilitatem.
Satisfactionem, ſeu condonationem iniuriæ illatæ.
Gratitudinem.
Conſilium.
Doctrinam.
Laudem, & honorem.
Dignitatem, ſeu honorarium aliquod officium.
Dilectionem, ſeu actionem iucundam aliquam, vt ludi, ſeu ſpectaculorum, cantus &c.
Virtutis aliquem actum.
Spirituales res, naturales, vel ſupranaturales.

In omnibus, aut certè aliquibus iſtorum aduertendo, quod aliquando æſtimari poſſent pecunia, vt iniuriæ condonatio, & ſatisfactio, conſilium Aduocati, doctrina Magiſtri, turpis delectatio, ludus, & cantus, hiſtrionum actio, & tunc eſſet vſura hæc vltra petere; Sed in ſua

per

per se natura solum maneant non esset vsura, hæc ex pacto vltra sortem quærerere, quia ex se, & per se æstimantur, nec mensurantur pecunia.

Casus in quibus aliquid accipitur vltra sortem æstimabile pecunia, sed non ex pacto, sed liberè.

7 Quæritur, vtrũ liceat accipere aliquid vltra sortem, vel intendere, vel sperare, aut desistere vltra sortem datum, vel dandum ab altero, videlicet.

Primò ex amore amicitia, seu beneuolentia.

2. Ex gratitudine, id est, quando debitor gratis offert aliquid creditori, arg. 1. q. 2. sicut.

3. Ex alia intentione iusta, vel iniusta.

4. Ex aliqua causa per accidens, seu beneuolentia, vel gratitudine, vel intentione iusta. Respondetur si ex amore, amicitia, seu beneuolentia, vel gratitudine, vel intentione iusta, licet. Si ex iniusta, non licet, & tenebitur ad restitutionem, quod plus accepit. Quod si ex alia causa per accidens præter intentionem vtriusque sequatur lucrum, an sit licitum, & inde iudicandum.

8 Casus in quibus accipitur aliquid æstimabile pecunia, & ex pacto, sed non ex vi mutui, vel ob mutuum, sed ex alia causa legitima, & ita apparet vsura, sed non est, quia accipitur quidem in mutuo, sed non ex mutuo, vel ob mutuum.

9 Quæritur, an gener à socero interim dum soluit dotem, possit aliquid accipere? Respondetur, potest licitè propter onera matrimonij, ad quæ se obligat ex pacto gener; nam se obligat ad alendam vxorem, liberos, & familiam iuxta statũ eius, & talem obligationem subit propter dotem. Aliam etiã causam assignant Doctores, id est, censetur cessare lucrum genero, qui credendus est dote vsurum fuisse ad se, & vxorem alendam; sed prior ratio præstat.

Item quando socer tradit fundum genero pro causa dotis, potest tunc gener percipere fructus vltra sortẽ dotis, quia tunc debetur fructus pro interesse, & nõ pro vsura, c. salubriter, de vsuris, quẽ text. singularem dicunt Bart. & Alex. in l. insulam §. vsuras. ff. sol. matr. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 1. qui quidem text. in c. salubriter ampliatur, etiam si vxor promiserit dotem marito, & pro pignore dederit rem fructiferam; nam adhuc facit fructus suos, quamuis regulariter fructus rei pignoratæ computentur in sortem, Abb. in d. c. salubriter, & Couar. qui supra.

10 Quæritur, vtrum viduæ ab hæredibus mariti interim dum retinent dotem, possint aliquid accipere? Respondetur si vi detineatur, possunt licitè aliquid accipere vltra sortem, etiam si ex pietate relinquant hæredibus ipsis pietatibus ne eis noceant, si soluere cogantur, Card. Flor. in clem. vnic. de vsuris. & ita Innocen. & Ost. in d. cap. salubriter, Nauar. cap. 17. nu. 212. Sic etiam posset aliquid pro centenario petere, verbi gratia, Neap. ad rationem septem pro centenario, vt est consuetudo in scriptis, quæ incipit: Viro mortuo: extra Neap. taxatum est per Consilium Regium ad rationem quinque pro centenario, Afflict. decis. 284. Capic. decis. 65. & 24.

11 Quæritur, vtrum pupillus à tutore, qui non lucratus est suis pecunijs possit aliquid petere? Respondetur, potest si tutor potuit eis legitimo lucro lucrari; sin autem non potuit, non liceret, & causa est, quia cessat lucrum ex lege pupillo, & ad id ex lege tenetur tutor, si potuit.

12 Quæritur, vtrum accipiens loco pignoris Ciuitatem, Castrum, seu Castellum, ab aliquo præcipuè possit redditus illius interim accipere, dum Princeps soluit? Respondetur, potest licitè eos accipere, quia illud est pignus onerosum. Nam tenetur ibi administrare iustitiam, defendere eos in bello, & in pace gubernare &c. Illi autem redditus censentur tamquam iustum stipendium, & præmium illius Gubernationis defensionis, nisi fortè sint nimis magni redditus proportione; nam tunc videretur esse id factum in fraudem vsuræ, vt esse posset iniustitia.

13 Quæritur, an fructus cuiusuis alterius pignoris accipi possit? Respond. quando pignus est onerosum, potest tantum accipi, quantum id onus extimabitur: sin verò non sit onerosum, aut fructus superent oneris prætium, non licet, & esset vsura.

14 Quæ-

14 Quæritur, an ab hostibus contra quos iustum bellum est, liceat ex mutuo aliquid vltra sortem accipere? ℞. licet, sed tunc non est ex mutuo; sed quia etiam contra mutuum possent hostes illi in bello iusto priuari suis rebus, etiam vi, in in hoc itaque easu priuantur quidem in mutuo, sed non ex mutuo.

15 Quæritur, an emphiteota accipiens rem datam in emphiteosim in pignus eius fructus possit recipere interim dum soluit emphiteotarius mutuum? Respondetur licitè interim fructus potest recipere; quia emphiteota retinet apud se dominium rectum rei, & concessit emphiteotario solum dominium vtile. Idq. ideo vt rem conseruet, & aliqua soluat in singulos annos, residuum sibi accipiat ob rei conseruationem. Cum autem emphiteota rem suam sic recipit eandem ipse conseruet; & ita cessat causa cur alteri emphiteotario aliquid ex fructibus rei debeatur; sed tamen illo medio tempore nihil tenebitur emphiteotarius in singulos annos amplius soluere, vt soluebat, quia id soluebat accepto pretio ex re, quam iam non habet ex dominio, scilicet vtili eius, quod habebat.

16 Quid est emphiteosis? Respondetur, est contractus, in quo res aliqua immobilis, & habens vsum, & fructum alteri datur vtenda, & fruenda, sed seruato sibi dominio rei decreto, scilicet in substantiam ipsam rei, ne alter corrumpere, immutare, &c. possit.

17 Quis est emphiteota? ℞. est ille, qui talem rem sic dat alteri reseruato sibi dominio directo.

18 Quis est emphiteotarius? ℞. est ille, qui talem rem accipit, cui datur dominium solum vtile.

19 Quæritur, ptinceps accipiens rem datam in feudum in pignus eius fructus, an percipere possit interim dum soluit mutuum feudatarius? Respondetur, idem omnino dicendum, quod de emhiteosi; nam in hoc retinent etiam principes dominium rei directum; & in feudo præterea soluitur aliquid honorarium, & est obligatio. Feudum est cum datur rei dominium solum vtile, cum illa tali obligatione honoraria in recognitionem domini, & subiectionis.

20 Quis est feudatarius? Respondetur, est qui rem huiusmodi, scilicet, cum dominio solum vtili accipit cum tali honoraria obligatione, & subiectione principis, & recognitione dominij.

21 Quæritur, quæ conditiones concurrere debeant ad constituendam vsuram? Respondetur, tres conditiones vsurariã conditionem reddunt. Prima quod id, quod expetitur, sit pecunia extimabile. Secunda, vt ratione mutui expetur, & non quia alias debitum, vel alia via. Tertia, vt ducetur in factum expressum, vel tacitum.

Rursum accipere aliquid vltra sortem, id est, lucrum ex mutuo sortis principaliter intentum, est omne quod consistit in pondere, numero, & mensura, siue sit triticum, siue vinum, siue diuersi generis munuscula, c. plerique 14. q. 3.

22 Quæritur, mutuans pecuniam alicui cnm pacto, vt sibi remutuet, vel vt pro ipso patrocinetur, vel intercedat, aut aliquid sibi scribat, an committat vsuram? Respondetur, hoc est aliquid pecunia æstimabile, & ideo vsuram committit, ita glos. 2. c. 1. 14. q 3. glos. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum petatur. Archidiac. in d. cap 14. quæst. 3. Ioan. Cald in cap. fin. de vsuris.

23 Quæritur, mutuare alicui pecuniam, vt sic magis vadat ad suum molendinũ, vel scholas, quam ad aliud, vel scholas vicinorum, eo pretio iusto, quo cæteri, an committatur vsura? Respondetur, vsura committitur, sed non tenetur restituere totum, quod ab illo accepit pro pensione molendini, sed tantum quantum putat valuisse illud cõmodum, quod recepit ex hoc; & talis restitutio fieri debet pauperibus eo modo, quo fit de vsuris: sed si accedens ad molendinum passus est aliquod damnum, tunc benè illi fieri deberet restitutio vsque ad quantitatem illi damni; & tenetur etiam rescindere contractum, vt inquit Io. Andr. in quæst. Mercuriali. in reg. peccatum, de reg. iur. lib. 6. Io. Cald. in d. cap. fin. Innoc. in cap. plerique, de immun. Eccles. vide glos. in in l. 2. ff. de calumniat. & l. 1. ff. de offic. præf. vrb.

24 Quæritur, mutuare alicui, vt vadat ad suum furnum, vt cõlat suum agrum, salua

sua

ſua mercede, vt interim dum ſuam pecuniam non ſoluit, ſit immunis à vectigalibus? ℞. quod vſura eſt, quia huiuſmodi obligationes ſunt pecunia æſtimabiles, vt dicit Io. Calder. in c. fin. de vſur. quem refert, & ſequitur Petrus de Peruſ. in trac. de ſociet. 4. par. col. 9. verſ. ſed numquid ſi Dominus. Et in his caſibus tenetur mutuans ad aliquam reſtitutionem, vt diximus ſupra. ac etiam ad diſſoluendam obligationem, S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. in princ. Panor. in c. nauiganti, de vſur. Couar. lib. 3. var. reſolut. cap. 2. Sed quando minuitur prætium, id eſt, pro aliquo minori prætio accedat ad furnum, vel molendinum, vel colendum agrũ; tunc contractus ille poteſt eſſe liber à vitio vſuræ, quia illa pretij diminutio ſuccedit loco damni.

Idem dicendum eſt, quando quis mutuat pecuniam alicui cum pacto, vt accipiens teneretur vendere vinum nouum ſibi, & non alijs eo prætio, quo venderet alijs, quantum illa obligatio, vt ſibi ſoli, & non alijs teneatur vendere, eſt prætio æſtimabilis; quare ad euitandam hanc vſuram ne mutues ſed commodes, & loco arrhæ pro anticipata ſolutione potes ei dare viginti, vt obligetur tibi ſoli vendere, & non alijs.

Idem etiam dicendum quando quis mutuat pecuniam, vt tempore vtatur operibus ſuis, id eſt, tempore meſſis, vel vindemiæ; item vt ſecum conducat alios meſſores, vel vindemiatores, quamuis iuſto pretio, quia tollit libertatem, quæ eſt pecunia æſtimabilis; ideo vt talis cõtractus licitè fieri poſſit, nulla mentio fiat de mutuo, nec re, nec verbis, ſed fiat cõtractus locationis, & conductionis, id eſt, vt ſe obligent meſſores, & vindemiatores dominis ſeruire pro iuſto pretio, & domini in partem pretij, vel loco arrhæ dent ei decem, vt conducant eos, & non alios: & vt teneantur dicti meſſores ipſis dominis ſeruire, & non alijs. Hanc praxim tradit Sotus, de iuſt. & iur. lib. 6. quæſt. 1. art. 2. & hæ conuentiones quotidiæ fiunt tempore meſſium, & vindemiarum.

35 Quæritur, qui Regi, Marchioni, aut Duci mutuant centum cum pacto, vt ſibi conferant dignitatem, vel officium, vtrum vſuram committant? Reſpondetur, quod ſic, quia res eſt pecunia æſtimabilis propter prouentus, & ſtipendia, S. Th. opuſc. 21. ad Duceſſam Braban. Caiet. in verbo vſura exterior, caſu 6. & 9. Nauar. c. 17. nu. 222.

Idem dicendum, mutare centum Epiſcopo cum pacto, vt mihi, vel conſanguineo meo conferat beneficium vſura, ſeu ſymonia vſuraria eſt, Nauar. in tract. de vſur. num. 17. nam quamuis beneficium ſit ſpirituale, & per conſequens, nec emi, nec vendi poſſit, cum non cadat in noſtro commercio, l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. oblig. tamen dicitur pretio ęſtimabile, non in ſe, ſed propter prouentus, & redditus, qui colliguntur ex illis.

26 Quæritur, an mutuare Regi, vt ab eo tributorum onere exoneretur, ſiue vt per priuilegium ſignatum fiat nobilis, vſura committat? ℞. vſuram cõmitti, quia illud eſt pecunia æſtimabile, niſi fortè in propatulo ſit, quod illa tributa per iniquitatem, & tyrannidem exigantur, Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. quæſt. 1. art. 2. quia tunc fecit ad redimendam vexationem ſuam.

27 Quæritur, vtrum qui pro certo ſcit ſe habere iuſtam cauſam in aliqua lite, & dubitat ne propter potentiam partis aduerſæ condemnetur; ideo mutuauit centum Iudici, vt faciat ei iuſtitiam, vel totidem teſtibus, vt vera deponant, & poſtea reſtituant? ℞. quod vſuram non cõmittit; quia mutuans nihil intendit, quã redimere vexationem ſuam, S. Thom. 2. 2. quæſt. 18 art. 2. Caiet. in verbo vſura, Sotus de iuſt. & iur. lib. 6. q. 1. art. 1. & 2.

28 Quæritur, qui mutuat centum non in pecunia numerata, ſed cum pacto, vt illas exigat à ſuis debitoribus expẽſis ſuis, qui ſunt difficilis exactionis? ℞. quod vſuram committit, quia illa exactio pecuniæ eſt lucrum pretio æſtimabile cum ſit lucrum in creditore cum damno debitoris, Caiet. in verbo vſura, verſ. 10. Sot. qui ſupra, art. 2.

29 Quæritur, eſt qui habet frumentum, ſeu oleum in Tuſculano, & ille tibi mutuat, vt illud ſibi reſtituas in loco conuẽtionis, puta Romæ, vtrum vſuram committat? ℞. committit, quia debitor gra-

natur vectura, quæ est lucrum pretio æstimabile, Sot. d. art. 2.

Eodem peccati genere est reus, qui frumentum corruptũ, aut corruptioni proximum, vel vinum aridum mutuat cum pacto, vt reddat sibi frumentum nouum, vel vinum nouum.

30 Quæritur, Mercator, qui mutuat cum pacto pecuniam, vt debitor totum mutuum, vel partem in mercibus suscipiat, quid? ℞. vsuram committit quamuis iusto pretio vendat, quod procedit, quando re vera ille mercibus non egeret, sed cogeretur onere ratione mutui, tum quia obligatio illa emendi, æstimabilis est pecunia, tũc ratione mutui; nam tunc maiorem copiam vendit mercator, quam vendidisset, lucrum etiam reportat. Sot. art. 2. qui etiam pluribus rationibus demonstrat, quod mercatores, qui indigenti Regi stipendia militum ea ratione ei mutuant, vt milites in mercibus partem suscipiant, partem verò in pecunia, maximam vsuram dicit eos committere.

31 Quæritur, Mercator, qui Sutori pecuniam mutuat, vt ducat emptores in suã officinã ad emendum pannos, quid? ℞. vsurarius est ob illam obligationem, qua Sartor astringitur ad emendum pannos, quæ pretio æstimabilis est, Abb. in cap. fin. de vsur.

32 Quæritur, mercator, qui dedit alteri pecuniam, verbi gratia, triginta, quindecim in pecunia numerata, & quindecim in pannis, cum pacto, vt teneatur restituere triginta in pecunia numerata, quid? ℞. quod vsuram committit, quia accedit lucrum creditori; nam vendit bona apothecæ, quæ fortè nunquam vendere poterat, & hoc est pretio æstimabile.

33 Quæritur, qui quinquaginta mutuat alicui cum pacto, vt ei totidem mutuet cum ipse indiguerit, quid? ℞. quod vsuram committit; quia illa obligatio ciuilis, est pretio æstimabilis, S. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 4. Caiet. verbo vsura exterior. Hinc sequitur optima regula, quod obligatio naturalis quotiescunque remanet in sua essentia, non inducit vsuram in tẽporalibus, nec symoniam in spiritualib⁹. Felyn. in c. ad audientiam, el 2. nu. 10. de rescript. Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 1. & 2. limitatur verò hoc vltimum dictum, vt non procedat quando mutuum reciprocum fit eodem die, & eodem instanti; quia hoc casu nulla est vsura, sed contractus innominatus, verbi gratia, do, vt des, S. Thom. qui supra, & hæc circa primam considerationem, scilicet, vt pretio sit æstimabile.

34 Quæritur, vtrum vsuram committat mutuans si ratione mutui laborem subijt ad illud recuperandum si aliquid in eius compensationem accipiet? ℞. potest aliquid accipere, vt in cap. ad nostram, in fi. de reb. eclesf. non alien. Sylu. in verb. vsura, 1. q. 32. Hinc qui aliquid accipit ob iustam mercedem laboris sui, vel famulus ea ratione, quia numerat magnam pecuniæ summam, vel quia capit aliquid pro sumptu, & labore mittendi pecuniam mutuatam longè absenti, non peccant, quia non mutui, sed ratione laboris accipiunt, Nauar. c. 17. nu 209. in fin.

35 Quæritur, is qui tibi mutuo dedit decem absque testibus, & scriptura; quia ea in iudicio negare potes conceditur ne illi, pro sua cautela, ne illa amittat decem, si voluerit mutuare alia decem ea lege, vt coram tabellione tibi apocam subscribi faciat pro omnibus viginti? ℞. quod conceditur, licet illa obligatio fit æstimabilis pecunia ea tantum illi debebas. Cauendum tamen est hoc casu debitori per redditionem chyrographi debiti, ne postea ipse, vel eius hæres petãt, vel accipiant spontè solutum; idem Nauar. qui supra.

36 Quæritur, mutuo tibi mense Octobris decem modios frumenti soluendos eodem mense sequentis anni, quid? ℞. teneris eosdem decem modios remetiri eiusdem qualitatis, siue longè maioris annona, tunc veniebat quando tibi dedi, siuè longè minoris, idem est vini, olei, ac aliarum rerum vsu consumptibilium, & ratio est, quia non debes mihi prætium ratione mutui, sed corpora in eadem specie, & qualitate, Sot. de iust. & iur. lib. 6. q. 1. art. 2.

37 Quæritur, vtrum vsurã committat, qui mensus est frumentũ vetustũ alicui obligans eum, vt remetiatur sibi nouũ sciens forè melius, & maioris pretij, quã quod mensus fuerat tempore, quo illud mutuo dedit?

dedit? Respondetur, vsuram committit, qui petit frumentum melioris qualitatis quam illi tradidit, Sylu.verb.vsur. quæst. 17. secus tamen si principaliter mutuat ne suum corrumpatur, & valet, aut valebit tanti, vel pluris tempore mutui, quam recens sibi soluendum, Nauarr. cap. 17. nu.224.

38 Quæritur, vtrum mutuans alicui, vt pro eo fideiubeat, vsuram committat? Respondetur, quod sic, attamen si fideiussor pretium recipit vt fideiubeat, non committit vsuram, quia ea obligatio, qua astringitur suo nomine soluere, æstimabilis est pecunia, & ideo vendibilis, l.hoc iure §.1.ff.de donat.& ibi Bart.Nauar.c.19.nu.283.

39 Quæritur, mutuans, & accipiens pignus fructiferum, vtrum vsuram committat? Respondetur, recipiens pignus fructiferum debet compensare fructus in sorte, aliàs vsuram committit, cap.1.& 2.de vsuris. nisi in casu in cap. conquestus, eod.tit. vel si tantum in pignore impenderit quantum vtilitatis ex eo percepit, vel si æquum paruæ vtilitatis in pignus accipit cum onere alendi eum, vel domum egentem, tanta vel maiori impensa refectionis, quam pensio eius valeat. Extra tamen hos casus vsuram committit, qui pignore vtitur, vt inquit Nauar.c.17.num.216. vbi alios plurimos casus ponit.

40 Quæritur, vtrum vsura sit recipere aliquid ratione lucri cessantis, vel damni emergentis? Respondetur, quod est vsura, quia non recipitur ratione mutui, sed ob pretium damni illius emergentis, verbi gratia: Mercator, qui in re vera pecuniam negotiationi exponere firmiter decreuerat, si alteri mutuat, ex pacto ratione lucri cessantis aliquid plus arbitrio boni viri pensatis conditionibus negotij recipere potest, facit text.in l.2.§. fin. ff.de eo, quod certo loco, & glos.ibi, Sotus de iust.& iur.lib.6.quæst. 1. artic.3. in fin. & hoc modo de hoc lucro incerto pacisci potest, scilicet, quemadmodum alij Mercatores eisdem temporibus lucrabuntur, iuxt. Alexand.in l. quod te.ff. si certum petatur, deductis tamen expensis, & periculis, Iason in l.3.§. vltimo, ff. de eo, quod cert. loco, Couarr.lib.3. variarum resolutionum, cap.4. immo à principio licitè possunt conueniri de certa quantitate, habito respectu ad interesse verisimile, Nauarr.cap.17.num. 11. vers. & quod, quæ quidem taxatio videtur facta inspecto futuro euentu, vt tollatur difficultas probationis, vt est bonus text. in l.fin.ff.de prætor.stip. Dec.in cap.cum venerabilis, num.63. de except. sed aduertendum, quod circa istam taxationem debet haberi respectus ad pericula, labores, & expensas, quas verisimiliter passus est negotiator, quia lucrum intelligitur deductis laboribus, expensis, & periculis, l.1. C. de fructibus, & lit. expens. l.fructus, ff.sol.matr.

Lucrum verò cessans etiam exigi potest vltra sortem positis tamen debitis conditionibus potest accipi lucrum præsens, vel quasi præsens, vel etiam futurum certum, vel probabile, id autem deductis expensis, & periculo, & laboris mercede, & deducto etiam hoc, quod res futura multipliciter potest impediri, minus valet, quam præsens, & hæc omnia deducenda, & taxanda arbitrio boni viri erunt.

41 Quæritur, quid est damnum emergens? Respondetur, est cum quis priuatur aliqua re, quam habet extimabilis pecunia, idque ex eo, quod mutuum, & ideo dicitur emergens ex mutuo.

42 Quæritur, quid est lucrum cessans? Respondetur est cum quis lucraturus illis pecunijs, vel rebus quas dat mutuo; & quia qui mutuat priuatur tali lucro, atque ideo dicitur cessans, scilicet hoc datum mutuum, & tunc petere potest damunum, quod patitur, & præsertim, quia statuto tempore, etiam non soluitur, vel quia lucrum, quod augere potest cessat, Nauarr. in Manual. cap. 17.& in tract.de vsuris.num. 40. & 47. & hoc interesse etiam debetur, vt dicit Innocen. in cap.sacro. de sentent. excommunicat. Abb.in cap.venerabilis.de excep.dicit in cap. P.& G.in 1.notat.de off.deleg.& infra c.45.nu.21.

43 Quæ sunt conditiones lucri cessantis ad hoc vt sit licitum? Respon. quamuis Doctores varij, varias assignent rationes,

videntur tamen hæ quatuor ſolum neceſſariæ: prima, quod de re vera ceſſet lucrum illi, quia ille erat aliàs re vera lucraturus: Secunda eſt, quod in alterius gratiam, quia ille, qui mutuat, priuatur tali lucro, quod alias faciebat: tertia eſt, quod alteri inducitur ſe ob mutuum illud priuari eo lucro, & altero conſentiẽte ſic deducat in pactum: quarta, quod non exigatur totum lucrum ceſſans, ſed deductis expenſis &c. vt diximus.

44 Quæritur, an ratione moræ, quia, ſcilicet, non ſoluit conſtituto tempore poſſit aliquid accipere? Reſpondetur, leges quidem iubent ſoluere tum lucrum ceſſans, quia creditur aliàs lucraturus ſi habuiſſet pecunias; ſed in foro conſcientiæ non poſſet, niſi verè eſſet lucraturus, & verè ei ceſſaret lucrum; illa tamen violentia, qua vi detinetur ſua pecunia, poſſet aliquo pretio extimari, l.magna, C.de contr. & cenſ. ſtip.l.mora. ff.de vſuris, Abb.in cap.1.& cap.conqueſtus, de vſuris: & ratio eſt, quia moroſus, & fur æquiparantur, l.inter ſtipulantem, §. 1. ff. de verborum obligat. quod intellige, ſiue fuerit in mora regulari, ſeu irregulari, id eſt, quando re ipſa contrahitur ratione intereſſe, vt eſt gloſ. in cap. cum venerabilis, de exceptionibus. ſecus ſi non ſit in mora, quia ſine illa non debetur vſura, l.lecta, vbi Bart. ff. ſi certum petatur. Vnde ſi datus ſit terminus à creditore durante termino, non debetur, Ant.de Butr. in cap. ſalubriter, col.2.de vſuris.

45 Quæritur, an quæ quis lucratus eſt pecunijs vſurarijs, vel alienis pecunijs poſſit licitè retinere, vel ſint illius cuius erant pecuniæ? Reſpondetur, lucrum factum pecunijs alienis deputatur induſtriæ lucrantis, non ipſis pecunijs, quia pecuniæ pecunias non pariunt, ex gratitudine, vt poſſet aliquid non pecuniarum reddere ex quodam, tamen honeſtatis debito.

46 Caſus in quibus ob pecuniam datam accipi aliquid vltra ſortem ex pacto, ſed non ex mutuo, quia nõ eſt mutuum, ſed aliter eſt in contractus, vt lucrationis, pecuniarnm, vel rerum conditionis.

47 Quæritur, vtrum ex pecuniarum argentei, vel aurei, vel gemmarum &c. non mutuo, ſed locatione ad pompam, vel ad oſtentationem, vt cum numularij volunt oſtentare menſas plenas pecunijs, & aliquid datur ad hoc, vt oſtentetur, quid? Reſpondetur, licet, quia hic in iſto contractu vſus diſtinguitur à dominio cum pecunias illas nequeat diſtrahere.

48 Quæritur, vtrum locatione ad coquẽdum in aqua, vel thure, vel balneo liceat aliquid accipere? Reſpondetur, licet, quia hic vſus diſtinguitur à dominio, & aliquid etiam detrimenti accipere videtur pecunia, vel gemma in his.

49 Quæritur, vtrum accommodatione pulcherrimos aureos, & magni pretij ad matrimonij celebrationem, vel ad aliud aliquid accommodetur, liceat aliquid accipere? ℞.licet, & ex hac cauſa, vt detur aliquid.

50 Quæritur, vtrum commutatione, ſeu permutatione, vt cum aureus pro argenteis, vel æreis, & è contra, vt fit in cambio minuto, vtrum liceat aliquid accipere? Reſpondetur, quod licet ob laborem, & officium.

51 Quæritur in venditione, vt cum pulcherrimas pecunias quis vendit pro alijs minus pulchris, vel laceras, pro integris, vel abſentes pecunias pro præſentibus, an liceat aliquid accipere? Reſpondetur, licet, quia plus hæ quam illæ valent.

52 Quæritur dando in vno loco, vt recipiatur in altero, vel contra, vt in cambio, quid? Reſpondetur, licet ob laborem expenſas induſtriam, & alias cauſas aliquid accipere de quibus poſtea dicemus cum de cambijs &c.

53 Quæritur, vtrum pro depoſito aliquid accipere? Reſpondetur, tam pro depoſito, quam pro cuſtodia ſi vltra ſortem vellet aliquid accipere, viſura eſt.

54 Caſus in quibus eſt manifeſta, & vera ac expreſſa vſura.

1. Si mutuat pecunias, vt plus pecuniarũ accipiat vltra ſortem, eſt omnium manifeſtiſſima vſura.

2. Si mutuat pecunias, vt præter pecunias recipiat plus in aliquo genere mercium.

3. Si

3. Si mutuat res alias, vt oleum, triticum, mel, &c. vt plus recipiat in eodem, vel diuerſo genere, vel in pecunia, vſura eſt.

4. Denique quidquid mutuat vſu conſumptibile, & æſtimabile pecunia, vt plus recipiat æſtimabile quoque pecunia, vſura eſt.

5. Item ſi dat res, quæ non conſumuntur ipſo vſu, ſed tamen ita, vt pereat accipienti, & fructus ipſe aliquos recipiat, vſura eſt.

SVMMARIVM.

1 *Accipere ad vſuram non eſt illicitum, quia non facit alteri iniuriam.*
2 *Petere poſſunt ab eo qui paratus eſt ad vſuram exercendam.*
3 *Praxenetæ inducentes ad fœnerandum, non tenentur reſtituere.*

De Accipientibus ad vſuram. Cap. XLVI.

1 QVæritur, an liceat accipere ad vſuram? Reſpondetur, licet, quia non facit alteri iniuriam, ſed ipſe ſolus damnum patitur: verumtamen citra neceſſitatem, vel vtilitatem, non debet eam facere iacturam.

2 Quæritur, vtrum liceat inducere aliquem ad dandum mihi ad vſuram? Reſpondetur, ſi paratus quis eſſet ad vſuram exercendam, licet petere ſi egeo, & illi non vult aliter dare ex cauſa licita, puta negotiationis, vt decenter viuam, nullum peccatum eſt, Sylu. in verbo vſura. 7. Nauar. cap. 17. num. 262. Si verò acciperem ex cauſa licita, ſed non neceſſaria, puta negotiationes ex cauſa lucri principaliter, cum tamen habeam vnde decenter viuam, peccarem mortaliter, S. Thom. 2. 2. quæſt. 78. art. 4. Doct. in cap. ſuper eo, de vſur. Sylu. qui ſupr. ſi verò dans non eſt paratus, non licet.

3 Quæritur, vtrum praxenetæ conſulentes ad fœnerandum, teneantur ad reſtitutionem? Reſpondetur ſecundum veriorem opinionem, quod non tenentur ad reſtitutionem, niſi in quantum ad eos peruenerint, Sylu. in verb. vſura. 7. quæſt. 2. & ratio eſt, quia in dando mutuum ſub vſuris, non damnificatur proximus, ſed in exigendo illas.

SVMMARIVM.

1 *Vſura mentalis conſiſtit in ſola mente.*
2 *Vſura mentalis duplex.*
3 *Vſuræ mentalis actus tres.*
4 *Vſurarius mentalis quis dicatur.*
5 *Vſurarius non cenſetur, qui mutauit intentionem ſuam.*
6 *Mutuans ſine ſpe aliquid recipiendi, & ſi debitor dat, quid.*
7 *Mutuans alicui gratis, at ſi aliquid datur ne reputetur pecunia, non peccat.*
8 *Poſſeſſor malæ fidei, nunquam præſcribit.*
9 *Longum tempus quomodo intelligatur.*
10 *Dominiū alicuius rei, quomodo probatur.*
11 *Mutuant gratis, ſi aliquid poſtea accipit non ratione mutui quid.*
12 *Debitor ſponte poteſt remittere vſuras extortas creditori.*
13 *Mutuans inuitus, & per vim, & metum, poteſt recipere intereſſe.*
14 *Mutuans inuitus per importunas preces, coactus dicitur.*
15 *Electio reſcripta, & ſententia quoque lata per importunas preces inualidæ redduntur.*
16 *Qui per importunas preces ingreſſus eſt religionem, bona eius non monaſterio, ſed conſanguineis acquiruntur.*
17 *Iuductus ad ludum per importunitatem, non tenetur ſoluere quod perdidit.*
18 *Mulier viro, vel econtra, donans per importunitatem, talis donatio non valet.*
19 *Principes, & Prælati in ingreſſu poſſeſſionis gratias omnes, quas faciūt ſubditis per importunitatem, poſſunt reuocari tuta conſcientia.*
20 *Mutuans ſpontè, non vi, ſed rogatus, poteſt damum emergens in pactum deducere.*
21 *Lucrum ceſſans petere non poteſt, qui pecuniam ſuam tenebat in arca otioſæm.*
22 *Impediens mercennarium à ſuis operibus, tenetur refundere lucrum ceſſans.*
23 *Vſura puræ mentalis, ad nihil obligat, niſi ad pœnitentiam.*

De Vsura mentali.

Cap. LXVII.

1 QVæritur, quid est vsura mentalis? Respondetur, est quæ in sola mente consistit, non manifestata exterius.

2 Quotuplex est vsura mentalis? Respondetur, duplex, puræ mentalis, quæ non procedit ad opus dando, vel accipiendo, & non puræ mentalis, quæ procedit quidem ad opus dando, vel accipiendo, & tunc est quando animus nullo exteriori signo alteri manifestatur, & vtraque potest esse mutua, & non mutua.

3 Mentalis autem vsuræ actus sunt tres: primus est desiderium illius lucri ob mutuum: secundus spes illius lucri ob mutuum: tertius intentio illius lucri vltra sortem propter mutuum. Postremo sequitur opus ipsum, quo id respicit.

4 Qui vero per mutuum principaliter intendit recipientem allicere, vt ratione mutui sibi aliquid conferat, vsurarius mentalis est, at si principaliter mutuaret ad ineundam amicitiam, vt inde mediante consequatur aliquod munus, vel officium, vel mutuat alicui principaliter ex benouolentia, & amicitia, quia fortè est gratus, ex quo secundariè, postea sperat, quod idem faciat sibi cum indiguerit, quamuis posset alteri mutuare. Caiet. ad Sanctum Thom. 2.2. quæst. 78. articul. 1. ad quartum. & in summ. verbo vsura mentalis, in fin. Sotus lib. 6. de iustit. & iur. quæst. 1. artic. 2. non est vsurarius.

5 Quæritur, qui postquam propter lucrum mutuauit, peccatum suum agnoscens mutaret suam intentionem in intentionem minus principalem accipiendi; si postea à debitore aliquid gratis datum reciperet, an sit vsurarius? Respondetur, non, facit ad hoc distinct. 50. cap. ferrum, atque ibi notat Io. And. post Innoc. in cap. mandatum, de rescrip. Nauar. c. 17. nu. 209.

6 Quæritur, qui sine spe recipiendi aliquid mutuaret, ita vt hæc non sit principalis intentio mutuandi, tamen si postea dum aliquid recipit nouerit, & sibi à debitore ea ex causa mutui datum, vtrum ad restitutionem teneatur? Respondetur, quod tenetur, recipit enim quod suum non est, & nec ille gratis dat, facit inquit Ioan. And. in cap. fin. in princip. super verb. qui, de rescript. vbi dicit, quod recipiens ab impetrante rescriptum sub simili ratione, seu nominis ignoranter, licet euitet pœnam condemnationis expensarum, de qua ibi text. loquitur in fin. tamen si scita fraude prosequitur, & vtitur dictis litteris ex ratiabitione, tenetur:

7 Quæritur, qui non mutuat principaliter ob lucrum bona fide aliquid accipiendo ab eo cui mutuauit, existimans id sibi amicè, & gratis ab eo dari, licet id non det tam ob gratitudinem, quam ob timorem, ne à pecunia repetatur, vel sibi alia vice mutuum denegetur, vtrum peccet? Respondetur, quod non, etiam si postea sciat non liberaliter dedisse, & ratio est, quia ex quo tempore dationis, & receptionis bonam fidem habuit, licitè recepit, & illius dominium licitè in ipsum transtulit, facit glos. in cap. vigilanti, & cap. fin. de præscript. vbi mala fides superueniens præscriptioni, non facit quem obnoxium restitutioni, Nauar. in Manuali, num. 85. præscribens malæ fidei, non acquirit dominium, Abb. in rubr. de præscript. Præscriptio cum mala fide, nec in foro canonico, nec in ciuili valet idem in cap. quoniam omne; vide in c. si de iure dotis, nu. 13. par. 1.

8 Cum enim dicitur, quod possessor malæ fidei nullo tempore præscribit, vtique, verum est, quia dum est in cursu præscribendi semper sequitur bona fides, sed non procedit in eo, qui præscripsit, verum si conscientia maneat læsa, debet satisfacere conscientiæ, vel illam deponendo, vel restituendo id, in quo factus est locupletior, & ita intelligi potest Caiet. 2. 2. quæst. 78. artic. 1. Nauar. cap. 17 nu. 209.

9 Quæritur, quomodo intelligitur longum tempus? Respondetur, quod est spatium triginta, vel quadraginta annorum, secundum Socç. in cons. 46. nu. 37. Alex. in con-

in consil.num.79.circa primum,num.14. vers.fortificatur, vol.1. & Boer.in q.281. nu.15.in 2.part.vbi plura congerit,& maximè deducit Alex.in cons. 101. nu.7. & 8.vol. 7. attestantem ipsam esse communem opinionem.

10 Quæritur, quomodo probatur dominium alicuius rei? ℞. per inditia, & præsumptioné,l.ad probationem. C.locat.& l.iudicia,C.de rei vend.per Felyn.in cap. cum causam,num.5.de probat. ac etiam dominium antiquissimum probatur per famam, vt habetur per Socc.in cons.187. num.3. vol. 2, & fama probari debet per duos,& dicit glos.in cap.testes §.item sępe,in verb.fama.4.q.3.& per Bart. in d.l. de minori.§.plurium. nu.19. per Abb. in cap.vestra,nu.7.de cohabit.cleric.& mulier.in cap.3.loco,de præscript. & in cap. quia,de appel.14.per glos.in decis.Thol. 379.in verbo quæro, qualiter in ea, quæ incipit; idem tenet Siculus, & habetur per Dec.in cons.227.num.4. volum. 2. & per Hippol. de Marsil. in d. §. plurium, num. 101. subdens per viros discretos, & bonæ famæ, & non per viles, & mulierculas.

11 Quæritur, qui nullo pacto mutuat, vt ratione mutui aliquid accipiat, sed gratis licet obrepat ei, mutuatarium aliquid sibi daturum pro mutuo, quod ille certus est non recepturum, nisi gratis det; recipiendo, vtrum teneatur ad restitutionem? Respondetur, quod non, vt inquit Sot.lib.6.q.1.art.4.vers secunda intentio. Et idem si mutuator haberet malam intentionem recipiendi aliquid ab eo, cui ipse mutuauit; si ipse gratis accipit,& gratis, & liberaliter aliquid ei largiatur nullo implicatur restituendi modo, cum nullum damnum alter habeat, & per consequens nulla insurgat obligatio restituendi ipsi debitori, nec pauperibus,Sot.qui supra,contra Ostien. & Panor.in dicto cap.consuluit. tenetur tamen ob prauam intentionem agere pænitentiam, ita à simili probat text.in cap. fin. de symonia, & refert Couar. in regulis peccatum,par.2.in princ. num.8. Nec obstat dictum Innocent. in dicto cap. consuluit, qui contrariam opinionem probat, quia eam tutiorem esse asseuerat. Sed si mutuans, qui habuit intentionem deprauatam, sit in dubio, andebitor ei aliquid liberè dederit vltra sortem, tenetur ad restitutionem illius, quod plus accepit, etiam si verè animo libero datum sit, nisi deponat conscientiam. Sylu. contra Caiet. in verbo vsura, vt refert Couar.qui supra,& ita intelligitur text.in d.c.consuluit.

12 Quæritur,debitor, qui spontè remittit vsuras extortas iniquo creditori non habenti animum restituendi eas, an possit eum absoluere à restitutione? Respondetur,potest,glos.& Franc. in regulis pec catum.verbo restituatur, de regulis iuris, lib.6. Quamuis non sit liberatus à peccato, quod contraxit vsurarius fœnerando; quia propter rem malè ablatam,obligatur quis pœnæ æternæ per peccatum mortale, quod contraxit auferendo rem à proximo illicitè.

13 Quæritur, creditor, qui inuitus, per vim, aut metum mutuat pecuniam alicui, vtrum licitè possit recipere interesse? Respondetur, quod sic, & idem est, si per preces importunas mutuasset. Inuitus autem dicitur, qui per metum etiam reuerentialem mutuat: (exemplum.) Si patria cogit ciuem suum diuitem ad mutuandum ei pecnniam, de qua verè intendebat negotiari, posset id quod eis lucratus esset recipere; sic cum preces domini habentur pro iussu, l. 1. ff. quod iuss. Si quis habet centum paratos ad negotiandum, & dominus eius rogat eum ad sibi mutuandum,posset tutè centum mutuare cum pacto, vt det illi interesse, quamuis dictum interesse excedat decem pro centinario; quia circa interesse habetur oculus ad veritatem, & non ad Bullam Papæ Nicolai: Vnde si de illis centum deductis periculis, & expensis lucratus fuisset quindecim,vel viginti pro cen tinario, potest licitè percipere interesse ad prædictam rationem.

Hinç infertur, quod mercatores, qui çoguntur à Regijs officialibus, aut vniuersitate, vt mutuent pecuniam, possent pasisci de interesse, & exigere, quamuis excedant summam vsuræ legitimæ;quia attenditur veritas, scilicet,

quantum iustè, & legitime poterant lucrari.

14 Coactus etiam, & inuitus dicitur mutuare, qui per preces importũas mutuat, quia vis metus, & preces æquiparantur, vt inquit Afflict. decis. 69. nu. 6. (exemplum) habebam pecuniam expositam negotiationi licitè, precibus importunis amico mutuaui pecuniam, possum licitè petere interesse lucri cessantis, Sot. lib. 6. q. 1. art. 3. Salic. in auth. ad hæc, q. 19. & 25. 25. C. ds vsur.

15 Est notandum, quod non solum preces importunæ sunt causa, vt interesse debeatur; sed etiam vt rescripta ipsa inualida reddantur, l. 1. C. de bon. pet. sublat. lib. 10. vbi glos. Pariter electio habita per importunitatem est inualida, cap. Ofius, de elect. glos. in cap. miramur, distinct. 61. Abb. in cap. 1. de præb. sententia quoque lata per importunitatem potest reuocari.

16 Item si quis ingressus fuerit religionẽ per importunitatem Religiosorum, licet emiserit professionem, bona eius non acquiruntur monasterio, sed consanguineis eius, & hoc ratione importunitatis, Abb. in cap. præterea, de off. deleg. glos. in cap. fin. 30. q. 3.

17 Item inductus etiam ad ludum per importunitatem, non tenetur soluere pecuniam quam perdidit, Abb. in cap. clerici, & ibi Innocent. de vit. & honest. cleric.

18 Item si mulier donat viro, vel è contra propter importunitatem, talis donatio non valet, etiam si morte confirmetur, Iason in l. 1. §. si quis. ff. de verbor. obligat.

19 Item Principes, & Prælati, qui in ingressu possessionis, vel status, vel dignitatis multas solent gratias concedere ipsis subditis, possunt tuta conscientia ipsas reuocare si propter eorum importunitatem concesserunt, Calder. consil. 3. de iur. iur. Felyn. in cap. 1. de probationibus. Solent enim subditi satis offerre memorialia ad impetrandas gratias in tali ingressu, ex quo censentur in illo ingressu propter importunitatem concessæ, Bart. in cap. cum olim, de rescript. vbi Bald. dicit, quod si concessa fuerit Illustri viro aliqua gratia præsente Notario, censetur propter importunitatem concessa; sed quomodo possit hoc cognosci, tradit Andr. de Isern. in cap. 1. §. porrò, qui fit prima amitt. benef. quod in hoc standum est dictis ipsius Principis, si ex mera liberalitate concesserit, an propter importunitatem adductus; vnde non requiritur aliqua probatio extrinseca; sic etiam ad propositum nostrum, qui propter preces importunas mutuauerit, licitè poterit petere hoc interesse.

20 Quæritur, qui spontè sua, non vi, aut fraude, sed rogatus mutuat, potest præuisum, formidatumuè damnum emergens in pactum deducere absque vitio vsuræ, verbi gratia, si domus ruinam minatur? Respondetur secundum S. Tho. 2. 2. quæst. 78. art. 2. quod potest dummodo de illo mutuatarium admoneat; secus tamen si tacitus vltroque mutuat; tunc enim non posset damnum emergens exigere; nam sibi impatandum est damnum, quia si aliter rem sciret nollet fortè sub illa conditione mutuum accipere, Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 4. Sotus de iust. & iur. lib. 6. quæst. 1. art. 3. Hinc infertur, quod mutuo accipiens nõ tenetur soluere, dummodo quod non fuit præuisum, neque cogitatum, sed fortè postea superuenit, quia non cogitauit soluere nisi simplex mutuum.

Est etiam notandum, quod & si multi graues authores, vt Aym. Crauet. consil. 285. Alexand. cons. 46. Decius, & Innocent. in cap. nauiganti, de vsuris, Sotus dicto artic. 3. affirment non posse inter partes conuenire à principio de interesse lucri cessantis, quando quis spontè sine vi mutuat pecunias: contraria tamen opinio receptior est, vt tenet Caiet. in verbo vsura, cap. 2. S. Thom. 2. 2. quæst. 78. art. 2. & quæst. 62. art. 4. Syluest. in verbo vsura, el 1. quæst. 19. Conrad. de contract. quæst. 3. Couarr. variar. resolution. cap. 4. num. 5. Nauar. cap. 17. num. 211. & & de vsura, num. 43. vsque ad 60. dummodo seruentur omnes conditiones de quibus supra diximus, & verè cessat lucrum, verbi gratia, habeo mille paratos negotiationi, petit à me Titius ista mille, pos-

possum licitè conuenire de interesse lucri cessantis, quia pecunia mea erat exposita negotiationi, & ita procedat opinio affirmatiua.

21 Quæritur, si quis teneret pecuniam otiosam in area, cum animo non negotiandi, si illam mutuat, vtrum possit petere damnum cessans? Respondetur, neque lucrum cessans, neque damnum emergens petere posset; quod verò differt in illis, tamen regionibus vbi frequêtantur emptiones censuum, verbi gratia, Neapoli licitum est illi, qui non est solitus negotiari, mutuando pecuniam alteri, petere interesse lucri cessantis, vt inquit Couar. lib. 3. variarum resolutionũ, cap. 4. non excedendo tamen decem pro centinario, sicut solent fieri dictæ emptiones censuum. Verum cum dans ad census, non possit quando velit rehabere suum, immo stat in periculo amittendi suum, si forsan recipiens ad census, vergeret ad inopiam, vel essent alij creditores anteriores, vt sæpissimè contingit hic in Vrbe, quod secus esset in mutuo; nam quando sibi placuerit, potest recipere sortem principalem.

Ideo consulerem mutuanti in dictis regionibus, vt eius lucri cessantis non excederet summam octo pro centinario, vel potius abstineri à tali contractu, cum requirat tot conditiones, sed post ex facto seruatis dictis conditionibus, non sunt contrahentes, tamen damnandi, nec tenentur ad aliquam restitutionem, Archi. Flor. 2. par. tit. 1. cap. 7. §. 15. Nauar. de vsur. num. 53. & retro cap. 43. num. 42.

22 Quæritur, vtrum impediens mercenarium à suis operibus vi, aut fraude, teneatur illi refundere lucrum cessans? ℞. quod si suis solis precibus vult amore sui cessare, nihil illi debet, at secus tenetur, Sot. lib. 6. q. 1. art. 3. col. 2.

SVMMARIVM:

1 *Principes cogentes soluere vsuram, tenentur ad restitutionem.*

2 *Iudices, Notarij, & testes cogentes, vt vsura soluatur, tenentur ad restitutionem.*

3 *Ministri principales vsurariorum cogentes vsuram soluere, tenentur ad restitutionẽ.*

4 *Vxor vsurarij non tenetur ad restitutionem de sua dote, nisi ipsa per se exerceat vsuras.*

5 *Filij vsurariorũ acceptantes hæreditatem tenentur ad restitutionem.*

6 *Contrahentes cum vsurarijs non tenentur ad restitutionem.*

8 *Accipiens dotem ab vsurario idem quod in dono datis.*

De Participantibus in vsura, an teneantur ad restitutionem, & qui, & quatenus. Cap. XLVIII.

1 Quæritur, vtrum domini, seu principes, qui ex lege, vel præcepto, aut imperio cogunt vsuram soluere, vel non eam fieri, teneantur ad restitutionem? ℞. si cogunt ad soluendum tenentur, si non cogunt, non tenentur.

2 Quæritur, vtrum Iudices, qui sententiã ferunt, vt soluatur vsura teneantur ad restitutionem? Respondetur, tenentur Iudices, ac etiam Notarij, si ex sui instrumenti vsura soluitur, non alias; & idem testes si ex vi sui testimonij, non alias, & idem praxenetæ si ipsi inducunt non paratos ad dandum, & recipiendum, at si parati erant ad dandum, & accipiendum ad vsuram, non tenentur.

3 Quæritur, vtrum ministri vsurariorum teneantur restituere? Respondetur principales ministri, qui videlicet contractus celebrant tenentur, minus verò principales, qui tantum pecunias exigunt, dant, recipiunt, seruant, scribunt, non tenentur, nec etiam alij domestici serui in alijs rebus inseruientes, quamuis malefaciant vsurarijs, & prauis hominibus inseruiendo, tamen ad restitutionem non tenentur.

4 Quæritur, vtrum vsurarij vxor teneatur restituere? Respondetur, ex dote sua non tenetur soluere, nisi ipsa per se exerceat vsuras, sed tenetur ex alijs acquisitis bonis vnà cum marito in communibus maximè tenetur.

5 Quæritur, vtrum filij vsurariorum teneantur

neantur restituere? ℞. si ipsi acceptant hæreditatem patris, tenentur, aliàs non.

6 Quæritur, vtrum contrahentes cum vsurarijs in contractis tamen licitis, vt ementes ab vsurario, & vendentes eidē: si tenentur ad aliquid? ℞. licet hoc agere, & ad nihil tenetur, quia tantundem relinquunt apud vsurarium.

7 Queritur, vtrum, qui accepit dono aliquid ab vsurario, teneatur restituere? ℞. si tunc temporis vsurarius habebat alia in bonis, vel habere sperabat, vnde debita vsurarum solueret, licet accipere ab eo dono data, & ad nihil tenetur; sed si non habebat vnde tunc solueret, nec sperabat se habiturum, non licuit, quia erat aliorum, & ita tenentur ad restitutionem.

8 Quæritur, qui accepit dotem ab vsurario, vtrum teneatur restituere? ℞. idem dicendum, quòd in dono datis.

SVMMARIVM.

1 *Vsura palliata, dicitur, quasi pallio cooperta.*
2 *Vsura palliata committitur in contractibus emptionis, & venditionis.*
3 *Emptio, & venditio, est contractus in quo res datur pro pecunia, & econtra.*
4 *Precium rei, est rei valor.*
5 *Pretium iustum est, quod res in præsenti valet.*
6 *Pretium iustum triplex.*
7 *Regula generalis ad iudicandus omnes contractus emptionis, & venditionis.*
8 *Vendere res plusquam valent, non licet.*
9 *Res quæ non habent commune pretium, quomodo taxandæ.*
10 *Vitia rei manifesta in venditione possunt taceri, non autem secreta.*
11 *Res, quomodo vendi potest plusquam valet, spectata pecunia.*
12 *Res quomodo emi potest minusquam valet anticipata pecunia.*
13 *Debitor anticipans solutionem, potest minus soluere.*
14 *Emere frumentū nunc minori pretio dandum tempore collectionis, non licet.*
15 *Vendere frumentum quando caro valet, & postea non in pecunia, sed in frumento nouo tempore collectionis, non licet.*
16 *Vendere res plusquam valent, quomodo liceat.*
17 *Vendere res minus quam valent, quomodo liceat.*
18 *Vendi res minus cum pacto de retrouendendo, potest.*
19 *Pactum de retrouendendo est in quo remanet potestas apud venditorem de recuperando rem, dato pretio.*
20 *Pactum de retrouendendo, minuit pretium rei.*
21 *Vendens cum pacto de retrouendendo, deinde statim emens locat eidem venditori, habet suspectum vsuræ.*
22 *Vendere (vt Italicæ dicitur) à stecho, quomodo intelligitur.*
23 *Emere tempore collectionis multa ædilia vili, vt postea carius vendat, peccat mortaliter.*
24 *Emens tempore collectionis ad prouidendum familiæ suæ, aut reipublicæ, vel pauperibus licet paulo plus emat, quam indigeat, & postea, quod superfuerit pretio currenti vendat, non solum non peccat, sed commendatur.*
25 *Vendere vasa sacra, Ecclesias, & capellas, quomodo liceat.*
26 *Vendere sepulturas, quomodo liceat.*

De Vsura palliata, ac de iniustitia in alijs contractibus à mutuo, ac primum de emptione, & venditione in communi. Cap. XLIX.

1 QVæritur, quare dicitur vsura palliata? ℞. dicitur vsura palliata, id est, mutuum palliatum, quia cooperitur pallio, id est, quod sub contractu apparenti, latet vsura, verbi gratia, secundum formam apertam, & verba contrahentium, est aliud contractus, quam mutui. Secundū verò formā latentem, & mentē verā contrahentium, vel præsumptā, est mutuū, qualis est omnis contractus à mutuo; (exempli gratia:) qui emit rem ad minus decem, valentē pretio infimo 13. ob anticipatam solutionem, in effectu videtur mutuare pretiū, quod dat, & illud minus iusto pтio, quod dare deberet, accipitur pro vsura, Nauar. c. 17. nu. 206.

2 Quomodo committitur vſura palliata? ℞. committitur in his præcipuè contractibus, videlicet in contractu emptionis, & venditionis in contractu aſſecurationis in contractu pignoris, in contractu depoſiti, in cambijs, & in ſocietatibus.

Rurſus de natura emptionis, & venditionis, & eius diffinitiones, aut datur res pro pecunia, & è contra, & hæc dicitur emptio, & venditio, vt diximus ſupra, aut datur res pro re, & hæc dicitur commutatio, ſeu permutatio, aut datur pecunia pro pecunia. & hoc dicitur cambium.

Item res pro qua pecunia datur, aut eſt æſtimabilis pecunia, & emi, & vendi licitè poteſt, aut non eſt æſtimabilis pecunia, & hæc nec emi, nec vendi licitè poteſt.

3 Quæritur quid eſt emptio, & venditio ℞. eſt contractus, in quo res datur pro pecunia, & è contra, pecunia pro re, & iſta erunt iuſta, ſi equale ſit precium, iniuſta ſi ſit inequale.

4 Quæritur, quid eſt precium rerum? ℞. eſt valor rei, ſeu potius menſura valoris rerum.

5 Quid eſt iuſtum precium? ℞. eſt quod valet res in præſenti, vbi eſt numerata pecunia ceſſante dolo; & fraude iuxta arbitrium peritorum communiter in eo venditionis genere.

Dicimus autem communiter, quia illud cenſendum iuſtum, quo res ſolet emi, & vendi, nam quod raro alias nullum certum precium aſſiguari rebus poſſet.

Dicitur etiam in eo venditionis genere quia eſt eadem res, quæ plus, & minus valet numerata pecunia, pro diuerſitate generis venditionis, vt ſi in officina exiſtente, vel apud mercatorem, vel apud priuatum alium, ſi ſub aſta venditur, vel ſub extruditur emenda, ſi minutim diuenditur, vel non minutim, ſed in magna copia.

6 Quotuplex eſt iuſtum precium? ℞. triplex pium, ſeu minutum, mediocre, & rigidum, ſeu ſupremum, nam iuſtum pretiũ conſiſtit indiuiſibili apud homines, ſed habet latitudinem, ita vt vna, & eadem res hodie à mercatore vendatur pro decem, cum dimidio, & pro vndecim.

Solent autem dicere mercatores diſtantiam à minimo pretio ad rigidum, & temporum diuerſitate variari.

Regula generalis ad iudicandos omnes contractus emptionis, & venditionis.

7 Quæritur, quomodo cognoſci poteſt contractus emptionis, & venditionis? ℞. videnda in primis ſunt tria, primo, num interueniat tacitum mutuum, ſecundo cum temporis ſpectatio, nam tunc habetur ſuſpectus Vſuræ, tertio, videndum an pro eo aliquid accipiatur.

Videndum etiam an Miſceatur aliquis alius contractus cum ipſa emptione, vt ſocietatis, & aſſecurationis, nam tunc ex vtraque non eſt iudicium ferendum.

Videndum tandem num ſit precij; equalitas, nam ſi non ſit, erit iniuſtus contractus, ſi autem ſit precij equalitas, erit iuſtus, ſed modo ad varias deciſiones per quæſita more, & ordine ſolito, in quibus hæ vſuræ palliatæ latent deſcendamus.

8 Quæritur vtrum poſſit res vendi pluſquam valet? Reſpondetur nunquam licet, ſi per ſe, & in ſe iuſtitiæ equalitas cõſideretur, ſed non reſcinditur contractus publico iure, niſi ſit exceſſus, vltra medietatem iuſti precij. In foro tamen conſcientiæ tenebitur ad reſtitutionem, niſi ſit parum aliquid, nam paruitates contrahentes videntur hæc parua condonare ſibi inuicem.

Aliquando etiam res, quæ in ſe conſiderata. vel alteri non valet tantum, at mihi ad meas commoditates plus valet, & ideo ſi alter à me petat, potero tantum vendere quantum mihi valet, nam quod ſuperat valorem rei, tunc accipitur non tam pro re, quam pro meo damno emergente accipio, vt diximus ſupra.

9 Quæritur vtrum res, quæ non habet commune precium, poſſit pro arbitrio vendentis taxari, vt ſunt res raræ, gemmæ, &c. Reſpondetur in his precium ideſt quod apud emptores vltraneos, & rem ipſam agnoſcentes reperitur ceſſante vi, dolo, &c. taxari poteſt.

10 Quæritur vtrum taceri poſſint vitia rei, quæ venditur? Reſpondetur vitia rei omnibus publica, & manifeſta, quæ facile à quo-

à quouis emptore, vel mediocriter perito, possunt animaduerti licet tactu, alia vero occultiora, non licet, item an e contra emens tacere possit ea, quæ tunc præcium rei augent, est eadem fere responsio.

11 Quæritur vtrum spectata pecunia posset res vendi plusquam valet in præsenti Respond. non potest nisi in istis tantum quatuor casibus, primo si postulat solum, vel rigidum, vel iustum præcium, secundo damnum emergens, tertio lucrum cessans, quarto vel sit genus mercaturæ quæ non possit aliter commode distrahi in tanta quantitate, vt esse solent lanarum aromatum, gemmarum serici, & similium quia in eo genere vendendi tantum valent, & in eo illud commune præcium, quod aliud esse, nequid etiam si parua quantitas numerata pecunia daretur viliori præcio, quia tunc esset aliud genus vendendi.

12 Quæritur vtrum liceat anticipata pecunia minoris rem emere, quam postea erit valitura? Respondetur, non licet nisi in his tantum, quatuor casibus supradictis, primo si pium, aut minimum præcium iustum saltem detur, secundo, vel damnum emergens exigitur, tertio lucrum cessans, quarto aut similia mercaturæ genera, quæ aliter vendi, & emi non possunt commodè, vt cum à pastoribus ouium, vel agricolis, vel artificibus, &c. solent magna mercium summa emi prius data pecunia.

13 Quæritur vtrum debitor anticipet solutionem, & minus soluat, vt si post annum deberet dare centum, det nunc octoginta? Respondetur, non erit illicitum, nisi alia adsit causa diminuens precium.

14 Quæritur, an liceat emere frumentum nunc dandum tempore collectionis minori præcio, quam tunc valebit? Respon. non licet, quia illud minus diminuitur propter anticipatam pecuniam, quod est in veritate mutuum, & propter illam spectationem.

15 Quæritur vtrum si quis vendat frumentum nunc, quando caro valet, & postea non in pecunia, sed in frumento nouo tempore collectionis licitè faciat? Respondetur per se hic contractus non est illicitus, tamen esse solet multis de causis iniustus, & contra commune reipublicæ bonum, & ideo solet legibus vitari, quia hoc pacto solent exauriri agricolæ, & toto pene frumento suo priuari, cum tempore collectionis minoris vili præcio solent æstimari, & vendi: Habet præterea iniustitiæ hoc annexum, quod obligat rusticum in frumento precium reddere, & non in pecunia, vel alijs rebus prout melius posset.

16 Quæritur vtrum liceat vendere rem plusquam valet, si erat seruaturus eam in aliud tempus, in quo erit valitura certo, verisimiliter? Respond. potest licite deductis, tamen expensis, & periculo, si quo interueniebat, & laboris precio, &c. arbitrio boni viri, & potest duobus modis pacisci, vel in determinato præcio quantum tunc valebit, vel determinato videlicet medio precio inter summum, & minutum, quod putatur tunc valitura.

17 Quæritur vtrum si erat in alium locum rem transmissurus, vbi plus erat valitura certo, aut verisimiliter? Respond. omnino, est eadem ratio, & eadem solutio, quæ præcedentis.

18 Quæritur vtrum liceat rem emere minoris, cum pacto retrouendendi? Resp. licet minoris emere cum hoc pacto retrouendendi magis, quam emere simpliciter, quia si simpliciter venderetur posset fieri iniustitia contra ementem.

19 Quid est pactum retrouendendi? Respond. est pactum, in quo remanet potestas apud creditorem recuperandi rem dato precio, & emens cogitur ei reuendere eodem precio, & id dicit ur retrouendere eidem vendenti.

20 Quantum minuit de precio hoc pactum? Respondetur in quibusdam rebus vt doctores volunt, & praxis ostendit, quartam partem precij minuit, vt in censibus, in quibusdam tertiam, vt in prædijs & domibus, immo aliquando mediam partem pro ratione illius incommoditatis priuationis rei emptæ ad arbitrium alterius.

21 Quid si emit cum pacto retrouendendi, & deinde locet statim eidem venditori recipiens aliquid, puta duo tria, vel quinque pro centum? Respondetur est contractus suspectus vsuræ, & profecto damnatus præsertim si obliget venden-

tem

tem ad locationem,& maxime si sunt armenta,& boues.

22 Quæritur de Versione,seu Vesura, quã Hispani mohatram vocant, & Italicè dicitur (comprare à stoccho) hoc est cum quis non inueniens pecuniam mutuam emit credito argentum factum, vel pannum, aut alias merces à mercatore, vel ab alio, & statim eidem vendenti eas reuendit minori precio,quam emit, vtrum liceat? Respond. si statim fiat illa venditio post emptionem, est contractus suspectus vsuræ,& euitandus,ne pro iniquo mercatore, vel vsurario palliato habeatur cuius infamiæ periculo probabili se exponendo peccaret, arg. cap. non sunt audiendi, 11. quæst. 3. Hic contractus non tamen per se simpliciter est iniustus, si tantum dat, quantum apud alios posset reperire, cum res illa pluris valeat in manu artificis,vel mercatoris,quam in manu priuati,& sit diuersum venditionis genus in officina, & extra officina vendere,nam ille non reperiret plus apud alios, at si in pactum deducat mercator,vt sibi reuenderet,etiam si eo præcio,quod apud alios reperiret, esset Vsura. Sic etiam si liberè venderet, & postea minori prætio eidem reuenderet,quam apud alios reperiret, si non esset vsura esset tamen illicitus, & iniustus contractus,vt inquit Nauar cap. 23. num. 91. quod de rigore iuris liceret mercatori rem iterum emere iusto præcio mediocri, vel pio minore rigoroso, quã vendit, qui nulli legi iustitiæ videtur contrauenire, & si alicui legi charitatis schandalizando alios contrairet,peccaret quidem, sed non teneretur ad restitutionem, ad quam solius legis iustitiæ transgressio obligat.hæc ille.

23 Quæritur,qui tempore messis, vel vindemiæ emit immoderate triticum,vinum vel oleum, quod postea carius vendat, vel alio modo præcium auget, & penuriam inducat, vtrum peccet? Respond. grauissimum peccatum facit cap.quicunque 14.quæst.4.

24 Quæritur, qui emit tempore collectionis, & hoc tantum ad prouidendum familiæ suæ,vtrum deccet? Respond.quod non, etiam si emat paulo plus, quam egeat, & postea, quod super fuerit præcio currenti vendat, vel si emit ad prouidendum rei publicæ,est prouidentia sua, cõmendanda, vt fecit Ioseph Gen. 41. aut pauperibus egentibus, aut ne exportetur vel dissipetur siue ob alias pias causas, & honestos fines, secundum Innoc. in cap. primo,ne cleric.vel monach. & S. Ant.2. part.tit.1.cap.24 § 16.

25 Quæritur vtrum liceat vendere vasa sacra? Respond.quod non possunt vendi quatenus spiritualia sunt,sed ratione materiæ, & in sua forma non nisi alteri Ecclesiæ stendi possunt, quia non debent conuerti in alium vsum 10 quæst. 2. cap. ea.§.hoc ius, sed confracta possunt etiam vendi laicis, quia non sunt amplius sacra. 12.quæst.2.cap.aurum. Idem dicendum est de Ecclesia, & de capella: Ecclesia in sua forma perseuerante non potest conuerti in profanos vsus,ideo sic non potest vendi laicis, vt de illa ad libitum disponant: poterit vendi ratione materiæ religiosis ad celebrandum diuina, laicis autem in sua forma simpliciter vendi non potest, quia non possunt simpliciter esse domini Ecclesiæ, aut cappellæ: Possunt tamen habere ius patronatus alicuius Ecclesiæ, vel capellæ, & hac ratione poterit vendi materiale Ecclesiæ,seu capellæ, & etiam parietes ligna, picturæ est laico,vt illam restauret, doter, & sic illius habeat ius patronatus.

26 Quæritur vtrum possint vendi sepulturæ? Respond. quod illas vendere videntur canones prohibere,cap. abolendæ de sepult. & cap. cum in Ecclesia d.simonia, sed S.Thom.4.dist.25. quæst.3. art. 2. glos. 3.dicit,quod de vendititione terræ sacræ in sepulturam est similis ratio sicut de venditione sacrorum vasorum, quod Cimiterium consecratum potest vendi ratione in necessitate Ecclesiæ sicut calix ratione matæriæ, non autem potest vendi ratione consecrationis, vt scilicet aliquis pro pecunia ibi sepeliatur. Vide infra cap.de rebus Eccles.non alienam.

SVMMARIVM.

1 *Monopolium est singularis negociatio in ciuitate.*

2 *Monopolium duplex.*

3 *Monopolium idest, qui à principe priuilegium obtinet,ne alius quam ipse emat,ve vendat*

vendat in ciuitate, non est immunis à peccato.

4 *Monopolium dicitur facere, qui multa exponit in foro, vt præcium vilescat, quia vult vilius emere, vel è contra, si auget præcium, vt carius vendat, peccat mortaliter.*

5 *Monopolium, id est, impediens eos, qui annonam conducunt, vt carius vendatur mortaliter peccat.*

6 *Monopolium, id est, venditores monopolium facientes, liceret emptoribus, etiam contraria facere.*

7 *Monopolium, id est, forenses inscii monopolium facientes, si vendant eodem præcio non tenetur ad restitutionem.*

De Monopolijs. Cap. L.

1 QVæritur, quid est monopolium? Respondetur est singularis negotiatio in ciuitate idest cum aliquis, vel aliqui, aut omnes illius generis asseruantes merces, & nolentes eas vendere minori prætio, quam eo, vel illo, quod sibi videtur, mortaliter peccant. C. de monopolis l. vnica.

2 Quotuplex est Monopolium? Respon. duplex primum, ex parte vendentium, id est, cum inter vendentes sic conueniunt, vt non debeant vendere res, nisi tali præcio, secundum ex parte ementiũ, qui cum inter se conueniunt, vt non dentur nisi tali præcio.

3 Quæritur vtrum peccet, qui à principe priuilegium obtinent, ne certi generis merces ab alio, quam ab ipsis vendantur? Respond. mortaliter peccant secundum Innoc. in cap. significante de pign. quando fraudolenter etiam in populi damnum notabile, & ex mente Rosel. verb. emptio. §. 21. Quamuis liceat principi, aut gubernatori in bonum publicum obligãdo ad id aliquos, & statuere, vt soli ab eis talia præcio tollerabili minutatim vendãtur puta vinum, oleum, &c. secundum Nauar. cap. 23. num. 92. vers. 35. & Syluer. verb. emptio, quæst. 78. in fin. Nec etiam secundum Azonem in l. vnica. C. de monop. licitum est exercere monop. i. singularem negotiationem, quod accidit cum aliqui paciscunt ne in arte sua quemquã instruant, nisi filios, vel nepotes. Syluer. verb. emptio, quæst. 18. limita tamen hoc dictum per eundem in verb. Ars. quæst. 1. vers. 2.

4 Quæritur vtrum an liceat volentibus emere, exponere multa in foro, vt præcium vilescat vel alijs, qui sibi mutuo promittunt, non emere nisi tanti, vel si in subastatione anteuerterent alios, ne licitarentur, vt minoris ipsi emerent? Resp. non licet, quia dicuntur Monopolium facere Sylu. qui supra Sot. lib. 6. de iust. & iur. quæst. 2. art. 3. in fin. & tenetur ad restitutionem totius summæ excedentis præcium, quod valerent, si non essent huiusmodi Monopolia: tenentur autem restituere ijs, à quibus extorserant, nec solum ipsi tenentur restituere, sed etiam domini concedentes hoc, & reliqui, qui sunt causæ huiusmodi iniustè acceptionis, Caiet. 2. 2. quæst. 77. art. 1. Sylu. in verb. vsura 2. quæst. 1. verbum quintum Sot. qui sup.

5 Item impedientes eos, qui conducunt annonam, vt carius vendatur, tenentur ad ponendum eam in bono foro, ac si fuisset delata, si possunt, & puniuntur etiam pæna corporali l. annonam. ff. de extr. ord. crimi, & idem tenetur facere emens omnes fruges, seu blada, vt carius vendat d. l. annonam: Idemque de omnibus pertinentibus ad victum, vel vsum per ipsos solos vendendis in penuriam reipublicæ, vt l. vnica. C. vt ne lic. in empr. spec. te, &c. Vnde qui dat arrhas ꝓ omnibus aromatibus sciens naues, quæ eas vehebant esse submersas, facit monopolium & tempore necessitatis tales compelli possunt vendere minus iusto præcio, tunc alias iust. l. 2. §. cum in eadem. ff. ad l. Rhodi. de Iact. Sylu. in verbo emptio q. 13.

6 Quæritur quando venditores monopolium facerent, vtrum liceret emptoribus contraria facere? Respond. liceret tunc iustè, quasi vim, vi repellere, & contraria possent prudentia vti, puta conuenire inter se, vt nullus nisi certo præcio emat Sot. lib. 6. quæst. 2. art. 3. in fin. de iust. & iur.

7 Quæritur vtrum venditoribus monopolium facientibus, vt tanti, idest decem vendant vinum, siue oleum, si forenses monopolij inscij, ipso prætio vendant, teneantur ad restitutionem? Respond. non

non teneri, & ratio est, quia vendit, sicut communiter valet in foro, secus si essent conscij. Medina in sua summula lib. 1. cap. 14. § 25. post medium.

SUMMARIUM.

1 *Contractus, qui vulgo dicitur ad credentiam, nota illius regulam.*
2 *Vendens frumentum mense Octobris tanti, quanti valebit mense Maij, quo mense sperat pluris valiturum usuram committit.*
3 *Vendere ad credentiam paulo pluris; quomodo licebit.*
4 *Vendere ad credentiam eo precio, quo pluris valebit non licet.*
5 *Vendens frumentum potest constituere precium, quod curret tali die.*
6 *Mercator, qui statim potest vendere merces pecunia numerata, sed ad instantiam alterius, vendit ad credentiam carius iusto precio non peccat.*
7 *Mercator habens Romæ officinam plenam mercibus ferendarum, ad nundinas farfæ, ubi carius erat ipse venditurus, potest Romæ paulo pluris precio currenti merces vendere.*
8 *Mercator, quomodo potest dare frumentum vetus ad renouandum.*
9 *Frumentum vetus, marcidum damnum pro bono ad renouandum, non licet.*
10 *Vendens, & tacens vitia rei, peccat.*
11 *Vendens, id est, cui datum est aliquid ad vendendum pro decem, & vendit duodecim, quomodo agendum.*
12 *Vendita re alicui statim periculum spectat ademptorem.*

De Emptione, & Venditione ad futuram pecuniam. Cap. LI.

1 CONtractus emptionis, & venditionis qui vulgo dicitur ad credentiam, est notanda hæc regula, vt cognosci possit an sit licitus, vel illicitus contractus, scilicet, quod verus valor rei attenditur secundum tempus emptionis, & venditionis cap. cum dilecti de emptione, & venditione l. 2. C. de rescin. vend. vnde qui vendendo rem illam venderet non habita ratione ad pretium, quo valebat tempore contractus, sed tempore solutionis, quo pluris probabiliter valere solet vsurarius est.

2 Quæritur vtrum vendens frumentum tempore octobris cum pacto, vt soluatur tanti, quanti mense Maij valebit, quo mense speratur pluris valiturum quid? Respondetur vsuram committit capit. in ciuitate capitulo nauiganti de vsuris. Posset tamen contractus iste iustificari seruatis his conditionibus, vt merces, quæ venditur credita pecunia possint seruari, & non sint corruptioni proximè. Secunda, vt adueniente tempore solutionis accipiatur non pretium rigidum, vel infimum, sed mediocre Alexand. in l. quod te si cert. pet. Syluer. in verbo. vsura 2. quæst. 2. vers. tertium, Tertia, vt deducantur arbitrio boni viri ad iusti pretij taxationem quicquid in his mercibus seruandis, & custodiendis esset venditor expensurus alias si non deduceret venditor labores, pericula, & expensas ex rei natura requisitas, necessariò faciendas, esset Vsurarius Syluer. qui supra vers. primo, in fin. Quarta, vt dubium sit tempore solutionis pretij, si sit minoris, vel pluris res valitura text. in dicto capitulo in ciuit. de vsur. Quinta conditio, vt vendens ad tempus certum credita pecunia, non esset alias venditurus tempore contractus, ita text. in cap. In nauicanti, vbi glos. & Doct. de Vsuris Syluer. in verb. Vsura. 2. Sot. lib. 6. quæst. 4. art. 2. de iust. & iur. Couar. lib. 2 var. resol. cap. 3. num. 6. vers. cæterum.

Item omnis contractus, in quo aliquid plus accipitur, quam datur, siue in re, siue in spe, & hoc tantum propter tempus, dicitur Vsurarius, & vulgo vocatur emere, vel vendere ad credentiam S. Thom. opusc. 73. cap. 8.

3 Quæritur habens frumentum, & vinum post mensem Augusti, & pro illo tempore mensura frumenti valet tantum tres solidos, & vinum quatuor, si vendit ad credentiam carius iusto pretio, quo valebat tempore contractus, vtrum peccet? Respondetur, quod non

peccat

peccat, vbi adeſt dubium, an fermentum, vel vinum tempore ſolutionis ſit pluris, vel minoris valiturum, nec erat venditor ante tempus ſolutionis venditurus, & ratio eſt, quia tam emptor, quam venditor commodum, & incommodum ex eo contractu ſperare poſſunt propter dubium euentum augumenti, & diminutionis, quo ad precium, cum ſoleat precium cuiuſque rei lapſu temporis augeri, & rurſum minui d. cap. nauiganti. §.fin. & gloſ. com. recepta in cap. in ciuitate Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. quæſt. 4. art. 2.

4 Quæritur vtrum liceat venditori vendere rem ad credentiam eo pretio, quo pluris valebit à tempore contractus, vſq. ad menſem Maij, aut Iulij? Reſpond. non liceret, quia venditor conſtituitur tunc in tuto, nam qui frumentum, aut alias merces vendit pretio, quo iuſtè valent tempore contractus, & deinde, quo pluris valebunt ad diem dilatæ ſolutionis, quod iniquum eſt ſecundum Hoſtien. in ſum. tit. de Vſur. §. an aliquando verſ. quid ſi.

5 Quæritur vendens frumentum in natiuitate domini, quod tunc non erat venditurus, ſed ſeruaturus vſque ad menſem Maij, vtrum poſſit licitè ponere pretium quando voluerit? Reſpond. poteſt vendere ſub hac lege, vt quando voluerit ponat pretium currens, vel etiam, quod ſoluatur pretium, quod curret tali die, vel hebdomada, aut menſe. Ita tamen, quod ſi tali die, vel menſe pretium fuerit variũ, accipiatur mediocre, Sylu. in verb. vſura, quæſt. 2. verſ. 3. quod etiam Couar. d. cap. 3. num. 6. verſ. quod ipſe verum exiſtimat dummodo electio pretij communis fiat intra tempus illud in quod merces venditor erat venditurus. Hinc tradit Sot. in lib. 6. quæſt. 4. art. 2. venditorem, qui merces eſt ſeruaturus, & ad Kal. Martias non poſſe eas vendere Kal. Octobris pretio, quo valabunt Kal. Maij.

Item dicimus venditorem non ſolum indefinitè poſſe vendere eo pretio, quo tali menſe valituræ ſunt merces, vtrum defeniri, ſtatuiq. certum precium & recipere S.Th. opuſc. 73. c. 6. Medin. in c. 1. de reſtit. tit. de vſur. q. 38. Sot. qui ſupra art. 2. ſed ad notandũ, quod ſi fuerit ſtatutũ pretiũ à vẽditore, non debet amplius creſcere, vel decreſcere, ſi poſtea pretium ex eo tempore fuerit maius, aut minus Sylu. in verb. vſur. 2. quæſt. 2. verſ. primo.

6 Quæritur vtrum mercator, qui ſtatim poſſit merces vendere pecunia ſoluta ad præſens, & ad alterius inſtãtiam, vt ei ſeruiat, vendit illas, pecunia credita, poterit eas carius vendere iuſto precio ob dilatam eius ſolutionem? Reſpond. poterit habita, tamen ratione ad lucrum, quod eius induſtria ſtatim pecunia ſoluta acquiſiturus fuiſſet arg. sũpto à gloſ. iam recepta in cap. conqueſtus de vſuris l. curabit de action. empt. monito prius emptore de lucro, quod ceſſat acquirere. Nauar. dicit com. in cap. 23. num. 82. quod ſecus eſſet, ſi ideo vendidiſſet pecunia credita, quia merces vendere non potuiſſet pecunia ſoluta ad preſens, Syluer. in verb. vſura 2. quæſt. 1. Couar. lib. 2. var. reſol. cap 3. n. 6 verſ. 3.

7 Quæritur, quis habet Romæ officinam plenam mercibus ferendis ad nundinas Farfæ, vbi carius ipſas erat venditurus, ad preces, tamen alterius, qui ſpopondit ſe ſoluturum precium quanti erit in nundinis, merces vendidit, tali pacto plus tamen precio Romæ currente vtrum liceat ℞. talis contractus licitus eſt dummodo deducantur labores, expenſæ, & alia onera, quæ ſubiturus erat ipſe venditor, ſi dictas merces tranſtuliſſet ad nundinas, & ratio eſt, quia illud ſibi debetur ratione lucri ceſſantis Abb. in cap. nauiganti, nu. 15. de vſur.

8 Quæritur vtrum liceat dare frumentum vetus in permutationem noui recipiendi tempore colligendarum meſſium ℞. licet qui quidem contractus dicitur ad renouandum Sylueſt. in verb. vſura, 1. & Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 3. ſed vt hic contractus ſit licitus oportet has conditiones interuenire prima vt dubium ſit, an frumentum nouum ſit plus, aut minus valiturum, quam vetus, videlicet, qui dat frumentum vetus eſſet illud ſeruaturus, in tempus meſſium colligendarum Couar. d. art. 3. num. 6. Imo licitum eſſet plus expetere de nouo ſi vetus melius extimaretur, valere, quam nouum tempore redditionis Sylu. in verb. vſur. 1. quæſt. 17.

9 Quæritur vtrum liceat dare frumentum vetus marcidum, vel corruptioni proximum ad renouandum? ℞. non nam

dare

dare frumentum vetus ad renouandum esset licitum,& si quis hoc faciat ne suum pereat, & recipienti gratiam faciat, ac etiam si euitat suum damnum sine damno alterius, at si marcidum, vel corruptioni proximum, aut mixtum alterius generis, recipiat nouum bonum, & mundum, ac bene purgatum, non est contractus licitus,sed esset vsura Card. Flor. in clem. vnic.de Vsur.quæst.10. Nauar. cap. 27. nu. 226.Sylu. in verbo vsura, num. 15. & 16. Card. Flor. in clem. 1. num. 22. de vsur. Couar.lib.2.var.resol.cap. 3. nu. 6. Vel si hæc renouatio frumenti fiat ad speciale lucrum captandum, non autem ad euitandum damnum, & cum probabiliter nouum erit bonitatis maioris valoris, & substantiæ, quam vetus, tunc esset vsura, quia lucrum interuenit. Host. in sum. de Vsur.§.in aliquo in fin. Zabar. in d. clem. 1.num.13.de vsur.Nauar.cap. 17. nu.226. qui loquitur de moneta varia, qui idem procedit in casu præsenti: licitus autem contractus est tradere frumentum, pro frumento in simili bonitate pondere, & mensura,restituendo.

10 Quæritur vtrum peccet is,qui cum caliditate vendit aliquid puta vinum affirmans eius bonitatem duraturum, vel tacens bonitatem, quam sciebat duraturum? ℞. peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem de omni damno,& interesse, & de eo, quod inde plus habuit l. si quis vestra. ff. de peric.& commo,rei vẽd. Sylu.in verb.emptio,quæst.2.vers.sed circa peccatum mortale, tunc hoc verum esset, quando vendendo negaret vitia rerum, aut falsas bonitates affirmaret cum periurijs, & mendacijs, sed quoad mendacia tunc peccatum esset mortale, quãdo pro illa læsio esset in magno,secus si in modico, animo non lædendi in magno, vel si in nullo læderet,sed hoc faceret, vt se seruaret indemnem Sylu. in verb. emp. quæst.21.

11 Quæritur vtrum is, cui datum est aliquid ad vendendum pro decem, & vendidit pro duodecim, quid? ℞.si est famulus stipendio domini conductus, vel amicus gratis id facturus, vel praxeneta, qui conuenit de pretio pro suo labore,totum quod superuendit tenetur restituere domino rei,& ratio est,quia non sic data est potestas à domino pro decem, vt nolit habere duodecim si posset, sed expræssit minimum Sylu.in verb.emptio quæst. 24. at si vendens nihil haberet pro stipendio posset retinere id, quod pluris vendidisset, nisi partem precij notabilem retineret Nauar.cap.23.num.97. praxaneta si id preciosius reddens, pluris vendidit, tunc superfluum sibi retinere potest, cum ad id non tenebatur Nauar.

12 Quæritur cui spectat periculum rei venditæ? Respond. vendita re alicui statim periculum spectat ad emptorem. §. cum autem Inst.de empt.& vend. nisi res vendita degustationem exigeret v.g. vendo tibi hoc vinum, videlicet hæc decem dolia, tunc ante degustationem periculum est venditoris post vero emptoris. l. si vina.ff.de peric. & com. rei vend. sed si venditioni non fit in specie degustandi sed ad mensuram, tunc periculum est vẽditoris donec sit mensuratũ.Et si emptor nolit mensurare, tunc monito prius emptore si vasa sunt ei necessaria, puta ad vindemiam, &c. possunt coram testibus mensurare,& effundere l. 1.& 2. ff. de peric.& com.rei vend. Sylu.in verb. emptio quæst.2.& vers. 5.

SVMMARIVM.

1 *Census, quomodo distinguitur.*
2 *Census, est ius exigendi pensionem de fructibus rei.*
3 *Census est multiplex.*
4 *Census quomodo imponitur.*
5 *Census realis est, qui supra rem aliquam imponitur.*
6 *Census irredimibilis est, vt qui soluit non potest se liberare à solutione.*
7 *Census redimibilis est, cum quis reddito pretio se liberare potest.*
8 *Census vitalitius, est quod durat ad vitam vnius vel plurium.*
9 *Census personalis est, qui constituitur supra personam vnam, vel plurium.*
10 *Census reseruatiuus est cum quis data sua re, reseruat sibi soluendo tot in singulis annis.*
11 *Census consignatiuus est cum quis retinet suam rem apud se, sed assignat alteri in tot in ea in singulos annos, vel menses.*

12 Cen-

12 *Cenſus fructuarius eſt, qui ſoluitur in fructibus.*
13 *Cenſus pecuniarus eſt, qui ſoluitur in pecunia.*
14 *Cenſus perpetui, & redimibilis conditiones multæ.*
15 *Cenſus perpetuus quomodo conſtituitur.*
16 *Cenſus perſonalis, quomodo conſtituitur.*
17 *Cenſus vitalitius quomodo conſtituitur.*
18 *Cenſus redimibilis, quomodo ſit.*
19 *Cenſus redimibilis, quomodo iudicandus vſurarius.*
20 *Cenſus, id eſt, annui redditus quomodo redditur illicitus.*
21 *Cenſus, id eſt, de eius pretio.*
22 *Cenſus ideſt, de pretio cenſus perpetui, & redimibilis.*
23 *Cenſus vitalitij pretium quid.*

De Cenſibus. Cap. LII.

1 QVæritur quid eſt Cenſus? Reſpond. eſt quædam penſio, quæ de prouenribus ſoluitur, prima quæſt. cap.3.cap.quæſitum, vel poteſt dici Cenſus quicquid ſoluitur in quantitate annuatim, vel ſumma. ff. de Cenſ. l. ætatem.

In rebus (vt ante diſtinximus) alius eſt ius, id eſt, ſubſtantia ipſa rei, aliud fructus quos fert, vel vtilitas, vel commoditas, quam affert eius vſus. Atque ita duplex ius diſtinguitur primum in rem ipſam ſeu ſubſtantiam, & vocatur dominium rei, alterum in fructus rei, vel vſum, vel vtilitatem, idque in totum, vel in partem vocatur vſus, vel vſufructus.

2 Quæritur iterum, quid eſt cenſus? Reſpondetur eſt penſio, quæ ſoluitur de fructibus, ſeu prouentibus rei, vel eſt ius ad hanc penſionem, quæ de prouentibus ſoluitur prima q.4.c. quæſitũ, ſiue quod annuatim ſoluitur in quantitate, vel ſumma. ff. de cenſibus l. ætatem.

Vnde aduertendum alium cenſum materialem, qui eſt ipſa penſio, quæ ſoluitur, alium cenſum ipſum formalem ſcilicet ius ad talem penſionem, & hoc ius duplex eſt, vel paſſiuum in eo qui ſoluit cenſum ſcilicet ius ad ſoluendum, qui tenetur, vel actiuum ius, ſcilicet in eo, qui emit, hoc eſt ad eam recipiendam, & vterque tam materialis, quam formalis vocari ſolet cẽſus, vt pecunia extimari poteſt.

3 Quotuplex eſt cenſus? ℞. multiplex ex triplici autem capite diuiditur primo ex re ſupra quam imponitur, ſecũdo ex modo, quo imponitur, tertio ex re ipſa, ſeu perſona, quæ ſoluit ſuper re, quidem ſupra qua imponitur. Alter eſt realis, alter perſonalis, & realis rurſus ex tempore ſubdiuiditur, nam eſt, vel perpetuus, vel ad tempus, & perpetuus rurſus redimibilis, vel irredimibilis, ad tempus verò, vel determinatum tot annorum, vel tempus indeterminatum, vt pro vita vnius, vel duorum, vitalis cenſus dicitur.

4 Quæritur, quomodo imponitur Cenſus; ℞. quo ad modum duplex eſt, quidam reſeruatiuus, cum dat rem, puta domum reſeruando ſibi tantum penſionem, quidam conſignatiuus cum retinet rem, & ſoluit ipſe tot in ſingulos annos ex re, quæ ſoluitur, quidam eſt fructuarius, cum ſoluunt fructus, quidam pecuniarius, cum in pecunia ſoluitur.

Iam vero perſonalis duplex eſt, vel ſupra particolarem perſonam priuatum, vt artificem, &c. vel ſupra totam aliquam communitatem, ſed iam de ſingulis agendum.

5 Quæritur, quid eſt cenſus realis? ℞. eſt qui ſupra rem aliquam conſtituitur, qui enim habet ius in quacunque re, in illa cenſum imponere poreſt. Inſt. de vſufr. §. ſine teſtamento.

6 Quid eſt cenſus irredibilis? ℞. cum nou poteſt (qui ſoluit) ſe liberare a ſolutione cenſus, etiam reddito pretio, niſi altera pars conſentiat.

7 Quid eſt cẽſus redimilis? ℞. cum poteſt, quis (reddito pretio) ſe liberare, qui ſoluit cenſum etiam altero nolente, qui recipit.

8 Quid eſt vitalis cenſus, ſeu ad tempus? ℞. qui durat ad vitam vnius, vel plurium vel ad aliud quodcunque tempus certum vel incertum.

9 Quid eſt perſonalis cenſus? ℞. qui conſtituitur ſupra perſonam vnam, vel plures aut imponitur ſupra totam aliquam communitatem, vt dictum eſt ſupra.

10 Quid eſt cenſus reſeruaticius? Reſpondetur, cum quis data alteri ſua re, vt puta domo, vinea, & reſeruat ſibi ſoluendo tot ſingulis annis, vel menſibus.

11 Quid eſt cenſus conſignatiuus? Reſpon-

spondetur, cum è contra, quis retinet rem suam rem apud se, sed assignat alteri in ea tot in singulos annos, vel menses soluendo ab ipso.

12 Quid est census fructuarius? R. qui soluitur in fructibus.

13 Quid est census pecuniarius? Respondetur, qui soluitur in pecunia, & hic est frequenter in vsu. Hæc colliguntur ex Sylu. in verbo vsura. 2. quæst. 12. versi. secundum, & Sot. lib. 6. de iust. & iur. quæst. 5. art. 1.

14 De censu perpetuo redimibili, in quo tota penè est difficultas, vt sit licitus, seruandæ sunt hę conditiones positæ in Bulla Pij V. videlicet.

1. Vt sit positus in re immobili, fructifera, certa, & determinata.

2. Pecunia verè, & numerata sit in presenti coram testibus, & notario, & ipsomet contractu non prius.

3. Non fit solutione anticipata.

4. Ne obliget in casibus fortuitis ad solutionem census, in quibus alias ex natura contractus non tenebatur.

5. Ne prohibeatur alienare supra quam census est constitutus quo quomodo aut pacto.

6. Si res vendenda ipse dominus præferatur, & per mensem expectetur.

7. Sine vlla pæna, nisi soluerit, sed agat solum iuridicè, si fortè non soluerit.

8. Ne census augeatur ex non solutione pro rata.

9. Tandem sine vllo alio vendentis onere.

10. Si res facta fuerit in fructuosa vel ex parte pro rata, diminuatur census solutio, interim dum talis res permanet.

11. Pro eodem pretio extingui possit, etiam post tempus pręscriptionis centum annorum, quouis tempore.

12. Et denique per mensem primum admoneat alterum.

In omnibus itaque censibus obseruandæ sunt constitutiones Romanorum Pótificum, qui contractus hos licitos esse decreuerunt, non tantum obtinere locum in redditibus, qui modo nouiter constituuntur, quod in eisdem constitutionibus aptissimè probatur, & cæteri omnes tam Theologi, quam canonistæ super capitulo in ciuitate de vsur. iure consulti, vt Host. Abb. & intrepidè confitentur Sylu. qui supra, & Sot. lib. 6. quæst. 5. art. 1. concl. 1. Sed res ipsa manifestius ad praxim: Sciendum est, quod census perpetuus ita agitur.

15 Emptor dat mille aureos venditori, vt sibi constituatur pecuniarius census super illis bonis, domibus, vel vineis aureorum sexaginta in circa in perpetuum, & hoc siue titulo donationis, siue venditionis, qui contractus est licitus, vt sunt duæ extrau. prima Martini. Quinti anno 1423. edita, & secunda à Calisto 1455. quæ quidem habentur inter extrau. communes tit. de empt. & vendit. Couar. lib. 6. var. resol. capitulo 7. num. 2. vers. 6.

16 Quomodo fit census personalis? Respondetur constituitur super personam vendentis, vt diximus, v.g. Petrus personaliter promittit dare Io. singulis annis centum obligando personam suam, qui quidem contractus, & si illicitus censeatur communi omni consensu, vt inquit, Couar. qui supra num. 5. tamen contraria opinio in iure est verior, quam tenet Sot. lib. 6. quæst. 5. art. 1. vers. quarta conclusio Couar. qui supra cum fortissimis rationibus tenet contra communem. Medina in sum. lib. 1. §. 26. c. 14. sed hic contractus non est in vsu.

17 Quomodo fit census vitalis, seu vitalitius, aut ad vitam? Respondetur fit multis modis, & primus, v. g. recipit quis mille à Paulo, & promittit se soluturum ducentos aureos, vel centum quinquaginta vita sua durante. Secundus est Antonius percipiebat singulis annis ducentos aureos ex prouentibus Fisci, sua vita durante, conuenit, cum Martino, vt acceptis mille aureis, cederet ius exigendi illos ducentos. Et ei duo modi contrahendi liciti sunt, tum propter indeterminationem temporum tum ob incertitudinem lucri, & damni, l. si ea lege. C. de Vsur. l. de fideicommisso. C. de transact. S. Thom. opusc. 73. cap. 9. L. E. Abb. in disput. 5. col. penult. Conrad. omnino, quæst. 81. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 7. num. 2. in fin. vers. Item, & hæc opinio quorum communis est, nec in hoc tra-

ctatu dubitandum est, vt aliqui dubitauerunt, vt inquit Sylue. in verb. Vsura quæst.12. vers.5. dicentes non esse tutum, quia inducit votum captandæ mortis, nam si hoc esset vsusfructus, nunquam posset constitui, qui finitur morte. §. finitur Institutione de vsufructu. Vnde Sylue. qui supra vers. quintum permanet cum communi dicens, quod si quis alicui constituat certam pensionem ad vitam pro certo pretio, non videtur licitum.

Emere autem, vel vendere ad vitam venditionis magis licet, quia tale votum interuenire non potest. Hinc dans pecuniam certam priuato pro tenenda possessione ipsius ad vitam dantis pecuniam, & post mortem reditura sine restitutione pecuniæ, licite potest absque peccato vsuræ, S.Thom.opusc.73. c.9.

18 Quomodo fit census redimibilis? Resp. fit cum pacto de retrouendendo, v. g. Emo censum aureorum quinquaginta super domum, vineam, vel fundum tuum, Ita vt in tua sit facultate extinguere censum, videlicet quando restitues meam pecuniam, & hic, vt licitus sit, requirit supradictas conditiones in Bulla Pij V. expressas.

19 Quæritur vtrum licitum sit emere annuos redditus ea lege, vt post certum tempus, v.g. post decennium à venditore possint redimi, & non antea? Respondetur vsurarius contractus esi, quia emptor constituitur omnino certus de lucro, vltra sortem de fructibus, scilicet eo tempore, quo redimi res vendita non potest, sibi percipiendis, Bald. consf. 487. lib.1. & consf.154. lib. 3. Adstipulatur huic opinioni Romanorum Pontificium decisio in dictis constitutionibus, quæ requiruntur hanc redimendi facultatem statim post venditionem venditori competere. Couar. lib.3. var. resol. cap. 8. nu. 8. Neque etiam potest emi census ab emptore hac lege, vt venditor possit illum redimere vsque ad certum tempus, vt inquit. Nauar. cap. 17. num. 248. Sic nec licet aliquos annuos redditus emere cum pacto redimendi ad voluntatem ipsius emptoris, tum quia ea portio efficit, vt ea sors ab emptore, semel data possit ab inuito venditore, qui dicitur debitor exigi, tum quia aduertatur constitutionibus Romanorum Pontificum, quibus hæc emptio annui redditus permittitur, vt sors semel data exigi ab inuiro venditore non possit Couar. qui supra cap.9.nu.4.

20 Quæritur vtrum annui redditus redemptio conferatur in voluntatem venditoris hac lege, vt maiori pretio redditus redimendus sit quam constitutus fuerit? Respondetur contractus erit illicitus, quod probatur in extrau. 1. de em . ibi pro eadem summa Couar. qui supra quamuis licitum sit emere redditus ea opposita conditione, vt non membratim, & per partes, sed in totum simul redimantur, ita Sot. lib 6. quæst.5. art. 3. quarta conclusio vbi respondit extrauag. quæ videbantur contrarie.

De Pretio Census.

21 Quid est pretium census perpetui, & redimibilis? Resp. in communibus quidem prędijs, quatuor, vel quinque communiter pro centum, aliquando vero pro ratione rei in qua constituitur, & eius certitudinis, & notabilitatis, vel pluris, vel minoris.

22 Quod pretium est census perpetui, sed redimibilis? Respond. si sit simplex venditio census, si vllo prorsus alio onere, vendentis, & potest se redimere per partes, etiam minimas communiter quidem, & in communibus prædijs, est nouem, vel decem etiam pro centum, si esset consuetudo, non esset condemnandum. Si vero in integrum potest tantum redimi, & non per partes, erit septem pro centum, communiter, & in communibus prædijs.

23 Quod pretium census vitalicij, seu ad vitam? Respond. esse communiter quidem ad ratione vnius pro octo, hoc est tresdecim pro ratione centum, sed aliquando etiam quatuordecim, & quindecim, vel sexdecim pro ratione vitæ personæ, si sit inuenis, vel senex.

SVM-

S V M M A R I V M.

De Cambijs. Cap. LIII.

1 QVemadmodum antea diximus. In contractibus commutatio est triplex, Aut enim datur pretium, scilicet pecunia pro merce. & è contra, vt communiter, & hæc est propria emptio, & venditio, aut dantur merces pro mercibus, & hæ propriæ retinēt nomen generis, & dicitur cōmutatio, seu permutatio Aut pecunia, pro pecunia, & hæc est ea, quam vocamus, cambium, pecunia duobus modis considerari potest, vel vt est metallum tantum, non habita ratione valoris ex figura publica, impressa à lege dati, & hoc modo merx quædam, & ea ratione talis permutatio, non est cambium, sed erit venditio illius metalli, vel permutatio, vel eius contractus.

Altero modo consideratur, vt pecunia est, i. vt mensura aliarum rerum ex valore à lege sibi dato, & eo pacto permutata efficit cambium.

2 Quid est cambium? ℞. cambiū in genere est permutatio pecuniæ, vt pecunia est.

3 Quotuplex est cambium? ℞. duplex aut verum, aut fictum, & verum, aut simplex, in quo scilicet nullus alius contractus, admiscetur, aut mistum cambium, in quo alij simul admiscetur contractus, & simplex, aut in eodem fit loco, aut in eodem quoque tempore, & est cambium minutum, aut in eodem loco, sed diuerso tempore, & est ex officio, vel obligatione publica mutandi, vt fit in mensis, quos vocant Italicè, bancherotti.

Iā verò si non in eodē loco, sed à loco ad locū, dicitur cābium reale, siue per litteras, & hoc fieri potest, vt vel eodemmet tempore, hic, illic soluantur pecuniæ, vel diuerso propter transmissionem litterarū.

Dicemus de pecuniarum valore, & commensuratione, ex quibus maximè pendet natura cambij. Et primo quomodo commensurentur inter se in eodem loco ad locum? ℞. in eodem quidem loco facilis ratio est, maiores enim mensurantur per minores, & minores, per minimas: Nam minimæ sunt omnium mensuræ, aliquoties enim repetitæ efficiunt totum.

In diuersis locis si omnes pecuniæ in vtraque regione sint communes. & eadem quoque proprio vtrobiq. inter se eadem est ratio, atque in eodem loco.

Si autem eadem sit pecunia, tamen diuerso proposito, tunc per minimas vtriq. si sint argenteæ, minimæ communes.

Si nullæ sint minimæ communes, vel æris, vel argentæ ad solum auri, tunc ex duplici proportione colligetur. Ex proportione auri ad argentum vnius prouinciæ, & proportione auri ad argentum in altera; colligetur proportio auri vnius ad alterum, & argenti vnius ad alterius, & idem etiam fiet, si nullo omnino sint cōmunes, nec etiam aureæ, v.g. apud nos, & indos, ex pondere tamen, & qualitate tantum commensurando.

Pecunia formaliter sumpta secundum valorem, quem ex statuto legis habet, est inuendibilis, vt dicit S. Thom. opusc. 73. cap. 13. Est enim mensura in permutationibus, vt inquit S. Tho. primo de re, princ. cap. 14. cuius primus vsus est permutatio pro rebus venalibus necessarijs ad humanam vitam, Secundus est commutatio pro alia pecunia, & ad hoc vtitur ars cāpsoria ex Caiet. in quol. de cambijs: Materialiter autem sumpta, & aurium, vel ęs conflatile potest vendi sicut cæteræ res, & locari.

4 Quid est ars campsoria? Respond. secundum Caiet. supra est negotiatio in commutatione numismatum, & quamuis

à Philosopho vituperetur ex ratione materiæ, quia tantum nomismata tractat, à proprio numi vsu diuertens, & ratione finis, quia lucri gratia, quod fine caret fit, Si tamen ex parte cāpsoris bono fine honestetur puta, si propter familiæ substentationem, vel alio bono fine exerceatur, erit licita, & dicit S. Thom. opusc. supra, quod ars campsoria vtitur de se numismatæ ad debitum, & idoneum vsum, & quod illud lucrum, vel illud plus, quod accipitur a campsoribus in tali permutatione monetæ, non accipitur ratione pecuniæ, quæ de se non parit pecuniam seu de se est inuendibilis, sed ad euitandum damnum, siue ratione periculi vel interesse, vt subueniatur salarijs personarum, domorum, & ministrorum laboribusque, & expensis in arte necessaria, & licitè, ne frustra ponant operam, & sudorem suum ad aliorum vtilitatem.

5 Quæritur, quod sunt genera cambiorum ℞. sunt tria videlicet mutuum per litteras, & siccum.

6 Quid est cambium minutum, & reale? Resp. potest sic definiri, est cambium in eodem loco, & eodem tempore, vel ita est permutatio pecuniarum diuersarum interesse maiorem pro minoribus, vel meliorum pro peioribus, & contra v.g. campsor dat aureum, & accipit pro scontro monetam, vel è conuerso, & accipit aliquid moderatum secundum consuetudinem patriæ pro suo labore.

7 Quæritur, quid est cambium reale seu per literas? ℞. potest sic commodè definiri, est cambium quo pecuniæ permutantur ab vno ad alterum locum per litterarum trāsmissionem, & earum virtutē.

8 Quæritur an possint mercatores, seu campsores augere pecuniarum valorem, seu pretium, vel inter se, vel etiam cum ciuibus alijs priuata autoritate? ℞. non possunt legalem valorem mutare, l. taxatnm, nec pecuniarum proportionem, inter se idq. nec eodem loco, nec à loco ad locū, sed in vno quoq. loco pecunię debēt retinere suum pretium l. ibi taxatum.

9 Rursum cambium reale per litteras fit duobus modis, primò sic, Petrus habet Romæ centum aureos, quos vellet habere Venetijs dat campsori, vt respondeat, 95. & reliquos lucretur hic contractus est licitus propter periculum portandi pecunias Sot. lib. 6. de iust. & iur. q. 10. art. 1.

Secundo sic fit Petrus Mediolani habet centum ducatos venetos, quos vult Venetias portare, & ibi expendere quia plus ibi valent, inuenit campsorem indigentem pecunia Mediolani, & habentem bācum pro Venetijs, cui tradit dictam pecuniam ad forum cambij pro Venetijs, vbi recipit centum, & quinque quandoque minus. Si hoc plus recipit non ratione expectationis, sed quia volebat sibi prouidere pro suis necessitatibus Venetijs contractus est licitus, cursus enim monetæ hoc operatur, & monetarum diuersitas, & industria accidit rei licitè. ff. ad l. falcidiam. l. fin. Secus autem si principaliter intenderent lucrum prorpter expectationem, esset mutuum cum intentione lucri, quod contractus esset vsurarius.

10 Quid est cābium siccum, vel fictum? ℞. cum fingitur esse, sed nō est, dicitur siccū, quasi sine humore, v. g. cum nihil habet alibi, quod soluat, nec putat se habiturum tempore solutionis, vel cū cāpsor qui dat pecunias, mittit schedulam ad suosmet ministros, vt ipsi acceptent solutionem faciēdā pro altero, cui datæ sunt pecuniæ.

11 Regulæ tres de pretio iusto, seu quantitate lucri liciti in cambio reali, seu per litteras, quæ sunt omnium potissimæ duæ quidem primæ potius speculatiuè, tertia verò practica potius.

1. Prima regula vt sit tantum lucrum, quātum eius, & officij actus legitimi merentur industria eis annexa, labor, cura sollicitudo, diligētia ex per se, ministri necessarij, periculum, vt quæ iudicio bonorū, & prudentum virorū, & in ea arte peritorū.

2. Secunda regula quantum solent cōmuniter Mercatores eisdem pecunijs lucrari paulo plus minusuè, solent autem communiter decem pro centum in singulos annos in communi mercatura.

3. Tertia regula quantum communis est publica consuetudo, eo inquam pretio quo communiter pro illis fiunt quotidiè, vel fieri solent, dum tamen cum agetur ex aliqua indebita causa, quod tamen non raro contingit. Esset tamen consulendum vt paulo minus lucri acciperet, quam communiter in foro accipitur, quia semper credendum ex aliqua iniusta causa

saltem

faltem ex parte euentum à campsoribus, & mercatoribus pretium augetur. Hæ quidem erunt regulæ iusti pretij in cambio reali à loco ad locum diiudicandi indirecte tamen quibusdam conditionibus à Pio V. in bulla de cambijs positis sapientissimè iniectum est frenum, si non omnino saltem ex parte immenso lucro cambiorum, & eorum lucro, quæ quidem regulæ sunt sequentes.

De Conditione Bullæ Pij V. de Cambijs.

12 1. Prima ne cambia sint sicca, & ficta, siue missis, siue non missis litteris. & ne in eodem tandem loco fiat solutio, vbi pecuniæ date fuerunt.

2. Secunda ne campsores præstitum solutionis terminum lucro ex tacita, vel expressa conuentione recepto, seu etiam tantummodo promissum differant.

3. Tertia ne à principio, siue alias certum, & determinatum interesse, & in casum, non solutionis pacisci possit.

4. Quarta, vt non aliter, quam proprijs nundinis fiant, vbi illi celebrantur, vbi verò non celebrantur, pro primis terminis iuxta receptum locorum, vsum exerceantur ab vsu illo prorsus reiecto cambio pro secundis, & deinceps nundinis, sine terminis exercendi, & in terminis ratio habeatur longinquitatis, & vicinioritatis locorum, ne longiores termini præfigantur, quam locorum distantiæ desiderant.

SVMMARIVM.

1 *Negociatio est mercaturam exercere in emptione, & venditione consistens.*

2 *Negotiatio potest esse illicita multis ex causis.*

3 *Venditio debet fieri æquæ pretio.*

4 *Emens rem cupiditati lucri tantum seruientem peccat.*

5 *Negociari pecunia publica in custodiam receptam peccatum est mortale.*

6 *Vti mendacijs in venditione quandoq. veniale, & quandoq mortale.*

7 *Emere rem, vt carius vendat, quale peccatum est.*

8 *Negociari non licet clericis in sacris.*

9 *Negociari, quando possent clerici ob necessitatem suam, & suorum.*

10 *Negociari dicuntur clerici ementes possessionem, vt eius fructus vendant.*

11 *Clericus emens rem, non vt reuendat, sed ob necessitatem, postea reuendit non peccat.*

12 *Negociatio prohibita est clericis, non autem artificium.*

De Negociationibus. Cap. LIV.

1 QVæritur quid est negociatio? Respond. est mercaturam exercere, videlicet emere vt reuendes, quę quidem licet de se sit indifferens, neque bona, neque mala est, tamen periculosa, cap. noli cap. militare, 23. quæst. 1. cap. quantum 88. dist. ideo consuletur deserenda cap. consideret. §. in his de pæn. dist. 5.

2 Quæritur, quomodo potest esse mala, & illicita? R. ex pluribus causis, primo ex parte rei, v. g. si emas rem, quæ sui natura est inuendibilis, puta Sacramentum, nam tunc esset Symonia cap. quicquid 1. q. 1. secundo ex legis prohibitione, vt toto tit. cap. quæ res vendi non poss. vt si ea vendas, quorum vsus solus est ad malum. l. quod sæpe. §. veneni ff. de contrahen. emp. eorum autem, quæ ex se sunt mala, sed alijs mixta, possunt esse vsui licita, est negotiatio puta veneni, quo ad mixtum posset vsui in medicinis, vel etiam purum pro feris occidendis, sicut de gladio dicimus propter defensionem, vt notat Abb. in capitulo primo, numero vndecimo, ne clericus, vel monachus, Tertio redditur illicita ex fine propter cupiditatem, capitulo quicunq; 14. quæst. 4. & tunc est peccatum mortale, aut veniale, aut modo, quo est finis hinc illicita est negotiatio, atque peccatum mortale, cum quis totum frumentum, aut omnes merces emit, & coactis alijs à se emere, & vendat suo modo, vel quando omnes conueniunt, vt certo pretio res vendantur, vel vnus solus vendat, vt in cap. 48. de monopol. diximus Sylu. in ver. negotium. quæst. 2.

Quarto ex persona, vt clerici, & religiosi tot tit. ne cleric. vel monac.

Quinto, ex tempore, quia non in diebus festis, cap. 1 de feri.

Sexto ex loco, quia non in Ecclesia cap. docet de immun. Eccles. lib. 6. Hæc autem infra his quæsitis, & decisionibus esplicabuntur.

3 Quæritur vtrum emens omnes fruges, & coactis alijs à se emere, vendat, ad suum libitum, quid? Respondetur peccat mortaliter, nam debet fieri venditio æquo pretio arbitrio prudentum. l. annonam. ff. de extr. ord. crimin. Sylu. verb. negot. num. 2.

4 Quæritur vtrum emens rem, vt integram, & immutatam vendendo lucretur quid? Respondetur, si deseruit cupuditati lucri, quæ terminum nescit, peccat mortaliter, & est hoc turpe lucrum, & ita intelligitur text. in capitulo eijciens distinct. 88. atque de consilio est erogandum pauperibus. Si autem honesto fine emit puta ad substentationem sui, & familiæ, vel patriæ, non peccat, dummodo non intendat earum rerum penuriam expectando moderatum lucrum, non quasi finem vltimum, sed quasi stipendium laboris, Syluer. in verbo. emptio, quæst. 10. num. 11. finem vltimum dicimus, quando propter illum quis transgreditur præceptum dei, verbi gratia, non audire missam, die festo, vt lucrum faciat. Syluer. in verb. negotium, quæst. 3. qui verò emit rem, vt sibi esset aliqua materia operandi, verbi gratia, qui pannos tondet, aut ad tritas, vestes coemit, vt refectas vendat, licitam facit negotiationem.

5 Quæritur vtrum negociari pecunia publica in custodiam recepta sit peccatum? Respondetur est peccatum mortale per tres leges, C. de ijs, quæ ex publ. colla. lib. 10. adiuncto capitulo pænale 14. quæst. 5. Quod intelligitur si fiat sine superioris consensu, vel non soluenpo, quibus debet statis temporibus absque consensu eorum expresso, vel tacito, vel soluit, sed cum damno notabili, quod restituere tenetur vt D. Ant. 2. part. titi. primi. cap. 15. & idem dicendum de pecunijs societatum.

6 Quæritur, vti mendatijs eo fine in venditione, vt peruenire possit ad iustum pretium, vel ipsis vti tantum ad decipiendum in modico, vt faciunt sepissime mercatores? Respond. peccatum est veniale, quamuis illis assiduè vtantur licet Host. dicat esse mortale, si assiduè fiat, quod falsum est, quia veniale de se, quanticunque multiplicetur, vt Doctores notant in cap. sacris de his, quæ vi. Verum peccatum esset mortale, si quis negotiaretur cũ periurijs, vel mendacijs perniciosis, id est, ordinatus ad decipiendum in aliquo notabili, vel etiam in modico, si adsit animus decipiendi in magno Sylu. in verb. negotium quæst. 3.

7 Quæritur qui rem emit, vt carius vendat bono fine non integra, sed in melius commutatam vel à natura, vt æquum, qui creuit, vel ab arte, vt ensem expositum, vel si res esset mutata ratione loci, vel temporis, vt emendo virtualia tempore messis, vt postea carius vendantur vel si empta in magna quantitate, & vendantur minutim, vel ratione laborum, & periculi, vt quia emptor rem detulit cum periculo, & labore, in locum, vbi nullum habet pretium res empta, vtrum peccet? ℞. non peccat secundum S. Thom. 2. 2. q. 77 art. 4. ad primum Abb. in cap. 1. nu. 10. ne cleric. vel monac. Syluer. in verb. emptio, quæst. 10.

8 Quæritur vtrum liceat clericis negotiari? ℞espon. clericis, qui sunt in sacris, non licet vel beneficiati Abb. in cap. 1. circa finem, ne cleric. vel monac. & ita intelliguntur iura, quæ prohibent clericis negotiari, cap. fin. de vit. & honest. cleric. 14. quæst. 3. capitulo primo, Vnde clerici negociantes mortaliter peccant, non tamen de præcepto tenentur ad restituendum id, quod lucrati sunt ex negotiationibus 14. quæst. 5. non sanè ibi excellentioris, &c. Et ibi facilius, & ibi tamquam sua, quæ verba non videntur tales cogere ad dandum pauperibus, nec propterea ibi damnantur. Idem videntur consentire Innocent. in capitulo quia plerique de immunit. Eccles. Cardin. in clem. prima, in fin. de vita, & honest. cleric. & ad negociationem perdunt priuilegium, quia tenentur soluere gabellas cap. quamquam de censi. lib. 6. clem. fin. & ibi Doct. eodem tit. Quin etiã

quoad

quoad facultates suas, si interim non desinant negotiari, secundum Gemin. in dicto cap. quamquam Abb. in cap. fin. de vita, & honest. cleric. num. 7. non tamen perdunt priuilegium canonis si quis suadente 17. quæst. 4. secundum Innoc. in cap. Ioannes de cleric. coniug.

9 Quæritur vtrum ob necessitatem suam & suorum possint sine peccato clerici negotiari? Respond. ob necessitatem tamen suam, vel suorum, aut per interpositam personam occultè non est peccatum etiã si essent in sacris, vel beneficiarij arg. text. in d. clem. 1. glos. in cap. peruenit dist. 89. Nauar. cap. 25. num. 110. vers. 34.

10 Quæritur vtrum clerici, qui possessiones emunt ad effectum vendendi fructus percipiendos dicantur negotiari? R. secundum Dom. Ant. de Butr. in cap. fin. de vita, & honest. cleric. quod sic.

11 Queritur vtrum peccet clericus emens rem non, vt vendat, sed vt ea vtatur, si postea ob aliquam causam vendat, vel quia præter propositum ei superest, v. g. frumentum? Respond. quod non, secundum S. Thom. 2. 2. quæst. 77. art. 4. ad 2. Sylu. in verb. clericus. 3. quæst. 1.

12 Quæritur vtrum, quemadmodum clericis prohibita est negotiatio, ita, & artificium? Respond. quod non 91. dist. clericus de consec. dist. 5. cap. nunquam, quæ autem dicatur negotiatio diximus supra, quibus adde negotiari esse, quando res empta, non mutata materia, alteri venditur artificium verò est, quando quis emit aliquam materiam, & per artificium reducit ad aliquam formam, vt si fortè emat cartas, & scribat libros, vel depingat, vel emat filum. & faciat retia, & idem in similibus, vt habetur in dicto. cap. nunquam ita Doct. in c. fin. de vit. & honest. cleric.

SVMMARIVM.

1 *Mons pecuniarius est pecuniarum, vel aliarum rerum cumulus.*

2 *Mons idest variæ formæ. Montium reperiuntur.*

De Montibus pecuniarijs in genere. Cap. LV.

1 QVæritur, quid est mons pecuniarius? Respond. in genere est pecuniarium cumulus, vel aliarum rerum, vt frumenti publice asseruatus, ex quo datur, vel accipitur soluto aliquo supra sortem eidem monti, vel conferenti pecunias certis temporibus.

2 Quotuplex est mons pecuniarius? R. variæ formæ montium horum pecuniariorum reperiuntur.

1. Prima, vt emantur supra illum mõtem tot in singulos annos redimibiles redditus ad voluntatem ipsius montis, & hęc est quædam species census.

2. Secũda, vt si is, qui mutuo illi monti dabit moriatur, omnia succedunt ipsi mõti ipso vero superstite, possit repetere pecunias cum velit, & aliquid accipiat in singulos annos, & menses

3. Tertia forma est publicum mutuandi officium, ita vt ipsi monti reddatur aliquid sortem ad ipsius montis conseruationem, vel ad alendos eius ministros, &c.

4. Quarta Mons pietatis causa, non mutuat cuiuis petenti, sed solum pauperibus parum aliquid accipiendo vltra sortem ad eius montis conseruationem, vel alendos ministros, aut vero nihil omnino accipiendo vltra sortem. Sunt etiam alij modi montium, vt ij, quos vocant pagas Ianuenses, vel loca Venetijs.

SVMMARIVM.

1 *Mons Pietatis est pecuniarius cumulus asseruatus ad mutuandum pauperibus indigentibus.*

2 *Mons, vt sit licitus, & iustus causa, quæ.*

3 *Montis pietatis conditiones, quæ sint.*

De Monte Pietatis. Cap. LVI.

1 QVid est Mons Pietatis? Respond. est mons pecuniarius publicè asserua-

tus ad mutuandum pauperibus, vel indigentibus.

2 Quæ causa est, vt sit licitus, & iustus? ℞. quia illa, quæ soluuntur vltra sortem non datur ob nutuum, sed ad alendos ministros, vel ad pignora seruanda, vel ad alia onera, ne mons ipse minuatur. Rursus quia, quæ ibi vltra sortem soluuntur, refunduntur iterum, & redundat in vtilitatem ipsorummet pauperum, quia illis omnia ad eorum vsum asseruantur, & ad eorum communem vtilitatem.

Conditiones Montis Pietatis.

3 Quæ sunt conditiones Montis Pietatis ℞. necesse esse solent quatuor videlicet.

Prima, vt non datur pecunia, vel frumentum, nisi in certum tempus.

Secunda, vt non detur sine pignore.

Tertia si prefixo tempore non soluatur horum pignora subhasta sine mora exponantur, vt reficiatur cumulus.

Quarta, vt non mutuetur, nisi intra certam quantitatem, vt 25. Aur. plus minusuè aliter non pauperibus, sed diuitibus darentur. Solent esse aliæ, quoque pro diuersitate institutionis cuiusque Montis.

De alijs Montibus Romæ Genuæ, ac Venetijs, & alijs ciuitatibus sunt quædam alia genera montium, de quorum singulis ferendum esset iudicium iuxta ipsorum conditiones appositas, & actus, quos exercent.

Multa societatum genera considerari possunt? Primum igitur, vt in ordine ad communicationem, & diuisionem fraternam. Secundum, vt est in pecudibus: Tertium in spiritualibus sicut sunt quædam fraternitates locorum, & Ecclesiasticarum personarum, de quibus hic nunc agere non intendimus, sed de illis tantum in quantum est determinatæ rei videlicet frumenti vini, & olei, & denique, vt in animalibus, & pro declaratione huius contractus videbimus, quid sit societas, quibus modis contrahatur, quæ ad iustitiam huius contractus requirantur, quid sit soccida, & quot modis animalia tradi soleant, &c.

SVMMARIVM.

1 *Societas est cōtractus, in quo duo, vel plures in vnum conueniunt ad lucrandum.*

2 *Societatis conditiones, quæ vt sit licita.*

3 *Societas, quotuplex sit.*

4 *Societatis iustitiæ, quomodo seruatur in contractu mercatorio.*

5 *Societas finita, & nullum superfit lucrum, quid agendum.*

6 *Soccida rusticana, quomodo seruetur.*

Omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior est, quam cum viri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti Senec. Epist. 11.

De Societatibus. Cap. LVII.

1 Quæritur quid est societas? Respon. est contractus in quo duo, vel plures in vnum conferunt ad lucrandum, & fit multipliciter, sed omnes ad duo præcipua genera reducuntur nam in quibusdam societatibus ponitur pecunia, & in alijs animalia, & vtrumque societatis genus ratione rei in societatem posite tripliciter subdiuiditur, nam vnus ponit solum pecunias, vel vnus, & alter operas, & industriam, vel partim pecuniam, partim industriam, & opera, lucrum, & damnum pro rata portione, iuxta glos. inst. de societ. in rubr. cap. decis. 174. ad hunc enim finem ordinata societas, vt in in vnam coeuntes negociationem suis, quisque pecunijs, seu operis, aut expensis particeps lucri fiat.

2 Quas conditiones habere debet societas, vt sit licita? Respondetur in genere tres videlicet.

Prima vt capitale vtriusque partis æque subsit tam lucro, quam periculo, aut si in equaliter aliud compensentur.

Secunda, vt seruetur postea debita proportio lucri ad sortem cuiusque.

Tertia, vt cesset omnis dolus, fraus, vis, &c.

3 Quotuplex est societas? ℞. societas, quantum ad presens negotium attinet, videlicet pecuniaria, seu ad lucrum destinata omissis alijs societatibus honestatis,

virtutis

virtutis, vel religionis licitis, aut inlicitis. Hæc inquam pecuniaria, & lucri societas est quadruplex, vel quintuplex, videlicet.

Prima mercatoria.

Secunda cum artifice.

Tertia, quæ vocatur soccida armentorum,& pecorum, vt diximus supra. Soccida propriè dicitur societas animalium ad differentiam aliarum societatum,quæ fiunt in pecunijs.

Quarta, quæ Romæ vocatur societas officiorum.

Quinta, quæ vocatur Ilalicè à godere, & godere, cum videlicet vtrinque res dantur,& pro vtriusque partis libitu, vel retinent, vel reddunt, seu cum vnus pecunias, alter rem, sic pro libitu vtrinque fruendi.

4 Quæritur, quomodo seruatur iustitia in societate mercatoria? ℞. iustitia in ea seruatur,si commensurentur pecuniæ pecunijs, & opera operæ, & ita lucrum lucro, & damnum damno,& communes, habeant ministros; ita vt pecuniæ, operæ,& expensæ sint communes,Capic.decis.154. Sot.lib.6. de iust.& iur.q.6. art.1. Bald.in l.1.pro soc. Caiet. in verbo societas. Cuius exemplum tale in praxi poni potest,verbi gratia.

Sunt duo socij, quorũ quilibet confert mille in societate,& cõducunt ministros in fine anni deductis expensis,laboribus, ac ministrorum salario reperiuntur in cõmuni arca quatuormillia, tunc quilibet eorum debet habere duo millia.

Si verò reperitur societas esse in dãno mille aureorũ,tunc ex alijs mille superstitibus,vnusquisq; debebit habere 500.aureos,& hic contractus est licitus.

Altera societatis species est, qñ vnus ponit pecuniã,alter verò industriã cũ aliqua parte pecuniæ, vt habetur in l.societaté,la 2.ff.pro socio,& tũc, aut industria cũ illa parte pecuniæ est æquiualẽs pecuniæ, & sorti principali ab vno ex socijs, aut non est æquiualens pecuniæ, & sorti principali; sed tm̃ vsui, seu interusurio pecuniæ. Primo casu faciẽda est æstimatio operarũ,ac si esset pecunia, & ita diuisio facienda pro rata,v.g.cõtraxi societaté cũ Petro, vt ipse positis centũ in pecunia,& ego cõferrem meas operas, quæ similiter valent centũ; sic enim solitus illas singulis annis conducere, & sic opere sunt æquiualẽtes sorti pecunia, quia.s.tãti valoris fuerunt extimatæ,quãti est sors principalis; & tunc oĩa cõfunduntur, vñ si in fine anni deductis expensis reperiãtur in hac societate 500. solidi, tunc ego, qui cõtuli meas operas, debeo habere lucrũ pro rata arbitrio boni viri,& è contra si aderit damnũ, erit pariter diuidendũ. tali ergo casu lucra, & dãna sunt æqualiter diuidenda,nec opus est deducere sorté principalé; quod si damnũ venerit in culpa lata eius, qui contulit operas, tenetur reficere sortem alteri suo socio, cũ de dolo, & lata culpa teneatur, l. quod Nerua,ff.de poss.

5 Quæritur, quod si finita societate, & nullum supersit lucrum, nec quicquam aliud præter pecuniæ quantitaté ab altero collatam, an debeat, qui posuit industriã,& operã habere dimidiã socij pecuniã ea ratione,quod operam,& industriã sorti æquiualentem perdiderit absq; eius culpa,an verò, qui pecuniam cõtulit debeat habere saluam? ℞. glos.in l.1.C. pro socio. quod Io.distinguit.An ab initio sic dedit pecuniam,vt communicaret, an vt sua remaneret, in primo casu cõicatur. Quo casu sicut sors in fine societatis esset diuidenda: ita si fortè perierit, quilibet deberet perdere suam medietatem, vt pactum factum de lucro intelligatur,ètiã de damno,Inst.pro socio, §.illud. in secũdo casu non. Quid si non apparet hoc? Respondetur, glos. in dubio præsumitur communicata, vt ff.pro socio, l.1 §.fin.& l.2.& sic vult glos.quod quando finita societate nullum superest lucrum, nec quidquam aliud præter pecuniæ quantitatem ab altero illatam, illa est vtrique socio communis, ea ratione, quod operam, & industriam æquiualentem sorti alter perdiderit, absque eius culpa alioquin sequeretur alterum ex duobus socijs paria in eam societatem deducentibus,totum id,quod contulit in communem vtilitatem amittere; alterum verò saluum consequi, quod refragatur societatis legibus, l.si id quod impuni, ff. pro socio. expressim adnot. Bald. in l. cum patruus, C. commun. vtri. Iud. Abb. in cap. per vestras, column. 2. de donat. inter

inter vir.& vxor.Sylu.in verb. societas.1. quæst.6.inquit de mente Bart. & Bald.in l.1.C. pro socio. quod in dubio sors non est communicanda, sed debet esse ipsius dominij Ponentis illam, & ratio est, quia pretium operę, & industriæ socij intelligitur correspondere interusurio pecuniæ, & non proprietati, sicut quando ex vna parte ponitur pecus, l. cum duobus, ff pro socio. Potest tamen saluari opinio glos. scilicet, sortem esse communicandam, vbi opera, & industria alterius esset æqualis, non tantum vsui ipsius pecunię, sed etiam ipsimet pecuniæ; ita Soc.cons. 265. lib.2.col.4.text.in specie,in l.proposita,ff pro soc. Quod quidem, & iudicis, & prudentis, ac periti, ac in re arbitrio committendum est iudicium, scilicet de pecuniæ, & operarum, atque industriæ valore, extimatione, & compensatione, vt inquit Couar. lib. 3. variarum resolut. cap.2.num. 2.

6 Quæritur, quomodo agendum est in societate soccida, scilicet rusticana, seu pastoria pecorum armentorum? ℞. simili modo est commensuranda opera, & industria fructibus, qui ex illis armentis, & pecoribus percipiuntur, & tantum dantur ei ex illis, quantum meretur.

SVMMARIVM.

1 *Societates officiorum, quid sint, & vnde originem habuerunt.*

2 *Societates officiorum terminantur per mortem officialis, aut venditionem officij, vel resignationem.*

3 *Societates istæ sunt licitè, & non vsurariæ.*

4 *Societatis conditiones quinque.*

De Societatibus officiorum. Cap. LVIII.

1 QVæritur, quid sint, & quomodo fiant societates officiorum? Respondetur in primis, quod in Romana Curia existunt multa officia, quæ in rei veritate fructificant, & certo pretio à Summo Pontifice solent vendi; sed quia sunt maximi valoris, vt Camerariatus, qui valet ad septuaginta milia ducatorum; Clericatus Cameræ ad quadraginta millia; Notariatus Cameræ ad decem millia, & sic de alijs officijs: & quia vnus solus sæpenumero non potest vnum officium integrum emere, & ob hanc fortassis causam Summus Pontifex concessit his, qui officium aliquod vellēt emere, vt socios habeant, qui partem pretij exponant, & partem fructuum etiā lucrentur: ita tamen vt officium tanquā indiuisibile sit in vno solo, qui dicitur officialis; alij verò respectu fructuum sint, vel dicantur socij; & licet hæc fuerit horum societatum origo, & causa; possunt tamen etiam fieri & fiunt empto officio, & quocunque tempore, immo non solū officiales, sed etiam alij pecunia indigentes, qui nullum habent officium via indirecta, hos societatis contractus eunt. Accedunt enim ad aliquem, qui officium habet, ab eoque petunt, vt pro eius centum, verbi gratia, ducatos ad societatem accipiat, & inuento, qui pecuniam ad societatem tradat, fiunt duo contractus, alter societatis inter officialem, & socium tradentem pecuniam, alter inter eum, pro quo accepta est pecunia, & officialem, quo ille officialis beneficium recognoscens, confitetur pecuniam pro se acceptam esse, & se illum indemnem seruare obligat, ob quam etiam causam ei dat fideiussores, quod in eodem contractu fit.

2 Quæritur, quando terminantur istæ societates? Respondetur, & dico in primis, quod officia ista vacant per mortem officialium, & amisso capitali ad Pontificem redeunt, nisi officialis vendiderit, vel resignauerit in manibus Datarij. Et sic etiam per mortem officialis, vel per venditionem, aut resignationem officij soluuntur omnes societates, quæ sunt super illo officio. Socij verò non perdunt suum capitale, si enim non existunt bona officialis, quibus socijs satisfiat, fideiussores illis satisfacere tenentur.

Fiunt autem istæ societates communiter ad sex mense, & deinde ad beneplacitum; & si pro sex primis mensibus accepti fuerunt fructus anticipati, societates dissolui non possunt, nisi illis elapsis; at si fructus anticipati percepti non fuerint, quocunque tempores societa-

tes

tes diuini poterunt; illæ tamen, qui vult societatem dissoluere, tenetur alteri per quindecim dies ante societatis solutionem intimare, & ad tollendas fraudes intimationem in actis reproducere intra quos pecunia subiacet amissionis periculo: ob quod periculum illis diebus percipiuntur societates fructus; quibus elapsis, pecunia tradita non subest amplius amissionis periculo, & societas perfectè soluta intelligitur.

3 Quæritur, vtrum licitè sint hæ societes? Respondetur, licitè sunt, & non vsurariæ si debitæ conditiones seruentur, vt quidam falso existimant, quibus hoc solum sufficere deberet has societates quotidiè fieri in Summi Pontificis conspectu, qui tantum abest, quod illas reprobauerit, vt potius confirmauerit dum illis conditiones quasdam apposuit, & commissiones ad tollendas difficultates, & lites, quæ ex illis oriuntur terminandas signauerit, & signet. Dico igitur has societates esse licitas, quia socius pecunia in societatem tradita emit partem fructuum illius officij modo, & conditionibus expositis. Nec obstat, quod multi pecuniam ad societatem accipiunt, qui nullum officium habent; quia eis ab officiali accommodatur officium. Quemadmodum enim potest quis vendere suam domum, vel super eam censum fundare, & se indemnem seruare, vt amico pecuniam accommodet; ita etiam officialis potest vendere sui officij fructus, vt eodē modo amico subueniat.

Quod verò hic difficultatem facere videtur, hoc est, quia mortuo officiali, & amisso officio socius capitale suum non perdit, sed ei redditur ex bonis hæreditatis, vel à fideiussoribus. In cæteris enim omnibus societatibus ea firmissima lex ad earum iustitiam constituitur, vt capitale subest periculo ponentis; ita vt si amittatur socius non possit illud repetere, aliàs non societas, sed mutuum, & vsura esset. Et nunc per Bullam Sixti Quinti de societatibus capitale, vel certa pars fructuum à socio assecurari non potest.

Quod autem harum societatum capitale pereat, ex eo patet, quia illa pecunia ad societatem data, posita est super officio tanquam officij fructuum pretium, ergo amisso officio, illa quoque amittitur; quemadmodum amissis mercibus, amittuntur etiam sociorum pecunię quibus emptæ sunt. Quo tamen non obstante dicimus has societates debitis cōditionibus seruatis licitas esse. Et Bulla Sixti Quinti, non loqui de his societatibus; sed de illis in quibus socij conferunt pecuniam, vel animalia, & industriā ad lucrum. Istæ verò societates sunt potius emptiones pactis fructuum officiorum, sicut & census fructuum rerum: & quia ista officia non sunt perpetua sicut res super quibus fundatur census, ideo debuerunt habere alias conditiones. Et si per mortem officialis, vel per priuationem socius amitteret suum capitale, nullus vellet hoc societatis contractus inire propterea concessum fuit, quod in dicto casu capitale socij non pereat, in quo officialis videtur grauari; quia ipso mortuo, vel suo officio priuato, reddendum est socio capitale. Ex altera vero parte additur socio aliud grauamen compensans, quod ratione societatis subire non deberet, sicut nec in alijs ciuitatibus subit, vt nimirum per eius mortem admodum expositum capitale, non transeat ad hæredes, sed amittatur, & fit officialis, & ita in hoc contractu interuenit quædam sors in morte officialis, & socij consistens, quæ quia vterque æqualiter grauatur, reprehendenda non est.

4 Quæritur, quæ sunt conditiones istis societatibus requisitæ? ℞. sunt istæ quinque sequentes, videlicet.

Prima, vt societas sit super officio verè existente empto, vel emendo, alias enim venderetur, & emeretur fructus officij non existentis, & sic esset vsura nomine societatis palliata.

Secunda est, vt non exigantur fructus plus iusto, quantum autem exigit, si non sit aliqua Pontificis taxatio; inspiciendū est, quid communiter fiat, & natura rei ferat, quæ certe requirit, vt socius non recipiat plusquam officialis, & communiter recipiuntur vndecim, vel duodecim, pro centenario: at si officium super quo est instituta societas, vt plurimum, & ad summum non redderet, nisi decem pro centum, socius non posset plus accipere

pere, alias esset vsura.

Tertia est, si officium ex parte officialis requirit aliquem laborem, ne socius nisi, & ipse laborem ponat, tot fructus percipiat, quod officialis, quia vetera non sunt paria.

Quarta est, vt officialis non admittat ad societatem vltra valorem sui officij, nec socius aliter potest societatem inire, aliàs enim societas, quæ supra officij valorem adderetur, esset vsuraria, quia esset ficta societas, & ficta emptio, & venditio, in quo certè multi labuntur, & ad has satis frequentes, & palliatas vsuras euitandas. Leo X. in Bulla super hoc edita, statuit, vt officiali remaneat saltem tertia pars officij non grauata; & Paulus Quartus decreuit, vt super aliquo officio non admittatur societas, nisi infra dimidium valoris officij, vt quamuis dicant Pium Quartum id reuocasse dicitur; etiam ab eodem Pio IIII. statutum esse, vt ad requisitionem societatem contrahentis, teneatur officialis in societatis contractu exprimere societates, quibus officium est grauatum, & nisi fideliter expresserit, sit ipso iure officio suo priuatus, quod non videtur esse in vsu modo, ideo non incurritur, tali prædicto periculo, nec est vsura aliqua, quia Papa scit, & tolerat. Nunc vero tempore Clementis Octaui per quandam Decisionem Rotæ, quam dicunt Lancellotti resolutum est, vt qui scienter dat pecunias officiali vltra valorem sui officij, nullo modo currant fructus; & si recipiuntur computabuntur in sortem principalem.

Quinta est, vt in societatis contractu non apponantur conditiones illicitæ, quibus alter grauetur; ob quam causam Leo X. instituit, vt istæ societates fierent mediante signaturæ Papæ; quod à Paulo IIII. renouatum fuit, & decretum, vt in supplicatione substantia rei explicatur, vt discerni possit, an societas licita, vel illicita sit, sed modo fiunt sine Signatura.

Illud postremo notandum est, quod soluta societate, nō possunt amplius percipi societatis fructus; & ratio est clara, quia non amplius societas, cuius nomine percipiantur, sed mutuum potius dici potest.

Soluuntur autem societates per mortem officialis, vel socij, vel illius tertij ad cuius vitæ contractæ fuerunt, & per officij priuationem, venditionem, vel resignationem, quod officialis met tenetur intimare socijs, qui talem priuationē ignorant, vt possent prouidere suis pecunijs; sed contra faciunt, tacent malitiosè, quia non currunt fructus, & interim vtuntur pecunijs socij quantum possunt. Soluitur etiam spontè ab altero, vt dicitur, per disdictam ad quod est necessarium, vt per quindecim dies ante alteri solutionem societatis intimet, vt superius diximus. Quod si officialis, vel ille tertius cui tradita fuit pecunia, pecuniā in societatem acceptam post quindecim elapsos non restituerit, non quidem societatis nomine, cum non sit amplius societas, sed proprij interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, alter aliquid accipere poterit, dummodo sit verum, & certum interesse, quod etiam ex non restitutione illius pæcuniæ oriatur, & quod prius omnem diligentiam adhibuerit, vt suam pecuniam recuperet, illud etiam per viam iuris, & omni iuris remedio reposcendo, vt dicunt, Pium V. viuæ vocis oraculo statuisse; & si in rei veritate non adhibuit omnem quam potuit diligentiam, sed pro forma aliquos actus iuridices effecit, vt sic saluo capitale, sine vsuræ suspitione societatis fructus interesse nomine percipiat, nihil vltra sortem exigere poterit; & si quid percipit, tanquam vsurarius restituere tenetur.

De societate vtrinque libera. Cap. LIX.

1 Quæritur, quæ est societas vtrinque libera? Respondetur, est illa, quæ Italicè dicitur à godere, & godere, & est licita, quando est omnino vtrinque æqualitas; fit tali pacto: dò tibi domum meam, vineam, & similia, & tu das mihi tot numos, & quando restitues mihi domum, & ego teneor restituere tibi numos, & cum restitutio tibi numos, & tu teneris restituere mihi domum, & ideo

ideo dicitur societas vtrinque libera.

Sed est aduertendum, quod cum quis dat pecunias, & alter rem, oportet duo obseruari, vt contractus hic sit licitus: primo, vt sicut pecuniæ alteri peribunt, si pereant medio tempore, ita isti pereãt res, si contingant perire: secundo, vt non det plusquam valet res, quia grauius, & difficilius est quærere pecunias, cum repetantur, præsertim si sit magna summa, quam restituere rem ipsam. Nam hic rem semper apud se actu habet, non ita ille semper habet pecunias.

SVMMARIVM.

1 *Assecuratio est suscipere in se periculum rei, vitæ &c. id est, in tuto ponere.*

2 *Assecurationis contractus multiplex.*

3 *Assecurationis contractus potest fieri pro sorte principali, & pro lucro.*

De contractu assecurationis. Cag. LX.

1 QVæritur, quid est assecuratio? Respondetur, est susceptio in se periculum mercium, vel vitæ, vel alterius rei, accepto ob id pretio; ita vt si res pereat, eam restituere, aut pretium eius integrum teneatur.

Et dicitur assicuratio, (quamuis non sit Latinum vocabulum) id est in tutorem ponere, vel securum faciat dominũ rei: qui contractus assecurationis, (si lege, & more fiat) licitus est, & vtilis Reipublicæ, de quo latè in titut. ff. & C. de nau. fœn. l. in nauem. Saufei. ff. loc. Iason, Alexand. & alij in l. illa stipulatio, & l. à Titio. ff. de verborum obligationibus. Decius in l. cum ad præsens. ff. si certum petat. Paulus de Castr. in dicta l. in nauem. Innocent. Felyn. & Abb. in cap. in ciuitate, & cap. nauiganti, de vsuris, Nauarr. in cap. 17. num. 221. & num. fin. L. A. & ratio quare contractus istæ licitus sit, est quia pro quacunque re, quæ pretio æstimabilis est, potest quisque mercedem recipere: Ponere ergo rem in tuto, quæ periculis exposita est, pecunia æstimabilis est, ergo potest quisque illud pretio redimerè, Sot. de iust. & iur. lib. 6. q. 7. art. vnico.

2 Quotuplex est assecurationis contractus? R. pro diuersitate rerum, est multiplex; videlicet.

Mercium, Nautica, vel terrestris cum sortis, tum lucri futuri Vitæ alicuius, famæ, pœnæ, officij, beneficij, electionis.

Rerum denique quarumcunque aliarum, quæ futuræ temeritati sunt expositæ, aliquoue subsunt periculo.

3 Quæritur, ergo contractus assecurationis, qui potest fieri pro sorte principali, vtrum, & pro lucro? Respondetur, pro lucro eo etiam sperando, verbi gratia, dando, vel accipiendo quinque certa, pro quindecim incertis. Nauar. cap. 17. nu. 255. & 206.

Item non solum alius potest recipere pretium assecurationis, sed etiam ipsammet personam, quæ mutuat pecuniam nauiganti, & recipit in se periculum nauis, potest recipere pretium assecurationis: dummodo hæ conditiones seruentur, quarum prima est, vt re vera adsit periculum probabile: & sic non obstat text. in cap. nauiganti, de vsuris, cuius verba sunt hæc. Nauiganti, vel eunti ad nundinas certam mutuans peniæ quantitatem, eo quod suscipit in se periculum, recepturus aliquid vltra sortem, vsurarius est censendus, quia ibi fuit perceptum ratione mutui facti mercatori, non autem ratione periculi, quod patet ex eo, dum dicitur in text. Ad nundinas, in quibus propter hominũ frequentiam non adest latronum periculum, ita Sylu. in verb. negotium, quæst. 4. Secunda, vt non fiat obligatio, vt recipiens mutuum, teneatur recipere mutuantem assecuratorem, & non alium. Tertia, vt pretium sit iustum harum conditionum, vna deficiente statim contractus efficitur vsurarius, ita Sylu. in 5. vsura. nn. 35. Nauar. cap. 17. num. 284.

SVMMARIVM.

1 *Ludus est iocatio, vel operatio ad delectationem, vel est iocus, & actus ad recreandum animum.*

2 Lu-

Ludus licitus est, si tria caueantur.
3 *Ludi genera multa, & varia.*
4 *Ludi illiciti multi.*
5 *Ludum taurorum an liceat.*
6 *Ludere in loco sacro, non licet.*
7 *Ludere cum armis, prohibitum est clericis, & religiosis, & ludus histrionalis etiam illis prohibitum est.*
8 *Ludere ad laruas non licet religiosis.*
9 *Ludere cum ardenti animo, an sit peccatum.*

De Ludo. Cap. LXI.

1 QVæritur, quid est ludus? Respondetur, ludus est iocus, & locutio, vel operatio, in quo nihil aliud quæritur, quã delectaio animalis, dicitur animalis, id est ex discursu proueniens ad differentiam delectationis naturalis, quæ est sine discursu, vt est cibi, & potus: ludus igitur est iocus, & actus principaliter factus ad honestè recreandum animũ per voluptatem, & dicitur ludus, cum fit factis; iocus, cum fit verbis, & ex se sunt boni, si nulla mala circunstantia vestiantur, ex quorum frequentatione generatur habitus, & consuetudo honestæ ludendi, & iocandi, quæ est virtus, quam Arist. vocat eutrapeliam.

2 Ludus vero, qui fit animi leuandi causa, licitus est, dummodo tria caueantur. Primum, dicta, & facta turpia, vel nociua. Secundum, resolutio grauitatis. Tertium indebitè circunstantiæ, secundum personam, tempus, locum, & huiusmodi, S.Tho. 2.2. q. 108. art. 2. & si eccessus, in hoc ludo recreatiuo esset ratione turpitudinis, vel nocumenti in re notabili, esset peccatum mortale, alias veniale, Sylu. in verb. ludus, q. 1.

3 Quot sunt genera ludorum? Respondetur, multa, & varia sunt; quæ quidem omnia difficilimè, & impossibilè esset omnia recensere; nam alius est ludus, qui fit ad fortitudinem exercendã, alius ad membrorum agilitatem comparandam, alius principaliter lucrandi fine, vt sunt ludi ingenio hominis subiecti, vt ludus schacchorum, pilæ. & cartarum, qui quidẽ ludus principaliter animo lucrandi factus potius negotiatio, quam ludus dicendus est; quæ quidem negotiatio ferè semper mala est, non autem mortalis ex hac circunstantia erit ludus, etiam si notabile quid sit in animo lucrari ab eo, qui donare potest, vt probat Caiet. 2. 2. q. 168. art. 3. & in summ. in verb. ludus. Neque etiam ludere ex nimio, & ardenti desiderio ludendi, est mortale, nisi violetur lex, quæ obligat ad mortale, puta præcepta, & missas omittere, subijci amissionis bonorũ, quibus tenetur alere vxorem, & liberos, & debita statuta tempore non soluere Nauar. c. 17. nu. 3.

4 Qui sunt ludi illiciti, & prohibiti? Respondetur, sunt multi, nam quandoque ludus est prohibitus, quia aut sibi, aut alteri imminet ex ludo probabiliter periculum mortis corporalis, aut mutilationis, vel grauis debilitatis membri alicuius, hinc cum periculo vitæ, vt funabuli super funis in altissimis locis corpus volutantis, peccatum est mortale; quia est contra præceptum illud: Diliges proximum tuum, & te à fortiori, nisi prudentis arbitrio ille funabulus eius viribus, & velocitate pollebat, locusq sic erat appositus, vt sine periculo verisimili talem iocum exercere posset.

Idem dicendum de hastiludijs, & torneamentis, quæ adhibita debita cautela permittuntur, per extr. 1. de tornea. licet per c. 1. & 2. de torneam. prohibeantur. quod intelligi cum probabile periculum adest mortis, & vulnerum.

5 Quæritur, vtrum liceat ludus taurorum, ac aliarum ferarum? ℞. non licet, immo prohibitus per extr. Pij V. de salute Regis, & inhibetur sub pœna excommunicationis, qui intelligendus est secũdum Nauar. c. 15. nu. 18. quãdo cum probabili periculo mortis, vel vulnerum, aut alterius notabilis nocumenti exercetur; secus cum huiusmodi periculum non timetur.

Item prohibitus est ludus, quãdo probabile est periculum animæ suæ, vel alterius, & hoc mortale, vt in choreis, & torneamentis crebro accidit, & generaliter quoties in se continet turpitudinem.

6 Quæritur, vtrum liceat ludere in loco sacro? Respondetur, non licet, & specialiter ludo prohibito, sicut est recitare vana,

na, vt Comedias, aut & quod fiat cum notabili scandalo, & irreuerentia Dei, vel Ecclesiæ.

7 Quæritur, vtrum liceat clericis ludere in præfatis locis? Respondetur, clericis non solum, sed multo magis religiosis prohibitus omnis ludus cum armis, cap. continebatur, de homic. quia arma portare prohibentur, nisi cum causa iusta, quæ secundum glos vbi intelligitur si per loca periculosa transierint; quia licet eis portare ad terrorem latronum, sed percutere non debent, nisi in eo casu, quo oporteret eos, aut percutere, aut percuti, aut spoliari.

Prohibetur etiam ludus histrionalis, quia inseruit ad prouocandos homines ad ridendum, vt summæ, & generaliter ratione honestatis omnis ludus, ex quo ex propria persona facit ludum in publico; nam in occulto, ratione infirmitatis, vel alterius honestæ rei causa aliquid loci facere non prohibetur: facit quod notatur de citharistis, & ijs, qui varijs instrumentis vtuntur, 86. dist. cap. donare, in glos.

8 Quæritur, vtrum liceat religiosis ludere ad laruas? Respondetur, non licet sine peccato, cum habitum mutare non possunt, nisi ex causa rationabili; ludere verò monachus, & clericus sine vlla culpa, etiam venialis potest talis, etiam chartis lusorijs ob honestam causam puta recreandi socium ægrotum ea re indigentem, modo non frangant legem vllam ad mortale obligantem, Nauar. cap. 19. nu. 3. vt emitteret diuina officia, ad quæ teneantur, vel nisi ratione scandali, vel inhonestis regulis, vt ludendo publicè cũ sæcularibus, Silu. in verb. ludus. q. 2. contra Rosellam.

9 Quæritur, an ludere ex nimio, & ardenti appetitu sit mortale? Respondetur, non est mortale, nisi in tribus casibus. Primus quando manifestum esset aliquem vincere indebito modo, puta fraude aliquid notabile. Secundus quando quis actu de hoc cogitatur, deliberans violare aliquod præceptum, videlicet, non interesse sacris die festo, causa cupiditatis. Tertius, quando ex isto appetitu fieret aliqua actualis transgressio, puta quia peierat, blasphemat, percutit iniustè Syluest. in verbo Iustus, quæst. 2. & & in verb. auaritia, q. 1.

SVMMARIVM:

1 *Acquisita illicita, & præsertim ex ludo, quomodo restituenda.*

2 *Acquisita in ludo etiam prohibito sine dolo, & fraude, restitui non tenentur.*

3 *Acquisita ex ludo ab eo, qui donare non potest, debet restitui.*

4 *Stulto, puero, mancipio filio adhuc sub patriæ potestatis, prodigo, coniugato, monachi, monacho, seruo, & similibus prohibitum est donare.*

5 *Ludo impendere potest filius studens, & monachus de illis, quæ dantur pro eorum commeatu, videlicet, quatuor, vel quinque per centum, de licentia tamen eorum superiorum.*

6 *Ludo trahens inuitum, tenetur lucrifacta restituere.*

7 *Ludo fraude, dolo, & mendacio vincens, restituere tenetur.*

8 *Ludo asserens scienter se plura puncta habere, tenetur restituere.*

9 *Ludo, id est, alter ex lusoribus, victor, securus sponsionem auget, pecuniamq. appositam duplam efficit altero ob ignorantiam, non recusante inuitum, restituere non tenetur.*

10 *Ludens sub pecunia credita, si perdiderit non soluendo, minime peccat.*

11 *Ludo, id est, pecuniam lusoribus mutuans, & secum ludat, non potest eam repetere.*

12 *Ludis alearum, taxillorum, siue fortunæ illicitis, clericis ludere non licet.*

13 *Ludum mortaliter malum multo tempore clerici spectantes, peccant mortaliter.*

14 *Ludentes aleatores domum ad recipiendum expositam habentes, mortaliter peccant.*

15 *Ludo mortali lusoribus, domum, mensas, candelas, aut alia ad ludum necessaria subministrantes, & vt vulgo dicitur, (tenere il biscaz) mortaliter peccant.*

16 *Ludere, id est, iurans nunquam amplius in futurum ludere, si semel luderit mortaliter peccat.*

De illicitis acquisitis ex ludo, & alijs. Cap. LXII.

1 QVæritur, quomodo intelligitur hoc illicitum acquisitum? Respondetur, sciendum est pro fundamento in nostra miseria quadrupliciter dici, vt colligitur ex S. Tho. 2.2.q.32. art. 7. Primum quando id quod illicitè ab aliquo acquiritur, debetur ei à quo est acquisitum. vt in furto, & rapina.

Secundum, illicitum dicitur tam ex parte dantis, quam accipientis; vt quia contra iustitiam, & contra legem huiusmodi, est quod datur iudici, aut testi ad corrumpendum, vel quod acquiritur ex ludo à lege prohibito.

Tertium est quando datio ipsa non est prohibita, sed causa ob quam datur, vt quod datur meretrici.

Quartum quando datio ipsa est tantũ prohibita ex parte recipientis, quod est secundum Sot. si cuiquam quis pecuniã porrigit, nec peccatum committat.

2 Quæritur, acquisita in ludo, etiã prohibito sub pœna exteriori, interueniente metu, dolo, & fraude ab eo, qui donare potest, vtrum teneantur ad restitutionẽ? ℞. de præcepto, non tenentur restitui, nõ modo collusori, sed neque pauperibus, Couar. in reg. peccatum, par. 2. §. 4. nu. 2. in fin. contra Sylu. in verb. ludus, q. 13.

3 Quæritur, lucrifacta etiam in ludo licito cum eo, qui donare non potest, vtrũ sint restitoenda? ℞. siue sit clericus, siue laicus, peccatum mortale committit, & tenentur acquisita restituere his, qui eorum curam habent.

4 Qui sunt hi quibus prohibitum est donare? ℞. est stultus, puer, mancipium, filius, qui adhuc est in potestate patris], prodigus, coniux, monachus, seruus, & similes, S. Tho. 2.2. q. 32. art. 7. ad 2. Bald. in rubr. C. de cond. ob turp. caus. Syluest. in verbo restitutio, 4. q. 2. Caccial. in tract. de ludo, qui addit limitationem, nisi esset modica quantitas, quæ consideratur attente qualitate personarum.

5 Quæritur, filius, qui studet, aut in curia versatur de licentia patris, & religiosus, qui studet, aut negotiatur impensis sui Abbatis, vtrum possint licitè de illis, quæ dantur pro eorum cõmeatu ludo impendere? Respondetur, possunt quatuor, aut quinque de centum, modo id honestè, & causa recreationis faciant; quia pater, & prælatus tacitam eis licentiam eius rei facere videntur, argumen. glos. in clement. secundum vers. conuertendum, de vita, & honestate clericorum. Sotus de iustitia, & iur. lib. 5. artic. 2. Nauar. cap. 19. num. 12.

6 Quæritur, ludens trahendo aliquem, siue in principio ludi, siue in medio, vtrum teneatur restituere lucri facta? Respondetur, quod trahi dicitur inuitus nõ tantum cui vis infertur, aut fraus, sed qui improbis verbis, aut precibus, & vsq; instigatur, vt nisi luderet pudore suffunderetur, & tanquam in Vrbanus, ne ignobilis haberetur, tenetur restituere, Caiet. 2.2. quæst. 32. art. 7. vers. circa acquisita, vel etiam, qui blanditijs suasionibus duceretur, vel metu. Sufficit autem non iustus metus, sed etiam grandis reuerentialis, Sylu. in verb. restitutio, 4. q. 9. vers. 4. Nauar. c. 19. nu. 13.

7 Quæritur, vincens fraude, aut dolo aut mendacio, etiam ante ludum fingens se nescire ludere cum sciat, vtrum restituere teneatur? Respondetur, ad restitutionem tenetur, licet perdens sit dominus amissorum, Syluest. in verbo ludus, quæst. 11. vers. secundo. Fraus verò quando fit, statur iudicio peritorum: veruntamen illa non committitur cum quis cautelis vtitur, qui iuxta leges ludi licitè fiant, Couar. in reg. peccatum, part. 2. §. 4.

8 Quæritur, asserens scienter se plura puncta habere, quæ non habet, vel non admonens collusionem, qui errore dicit se pautiora habere, vel manum, quam dicunt, sibi subripiens cum notabili damno, quid? Respondetur, quod mortaliter peccat cum nexu restituendi, quod secus est de eo, qui certò sciens se amissurum, pecuniam auget spõsionem, id est, facit inuitum, vt collusore illam non acceptante, primam amittat, Nauar. c. 19. nu. 17.

9 Quæritur, vtrum alter ex lusoribus necessariò victor euasurus sponsionem auget, appositamq. pecuniam, certus de

illo

illo lucro duplam efficit altero ob ignorantiam minime sponsionem illam recusante, quid? Respondetur, non tenetur illud ad quæsitum de præcepto in conscientia restituere, Couar. qui supra, nu.5.in fin.

10 Quæritur, ludens sub pecunia credita quam promisit soluere si perdiderit, vtrum peccet non soluendo? Respondetur, non peccat, Caroli Quinti lege, ita sibi concedente, quæ etiam ius repetendi si soluerit concessit; secus si cum iuramento promisit, quia periurus erit non soluendo, & peccat mortaliter, argumentum text. in cap. debitores, de iure iurando. nisi antequam soluerit absoluatur à iuramento, Sotus de iure iurando, libro quarto, quæstione quinta, articulo secundo, colum. fin. Instar iurantis soluere vsuras, Nauarr. cap. 19. num. 17. in fin.

11 Quæritur, vtrum mutuans pecuniam lusoribus, vt secum ludat, possit eam repetere? Respondetur, non potest repetere quod procedit, etiam si non ludat dummodo ludenti scienter mutuet, vel ludere volenti, text. cum glos. in l. prima, in principio, & l. fin. vbi Bart. ff. de aleatoribus, Bart. in l. is cui bonis, ff. de verborum obligationibus. Verum si alteri mutuaret, quam colludenti, vel ludere volenti, licet in ludo mutuaret repetere potest, Sylu. in verbo ludus, quæst. 9. vers. 6.

12 Quæritur vtrum liceat clericis ludere ludis alearum, taxillorum, siue fortunæ illicitis? Respondetur, nō licet clericis beneficiarijs, vel in sacris ordinibus constitutis; nam de alijs idem, quod de laicis seruandum est, & Monachis interdicitur, l. obligante ad peccatum mortale, ludere notabilem quantitatem, quamuis si ludant de fructibus beneficiorum. Ideo non tenentur ad restitutionem cum sint verè Domini fructuum, ita tenet communis contra Nauar. cap. 19. num. 9.

13 Quæritur, vtrum clericus, vel religiosus spectantes ludum mortaliter malum, mortaliter peccent? Respondetur, si multo tempore mortaliter peccant; secus si paruo, vel si non mortaliter malum, sed ita, quod si mortalis esset, etiam delectaretur, vel esset dispositus illum videre, etiam si præciperetur contrarium, vel si præsentia eius causa esset, quod ludo illicito ludatur, vel ex officio debeat prohibere, & non prohibet, vel si propter ludum omitterent diuina de præcepto die festo, vel afferrent scandalum proximo, Syluest. in verbo ludus numero octauo, & in verbo chorea, in fine, Nauarrus cap. decimonono, numero decimoquarto.

14 Quæritur, vtrum qui domum ad recipiendum aleatores ludentes expositam habent peccent? Respondetur, peccant, & excommunicationi ab ordinarijs locorum subijci debent. Magna est in ipsa seueritate pietas, vt Turon. Concilij verbis vtamur, per quam tollitur peccandi facultas: nam vbi insana libertas generat vulnera sacerdotalis districtio dat medelam, ita habetur in constitutione Neapolitana cap. 41. Ex quibus verbis colligitur tales mortaliter peccare, dum præcipit illos esse excommunicandos, argumentum textus in cap. Ecclesiastica, distinctione, vigesima tertia, & hoc merito cum prædicta domus sit exposita omnis nequitiæ sententiæ sint; quid enim mali ex ludo non prouenit? ex eo enim oritur desiderium lucrandi, quod est cupiditas, quæ est radix omnium malorum, de constitutionibus. nam concupiscentiam. Item voluntas spoliandi proximum, quæ est rapina, rursum blasphemia, item verba otiosa, & mendacia. Insuper corruptio proximorum, qui ad ludum conueniunt, præterea scandalum bonorum, & temporis, atque bonorum amissio; talis, qui ludit, si est Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, potest damnari, aut deponi: alij autem communione priuari, nisi desistant, vt not. dicit Cardin. in Clementina secunda, §. penultimo, numero nono; de vita, & honestate clericorum.

15 Quæritur, vtrum peccent subministrātes domum, mensas, candelas, aut alia ad ludum necessaria lusoribus ludo mortali? Respondetur, mortaliter peccant, quia iuuant, & consentiunt ad pec-

candum Nauarrus cap. 19. numero 15. tenenturq. restituere omnia, quæ ad ipsos perueniunt, Syluest. in verbo ludus. quæst. 15. Quod tamen non intelligerem de dominis, qui animi leuandi causa tempore æstiuo ludunt, eorum verò famuli lusoribus præstantes aleas, aliquid ipsis postea recepturi, non enim nobiles illi mortaliter peccant; quia cum actus ille sit indifferens, allas non concederetur, possunt nobiles vti quod procedit etiam si alijs abutentes committerent fraudes, aut blasphemias, verum quando hi tales essent noti apud nobiles, essent repellendi, alias peccarent mortaliter.

16 Quæritur, vtrum iurans amplius non ludere, dicendo sic: Deus malè mihi vertat, & me non adiuuet, si amplius lusero, teneatur seruare? Respondetur, peccat si luderit, & non potest ab hoc iuramento absolui, hac tantum causa, quod ipse magnum desiderium, & tentationem patitur ludendi, cum sit verum iuramentum; posset tamen in rem æquæ bonam commutari, quamuis hoc consilium de commutando, debeat maturius dari, inspecta persona ludentis, si ob magnam inclinationem contrauenerit, Nauar. cap. 12. num. 11. Addens insuper talem ludo licito, & in parua quantitate ludentem animi leuandi causa non venire contra iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Iudici, siue Notario, vel altero ministro iustitiæ dans aliquid non animo corrumpendi, sed vexationis redimendæ, aut iustitiam, vt cito faciat, non peccat.*

2 *Iudici, aut testi dans pecuniam animo corrumpendi, peccat mortaliter.*

3 *Iudex, seu officialis, cui de publico merces exhibetur si amplius quærit, aut exigit, peccat, quia vsurpat, & crimen concussionis committit.*

4 *Iudex, siue officialis aliquid commestibile sine peccato recipere potest.*

5 *Officiles non habentes præmium possunt aliquid recipere.*

6 *Testes cum pro testimonio, vero ferendo lege charitatis mercedem recipere non debent.*

7 *Iudex sæcularis delegatus Principis, vel ordinarij, ac etiam Ecclesiasticus Iudex delegatus à Principe cum extra domicilium proficiscuntur, expensas moderatas expetere possunt.*

8 *Accipiens pecuniam à carceratis priusquā contra eos proferatur sententia, tenentur illam pauperibus erogare.*

9 *Officiales deputati ad accusandum non accusantes quid.*

10 *Iudex, siue Episcopus, non potest pœnam condemnati sibi, vel suæ Cameræ applicare, sed pauperibus erogare, vel locis pijs.*

De eo quod datur officialibus. Cap. LXIII.

1 QVæritur, vtrum peccet dans Iudici. seu alteri institiæ ministro pecuniam, vt munera non animo corrumpendi, sed vexationis redimendæ, videlicet, vt iustitiam ministret, seu absque mora iustitiam litiganti. exhibeat, litemq. secundum iustitiæ tramitem definiat. Respondetur, non peccat, vt probatur per glos. fin. & inhibi Archid. 14 quæst. 5. cap. non sanè, quas sequitur Couar. in reg. peccatum, part. 2. §. 3. num. 1. & idem confirmatur per Syluest, in verbo restitutio. 2. colum. 5. vers. Quinto, qui his verbis vtitur. Qui iudici dedit, vt iustitiam consequatur nullam pœnam incurrit, & potest repetere datum, vt frequentiori iudicio, interpretumq. suffragio receptum est. Quod quidem rectè intellgas in foro contentioso, vt inquit Panorm. in cap. cum non ab omni, num. 8. de vita, & honest. clericor, & probatur per text. in l. 2. ff. de cond. ob turp. causam, & sequitur Caiet. 2. 2. quæst. 100. art. 4. vers. In eodem art. Nec obstat si diceretur id non debere permitti; quia ex illa pecunia, seu illo munere Iudex inducitur ad peccādum, & qui dat, cooperatur illius peccato, quoniam optimè respōdetur per Nauar. cap. 17. vers. non obstat, & per Caiet. qui supra. Dicentes idcirco non peccare, qui iudi-

iudici, quoniam dat, vt suo officio benè fungatur, & dat quasi inuitus, & coactus, quia videt, aut timet, quod nisi dederit, accipiens non est suo officio bcuè functurus ex his igitur remanet recta, & vera conclusio, atque in iudicio animæ tenenda.

2 Quæritur, vtrum peccet dans pecuniam iadici, aut testi, vel Notario animo corrumpendi? Respondetur peccat mortaliter, & Iudex, qui inique iudicauit præter damnum, & interesse, quod debetur parti læsæ in foro conscientiæ; tenetur etiam restituere pecuniam, non danti, cum turpiter dederit, sed panperibus, vel illi in cuius iniuriam recpiet, cap. iubemus 1.quæst.1.17.quæst.1. cap. si quis in atrio, iuxta arbitrium Ecclesiæ, 14. quæst. 1. cap. non sanè, sed in foro conscientiæ pauperibus eroganda erit, fortè magis consilium est, quam necessitas, vt inquit Sylu. in verbo concessio, quæst. in verbo iudex, 1. quæst. 12. vers. sextum, vbi inquit, quod obligat restituendi pecuniã, est in pœnam, & pœna non debetur, nisi successerit sentẽtia iudicialis, vt est glo. in cap. fraternitatis. 12. quæst. 2. Si verò malum ob quod data fuit pecunia, non habuit effectum, verbi gratia, quia non iudicauit, vel si iudicauit, non iniquæ sed recte, tunc danti est restituenda, Nauar. c. 17. nu. 30. vers. 4.

3 Quæritur, vtrum peccet officialis, siue iudex cui de publico merces exhibetur si amplius quærit, vel exigit, quam sibi constitutum sit stipendium? Respondetur vsupat, & crimen committit concussionis, vt inquit Syluest. in verbo concussio, quæst. 1. Nec putat D. Ant. in eius summula, 7. præcep. cap. 8. vers. si existens, quid excuset eum consuetudo, sicut nec in rapina, vnde & peccat, & restituere tenetur certis personis, si certæ sunt, nisi eis difficilis esset restitutio, quia modicum, sin minus pauperibus erogare tenetur, Nauarr. cap. 17. numero 33. Propterea enim statuuntur stipendia à publico, ne personæ priuatæ vexentur, quæ quidem conclusio non solum procedit, si exigat; verum etiam si à spontè dantibus aliquid notabile, maius deto acceperit, quo etiam casu, mortaliter peccat, & restituere tenetur dantibus, & ratio est, quia ad illud tenebatur secũdum iustitiæ tramitem necessitate præcepti, cum sit publicè remuneratus; Vnde hac de causa acceptum est omnino restituendum, secundum Couar. in reg. peccatum, part. 2. §. 3. numero primo, Baldus in authen. sed hodie, C. de Episcopis, & cler.

Nota item ampliatur secundo, vt procedat etiam in ministris iustitiæ, nempe Notarijs, & Scribis, qui omnes nequeunt vltra taxatum pretium legitimum à lege, seu pragmatica suscipere, modo sit recepta, nec annuente Principe abrogata. Nec istorum sunt audienda obtendicula dicentium non posse aliter statum sustentare; cum tunc status eorum, & conditio non sit eorum iudicio æstimanda, qui illas faustosas immoderatas pompas sibi vsurpant: si officiales, & scribæ victu, & vestitu nobilitatem præseferræ contemnant illustrium statuum, non debent illorum splendores miserorum sumptibus substentare, Sotus lib. 5. de iust. & iur. q. 8. art. 4.

Item ampliatur tertio, siue dicti officiales accipiant directè, siue indirectè per aliam viam, vt id est vxoris, vel filiorum annuentibus oculis, verè aliunde cognoscunt illas superfluas pompas vxoris, vel filiorum aliunde indirectè peruenire, & tacent, ij enim mortaliter peccãt, & tenentur ad restitutionem.

Item ampliatur quarto, etiam cum ipsi iudici fuerit aliquod debitum remissum, ita Gram. cons. 35. nu. 8. & l. 2. cum seq. ff. de calum.

Item extenditur quinto, vt procedat etiam quando ipsi iudici fuerit aliquid mutuo datum, ita Baldus in l. prima, C. de calumniatorib. & in l. si quis. C. si certum petatur. Grammat. qui supra, & ratio est, quia ita mutuo datum, nunquam restituitur; habet siquidem sub re latentem quandam fraudem, nempe ne is mutuans videatur velle iudicem corrumpere, quæ cautela dolum maiorem arguit.

Item sexto extenditur etiam quando iudex datum accipit, nihil ipse promittendo, Grammat. in dicto cons. 35. nu-

mero quinto, ex l. 1. ff. ad l. iuliam repetund.

Item extenditur septimo, etiam esculenta, & poculenta si essent egregij valoris, Boer. q. 133. num. 24. & 25. Boss. tit. de official. corr. nu. 2.

4 Quæritur, vtrum officiales possint recipere aliquid absque peccato? Respondetur, in tribus casibus possunt; & primus est in commestibilibus, & potabilibus ex mera liberalitate donantis, id est, sine petitione, & quod sint inter dicta si talia sint, quæ paucis diebus consumi possint, secundum glos. in cap. statutum. & ibi Franc in §. insuper, de rescript. lib. 6. l. plebi scito. ff. de offic. præsid. Et hoc boni viri arbitrio iudicabitur secundum glos. in dicto cap. statutum. pensata qualitate dantis, & accipientis, facit text. in cap. & si quæstiones, de symonia. Hæc enim esculenta ab omnibus recipi possunt, quæ in curia vocantur xenia moderata, distin. 18. cap. de eulogijs, Sylu. in verb. iudex, 1. quæst. 8. vers. secundum, quia non præsumuntur dari ad corruptionem, sed ad liberalitatem, d. cap. & si quæstiones.

5 Quæritur, vtrum officiales, qui nullum habent præmium, possint aliquid pro eorum mercede iuste recipere? Respondetur, possunt iustissimè laboris mercedem recipere, facit text. in cap. charitatem. 11. quæst. 2. not. in cap. cum non ab omni, de vita, & honest. cler. cap. rescriptum. §. assessorem, de rescrip. lib. 6. Couar. qui supra, num. 2. ergo à contrario sensu si præmium habeant, amplius recipere nõ debent: etiã si illud non sufficiat, & sibi imputent, si in eorum fuerit facultate officium acceptare, quod tamen Archid. fallit si mutatæ fuerunt rerum conditiones sic à simili de medico munerato loquitur Sylu. in verb. Medicus, q. 6. quod tñ non ita simpliciter videtur admittendũ, alias daretur Scribis, & Notarijs, alijsq. officiabus larga fraudibus via, quia ob prætextu, quod tempore sanctionum, seu pannectarum taxantium mercedem scripturis, sunt mutatæ rerum condictiones; nam modo res carius emuntur, & omnia sunt aucta precia rerum, atque aucti labores ob laborum multiplicitatem, atque distantiam domorum, cuilibet ex officialibus ferè daretur anza exigendi vltra pretium ab ipsis pragmaticis sanctionibus taxatum. Quapropter dictum Archid. quem sequitur Sylu. intelligerem in eo, qui post susceptum officium viderit mutatas rerum cõdictiones, aliàs si eo tempore, quo incipit administrare, iam fuerint mutatæ rerum condictiones, tunc sibi imputet, facit text. in cap. 1. de pact. At officiales ergo, quibus præmium non datur, possunt laboris mercedem recipere.

6 Quæritur, vtrum Testis pro testimonio verò ferendo, mercedem accipere licitè possit? Respondetur, non potest, pecuniam accipere cum ad id teneatur, l. charitatis, text. sing. in cap. nolite timere. 11. quæst. 3. bene tamen poterit pro labore, & expensis in itinere factis in ferendo testimonio iustam mercedem recipere, & exigere, cap. statutum. §. pro ferendo, de rescriptis, libro sexto, capitulo venturis, quarta quæstione tertia, l. quoniam liberi, C. de testibus, & Decius consilio 189. numero 11. Quæ quidem expensæ sunt taxandæ à iudice, & consistunt in veniendo, stando, & recedendo, Franc. in dicto §. præferendo, numero tertio, potest etiam exigere mercedem operariam dierum, quibus si occupauit in eo vna cum interesse lucri cessantis, & damni emergentis, Nauarrus capit vigesimoquinto, numero quadragesimoquinto, contra Franc. in dicto §. proferendo, qui etiam numero quarto, inquit, quod debet habere vecturam æqui, si qualitas personæ hoc patitur, vt notat in l. idemque. §. idem ab eo, ff. mand.

7 Quæritur, vtrum Iudex sæcularis delegatus Principis vel ordinarij, aut etiam Iudex Ecclesiasticus delegatus à Principe cum extra domicilium proficiscuntur, aliquid expetere possint? Respondetur, expensas moderatas expetere possunt, dicto capitulo, statutum, quod intellige quando fieret profectio ad instantiam ambarum partium, facit l. quarta, §. si agrimensor. ff. fin. regunde. vide in l. generaliter, C. de iure iurando, argumentum textus in capitulo non-

nonnulli, de rescript. & habebunt expensas, non tantum pro victu, sed etiam pro vecturis equorum, & huiusmodi, d. cap. statutum. §. insuper, nec tenentur deducere eas, quas domi fecissent, cum illa iura expensas indistinctè permittant. Ita tenet Panor. in dicto cap. cum ab omni, de vita, & honestate clericorum, contra glos. Et si hac occasione infirmatur equus, aut à latronibus spoliatur familia, vel infirmatur, sicque oportet moram facere longiorem, possunt illud plus à partibus expetere, quod in domo sua expendissent, cap. cum pro causa, de procur. & ratio est, quia nemo cogitur suis stipendijs militare, & munera, & non sumptus prohibetur, 1. quæst. 1. cap. Iudices.

8 Quæritur, vtrum accipiens pecuniam ab accusatis, vel incarceratis priusquam contra eos proferatur sententia, vt intercedat pro eis, quid? Respondetur, tenetur illam pecuniam pauperibus erogare, quando accusati, vel in carcere detenti sunt culpabiles, & condemnandi: & ratio est, quia fuit iniustè datum, & receptum: est enim regulare, quod vbi turpitudo est ex parte vtriusque, tunc restitutio debet fieri pauperibus de consilio; Si verò sunt innocentes, & ad redimendam suam vexationem pecuniam dederunt, & ad procurandam sui liberationem, & si intercessores eorum de publico remunerati, dictam pecuniam ipsis innocentibus restituere tenentur, nisi data fuisset per modum doni, & præcipuè post liberationem. Vide Nauar. à simili in cap. 23. num. 101. vers. vndecimo. Et similiter si intercessores eorum non sunt remunerati; tunc pro suis laboribus iustè aliquid retinere possunt, Sylu. in verb. restitutio.

9 Quæritur, quid dicendum de officialibus deputatis, qui non accusant eos, quos deprehendunt lapsos in pœnam? Respondetur cum distinctione, aut sumus in officialibus, qui sunt obligati ad accusandum, aut non. Præterea, aut in ciuilibus, aut in criminalibus. In primo casu, quando sunt obligati, & sumus in ciuilibus, tunc peccant, & tenentur acceptum restituere fisco, vel ei, cui erat pœna applicanda, immo tenentur ad complementum pœnæ exigendæ, si accusarent secundum sanctum Thomam 2. 2. quæst. 67. Si verò non tenentur accusare, & tunc de consilio acceptum restituere tenentur. In criminalibus autem vbi infligenda esset pœna corporalis, si desistunt ab accusando per compassionem, & aliquid recipiunt pro non accusando, non tenentur necessario illud restituere, licet turpiter acciperent, & peccarent, alias secus, Sylu. in verb. pœna. q. 8.

10 Quæritur, quid si fuerint accusati, & condemnati ast pœnam, an possit sibi iudex pœnam illam applicare? Respondetur, quod Baldus tenet, quod non, in authent. vt nulli Iudic. §. vt autem, in principio. Quin etiam dicit Baldus in l. 2. C. de Episcop. audien. quod non debet Episcopus pœnam suæ Cameræ applicare, quando de iure causa debet inter pares erogare, aliàs sic. Nota, quod bene notent Episcopi, ne perditum eant animas suas. De iure enim debent omnem pœnam in pios vsus conuertere, & non sibi, vel suæ Cameræ applicare, nisi ex causa necessitatis, secundum Ioannem Andream in cap. irrefragabili, & c. cap. dilectus, de offic. ordin. Vltimo notandum est, quod vbicunque Iudex habet arbitrari dietas, vel secundum vulgares, vel legales, semper debent dari aliqui dies ad quiescendum, inspecta qualitate personarum, & temporis, quod est notandum pro oratoribus, & alijs similibus glos. in cap. cupientes, & ibi Franc. numero septimo, de electionibus, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Meretrices quare permittantur, & an meretricij mercedem petere, vel recipere possint, & an restituere teneantur, num. seq.*

2 *Meretrix potest mercedem à viro recipere pro voluptate quam de ea accipit.*

3 *Meretrix potest cogere virum, etiam per Iudicem pro sua mercede remoto dolo, & fraude.*

4 *Meretrici domum locans, quomodo peccet mortaliter.*
5 *Mulier occultè fornicaria pretium recipere potest multo iustius quam meretrix.*
6 *Masculus à femina propter illud opus etiā pretium recipere potest.*
7 *Mulier nupta etiam quamuis semel, aut bis collapsa sit, pretium recipere potest.*
8 *Mulier clam marito, & filia clam patre acquisita in tali opere, in suos vsus conuertere potest.*
9 *Mulier modicum acquisitum ab his, qui non sunt sui iuris, restituere non tenetur.*
10 *Mares, qui fornicarie aliquid accipiunt, restituere non tenentur.*

De illicitè dato, id est, quod datur meretricibus.

Cap. LXIV.

SOlon Atenienfis, Phelemone authore, publicas meretrices instituit, vt Venere contenti iuuenes, à publicis solicitandis abstineant, refert Alciat. in l. Masurius. ff. de verborum significat. facit textus in cap. duo mala, distinct. 13. & in tantum lex tolerat huiusmodi fornicationes.

1 Quæritur, cum meretricium sit peccatum, & à lege prohibitum, quare Ecclesia sub dissimulatione illud tolerat? Respondetur ad euitandum maius malum, dist. 13. capituli. nerui. Et ideo lex non punit meretrices. Videtur hoc esse contrarium dicto Apost. ad Rom. 3. vbi dicit: Non sunt facienda mala, vt eueniant bona, nec occasione liciti debet illicitum committi, l. qui sub prætextu. C. de sacros. Eccles. l. illicitas, § ne tenuis, & ibi glos. in verb concutiendos. ff. de offic. præsid. Respondetur, non est contrariū; quia, vt inquit Aug. hoc facit meretrix in mundo, quod sentina in mari, vel cloaca in palatio; tolle cloacam, & replebis fœtore palatium; sic de sentina. Tolle meretrices de mundo, & replebis ipsum sodomia. Item Ecclesia quandoque patitur minus malum præsens ob euitandū maius malum futurum, c. inter opera, eo. tit. vbi permittuntur meretrices. 32. q. 4. Propterea dicitur de duobus malis minus esse eligendum, Arist. in 2. moralium Nicom. minus malum compertum cum maiori, obtinere locum boni, & est præeligendum.

2 Quæritur, vtrum meretrix, quæ sui corporis copiam facit, possit mercedem recipere? Respondetur, potest pro voluptate, quam vir de ea capit, Sot lib. 4. de iustitia, & iur. quæst. 7. art. 1. ad secundū. & quod ex ea causa acquirit, suum facit; ita quod non teneatur ad restitutionem, nec etiam necessarium est ei ad salutem illud erogare pauperibus, ita dicit Corrad. de contract. quæst. 6. Vnde de his potest liberè testari, & eleemosynam facere, & decimas soluere, vt in cap. oblationes, 90. distinct. glos. not. in cap. ex transmissa, de decim. & ratio est, quia, & si meretrix peccat meretricando, non tamen peccat turpiter recipiendo, l. 4. §. sed, & quod meretrici, ff. de cond. ob turp. caus.

3 Quæritur, vtrum vir teneatur dare meretrici, quod promisit, aut quod est solitum? Respondetur, tenetur secundum Caiet. 2. 2. quæst. 62. art. 3. ad secundum. Immo potest mulier cogere virum per iudicem ad mercedem soluendam, dummodo absit dolus, & fraus, & merces sit moderata, atque promittens habeat ius dandi, & promittendi, Cyn. in l. 2. C. de cond. ob turpem causam, Bart. in l. affectionis, ff. de donat. Abb in cap. quia plerique, num. 14. de commun. Eccles. & est communis, vt refert Couarr. in reg. peccatum. par. 2. §. 2. num. 2. Quod procedit siue facta sit conuentio, de pretio, siue non Couarr. num. 4. in fin. Non tamen potest vir à confessario in foro conscientiæ cogi ad soluendum meretrici promissum. Nauar. cap. 17. num. 4. vers. 5. & 41.

4 Quæritur, vtrum peccat locans domum, vel rem suam ei, quem credit mortaliter ea abusurum? Respondetur, peccat mortaliter, quia auxiliatur ad peccandum mortaliter, vt si locet ad exercendum vsuras, vel meretricandum,

quod vltimum intellige, si eo fine principali, seu minus principali, vt meretricetur locauerit; secus si ad viuendum tantum cum vera displicentia coram eo artis meretricij, & domus non sit in ea parte ciuitatis, in qua non permittitur habitare, nec illis carius, quam honestis locet, Nauar.c.17.nu.195.

5 Quæritur, vtrum femina occultè fornicaria possit recipere pretium? Respondetur, potest, & multo iustius, quam meretrix ob fornicationẽ quippe, quæ propter maiorem honestatem, pluris est æstimanda, Sot.lib.4. de iust. & iur.q.7.art. 1. ad 2.arg.

6 Quæritur, vtrum masculus à femina propter illud opus libidinosum precium accipere possit? Respondetur, potest, & non tenetur illud restituere; quin verò æquius est, vt illud accipiat, cum plus præbeat; sicut Alexander potuit à Duce illa Amaxone, quæ illum gratiæ recipiendæ prolis inuisit, quod & prece, & pretio (vt fertur) impetrauit: nam illi feminarum generi Mos erat pretio accessere viros, qui ad illas ingrederentur, Sotus, qui supra, Nauarr.cap.17.nu.34. vers. secundo. Ideo.

7 Quæritur, vtrum nupta, quæ semel, aut bis collapsa est, possit pretium accipere? Respondetur, potest absque nexu restitutionis, & adulter tenetur in iudicio animæ illi soluere; nam licet flagitia ipsa in nupta, vel soluta sint prohibita; datio tamen non est prohibita, nisi excessus iustè æstimationis pro ratione personarum in modicus esset. Sotus lib. 4. quæst.7. art.1. & Couarru. num.3. in fin. Et non obstat, quod supra diximus, quod in conscientia vir non potest cogi à confessario soluere promissum meretrici, quia illud, ideo est, quia potest illud meretrix petere in iudicio, quod nequaquam possunt illæ, quæ non sunt publico loco expositæ. Immo in pœnam criminis priuantur dicto pretio, & ideo ante condemnationem, adulter iure naturæ tenetur.

8 Quæritur, vtrum mulier clam marito, & filia clam patre, acquisita ex tali opere in suos vsus possit cnnuertere? Respondetur, potest, & marito, & patri non restituere, nisi in amplam supellectilem via illa acquisiuisset, Sotus de iust.& iur. lib.4.quæst. 7 art. 1. Mulieres sunt malæ bestiæ, vt in l.pater §.fortius ff. de cond. & demonstr glos in l.3.ff.de legib.

9 Quæritur, si mulieres modicam pecuniam pro turpi quæstu accepissent ab ijs, qui non sunt sui iuris, vtrum restituere teneantur? Respondetur, non teneri, quia præsumuntur eorum curam habentes habere ratas huiusmodi expensas, Sot. qui supra. Quinimo, vt inquit Couarr.in reg. peccatum, par.2 §.2.num.2. nec Monialis pecuniam recipiens sui coitus, tenetur illam restituere in foro animæ. Hoc tamen fallit, quando prædictæ mulieres cum dolo, & fraudibus notabiliter aliquid plus extorquerent; videlicet, dicendo se esse virgines cum non essent, vel non cognitas, nisi à tali Magnatẽ, quia tunc illud plus esset restituendum, quod idem die, si cessante omni dolo, acciperẽt notabilem quantitatem ab ijs, qui nõ possunt dare. Nauar.c.17.nu.31.

10 Quæritur, mares, qui ob fornicariam operam aliquid accipiunt, vtrum teneantur de præcepto illud restituere? ℞. non tenentur de præcepto, sed tantum de consilio pauperibus erogare, Nauar. nu. 40.vers.4.

SVMMARIVM.

ad patrimonialia.

11 *Personales, aut agricolæ prædiorum Ecclesiarum pro parte sua, à gabellis non sunt exempti.*

12 *Emptores redditũum clericorum à solutione gabellæ, non sunt exempti.*

13 *Ecclesia, vel clerici, quomodo debeant soluere pro possessionibus eis collatis, præstantias.*

14 *Gabellas iustas fraudantes, peccant mortaliter.*

15 *Gabella, id est, qui merces occultè contractans, illasq. euebunt, quo publicanos effugiant, ipsosq. fraudent, peccant, & restitutioni obnoxi sunt.*

16 *Gabellam ementes, aut vendentes publicè publicanos, quibus soluant, non tenentur quærere.*

17 *Vectigalis solutionem, id est transmittentes merces licet per loca publica, & nullus fit ibi custos, qui vectigal exigat, illud tamen soluere tenetur.*

18 *Capitationes, quæ vulgo dicitur cularia fraudantes, mortaliter peccant.*

19 *Gabella iniusta, sine peccato defraudari potest.*

20 *Gabellam illicitam scienter exigentes, peccant mortaliter, & ad restitutionem tenentur, & sunt excommunicati.*

21 *Gabellam iustam defraudantes, ad restitutionem confessarius debet obligare.*

22 *Gabellas fraudantes confessarius ad restitutionem debet obligare, non autem ad pœnam secundum statuta locorum.*

De Gabellis. Cap. LXV.

1 QVæritur, quid est Gabella? ℞. gabella in iure dupliciter accipitur in genere, & in specie. In genere sumpta comprehendit vectigal, datiũ, theloniũ, dohanã, pedagium, portoriũ, tributum, taleã, collectã, & censum, vt not. Doct. in c super quibusdã, de verb. signif. Ias. in l. placet. C. de sacros. Eccles. glos. in l. 1. §. hic titulus, ff. de public. & vectigal. In specie verò est illa, quæ soluitur pro venditionibus, & emptionibus rerum in Ciuitate; diciturq. alio nomine datium, & teloneum, de quo Matth. 9. & Luc. 6.

2 Quid est vectigal? ℞. est gabella, quæ soluitur pro mercimonijs, siue rebus venalibus, quæ inuehuntur in Ciuitatẽ, vel ex ea extrahuntur. Alioue nomine dicitur portorium, quia in porta soluitur, vel aliter dicitur Dohana; hæc autẽ vectigalia imponuntur pro refectione pontiũ, & ædificiorum cõium; Pedagiũ verò dicitur quod datur à transeuntibus in locis constitutis à Principe, quod idem est, quod guidagium, & dicitur, quod soluitur pro mercimonijs, vel personis, quæ transeunt per vias publicas, vel per pontem.

3 Quid est tributum? ℞. sunt publicæ exactiones, quæ debentur ordinariè Imperatori, & superiori, l. 2. C. de anno. lib. 11. glos. in l. 1. §. hic titulus, ff. de public. & sunt, quæ vulgo dicuntur pagamenta Fiscalia, quæ soluuntur regulariter profumantæ, vel foculari, iuxt. doctrin. Bart. in l. si se, de re iudic. & alio nomine vocatur censũs.

Talea est quædam solutio, quæ soluitur regi, ob occurrentem necessitatem; præsertim extraordinariam, appellaturq. alio nomine præstantia, siue inductum, C de inductio. lib. 10. quia vltra ordinarium canonem, qui rebus imponitur, præstatur tributum per singula lustra, vt inquit glos. in l. 1. C. de indictio. lib. 10.

4 Quid est Indictio? Respondetur Indictio, vt declarat glos. est cursus quindecim annorum; nam antiquitus Romani singulis quindecim annis recipiebant tributum de toto mundo, & dicitur fuisse in primo quinquennio ferrum, vt inde fierent arma militibus Romanis. Secundo quinquennio, argentum, vt inde haberent stipendia milites. Tertio quinquennio aurum, quod in ærario ponebatur, vt tempore necessitatis pro republica expenderetur. Dico igitur, quod hæc Indictio soluebatur per singula lustra, postea fuit reuersa in munus ordinarium, & ab ista indictione postea tabelliones sumpserunt stylum suum in Instrumentis, vt glos. declarat in auth. vt præpon. nomen Imper. in verbo indictionis.

5 Quid Talea? Respondetur rursum talea comprehendit omnia patrimonialia, & indicitur, atque imponitur ciuitatibus, atque ciuibus inter ciues ratione rerum,

rum, ita text. in l. rescripto §. fin. in verb. Talea vbi glos. Bart. ff. de muner. & honor. Hæc alio nomine vocatur collecta, & imponitur pro publica vtilitate inter ciues per capitationem toto tit. C. de capitatione ciuium lib. 10. à quo sunt obligati masculi à quatuordecim annis, & fæminæ à duodecim vsque ad sexagesimum quintum. l. ætatem ff. de censibus Soluitur etiam per es, & libram habito respectu facultatum, vt declarat Alciat. in l. munus. num. 3. ff. de verb. sign. Eximuntur ab hæc collecta forenses nisi habeant in ciuitate aliqua bona, quia tunc non tenentur soluere, sicut bona tenentes Abb. in c. peruenit de immunit. Eccles. vbi latè tractat hanc materiam, & inquit, quod non debet imponi pro communi vtilitate, sed pro necessitate ipsius ciuitatis ibi, nu. 32.

6 Quæritur vtrum peccet, qui gabellas non soluit? Respondetur, qui gabellas auctoritate pontificia, aut regia, vel consilij generalis, aut consuetudine immemorabili impositas non soluit, peccat mortaliter cum obligatione restituendi iuxte communem, Nauar. cap. 17. num. 220. Hinc colligitur auctoritate requiri pontificiam, aut Imperatoriam, aut consilij, vel consuetudinem immemorabilem ad imponendam gabellas, iuxta text. in cap. super quibusdam de verb. signif.

7 Quæritur vtrum domini siue Barones aut principes, recognoscentes superiorem possint subditis suis noua pedagia imponere? Respondetur non tantum imponere non possunt noua, nec imposita augere, nec exigere sine debita licentia, quamuis, & sæpe absque legitima causa (quod peius est) illa imponunt, à religiosis, & clericis exemptis, gabellas extorquent, ij enim non solum incurrunt in bullam, cænæ Domini, sed etiam confessarij, si contra dictam bullam tales absoluere præsumunt, Chat. Neap. lib. 5. cap. 3. vers. 4. Sylu. in 5. gabella 3. nu. 7.

8 Quæritur atrum clerici sint essenti à solutione gabellæ? Respondetur clerici, & quilibet persona Ecclesiastica in sacris ordinibus constituta, vel prima tonsura initiata, aut in minoribus constituta modo secundum Concilium Tridentinum clericalem habitum, & tonsraum, deferat alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola sit de licentia Episcopi, iuxta textum in cap. nullus sess. 23. & per Capic. in decis. 161. & habetur in cap. Regni incip. Item statuimus Sunt ij omnes Regni exempti ab omnibus gabellis, datijs, & collectis alijsque muneribus personalibus tam, quoad bona Ecclesiastica, quam patrimonialia, & qui Gabelles imponerent supra dictis personis Ecclesiasticis, siue regularibus, & statuentes, vt monasteria aliæque personæ Ecclesiasticæ non sint immunes à muneribus personalibus, & exigentes gabellam impositam tenentur que male ablata restituere, suntque primi excommunicati ipso facto per clausulam bullæ 4. Item secundi per clansulam bullæ 13. quæ excommunicat statuentes contra libertatem Ecclesiæ. Tertij vero alia excommunicatione Papali, de qua in capitulo quanquam de censi lib. 6. clem. præsenti eo tit. quæ non est reseruata. Sylu. in verb. gabella 4. nu. 10. Nauar. c. 17. n. 202.

9 Quæritur si prælatus cogat clericos ad contribuendum datijs, & collectis? Respondetur est excommunicatus cap. non minus de immun. Ecclesiæ. Immo si clerici sponte nomine capitulari promiserint subire talia onera, non possunt sine assensu Papæ id facere, cap. aduersus de immunit. Eccl.

10 Item personæ Ecclesiasticæ sunt essemptæ, etiam quo ad patrimonialia ratio est, quia res clericorum, & Ecclesiasticorum, quo ad taleas., & collectas aliasque exactiones clericorum eodem priuilegio gaudent 12. quæst. 3. cap. Ecclesiarum seruos glos. in capitulo quamquam de censibus lib. 6. ad idem. glos. in c. ex literis de pign. & in cap. similiter. 16. quæst. 1. Sylu. in verb. excommunicatio 9. num. 13. quamuis regula sit in oppositum, quod clerici non gaudeant in bonis patrimonialibus priuilegio clericali. Dec. omnino in cap. Ecclesiam, num. 65. de constit.

11 Quæritur vtrum locatores ad affictũ & agricolæ personales siue partiarij prædiorum Ecclesiasticorum sint esempti à solutione gabellæ pro sua parte? ℞. quod non

non ſecundum gloſ.not.in clem.1.in ver. excolendas de decimis Nauar. c. 27 .nu. 218.verſ.6.

12 Item an emptores reddituum clericorum poſſit in his gaudere eadem immunitate, qua clerici? ℞.quod non ſecundum Io.Andr.in d. cap. quamquam gloſ.in clem.3.de cenſibus.

13 Quæritur an clerici, vel Eccleſia teneantur ſoluere præſtantias, ſeu alia onera agris, ſiue poſſeſſionibus eis collatis vel tit.lucratiuo, vel oneroſo? ℞.quod aut illa onera habent onus perpetuum annexum, & inuariabile, & tunc tranſeunt ad clericos cũ oneribus ſuis, facit clem. 1.& quod ibi not.de cenſibus, aut onus erat tale, vt ſunt iſtæ deſcriptiones, quæ hodie fiunt, vt ſoluant plus, vel minus ſecundum impoſitionem collectæ, & ad iſta onera non tenetur Eccleſia, vel clerici, quia non poteſt dici, quod hoc onus ſit annexum poſſeſſionibus cum non ſit perpetuum, ſed variabile, & quandoque imponitur perſonæ, pro rebus. Si ergo perueniunt ad Eccleſiam debent cenſeri iure Eccleſiaſtico pro hoc bonus text. in cap.vnic.de iur.patron.lib.6.Abb.in cap. 1.num.12.de vit.& honeſt.clericorum.

14 Quæritur vtrum peccent fraudantes gabellas? Reſpond. non ſoluentes, vel fraudantes gabellas iuſtas, peccant mortaliter, & tenentur ad reſtitutionem, iuxta communem in conſcientia publicanis damnificatis, vel eorum hæredibus, aut his ceſſantibus in pios vſus Archiep. Flor.2.part.tit.primi cap.22.§.9.Roſel.in verb.pedagium.§ 6. Felin. in cap. primo de conſt.nu.41. Doct. in cap. innouamus de cenſibus Alfonſ. de Caſtr. lib. 1. de leg.pen.cap.11, Sot.lib. 3. de iuſt. & iure quæſt.9.art.7.

15 Quæritur vtrum peecent, qui merces occnltè contractas inuehunt ciuitatem, vel prouinciam aut illas euehunt, quo publicanos effugiant, ipſoſque fraudent? ℞. peccant mortaliter, & tenentur ad reſtitutionem, etiam ſi vectigalia non petantur, & peccant mortaliter, quia hij, qui merces inuehunt tenentur eis per viam publicam, aut regiam eas tranſmittere, & non occultare Couar.in reg.peccatum.par.2.§.5.nu.5.

Quod idem dicendum eſt de his, qui afferunt vnum pro alio, vel res minoris quantitatis, vt minus ſoluant Archiep. Flor.in ſum.de reſtit.cap. 1. manus fraudatoria verſ. 5.

16 Quæritur, quando venditio non fuerit facta occultè, & habet dolus, vtrum venditores teneantur quærere publicanos, quibus ſoluant? ℞.quod non ſatis enim eſt ſoluere, dum ab illis petuntur, ita Sot.lib.4.de iuſt.& iur. quæſt.6. art.4. vbi inquit, quod ita ſe habet conſuetudo. Quando verò venditio facta eſt occultè, & cum fraude, tunc tenetur venditor ſub pæna peccati mortalis, ac reſtitutionis publicano ignoranti denuntiare, & gabellam ſoluere, Couar. qui ſupra num.5.

17 Quæritur vtrum teneantur ad vectigalis ſolutionem tranſmittentes merces per loca publica, & conſueta ſine vlla fraude, & nullus ſit ibi cuſtos, qui vectigal exigat, & nulla ſit puniendus ſi abſq. vectigalis ſolutione tranſierint? Reſpon. quod tenetur Couar.qui ſupra §.5.nu.5. Immo etiam ſi adeſſet locus certus exactionis gabellæ. tenetur ibidem viator merces deferre, quia ille locus dicitur exactor. Alfonſ. de Caſtr. l. 1. de lege pen.cap.10.Bart.in l.fin.§.diuus, & §. diui.ff.de public.& veſtig.Bald.in l.3.C. de naut.fœno.

18 Quæritur vtrum peccent fraudantes capitationes, quæ vulgo dicuntur focularia? ℞.peccant mortaliter, qui cum talis capitatio ſit quædam Gabella vigeſimo anno plus, vel minus contingens, & qui eam fraudauerit, tenetur danna fiſco illata reſtituere. Tiraq. in tract. de retra conſagu.in præfat.nu.69.Menoch. de arbitris iudic.lib.2.caſu. 397.

Item efferens aurum, frumentum extra Regnum, & equos cõ. prohibitionem pnccat mortaliter, hoc intelligitur in magna quantitate.

Item ciues mentientes in poſſeſſione bonorum, ſeu redditum, vbi viuitur per es, & libram, vt vulgo dicitur per appreciũ peccant mortaliter, & tenentur ad reſtitutionem damna illata ciuitati.

Item vbi adeſt collecta de ſoluendo denario pro vino, olio, &c. defraudantes in menſura, vel numero, idem peccatum incurrunt Arch.Flor.in ſum.deferunt, de reſt.

reſt.cap.1.manus fraudatoria verſ. 5.

Et idem dicendum de his, qui in vrbem non inuehunt vinum, ſed vuam hac intentione, vt in ciuitate exprimant vinum de vna. Ita Iaſon.in l.non dubium num.45.& 46 C. de legi. Sed hoc limitatur, vbi gabella fuerit iniuſta, nam cum ea non teneatur, quis in foro conſcientiæ ſoluere poterit illam licitè defraudare Felyn.in cap.1.de conſtit.Bart.in d. l. vectigalia.

19 Quæritur vtrum poſſit quandoque ſine peccato deſraudari gabella? ℞. quando eſt iniuſta poteſt, & quando ceſſat cauſa finalis, ob quam fuit gabella impoſita, vel finitum fuit tempus, Felyn. in d. cap.1.num.41. Caiet.in verb. vectigalia, v. g. impoſita eſt gabella pro refectione pontis, vſque ad triennium, impleto fine & tempore ceſſat gabella. Vnde ſi poſt illud tempus exigitur cum ſit iniuſta defraudari poteſt. Item dicitur iniuſta, quando non fieret illud propter quod certum eſt, & conſtat eas inſtitutas forè quia frangenti fidem, & fides frangi poteſt, cap. peruenit. el. 2. de iur. iurand. Hoſt. in ſum. de cenſibus. §. ex quibus cauſis Felyn.d.cap.1.nu. 41.

Item gabella dicitur iniuſta, & per conſequens tirannica, & iniuſta exactio quando grauātur magis pauperes, quam diuites, nam ad iuſtitiam gabellæ debet ſeruari debita proportio, & moderata exactio, ita Alfonſ.de Caſtr. lib.1. de leg. pæn.cap.5.Capic.deciſ. 148. Quo fit gabellam impoſitam pro pane, & vino, quod venditur in platea iniuſtam eſſe cum magis grauentur pauperes, qui quotidianum emunt victum, quam diuites, cui horrea eſculentis, & poculentis ſunt plena.

Item poteſt defraudari gabella, quando conductores gabellarum exigerent duplum, vel vltra eius, quod deberent accipere Bald.in l.3.C.de naut fœno.

Item gabella poteſt defraudari, quando defraudantes eſſent iniuſte damnificanti à Dominis, quia poſſent ſatisfacere Sylu.in verb.gabella 3.quæſt. 9. num. 24. Sed hoc intelligitur, quando damnum, & vtilitas exterſionum illicitarum, quam etiam iſtius gabellæ alias ſoluendæ ſpectaret ad eundem Dominum loci.

20 Quæritur, quid ſi gabellas illicitas ſcienter exigentes? ℞. præter peccatum mortale, & vinculum reſtituendi incurrunt in cenſuram. Si tales eſſent perſonæ ſingulares, quæ exigeret contra perſonas Eccleſiaſticas, & interdictum ſi eſſet Ciuitas facit text. in cap. ſi ciuitas de ſent. excom. lib. 6.Turrecr.in cap. ſi quis Romi petas 24. quæſt.3. & ratio eſt quia præſtant ad hoc cauſam efficacem, & operantur efficaciter ad iniuſtam exactionem, & ſpoliationem, quod idem dicendum ſi dubitarent illas eſſe illicitas, & ſponte ſe ingererent emendo, vel aliter ſecus tamen ſi iuſſu ſuperioris hæc facerent. quia obedientia in dubio excuſaret. quid culpatur 23. quæſt. 1. Sylu.in verb.gabella. 3. quæſt. 7. modo dubium illud ex animo à ſe pellat.

21 Quæritur ſi confeſſarius eſt certus gabellam eſſe iuſtam, quid faciet? ℞. debet obligare (præter peccatum mortale) pænitentem ad reſtitutionem, ſi illam defraudauerit, in dubio autem poteſt ad hoc hortari, & non cogere ad reſtituendum ne exponeret ſe periculo tollendi ab iſto, quod ſuum eſt, Sylu. qui ſupra in fin. In dubio enim gabellæ præſumuntur ſemper iuſtæ ſot.lib.4. de iuſt. & iur. q.6. art. 4. quare fraudans mortaliter peccat cum nexu reſtitutionis Roſel. in verb. Pedagium quæſt. 6.

22 Quæritur an pæna à iure impoſita, vel per ſtatuta fraudantibus gabellam à confeſſarijs imponi debeatur? Reſpond. quod non, niſi eſſet facta condemnatio per iudicem, ſed ſufficit reſtitutio gabellarum ſubtractarum.

SVMMARIVM.

1 *Symonia in genere, quomodo intelligantur res ſpirituales.*

2 *Symonia eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi rem ſpiritualem, vel ſpirituali annexam.*

3 *Peccatum mortale non eſt, niſi voluntarium.*

4 *Studioſa voluntas, dicitur deliberata.*

5 *Emptionis, & venditionis nomine intelligitur omnis contractus non gratuitus.*

6 *Prælatus ex officio ſuo, permutationem beneficiorum facere poteſt.*

7 Spi-

De Symonia. Cap. LXVI.

LEpram cum Giezi à sancto suscepisse, si credant Eliseo, qui gradum sacerdotalem se æstimant pecunijs comparere Abb. in suo Pastor.

1 Hunc iam de symonia dicamus, quæ quamuis vna sit ex contractibus species, videlicet, quædam emptionis, & venditionis, tamen ob eius materiæ dignitatem grauitatem, & altitudinem vltimo loco inter contractus collocauimus, maxime vero, quia alij contractus in rebus humanis, & corporibus, hæc vero in diuinis spiritualibus versatur. Et in primis agamus de Materia, seu obiectum circa, quam virtus, vel vitium versatur. Prius agnoscenda est, nam vt ait Arist. habitus per actus, & actus per obiecta cognoscuntur.

In symonia, vt in cæteris contractibus interueniunt tria, primo res, quæ dantur, & accipiuntur temporalis, & spiritualis secundo actiones, quibus hæ res dantur, vel accipiuntur, scilicet, interessæ, vel externæ actiones cum pacto, vel sine pacto. Tertio personæ, quæ has actiones exercent dant, & accipiunt, vt principales, & ministri.

Res igitur, quæ dantur, & accipiuntur esse possunt, aut corporales vtrinque, & in his non cernitur symonia, aut spirituales, & hæ quidem, vel naturales, aut sciẽtiæ acquisitæ, & virtutes acquisitæ, & earum actus, & opera, & neque in his propriè venitur symonia, sed est aliquod vitij genus, nisi velles vocare symoniam naturalem, vel sunt super naturales, scibito

licet à spiritu sancto profectæ, ad quas efficiendas naturales vires, non sufficiunt rerum naturalium, & in istis solum cernitur symonia.

Res spirituales supernaturales sunt, vel simpliciter spirituales, vel spiritualibus illis annexæ, simpliciter, autem spirituales sunt in triplici differentia, vel spirituales per essentiam, vt gratia potestas clauium prophetia, vel spirituales per causam, idest, quæ sunt causa illarum rerum per essentialem spiritualem, vt sunt Sacramenta sacrificium, & reliqua Sacramentalia, vel spirituales per effectus, qui fiunt, & nascuntur ex illis rebus spiritualibus per essentiam, vt sunt actiones, & operationes etiam externæ ab eis profectæ, vt edere miracula, prophetare, baptizare, &c. atque in his omnibus his potest esse symonia: in illis quidem spiritualibus per se primo in annexis autem. Secundario, &c.

Iam verò annexa spiritualibus sunt in triplici differentia, aut enim ordinata sunt, seu antecedentia ad spiritualia, vt ius patronatus ad præsentandum clericos ad beneficia, & omnia denique vasa, & vestes sacræ ad sacrificium peragendum, vt sunt consequentia, seu dependentia ex spiritualibus, quia non possunt haberi nisi ab eo, qui habet spirituale, vt sunt beneficia Ecclesiastica ius ad ordinis ministeria ad decimas, & oblationes, quæ ipsis clericis debentur, & in omnibus istis committi potest symonia.

Actiones etiam esse possunt variæ, internæ, & externæ incollatione rei spiritualis, sicut in cæteris omnibus contractibus, de quibus tamen postea particulatim agendum.

Personæ rursus, quæ interueniunt in symonia sunt, vel ipsimet principales, vel ministri iudices, &c. sicut diximus in vsura. Iam ad Primum igitur accedamus.

2 Quæritur, quid est symonia? Respon. detur est studiosa voluntas emendi, vel vendend. aliquid spirituale, vel spirituali annexum, ita Abb. in rubr. eod. tit. & S. Thom. 2.2. quæst. 110. art. 1.2.

3 Quare dicitur voluntas? Resp. quia, vt peccatum mortale sit, oporteret, vt sit actus voluntarius: peccatum enim eatenus est, quatenus, est voluntarium. cap. non est 15. quæst. 1.

4 Quare dicitur studiosa voluntas? ℞. dicitur studiosa idest deliberata ad differentiam eius, quæ ignoranter, vel inconsiderate committitur.

5 Quare dicitur emendi, vel vendendi? Respondetur, quia nomine emptionis, & venditionis intelligitur omnis contractus, non gratuitus quare, nec permutatio, præbendarum, vel Ecclesiasticorum beneficiorum fieri potest auctoritate partium, absque simoniæ. sicut nec transactio, vt iura determinant.

6 Quæritur vtrum possit Prælatus ex officio permutationis huiusmodi facere, pro causa vtili, & necessaria Respondetur secundum S. Thom. dicto art. 1. ad 5. quod potest.

7 Quare dicirur spirituale, vel spirituali annexum? Respondetur, quia non solum spiritualia, sed etiam. nec spirituali annexa vendi possunt, vnde sciendum est secundum Ioan. Andr. in cap. consulere de symon. quod quædam sunt spiritualia secundum essentiam suam, & eorum quædam incorporalia: Prima, scilicet incorporalia, non possunt vendi etiam de facto, quia non cedunt in conuentionem, nec æstimantur, vt sunt virtutes, & dona Dei, & his prima quæstione prima, & ibi glos. Secunda scilicet incorporalia de iure vendi non possunt, sed de facto venduntur, non tamen sine vitio symoniæ, v. g. in reliquijs sanctorum, vt in capitulo primo, & secundo, de reliquijs, & venet. sanct. Quædam sunt spiritualia per causam, vt sunt sacramenta, quia per ea consequimur gratiam de quibus in capitulo non satis, & in cap. cum Esclesia de symonia.

Quædam sunt spiritualia per statutum Ecclesiæ. vt est religio, vt in cap. dilectus, el 2. & cap. veniens de symonia. Quædam sunt spiritualia, quæ dependent à potestate spirituali, vt est absolutio ab excommunicatione capitulo ad aures de symon.

8 Quid est absolutio? ℞. est ministerium Ecclesiasticum, & quid spirituale, pro quo pecunia non est exigenda, eodem capitulo ad nostram, & capitulo, nemo.

Vnde

Vnde recipiens pro hoc pretium est Symoniacus. primo, quæstione tertia, non solum.

9 Quædam sunt spiritualia ratione officij. Vnde qui pro ministerio, idest officio exercendo veluti pro consecrandis vestibus, calice, & similibus, acciperet, vel exigeret aliquid temporale symoniacus esset, ita dicit Gof. in sum. eod. tit. vers. Sed nunquid simonia per text. in cap. ad nostram vers. pro ministerio eod. tit. an autem Sacerdos simoniam committat locando operas suas spirituales in aliqua Ecclesia.

10 Quædam sunt annexa spiritualibus, quia sunt deputata ad vsum spiritualium vt vasa sacra, vestes Sacerdotales, & similia, ita Panor. in cap. consulere eod. tit. Quædam verò sunt spiritualibus annexa, sicut corpus, animæ annectitur, vt sunt beneficia Ecclesiastica, vel vt ornamentum adiungitur vesti, & sic spiritualibus annexum dicitur Ius patronatus, quare sicut in spiritualibus, ita in connexis spiritualibus Symonia commitur, vt notatur in cap. veniens. el primo de testi, quia ratione connexitatis idem iudicatur de eo, quod de spiritualibus, vt dicitur in cap. quanto de iudic. vbi causa Iuris patronatus per Iudicem laicum diffiniri non potest. Et sicut transacto prohibetur in spiritualibus, cap. super eo, de transact. ita etiam in iure patronatus, cap. præterea eod. tit.

11 Vt sit igitur Symonia debent intercedere res spirituales pecunia æstimabili, & pretium, quidem, aut muneris, aut linguę aut manus, quodcunque horum intercedit pretium dicitur.

Istud pretium debet esse pro re spirituali. Vbi notandum est, quod si intercedat pecunia, non tamen per modum pretij, sed per modum liberalitatis, vel Eleemosynæ, vel gratitudinis, non est symonia.

12 Quotuplex est symonia? Respondetur triplex mentalis, Conuentionalis, & realis.

Symonia Mentalis est, quando apertè datur pretium rei pro re sacra, sed non exprimitur, vt sit pro tali re, sed in intentione solum.

Ista symonia aliquando est ex parte dantis, aliquando ex parte accipientis, aliquãdo ex parte vtriusq. Aliquãdo neque peruenit ad dationem, neque ad receptionem, & hanc certissimum est non esse pænis iuris subiectam cum Ecclesia non iudicat de occultis, licet peccatum sit mortale, v. g. Si mente reuoluerem, quod si Episcopus mihi beneficium conferret darem ei centum: Altera est de qua doctores loquuntur. Dum qui foris munera affert ea intentione praua, sed latenter, dum scilicet cælat, qua intentione id facit, & dum Prælatus corrupta, & occulta intentione spirituale confert, quantum vtrumque peccatum esse mortale, non est dubium.

Est altera etiam symonia Mentalis, quæ est deducta ex aliqua parte ad actum, sed non exterius nullum pactum neque implicitum, neque explicitum est factum, v.g. Aliquis inseruit Episcopo, vt pro famulatu det ei beneficium, habet tandem beneficium, & qui dat, nihil dicit, quod sit pro pretio, qui accipit pro pretio, symoniam committit. At si quis inseruit Episcopo, ex suo liberalitate ad conciliandam eius amicitiam seruit, & certus sit neque se recepturum, neque Episcopum largiturum pro seruitio, sed speret, quod factus amicus, fortè id gratis dabit, cuius ipse est dignua, symoniam mentalem non committit, quia obiectum ipsum, idest dare, ratione amicitiæ nulla est symonia realis.

13 Quæ est symonia Conuentionalis? R. est, quando pretium fit exterius, & tunc est triplex. Aliquando est solum pactum & nihil datum, vt verò quis dedit beneficium, sed alter adhuc non dedit pretiũ, aut e contra dedit pretium, sed adhuc non dedit beneficium istæ omnes dicuntur conuentionales. Quando autem ex vtraque parte datum est tunc est perfecta, & confirmata, & dicitur symonia realis.

Patitur symonia etiam alias diferentias pro diuersitate rerum, quæ dantur, & accipiuntur, & iuris diuini, vel humani quo vetantur. Vnde symonia ex diuersitate Iuris, quo vetatur, est duplex. Altera iure diuino. Altera solum iure positiuo vetita. Ex diuersitate vero rei temporalis, quæ datur pro spirituali, est tri-

plex

plex symonia à lingua à manu, ab obsequio, vt diximus supra. Nam esse potest manus pecunia æstimabile, vel manus à manu, vel munus ab obsequio, vel munus à lingua in vnoquoque autem horum generum varijs gradibus committi potest.

De Varijs gradibus actionis Symoniæ à minimo vsque ad perfectam Symoniam.

14 Actiones igitur sunt internæ, vel externæ, vt dictum est, quibus symonia cõmitti potest, & quo gradu, & ordine quoddam sibi succedunt vsque ad perfectam symoniam, sunt autem decem hæ insigniores, plus minusue, videlicet.

1. Desiderium, seu voluntas, scilicet, dandi, vel accipiendi aliquid pro spirituali.

2. Spes sui accipiendi, vel dandi.

3. Intentio talis.

4. Insinuatio voluntatis, seu etiam intentionis talis alteri facta voce, vel signis exterius. Intentio inquam gratitudinis accipiendi aliquid ex obligatione.

5. Tractatus etiam expræssus, sine tamen consensu saltem expresso, scilicet colloquendo de his ante consensum.

6. Tractatus cum altero etiam expræsso consensu, sed citra promissionem.

7. Promissio, vel obligatio tacita, & in virtute, hoc est talibus verbis, & signis quæ indicent pactum in virtutæ.

8. Promissio, & obligatio non mutua, vel mutua, sed tamen remittens ad Pontificem, vel sub conditione si Pontifex voluerit, sic conducere.

9. Promissio, & obligatio facta absolutè, sine Pontificis constitutione, vel approbatione, prima non mutua, secunda mutua.

10. Executio exterior tribus modis, vel dando tantum, vel accipiendo.

Actiones externæ symoniæ circa rem spiritualem, sunt plures, quarum hæc sunt præcipuè.

1. Institutio. 2. collatio. 3. Procuratio, 4. Acquisitio. 5. Susceptio. 6. Possessio. 7. Conseruatio vsus, & fruitio. 8. Et similes, vel contrariè de quibus postea plenius sigillatim.

15 Quæritur, quot modis committitur symonia? ℞. omnibus dictis modis committi potest interius, & exterius, & denique tot modis, quot cætera peccata mortalia, & venialia, videlicet ex scientia, vel ignorantia, malitia, vel concupiscentia, seu fragilitate.

16 Quæritur, quæ est symonia Realis? ℞. Realis symonia est, quando intercedit pretium ex pacto implicito, vel explicito: & rursus est consumata, ex vtroque parte, (vt diximus) idest vnus dedit rem spiritualem, & alius pretium temporale: & tenetur ad restitutionem, cap. inquisitionis in principio de accusation. & de symon. extra secundum. Hinc qui verbis, seu nutibus solis significat se velle dare aliquid pro spirituale, & Episcopus vellet conferre pro temporali, si collocatio, & pretium fuerit in partem, aut in totum subsecutum, tenetur pænis iuris. Nauar. qui supra nu. 105.

De Pæna Symoniaci, eiusq. absolutione, & restitutione.

Quæritur, quæ symonia habet censuras? Respond. solum in ordinatione, & beneficijs, nec in omnibus ijs, sed cum tendat dare, vel accipere, aut sunt ad hoc mediatores: Item pro religionis ingressu tantum in monasterijs virorum, & in alijs mulierum non ita.

17 Quæ est pæna symoniaci? ℞. multiplex, videlicet.

Prima est suspensus ab executione ordinum, & administratione beneficiorũ.

Secunda esset etiam deponendus, & infamis conuictus in iudicio.

Tertia sunt irritæ omnes institutiones, collationes, Postulationes, Prouisiones, Confirmationes, tum Ecclesiasticarum, tum beneficiorum, dignitatum, personatuum, officiorum, & misteriorum & quocunque denique beneficiorum, & tan-

Et tandem ex bulla Pij Quinti scilicet contra symoniacos, fit in capax non solum adepti beneficij, sed aliorum omniũ futurorum, & habita præterea (vt diximus) amittit. Et vltimo denique habet papalem excommunicationem, & si ordinatus symoniacè, est etiam irregularis.

18 Quis potest absoluere à symonia? ℞. is qui habet casus à summo Pontifice reseruatos. Nam symonia hodie summo Pontifici reseruatur.

19 Quæritur cui, & quomodo facienda est restitutio symoniæ? ℞. in genere dicẽdum est, in vsus pios est facienda, videlicet, vel illi Ecclesiæ, cui facta est iniuria, si eget, vel pauperibus, aut monasterio, aut Hospitali. Non autem facienda est ei, qui dedit pecuniam, nisi fortè ipsemet esset pauper, aut si ingredi, vellet Religionem, & vna cum ipso ingrederetur pecunia in monasterium.

20 Quæritur ad quid tenentur symoniaci mentales? ℞. tales symoniaci mentales, hoc est sine omni conuentione, non tenentur ad restitutionem, nec ad censuras etiam in foro conscientiæ, sed pœnitentia tantum eis sufficit, cap. fin. extra de symonia. Abb. in cap. ex tuæ, in glos. 1. eod. tit. Caiet. 2.2. q. 100. art. 6. vers. sed hæc responsio. Sot. lib. 9. de iust. & iur. quæst. 8. art. 1. colum. 3. quod secus tamen est de vsura, quæ sola intentione committitur, ita, quod recipiens, ad restitutionem tenetur cap. consuluit de vsuris.

21 Quæritur cur vsura mentalis obligat ad restitutionem, & symonia mentalis nõ obligat ℞. quia in mutuo est alter iniustus ex vi, & natura contractus, qui postulat, & tantum detur sors, & non vltra. In symonia vero est emptio, & venditio, & ideo ex natura contractus neutra pars est iniusta, quia in emptione, tum is, qui dat rem, quam qui dat pretium assignatum debet esse contentus. Secundo, quia Ecclesia noluit hos obligare, ne simpliciter Ecclesiarum omnium conscientias, cum frequentissimè symoniè mentales accidant, & facillimè, atque ideo qualuis tenerentur restituere, voluit eos liberare à restitutione ob hanc causam, & potuit liberare, quia restitutio erat facienda in opera pia, quorum dispensator est Pontifex. At in vsura non liberauit, nec potuit ita, quia restitutio debet fieri tertiæ personæ.

22 Quæritur ad quid tenetur symoniacus solus realis in ordine, & beneficio? ℞. tenetur resignare beneficium, & restituere fructus cap. præsbiter. 1. quæst. 1. ipso facto incurrit excommunicationem papalem per extrau. Martini, & Eugenij, & Pauli Secundi in cap. cum detestabilem de symonia, qui solus ab illo est absoluẽdus, vt inquit Sylu. in verb. Symonia, qui si celebrat, tanquam excommunicatus irregularis est, cap. 1. de sent. excom. lib. 6. & est infamis. 15. quæst. 3. cap. non sanè inhabilis quoque ad beneficia futura, vt in eo, quod deliquit puniatur Cathe. Neap. lib. 1. de symon. prauit. c. 4. & 6.

23 Quæritur, quid de mediatoribus? ℞. mediatores, quoque qui alio modo vocantur praxenetæ, quos canon appellat interemptores, cap. pen. dist. 91. glos. in c. 1. de testi lib. 6. Et testes ex certa scientia, sunt excommunicati, quamuis quo ad testes lex est iam per vsum abrogata, vt inquit Sylu. in verb. symonia, nu. 10. vers. Quarta pœna. Solus etiam Papa, vel concilium dispensat in symonia ordinis, vel collati beneficij scienter acquisiti, vt habetur in dicta extrau. cum de tale. Quod etiam procedit in ingressu religionis. c. mandato de symo. & in extrau. Martini Quinti, & in omni symonia, & Paul. 2. idem vult, & ita vsus se habet Sot. lib. 9. quæst. 8. art. 2. colum. 1. de iust. & iure: ex his ergo colligitur has pœnas tantum locum, habere in duobus casibus in symonia commissa in beneficio Ecclesiastico, & in ordine sacro, per extrau. cum detestabile. Dummodo sit realis perfecta, non solum conuentionalis, quæ est quando ex vna parte tantum est completa, non iam ex altera. Qui autẽ in alijs casibus symoniam committũt, peccant mortaliter, possunt rigidè puniri in foro exteriori, & restituere tenentur pretium acceptum non danti, quia ambo sunt in pari causa turpitudinis, sed Ecclesiæ in cuius iniuriam commissa est symonia, vel pauperibus, si non adest Ecclesia, S. Tho. 2.2. quæst. 100. art. ad 4.

24 Quæritur, quid dicendum, quando ex parte promittentis temporale pro spirituale, & traditum est instrumentum debiti,

biti, vbi confiteretur se debere Episcopo centum, vel alteri? Respond. quod in censuram incurrit. Nauar.cap. 23.num. 106. Et idem dicendum si mihi Episcopus debebat centum ex alia causa, & feci illi chyrographum de recepto, hac ex causa;vt habeam beneficium, cum parie sint dare,& remittere, ita glos. 1. in cap. veniens.1. de test.cum iuribus in ea allegatis ad idē textum in l.si fundum. §.Titio.de leg.1.l.peculio la prima,& ibi Bar. ff. de decur. facit text.in l.tertia.§. stipulari. ff.de donat.inter vir. & vxor. l.promittendo.§. primo, & l.licet in principio ff. de iure dotis. Et ideo remissio debiti, donatio est, & not. glos. in l.inter in vers. donationem, & ibi Bald. C. de solut. Quæ quidem conclusio sanè intelligitur, quando ex tali remissione aliquid acquiritur,cui tali remissio fit, alias secus,vt Abb.concludit in dicto capitulo veniens.

Intelligitur etiam,quoad effectum iuris,scilicet,quod remittere est dare,secus verò,quo ad effectum,quia aliud est propriè remittere,& aliud dare,l.iulianus.ff. de cond. & demonstr. Vbi conditio pro impleta habetur ergo propriè impleta non est. Pro quo facit, quia aliud est dare, quam remittere, & facilius fit remissio,quam datio,vt not Bart.in l.si duo ff. de verb. oblig. Et ideo quandoque licet donare glos.in capitulo statutum in vers. remissione de rescriptione libro sesto, sed tenendo communem opinionem, quod remittere in materia symoniæ est dare.

25 Quæritur quid si sponsionem,quis faciat, vel vt vulgo dicitur, scommettesse, cum Episcopo in centum, quod non cõferret beneficium tali,& episcopus,vt illa centum lucretur,confert illi? ℞. quod ambo incurrunt.Nauar.c.23 nu.105.

26 Quæritur vtrum sacerdos possit pacisci pro missa celebranda toties in hebdomada, tali dei, & huiusmodi accipere denarios, sine labe, ac vitio symoniæ, Respond. sacerdos, qui non habet, alios introitus, & qui non tenetur ex officio potest,quia non quasi pretium missæ,sed quasi stipendium substentationis, vt inquit Abb. in c. significatum de præben. ?Immo sacerdos diues id facere potest, absque vitio symoniæ, sed non sine turpilucro, dummodo vere recipiat pro pretio substentationis, ita Sylu. in verb. symonia,quæst.3. vers. tertia regula in fi. Abstinere tamen debet ab hac re diues Sacerdos, quamuis non faciat auaritiæ causa, cum habeat speciem mali, immo in foro exteriori præsumptio esset contra eum,scilicet quod symoniam commisisset Nauar.cap.23.no.101.

27 Quæritur vtrum sacerdoti,qui ad officium Parochiæ conducitur pro obligatione his,aut illis diebus celebrandi, abstinendi,vel pro confessionibus audiẽdis, de stipendio conuenire?℞.potest,& licet d. c. significatum de præben. siue pauper sit,siues diues.Sot.de iust.& iur.lib.9.q.6. art. 1. & adest consuetudo. Caiet. 22. q. 100.art.2.in princip. & ratio est quia, licet pro missæ celebratione non sit licitũ pacisci,cũ sit quid spirituale, tñ hæ obligationes,quæ apponuntur,vt sit astrictus celebrare tali loco,toties in hebdomada est temporale. & propterea possunt sub pacto poni, Caiet. qui supra art. 3. Sot. lib.9.quæst. 6.art. 1.Nauar. cap. 23.num. 101.

28 Quæritur vtrum liceat sacerdoti à lõginquo accersitur ad audiendas cõfessiones infirmorum,vel etiam ad missam celebrandam possit pro itineris labore pretium exigere? Respond. potest ita Abbas in capitulo cum secundum num. 3. de præb.Caiet.32.quæst.100.art. 2. vers. Et confirmatur, & ratio est, quia sunt opere antecedentes sacramentum, secus verò si essent opere subsequentes, & intrinsecas,intelligitur illud.Aug.accipiant mercedem substentationis à Populo mercedem verò à Domino.

29 Quæritur vtrum Concionator committat symoniam si post concionem petat mercedem pro labore, & opera, quam insumpsit in proferendo verbum Dei? Respondetur;quod non,immo potest hoc pacisci ante concionem, & postea recipere pretium pro honesta sustẽtatione,& pro victu,& sumptuli brorum ita Caiet. 22. quæst. 100. art. 2. in princ. Sot. lib. 9. de iust. & iur. quæst. 6. art. 1. Abb. in capitulo tuam in fin. de symon. nu.5.vbi inquit,quod sacerdos, siue proprius, siue extraneus, etiam si sumptus

sibi non desint, potest licitè suas operas spirituales locare, si fortè est inuitatus ad exequias faciendas, vel ad alia spiritualia impẽdenda, non vt directè pro spiritualibus recipiat temporale, sed incompensationem damnorum, quæ sustinet in exhibendo præsentiam, & trahendo morã in spiritualibus impendendis, vt not. Innoc. in c. qm̃ ne prælat. vic. suam etiã ita in symon. a attenditur spiritualis causa, & intẽtio, nam si principaliter, qui mouetur ad recipiendum pretium, pro spiritualibus, symoniacus est, alias secus.

30 Quæritur vtrũ sacerdos, vel canonicus vt diuinis officijs p̃ns sit, in ecclesiã vadit principali causa motus ob percipiendas distributiones, symoniã cõmittat? ℞. sm̃ glos. in c. vnico de cleric. non resident, lib. 6. quod mentalis symoniacus est, & Abb. in c. ex parte. 1 de offic. de legat. Car. in clem. 1. de celebr. miss. Abb. in c. significatum, de præben. & in c. consuluisti de celebr. miss. secus autem si haberet principalem finẽ ad Deum in tali actu, ad denarium verò secundarium, non quasi finem, sed quasi id, quod est necessarium ad suum substentationem, nam tunc esset immunis à labè symonię, atque à peccato, ita Sylu. in verbo symonia, q. 9.

31 Quæritur vtrum clericus seruiens Ecclesiæ ob aliquam dignitatem obtinendã symoniam committat? ℞. quod symoniã non committit, dũmodo personaliter ob id non seruiat, glos. à doctoribus approbata, in c. quid proderit dist. 61. cui similis est glos. in c. hoc ad nos, dist. 59.

32 Quæritur si aliquis, est iustè interdictus db officio, vel beneficio, vel iustè excommunicatus, & ego volo illum accusare de irregularitate, vt quia in excõne celebrauit, vel ante ætatẽ est ordinatus, & ille ꝑ hac vexatione redimenda dat aliquid, vtrum symoniam Committam? ℞. symoniacus essem sm̃ D. Ant. de Butr. in d. c. dilectus, nu. 5. in fin. Secus tamen, si esset aliquis iniustè excõmunicatus, vel iniustè calumniatus, vt ibi per d. Butr.

33 Quæritur qñ fit concursus de aliquo beneficio, & alius putaret præ alijs dignitate vel scientia pollere, & ideo putaret ab electoribus contra suum honorẽ iniuriam pati, si non eligeretur vtrum liceat ei pecuniam electoribus dare, vt ꝓferatur ℞. quod hoc proculdubio non licet, nam & si quisq. ius habeat petendi, non tamen per ius habet, vt elligatur, sed hoc debet manere in libero arbitrio eligentis, ita Sotus, qui supra quæst. 7. art. 5.

34 Quęritur snnt duo litigantes beneficiũ & ne lis vlterius procedat; amicabiliter vnus dicit alteri, Remitto tibi ius meum quod super hoc beneficium habere intẽdo. Sed siuis aliquid dare pro concordia, & bono pacis, gratis gratiæ, & amore, & non pro cessione iuris, & pretio iuris spiritualis, libenter accipiã, vtrũ dans, & accipiens committant symoniã? ℞. quod nõ ita Doct. cõiter in d. c. super eo. Quia potest dari, vel recipi tẽporali ꝑ spirituali ꝑ modũ amicabilis cõpositionis, nõ autẽ ꝑ modũ transactionis c. cũ pridẽ de pact. c. super eo, & c. 2. de transact. Transactio fit cum receditur à lite aliquo dato, vel retento, vel promissò, compositio verò fit gratis, & amicabiliter pro bono pacis, ita Abb. in d. c. super eo.

35 Quæritur vtrũ symoniã committeret qui venderet vasa sacra, & integra in necessitate Eccl. ℞. qñ ea clericis venduntur eo pretio, quo eorũ materia velet, symoniã non conmittit, quod secus esset, si ea plus venderet illa rõne, quia sunt sacrata S. Tho. in 4. sent. dist. 25. quæst. 3. ad 3. Sylu. in verb. Symon. quæst. 12. Dixi clericis, quia si decta vasa vendantur laicis debẽt prius destrui, vt non remaneant amplius vonsecrata. Sot. lib. 9. quæst. 7. art. 1. col. penul.

36 Quæritur circa symoniam in ord. vtrũ ẽps possit aliquid recipere rõne collationis ordinis? ℞. quod non absq. labe symonie c. 1. de symon. c. cum detestabile extrau. con. de symon. & non tantũ Episcopus, sed etiam Archid. qui examinat, cap. ad hæc de officio Archid. & notarius.

37 Notarius nihil potest recipere ꝑ sigillo litteris testimonialibus, vel admissorijs.

Hoc probatur in Concil. Trid. c. 1. sess. 25. de reform. & ratio est, quia, quando principale debet esse gratuitũ, omnia accessoria, & circumferentia debent etiam esse gratuita, vnde non solũ episcopus, q ordinem confert, aliquid recipere non potest, nec etiam alij ministri, qui sunt accessorij, & adiuuant ipsum Episcopum in celebratione ita Abb. in d. c. 1. de syr

Verũ duobus concurrentibus, posset notarius absq. symonia aliquid percipere, v. g. si nullum esset salarium cõstitutum ab Episcopo, & si esset consuetudo aliquid recipiendi, ita notant Doctores in d. c. 1. Et post ordinationem, & ab Episcopo potest aliquid recipi, c. dilectus, el secondo in fin d. symon. facit c. sicut Episcopum 1. q 2. & c. placuit.

SVMMARIVM.

1 *Locatio est personæ, vel rei ad vsum facta concessio mercede in pecunia, &c.*
2 *Locari possunt omnia, quæ vendi possunt, nisi sint seruitutes prædiales.*
3 *Locari possunt decimarum fructus laicis, ad annuum Censum.*
4 *Locare potest beneficiatus fructus Ecclesiæ suæ non autem ad magnum tempus.*
5 *Locare, quomodo possit Sacerdos operas suas.*
6 *Locare potestatem, iurisdictionem, qui non potest.*
Locari beneficia vltra triennium non possunt ibidem.
7 *Locans fundum, nulla facta mentione de arboribus cõductor nihil de fructibus arborum habebit.*
8 *Locator quomodo possit expellere conductorem à fundo, vel inquilinum à domo.*
9 *Inquilinus, & conductor parum differunt inter se.*
10 *Inquilinus, quomodo possit relinquere domum antefinitum tempus contra voluntatẽ Domini.*

De Locatione Beneficiorum. Cap. LXVII.

1 QVæritur quid est locatio? ℞. locatio est personæ, vel rei ad vsum facta concessio mercede in pecunia numeranda conuenta, alias si res, vel species pro mercede daretur non esset locatio, sed alius contractus innominatus, scilicet dõ, vt facias, & ageretur præscriptis verbis. ff. deposi. l. 1. §. si quis seruum. Et ideo locatio dicitur, qui sub mercede pecuniaria locat domũ suã, & huiusmodi: Cõductio vero est personæ, vel rei ad vsũ acceptio interuentu pecuniariæ mercedis: locator igitur est, qui sub pecuniaria mercede locat rem, vel personam suam: Conductor autem est, qui huiusmodi accipit soluendo pensionem. d. §. si quis.

2 Quæritur primo, quid locari potest? ℞. quod oẽs illæ res, quẽ vendi possunt, nisi sint seruitutes p̃diales, vt iter actus, &c. q̃ locari non possunt, vt est text. & glos. in l. locare. ff. locat. seruitutes autem personales, quæ sunt vsus fructus, bene possunt locari. ff. de vsufruct. l. arboribus sed non seruitus vsufr. Instit. de vsu hab. minus, sed si fit ab vsufructuario extinguitur locatio per mortem vsufructuarij, vt C. de iur. doti. l. si socius, & per maximam, & per mediam capitis diminutionẽ. Instit. de vsufr. §. finitur à proprietario verò fieri nõ potest locatio seruitutis personalis.

3 Quæritur vtrum fructus decimarum possint locari ad annuum censum laicis? ℞. secundum Panor. in cap. etiam de locat. quod sic.

4 Quæritur vtrũ beneficiatus possit locare fructus Eccl. suæ sine alia licentia? ℞. sm̃ Panor. in c. vestra locat. quod sic intellige nõ ad magnũ tẽpus, puta ꝑ annis nouem potest, facit glos. in clem. de rebus eccl. non alien. nec valet statutũ, seu prohibitio superiorũ in contrariũ hoc impedire ꝓp verbũ libere, quod ponitur in littera d. c. vestra. Et si ante tẽpus locationis finitũ moriatur extinguitur locatio, quia cõparatur clericus vsufructuario, vel vsurario, c. vlt. de peccat. cleric. & ideo extinguitur sicut ius vsufructuarij de donat. c. consultationibus de pign. c. vlt. secundum Io. Med. qui sic not. in c. hoc consultissimo de Eclesi. non alien. lib. 6. & si soluit pensionem nõ rehabebit à successore in eodem beneficio, nisi sit conuersum in vtilitatem Ecclesię, vt notat host. in cap. 1. ne prælat. vices suas, &c.

5 Quæritur vtrum sacerdos possit locare operas suas? ℞. quod pro diuinis officijs dicendis non licet, c. cum in Eccl. de symonia, & multis cap. alias esset symonia sed pro temporalibus bene potest, licet tamen ei pacisci cum aliquo quod moretur in alia Eccl. vt celebret ibi diuina, ita tamen, quod intentio non dirigatur ad diuina, sed ad mansionẽ, quam ibi facit, vel ad laborem, quem sustinet, vel ad damnum, quod ratione moræ patitur, vt

in cap.ad quæstiones, de rerum permut. & not.Innoc.in cap.penult.ne prælat.vices suas,verbo symonia §.15. & seq.

6 Quæritur vtrum quis possit locare potestatem iurisdictionis conferendo ipsã potestatem? ℞. quod nõ, quia esset symonia Sylue. in verb. symonia §. 14. locare fructus solum potestatis alicuius, non esset symonia, quia locat rem temporalem locare fructus beneficiorum, non est symonia, si fiat, secundum tempus à Iure concessum, vt Paulus secundus rescripsit in extrauag. Ambitiosæ Caietan. verb. excomm. dicit non esse in vsu, & pæna priuationis non est in vsu. Vnde Nauar. dicit quod vbi non osseruatur ita extrauag. Pauli secundi potest per septem annos, & probat, ex cap. quærelus, ne clerici Sylu.verb.locatio.§.3.& Tabiena, dicunt, quod per tempus modicum, possunt locari Panor cap. cit. affirmat, quod per totum tempus vitæ, posse locari, & ita Sylu.alibi.

Paulus Quartus fecit bullam cõfirmãtem illam Pauli secundi, ne vltra triennium locarentur beneficia, sed seruanda est consuetudo in omnibus locis, Conc. Trid.sess. 25 cap. 9. constituit duo, alterum est, quando huiusmodi locationes superant vitam locantis, non possunt fieri in damnum beneficiati futuri: Secundo, fecit irritas locationes ad 30.annos, & quæ factæ sunt ad longum tempus, puta supra decem.

7 Quæritur vtrum, qui conduxit fundũ ad medium, vel certam partem, nulla facta mentione de arboribus, habebit aliquam partem de fructibus arborum? ℞. quod non, sed locator habebit omnes. ff. de vsufruct. l. fructus, & si colonus destruat arbores tenebitur similiter eius culpæ imputatur. Si quis eius odio arbores excidat l.si merces.§.culpæ. ff. locat. quod limita secundum glos.in d.§.culpæ, quando suo dolo, vel culpa, tale odium est causatum: alias non.

8 Quæritur vtrum aliquando locator possit expellere conductorem, vel inquilinum? ℞. secundum doctores, quod potest, vt in d.c. propter in quatuor casibus Primo, si domus locata sit necessaria suæ habitationis. Intellige ex necessitate superueniente, cui aliter prouidere nõ potest, v.g. si destructa est domus suæ habitationis, vel postea duxit vxorem, & alia necessitas, quæ superueniat locationi iam factæ, & aliter prouidere non potest, vt l. ædem.C.locati: aliter non diceretur necessitas, secus si tempore locationis aliã domum non habebat, quia sibi imputabitur, nec expellere poterit. ff. locat. l. si quis domum.§.huic subiungi.

Secundo si non soluit pensionem per biennium, sed si paratus sit soluere, est audiendus. ff. locat. l. quæro, circa hoc autem Panor. ibi distinguit. Nam si locatio facta est ad longum tempus, idest decem annorum, tunc hoc est dupliciter, quia aut primo constituta fuit vna pensio pro toto tempore conuento, quia si non seruat contractum, non est sibi seruanda fides, aut secundo, fuit constituta singulis annis, & tunc habet locum dicto capitulo propter, vt si non soluerit per biennium, possit expelli, quod procedit etiam si factum fuit, vt non posset expelli durante tempore, quia debet intelligi eo soluente pensionem, vt est text. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. eo. Si verò locatio fuit ad tempus modicum, non est necesse expectare biennium, sed expelli potest, si non soluit tempore debito, etiam auctoritate propria. Et est ratio diuersitatis hic, & ibi, quia hoc casu Inquilinus non habet ius in re, vnde si expellitur non competit aliquid interdictum contra Dominum argum. in l. colonus. ff. de vi, & vi arma, sed in priori casu colonus possidet naturaliter, & habet pinguius ius, ad quod l. 2. si ager. vectig.

Tertio, cum domus eget refectione, quia minatur ruinam, quæ tamẽ tempore locationis nõminabatur, & in isto casu & pcedenti primo fiet remissio pensionis pro rata tẽporis c. ppr sterilitatẽ de loca. & d.l.ædem, & d l.quæro.§.inter locatorem, vel prouidebit de alia domo æque idonea. ff. eo l.cũ plures in prin. Et postea refecta poterit cõductor petere in ea reponi, si vult glos. iuncto text. l.si duo.§.cũ Inquilinus. ff. vti possi. & ibi per Bart.

Quarto, qñ cõductor in domo peruerse cõuersatur sine læsione rei, vt puta, tenet publicas meretrices, vel etiã puersos homines, vt lenones, & huiusmodi arg. in Au-

in Auth. de leno. §. Sancimus, & sic non remittitur pensio, secundum Host. vel si versatur peruersè cum læsione rei, tenendo porcos in solario: Incidendo arbores aut non colit agrum suo tempore, & tunc remittitur pensio, sed agit locator ad interesse de dando dato. secundum Hostien. in dicto capitulo propter sterilitatem.

9 Quæritur quid est Inquilinus? Respondetur est propriè, qui conduxit rem vrbanam l. errorem in glos. iuncta l. licet. C. loca, & propriè Vrbanum prædium. Colonus verò licet, large sit omnis conducens prædia colenda. sub pecuniaria mercede secundum Ioannem Andream tamen propriè dicitur, qui rusticam rem conducit. Vnde Inquilinus residet in ciuitate; Colonus autem in villa, ff. de acquir. poss. l. qui pignoris, & l. si quid quod. §. etiam pet colonus eo tit. Conductor verò est quoddam generale vtrique conueniens, vt ex diffinitione patet. Vnde quantum ad præsentem quæstionem, nihil differt inter Inquilinum, & conductorem.

10 Quæritur vtrum Inquilinus possit similiter propter necessitatem dimittere domum ante finitum tempus, contra voluntatem Domini? Respond. secundum Panor. in dicto cap. propter sterilitatem, quod sic, & secundum Vin, & Io. Andr. hoc tenet etiam glos. in l. si in lege. §. si domus. ff. locat. ex quo potest inferri quid propter pestem, potest dimitti, quia est probabilis necessitas, & facit text. in l. habitatores. ff. eo tit. & sic in conscientia est seruandum, quamuis in foro contentioso fortè aliter teneretur.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia beneficiorum quid.*
2 *Confidentia beneficiorum damnata à Pio Quinto.*
3 *Beneficium resignans in fauorem alterius quando non est symonia.*
4 *Beneficium resignans in manibus ordinarij, & in fauorè alterius, quomodo liceat.*
5 *Beneficium resignans cum pacto vt alicui conferatur peccat peccato symoniæ confidentiæ.*
6 *Beneficiarius clericus non existens in sacris cupiens ducere vxorem filiam talis, qui si daret, ipse, resignaret beneficium filio suo, symoniam committit.*
7 *Commutare, permutare rem spiritualem cum temporali, aut amixta spirituali, non licet.*
8 *Commutatio, aut permutatio beneficiorum quomodo licitè fiat.*
9 *Beneficium consequens non animo promouendi ad sacros ordines peccat.*

De Confidentijs beneficiorum. Cap. LXVIII.

1 Quæritur quid est confidentia? R. confidentia dicitur tractatus cum quis confidens, quod collato cōferens beneficium in personam suam, vel suorum renuncians beneficio promittens aliquid collatori Nauar. c. 23. n. 309.

2 Erat consuetudo, quod beneficia tradebantur tertio in confidentiam, non pro illo, sed pro alio, & licet ista persona haberet titulum, tamen alter habebat fructus Pius Quartus emisit bullam contra hoc, & damnauit omnes confidentias à quadraginta annis retro, ita vt quicunque ad quos quomodolibet fructus peruenissent, hoc modo tenerentur ad restitutionem omnium fructuum, & omnia beneficia vacauisse statim: Et propterea superaddit sententiam excommunicationis latæ sententiæ Papæ reseruatæ: & vocauit symoniacam prauitatem.

3 Quæritur vtrum semper sit symonia renunciare beneficium in fauorem alterius? Respon. non nam si fiat renunciatio in manibus Papæ, non est symonia. glos. in capitulo ex parte. 1. de offic. de leg. Gregorius tamen decimus tertius, permisit tantum, & vna cum renunciatione vnius, præsentetur petitio alterius, cui renuncians vellet conferre.

4 Si vero quis resignaret beneficium, vel præbendam in manibus Episcopi in fauorem alterius designatæ personæ, nullam symoniam committit, etiam si tractatus sit inter illos, cui debeat

fieri permutatio, dum tamen se submittant dispositioni superioris Abb. in capitulo quæsitum num. 19. de rerum permut. Ioan. Andr. in addit. ad specul. & Goff. & glos. in clem. vnic. rerum permut. contra Host. Imo si esset conclusio inter partes, cui debeat fieri permutatio, modo sit sub expressa conditione, & reseruatione, possent absque peccato, ratio est, quia talis conclusio, cum suspendatur vsque ad superioris consensum, nec obstat text. in capitulo quæsitum de rerum permutationem, quia non loquitur de tractatu permutationis, sed de ipsa permutatione, quæ non debet expediri per partes, sed ex mero iudicis officio, ita Syluer. in verb. permutatio 2. quæst. 5.

5 Quæritur vtrum si renunciatio fiat ea intentione, & pacto, vt alicui conferatur, vel consanguineo suo, vel consanguineo paciscentis quid? Peccatum est symoniæ. Cum in conferendis beneficijs consanguineis potius, & non mæritorum rationem haberi iniquum sit, & renunciationes in spiritualibus libere, & simpliciter fieri debent, not. in capitulo ex parte, el primo de offic. de leg. Immo peccatum est symoniæ text. cum glos. in dicto capitulo ex parte Abb. in capitulo cum vniuersorum de rerum permut. qui dicit hoc esse menti tenendum. Et ratio est, quia symonia non solum committitur cum interuentu rei numeratæ, vel rei ea extimabilis, sed etiam, quando relinquitur beneficium cum onere. quasi fiat aliquid pro pretio rei spiritualis. Nauar. cap. 23. num. 100. vers. 2. quod duplex est. Et hæc dicitur symonia confidentiæ, cuius pæna est, quod simul aliquis accipit beneficium in confidentiam antequam impleat, quod promisit, est ipso iure excommunicatus, & collatio ei facta, ipso iure non valet, & tenetur ad restitutionem omnium fructuum, quos recipit a die acceptionis. Nauar. ibi, versiculo secundo. Secus verò si conferret beneficium, vel procuraret, vt alicui conferatur ea intentione, & spe, quod ille aliquando cederet in fauorem alterius à se nominandi, vel sui ipsius conferentis, dummodo nullum pactum, nullus modus, & conditio apponatur, Nauarr. cap. 23. num. 109. & 110. vers. 6.

6 Quæritur vtrum clericus beneficiarius non existens in sacris cupiens ducere filiam talis, cui promisit se resignaturum beneficium filio suo, si daret sibi filiam suam in vxorem? Respondetur, quod symonia est, & secuta resignatione, & collatione, ambo sunt excommunicati, & collatio est nulla, ita Rebuff tit. quibus mod. benefic. acquir. Doct. in cap. nobis tit. nostro.

7 Quæritur vtrum permutare, & commutare rem temporalem, cum spirituali, vel temporalem rem cum re temporali, sed admixta spirituali, vt permutare domum cum pensione licita, quid R. Gigas in tract. de pension. quæst. 33. dicit non licere.

8 Quæritur, quid requirtur in permutatione beneficiorum Ecclesiasticorum, vt legitimè, & canonicè fiat? Respondetur requiruntur hæc. Primo, vt permutantes habeant ius in re quæsitum, non autem ad rem, vel in spe. Quod quando dicatur vide Nauar. in cap. 17. num. 69. Secundo vt permutatio beneficiorum non fiat propria auctoritate, sed cum auctoritate ordinarij, quamuis possint inter se tractare, tamen debet fieri seruato assensu ordinarij, capitulo quæsitum de rerum permutatione. Tertio, requiritur vt non admisceatur temporale cum spirituali capitulo ad quæstiones de rerum permutationem. Quarto, vt detur supplicatio Papæ, vel Episcopo, cum permutatione beneficij causis iustis expræssis, & postea fiat permutatio.

9 Quæritur si aliquis consequitur beneficium non intendens promoueri ad ordines sacros vtrum faciat fructus suos? Respondetur, quod non, ita glos. in capitulo commissa §. porro de elect. lib. 6. Vnde non potest salua conscientia tenere beneficium, & tenetur tam in foro conscientiæ, quam in foro iudiciali si de hoc constare potest ad restitutionem fructuum, vt notat etiam ibi Franc. num. 5.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pensio quid sit.*
2 *Symoniam committit cum quis resignans beneficium, & statim paciscitur de pensione redimenda.*
3 *Beneficij titulus, & ius percipiendi fructus.*
4 *Pensio à beneficio differt.*
5 *Pensionem non soluens beneficiarius quid faciet.*
6 *Papa, & Episcopus possunt imponere pensiones.*
7 *Episcopus quando potest imponere pensionem.*
8 *Pensionem suscipiens debet habere quatuor conditiones.*
9 *Pensionem habendi causæ multæ sunt.*
10 *Pensionem retinendi causa resignationis non est sufficiens.*
11 *Pensio honesta, quæ dicatur.*
12 *Pensio nulla est cum nonnulli beneficiorum valorem augent, vt medietatem fructuum accipiant.*
13 *Pensiones, quomodo extingui, aut vendi possint.*
14 *Pensio in beneficijs de iure patronatus sine consensu patroni imponi non potest.*
15 *Pensionem extinguere authoritate propria nullus potest.*
16 *Beneficarius potest alere suos ex redditibus Ecclesiæ.*

De Pensione. Cap.LXIX.

1 QVæritur quid est Pensio? ℞. est ius percipiendi fructus Ecclesiasticos à titulo beneficij separatum.

2 In pensionibus solet committi symonia peculiarij cuius meminit Caiet. opusc. 17.v.g. quando quis resignat beneficium, & statim paciscitur de redimenda pensione, quod pactum est pretium extimabile, ergo est symonia.

Non tamen est symonia accipere beneficium cum animo redimendi pensionem, quia in pacto consistit symonia si nullum est pactum, nulla est symonia, quia quod liceat postea facere, licet primo animum habere faciendi.

3 Circa beneficium notanda sunt duo, Titulus, & Ius percipiendi fructus. Titulus est gradus quidam Ecclesiæ ratione cuius homo obligatur ad aliquod officium spirituale ministrare, & nihil aliud est, esse beneficiatum, quam in tali gradu esse constitutum, vt teneatur in aliquod officium spirituale populo administrare, vel recitare officium, vel administrare sacramenta, &c. Ex isto titulo promanauit secundum. Vnde habetur ius exigendi à populo pensionem, & fructus.

Cum autem fideles multa bona temporalia obtulerint in Dei ministerium Ecclesiasticis, facta, est diuisio, & cuilibet beneficiato data est sua portio.

Aliquando separantur ista videlicet, vt titulus sit vni, alteri verò collectio fructuum: & istud ius separatum à titulo, est pensio, siue sit ab aliquo beneficio ecclesiastico, vel à mensa capitulari.

4 Differt pensio à beneficio, primo in hoc quia pensio non habet titulum, secundo pensio datur seculari, beneficium verò non datur coniugatis, & laicis, sicut pensio. Tertio beneficiatus tenetur recitare horas canonicas, Sylu. verb. hora. §. 10. & Sot. l.10.q.5.§.pensionarius, pensionarius vero non tenetur, quia non habet titulũ. Quarto, pensio est tẽporalis, beneficium verò semper permanet. Quintum beneficium potest commutari cum beneficio, pensio autem nullatenus, sine symonia, vt inquit Doctor Caccialupus de pens. 14 quæst.

5 Pensionarius, qui personaliter consentit constitutioni pensionis, non soluens eam die statuto, incidit in censuram, etiam ante intimationem litterarum, secus si consentit per procuratorem iuxta stilum curiæ, de quo testatur Cassiad. decis. 2. tit. de pens. super reg. cancell. & 12. de rescript. refert. Nauar. in manuali cap. 27. num. 274.

6 Quæritur, qui potest conferre pensionem? Respondetur Papa Potest plenariè pensiones assignare quocunque modo, vbique terrarum. Secundo Episcopus potest aliquando imponere pensionem, sed multo aliter, quam Papa, vt inquit Gigas quæst. 6. de pensionibus.

7 Primo, Episcopus potest imponere ex causa honesta, euidenter concernente

vtilitatem Ecclesiæ. Secundo debet narrare ipsam causam assignandi pensionem vt appareat vtilitas Ecclesiæ. Tertio, Episcopus non potest dare authoritatem transferendi in alium. Quarto, Episcopus non potest assignare pensionem, ex causa resignationis Papa verò vtrumque potest.

8 Quæritur quis potest suscipere pensionem? Respond. suscipiens pensionem debet habere quatuor conditiones. In primis debet esse Clericus primæ tonsuræ: Papa vero potest assignare pensionem etiam laico, vt Archid. de præben. in 4. Quando Papa assignat pensionem clerico: Si ille non est clericus pensio est nulla, cap. signanter de rescript. causa falsa ministrans falsam causam rescripti, nulla est, & cum causa sit concedendi clericatum, & illa sit falsa, vitiat rescriptum.

Et si etiam post pensionem suscipiat clericatum, non valet, sed est opus noua collatione, cap. si eo tempore de rescrip. in 6. habilitas superueniēs nihil operatur.

Secundo debet esse legitimus, & hoc fundatur in stilo curiæ secundum Gigantem, qui supra.

Episcopus potest dispensare cum illegitimo cap. 1. de filijs præsbiterorum, vbi habetur, quod Episcopus dispensat ad minores ordines, & ad beneficium simplex.

Tertio, non debet esse excommunicatus, nec suspensus, nec interdictus, & hoc habetur ex eodem stylo.

Quarto non debet esse coniugatus, per matrimonium enim perditur omne ius ad Ecclesiasticos redditus, etiam si sit clericus, non manent nisi duo priuilegia, primo, quod non possit conueniri in foro seculari. Secundo, si percutiatur, excommunicatur percutiens maiori excommunicatione, de clericis in 6.

9 Quæ causa est habendi pensionem? Respond. Multi canonistæ dicunt posse Pontificem absque vlla causa assignare pensiones, quia est Dominus beneficiorum. Sed Tolet. dicit non posse sine vlla causa, & sine vtilitate Ecclesiastica, sed obseruatur aliter.

Multiplex enim causa est, quarum duę habentur in iure canonico, prima, omnium hab. cap. nisi ex causa, de præben. caus. 5. litis, vel propter litem, idest componatur lis de beneficijs, ne priuetur Ecclesia vtroque clerico litigante: Secunda est, vt in cap. ad quæstiones de rerum permutatione videlicet, quando vna ecclesia permutat beneficium, & vnum est pinguius altero, tunc Papa concedit, vt Ecclesia, quæ recipit pinguius beneficium, det pensionem Ecclesiæ, quæ recipit minus pinguæ beneficium, & ad hoc debet intercedere authoritas ipsius Pontificis. Quia si datur pensio propter titulum est symonia. Tertia causa, propter ministerium temporale exhibendū est in vtilitatem Ecclesiæ, sicut concessa est Hispaniæ Regi, vt gerat bella, pro defensione Ecclesiæ. Quarta propter ministerium spirituale, & sic cōceduntur coadiutoribus Episcoporum. Quinta, quia est benemeritus de Ecclesia, ideo huiusmodi beneficia exhibentur ei. Sexta, qui futuri sunt ministri Ecclesiæ, vt studentes, & ad hoc erat reseruata Hispaniæ præstimonialia beneficia. Septima, propter paupertatem, si persona est Ecclesiastica, & etiam si sit secularis. Octaua debet esse causa honesta, & rationalis in vtilitatem Ecclesiæ: quando autem nulla est causa, non excusatur coram Deo.

10 Quæritur vtrum causa resignationis, sit sufficiens ad retinendam pensionem? Respondetur putamus secundum Toletum quod nullo modo id fieri posse, & quod non sit hoc de mente Pontificis. Concil. Trident. sess. 24. cap. 13. statuitur, ne imponatur pēsio beneficijs curatis, quorum redditus non excedit summam ducatorum centum: de alijs nihil est statutum, opinio tamen Doct. est, vt pensio sit honesta Panor. capitulo conquerente de clericis non residentibus, Gigas, capitulo 19. & Caccialupus, quæstione septima, de pension. Isti dicunt, quod tertia pars fructuum potest dari pro pensione.

11 Quæ autem dicatur honesta pensio ipsi explicant scilicet, quando ex residuo potest conuenienter beneficiatus sustentari capitulo de Monachis, capitulo cum causam, capitulo vacante de præbendis, cap. 1. de censibus. Ista vero mea-

menſura non eſt certa. Aliquando enim licet imponere penſionem reſeruatam, ſi ex reſiduo non poteſt ſuſtentari beneficiatus, quando iuſta de cauſa fit. Aliquando non licet in foro interiori imponere: reſeruata eſt conuenientiſſima penſione, & ſuſtentatione beneficiato, præſertim in beneficijs curatis; quia qui habet curam animarum, non ſolum debet ſibi prouidere, ſed etiam pauperibus in ſuis neceſſitatibus; aut ſi extrahitur iſta penſio, debet eſſe cauſa potior, quam ſubuenire neceſſitatibus pauperum.

12 Notanda ſunt hic duo primum, quod nonnulli augent valorem beneficiorum, vt accipiant mediam partem fructuum, & non videtur excedere medietatem. Talis penſio nulla eſt in conſcientia, quia eſt ſubreptitia, cũ Pontifex non intendit aſsignare, niſi mediam partem, vel tertiã; & nulla eſt, & propterea eſt peccatum mortale.

Secundum notandum eſt, quando penſio non poteſt imponi in beneficio aliquo, faciunt aliqui, vt media pars penſionis imponatur beneficio tertij, hoc eſt iniquum, & irrationabile, quia etiam quod imponatur onus ſuper beneficio tertij; tamen penſio alterius eſt, qui ſoluit omnia, & ſic eſt fraus mera, & iniuſtitia. Verum eſt, quod ſi imponeretur hoc onus ſuper alio beneficio ſic poſſet fieri.

Aliquando exigunt maiorem penſionem, quam ſint fructus, & hoc eſt ſymonia, quia illa tunc eſt ſymonia, quando datur vnum pro altero.

De Redemptione penſionum.

Certum eſt, quod penſio extinguitur ex conceſſione Pontificis, dando annatas tres, vel quatuor, & quandoque ſeptem.

13 Quæritur, vtrum penſio poſſit vendi? ℞. aliqui Canoniſtæ dicunt, poſſe vendi; ſed Tolet. reſpondit cum diſtinctione, dicens: Sunt aliquæ penſiones, quæ dantur pro officio aliquo ſpirituali, & iſtæ vendi non poſſunt: aliquæ ſunt, quæ dantur pro officio temporali, & huiuſmodi penſiones vendi poſſunt: quædam penſiones ſunt, quæ dantur in titulum clericatus, & de iſtis eſt difficultas, ſed ꝯcre dimus iſtas nullatenus vendi poſſe, non enim ſunt temporales, quæ dantur in titulum clericatus, ergo ſpirituales ſunt; & propterea vendi non poſſunt, Corrad. c. 4. de penſionibus.

14 Quæritur, vtrum Papa poſſit imponere penſionem in beneficijs, quæ ſunt de iure patronatus? ℞. quod poteſt, tamen neceſſarius eſt patronorum conſenſus, Abb. in c. pen. de iur. patron.

15 Quæritur, vtrũ quis authoritate propria poſſit extinguere penſioné poſitam? ℞. ſicut nullus à ſeipſo poteſt imponere penſioné ſine authoritate Papæ; ita nullus illam extinguat ſine eius authoritate, & ſtylus Curiæ, & vſus habet: & qui cótra fecerit, videlicet volens extinguere ante impoſitionem, peccatum committit ſymoniæ: & qui audet extinguere impoſitam, peccat mortalirer. Quando verò canonicè extincta eſt péſio, penſionarius non tenetur amplius recitare Officium beatæ Mariæ. Cath. Neap. lib. 4. de recit. Hor. can. c. 8.

16 Quæritur, an beneficiarius poſſit donare conſanguineis, de fructibus ſiue de redditibus Eccleſiæ, vt pauperibus? ℞. iuxta Cõc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 1. cĩno, ꝙ poteſt, ſed moderatè tñ, vt excludant indigentiã, non autem, vt cõponant diuitias; Caiet. 2. 2. q. 185. art. 7. in fin. Hinc etiam poteſt clericus matrem alimentare, c. 1. de cohab. cler. & mul. Sic etiã poteſt alere ſuos filios ſpurios, c. cum haberet de eo, qui duxit in matrim. quem polluit. Nam licet peccauerit eos producendo, tamen ex quo procreati ſunt licitè eos alimentare poteſt, Abb. in c. coniugatus, nu. 6. de conuer. coniug. Poteſt etiã à fortiori dotare ſorores, & filias. ita Abb. in c. peruenit. de arb. gloſ. cum text. in c. omnino confitemur, diſtin. 31. dummodo indigeant, vt in d. c. omnino, & ad pompam, vel alium ſtatũ, arg. eorum, quæ not. diſt. 42. in princ. Sylu. in verb. cler. 4. q. 15. Vrbanus Papa de bonis Eccleſiæ attribuitis, ſcripſit tñ his verbis: Ipſe res fideliũ, quæ Deo offeruntur, nó debét in alijs caſibus, quam Eccleſiaſticis, & Chriſtianorum fratrum, vel indigentium conuerti, quia vota ſunt fidelium, & pretia peccatorum, & patrimonium pauperum. Vide infra c. 69. nu. 2. & nu. 18.

SVM-

SVMMARIVM:

1 *Restitutio est actus commutatiuæ iustitiæ.*
2 *Restitutiones regulæ generales.*
3 *Restitutioni, qui teneantur.*
4 *Restitutioni tenentur etiam iubentes furtum facere &c.*
5 *Restitutioni non tenentur reuocantes mandatum.*
6 *Restitutioni, quomodo tenentur plures.*
7 *Restitutioni tenentur participantes.*
8 *Restitutioni quomodo tenetur emens aliquid à fure.*
9 *Restitutioni quomodo tenentur domini*
10 *Restitutioni, quomodo tenentur officiales.*
11 *Restitutioni obnoxij, quomodo sint testes iuridice interrogati.*
12 *Restitutioni tenentur Tabelliones non reuolantes legata pia.*
13 *Restitutioni tenetur operario defraudato.*
14 *Restitutioni non tenebitur, qui rem possidet toto tempore vsque ad finem.*
15 *Restitutioni non tenebitur, qui dicitur de vsucapione.*
16 *Restituendum est tantum quantum res valet.*
17 *Restituendum est in eo loco, in quo res habetur.*
18 *Restituendum est statim, si possit, aut cum primum possit.*
19 *Restituendum non est cum periculo iustæ famæ &c.*
20 *Restituendum est omnibus cum possit licet non seruato ordine.*
21 *Restituendum est occultè, & cautè ne lædatur fama.*
22 *Restituere non tenetur si id ei dominus condonet.*
23 *Restituere quomodo quis debet famam.*

De Restitutione.
Cap. LXX.

1 QVæritur, quid est Restitutio? Respondetur secundum Nauar. cap. 17. nu. 6. est actus iustitiæ specialis commutatiuè, quo redditur alteri, quod suum est, vel quod ei debetur lege iustitiæ, vel ex debiti, vel damni illati solutio. S.Thom. 2.2.q 62. art. 1. etiam dicit, quod est actus commutatiuè iustitiæ quando scilicet res vnicis ab alio habetur, vel voluntatem eius, sicut in mutuo, vel deposito: contra voluntatem eius, sicut in furto, & rapina, & ista dicitur iniusta acceptio.

Differt autem à satisfactione iniuriæ, vel culpæ, quod hæc includit, etiam non solum compensationem iniuriæ, sed etiã recompensationẽ amicitiæ; nam vtrunque læserat iniuria, tum iustitiam, tum amicitiam. Restitutio tantum dicitur nudum debiti solutionem; vnde dicta est restitutio, quod iterum statuat alterum in possessionem rei suæ. Satisfactio verò differt ab vtraque, quia sumitur talis solutio, vel satisfactio, etiam ab inuito, etiam si nolit satisfactio est spontanea, & voluntaria.

2 Regulæ duæ restitutionis generales. Prima, regula restitutionis origo, & obligatio omnis restitutionis nascitur ex duplici capite; vel ratione rei acceptæ, vel ratione rei iustè, vel iniustè acceptionis. Omnis enim, qui rem alienam inuito domino habet, ad illius restitutionem tenetur; & ratio est, quia res illa non est ipsius, sed alteri; & propterea non est detinenda, sed reddenda illi cuius est. Nam dicit Aug. Epist. 2. ad Maced. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Et habetur 14.q.6.cap.1. quæ verba tractans, & explicans Gerson par. 2. in regulis moralibus, inquit: non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, hoc est, nisi voluntas efficax restituendi esset, dũ possibilitas, & opportunitas accesserit, & prout sapiens præsertim confessor, siue prælatus determinabit; vt quod veris dominis, si super sunt, aut hæredibus suis, aut si fieri nequeat, quia non sunt, aut ignorãtur, in pios vsus referantur ablata.

Secunda regula, non est aliquis obligandum ad restitutionem cum indecentia status, sed seruata decentia sui status, nisi ex delicto esset, aut si aliter esset in arcta, & grauis, vel extrema necessitate, scilicet maiori. Nec cum periculo vitæ, aut honoris, aut alterius scandali.

Item non tenetur quis ad restitutionẽ eorum, quæ bona fide insumpsit, si non non est inde factus ditior, nec plusquam factus est inde locupletior.

De circunstantijs restitutionis videndum

dũ erit, q teneatur restituere, & cui, quid quantum, quando, vbi, quo ordine, & modo, ac postea particulatim. De restitutione famæ, quæ propriæ habet difficultatem.

Quis teneatur restituere, vi vndecim tribus his carminibus comprehensi.

Restituat capiens aliena, eiusq. minister,
Iussio, consilium, cõsensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

3 Quæritur, quis tenetur restituere? Respondetur, capiens aliena, & retinens cõtra voluntatem domini, & si res est incolumis, ipsamet res est reddenda, si sine scandalo fieri potest; sin autem nõ extat, vel facta est deterior, æquiualens reddatur. Res autem aliena restituenda est, siue eam, quam ipse acceperit, siue aliã, siue bona, siue mala fide possideat, dum ei constat esse alienam, sed aduertendũ. In damnis vitæ membrorum, sanitatis, libertatis, honoris, famæ, iurium, fructuũ, & damni emergentis, aut etiam lucri cessantis, & huiusmodi; restutio fiat, vt melius poterit ad arbitrium boni viri. Si verò rem consumpsit bona fide, non tenetur ad restitutionem (vt diximus) nisi quatenus factus est ditior.

Item ablationem virginitatis restituere tenetur ad arbitrium bonorum, vel si pœna statuta in Ciuitate, illam soluat.

Item ad ablationem membri, vel priuationem vitæ alicui fit restitutio secundum consuetudinem, vel statutum communitatis, vel Terræ. Tenetur satisfacere filijs, & vxori occisi, vel mutilati, siue infecti, quia abstulit filijs patrem, & vxori maritum, qui eos nutriebat. Vnde illud damnum inde proueniens, debet eis restituere secundum statum eorum.

Item si aliquis aliũ impedit in aliquod beneficium consequendum; si facit animo lædendi ipsum, tenetur ad restitutionem, non quantum valet beneficium, quia nondum illud fuit consequutus, sed pensatis conditionibus vtriusque ad arbitrium boni viri. Si enim fecit, quia ille, quem impediuit, indignus erat, velumeliori prouideret, non tenetur ad restitutionem.

Item non solum, qui accipit, tenetur ad restitutionem, sed etiam iubens, id est, participans iussione, tenetur in solidum de omni damno, etiam si nihil habuit vtilitatis, cap. Iulianus. 11 q. 3. Consilians, id est, participando consilio, id est, quando alicui consuluit, vt furetur. Consensu, id est, quando sine eius consensu furtum, siue damnificatio non fuerit sequuta, similiter ratificans furtum suo nomine factum, tenetur ad restitutionem, quia ratihabitio comparatur. capitulo. ratihabitionem, de reg. iur. in 6. & tenetur in solidum, cap. qui consentit, cum duobus cap. seq. 11. q. 3. & cap. cum ad sedem, de rest. spol. Palpo. 1. laudans, & adulando ei de furto, præsertim cum creditur, quod cum tali adulatione damnificatis, siue furtum fuit secutum, dist. 86. cap. nemo. Recursus quando fur, siue latro, aut homicida habet recursus alicuius, sine quo damnum non esset secutum, Innoc. & Ost. in cap. sicut dignum, de homicidio. Participans, id est, qui scienter recipit aliquid de re furtiua, tenetur ad restitutionem in quantum participauit, secundum Theol. in 4. sent. dist. 15. Mutus, id est, tacens, quando videt furari, & sine aliquo suo periculo posset furtum impedire, sed malitiosè tacet. 23. q. 3. cap. non inferendæ. Non obstans, id est, Iudex, cui ex officio incumbit prouidere, ne damna inferantur, quando sine periculo potest impedire, & corrigere delinquentes, ita intelligitur illud, quod patet. 23. q. 4. cap. potest, cap. facientis, dist. 86. & ita intelligitur de eo, qui negligit emendare, vt habetur in cap. error, & in cap. consentire, dist. 83. Non manifestans, id est, quando scit vbi est res furtiua, & sine periculo, potest manifestare, & interrogatus à Iudice, tacet veritatem, extr. de furt. cap cum fure, & 9. q. 3. cap. quisquis. Omnes isti tenentur ad restitutionem; & tandem omnes, qui fuerunt causa iniustæ acceptionis, & damni. Nam qui causam dãni dat, damnum dedisse videtur, cap. si culpa, de iniurijs, & damna. Est etiam alia regula, quæ dicit: Agentes, & consentien tes, pari pœna puniantur, cap. notum fit, 2. q. 1 & 17 q. 4. cap. omnes, & secundum S. Tho. & omnes Doctor. in 4. sent. distin. 15. q. 2. & tales in solidum ad restitutionem tenentur.

4 Quæritur, quando iubens furtum, vel ho-

homicidium, tenetur ad restitutionem? Respondetur, quod secuto furto, vel homicidio, tenetur insolidum cum fure, & homicida de omni damno, etiam si nihil habuerit vtilitatis; similiter exequẽs, arg. in cap. Iulianus præd. 11. quæst. 3. quando probabiliter credatur ex sua iussione actio iniusta sit secuta, secundum Doct. quia vbi solum esset dubium, non esset obligatio: etenim cæteris paribus potior est conditio possidentis, l. si ob turpem, ff. de cond. ob turp. caus.

5 Quæritur, vtrum si mandans reuocauerit mandatum, & non obstante reuocatione, mandatarius fecerit furtum, vel homicidium? Respondetur, quod tunc non mandans, sed mandatarius tenetur, glos. & Doct. in cap. cum quis, de senten. excomm. lib. 6. dummodo reuocatio sit facta re integra, mandans verò peccauit mortaliter, ratione mali mandati, l. si mandassem, ff. manda. Bart. in l. si pecuniam, §. si seruum. ff. de cond. causa da. caus. non seq. Doct. in cap. mulie. de sent. excom.

6 Quæritur si plures communicato consilio conueniunt sub vno duce ad depredandum, ita vt vnus sine alio non iuisset, vel non fuisset ausus furari, quid? Respondetur, quod sequuta præda, omnes tenentur insolidum, Couar. lib. 1. resolut. cap. 3. num. 12. Nauar. cap. 17. num. 20. 21. & 130.

7 Quæritur, quid de participantibus, puta si scienter comedendo, vel recipiendo de re furtiua aliquid, quid? Respondetur, tenetur restituere in quantum participauit, secundum Theol. in 4. sentent. distinct. 5.

8 Quæritur, Antonius emit equum à fure bona fide, & postea dominum equi inuenit, vtrum illum teneatur domino restituere? Respondetur, secundum omnes Doct. quod tenetur, etiam sine pretio, sciens esse furtiuum, sed habebit actionem contra furem. Si verò cum eo lucratus est, quia alijs locauit, tenetur deductis expensis, etiam restituere id in quo factus est ditior. Si autem illum donauit, vel penes se, sine sua culpa perijt, & deductis expensis, nihil cum eo est lucratus, ad nihil tenetur, cum in nullo factus est ditior. Quod si postquam resciuit illum esse furtiuum, antequam sibi à domino peteretur pro eodem pretio alteri dedit; distinguendum est: nam si ei, qui sibi vendidit, vt datum reciperet pretiũ, & ille qui furto accepit restitutionem faceret, ad nihil tenetur. Si verò alteri vẽdidit, cum mala fide vendiderit, tenetur emptori reddere pretium, vt equum restituat, at si cum illo discesserit, tenetur Antonius domino restituere pretiũ, cum mala fide vendiderit.

9 Quæritur, vtrum domini temporales, qui suos officiales, male officijs vtentes, non corrigunt, & officijs non priuant, quid? Respondetur, tenentur de omni damno inde sequente prætextu officij, Sylu. in verbo restitutio, 3. q. 5. vers. quintum, & septimum, Couar. in reg. peccatum, par. 2. §. 3. num. 5. nisi illis immineat probabile suæ vitæ, vel status, vel rerum, quia sicut se ita, & sua plus diligere licet, quam aliena, Sylu. qui supra, quæst. 6. vers. & 8. nam cum tali periculo non tenetur seruare personam, aut statum alterius particularis, quamuis teneatur seruare rem publicam, quando ratio postularet, Nauar. cap. 17. num. 21. vers. 4. Sic etiam Episcopus, vel alius Prælatus tenetur ex delicto Vicarij, vel Officialis delinquentis in officio sibi commisso, ita Rota in decis. 278. quæ incipit. Item si Vicarius.

10 Quæritur vtrum officiales occidentes homines eo quod non reuelant, haud probabile, quid? R. sunt homicidæ, & cõsequenter restitutioni obnoxij; & ijdem si sine indiciis ponunt ad torturam, & inde ex confessione sua aliquem suspendunt, Sylu. qui supra, vers. tertium.

11 Quæritur, de teste iuridice interrogato, qui ex officio tenetur respõdere, præsertim sub monitorijs excommunicationis, an teneatur manifestare? R. quod tenetur manifestare; nam non manifestando, præter excommunicationem quã incurrit, est restitutioni obnoxius: Et qui furem scit, & res furatas, & dicit nescire, & hoc ideo, quia non fuit iuridice interrogatus, vel tantum interrogatus à parte, peccat quidem contra charitatem; sed non tenetur ad restitutionem, quia ex officio manifestare tenebatur, Nauar. c. 25. num. 44.

12 Quæritur, vtrum Tabelliones non manifestantes legata pia, vel alia debita, te-

nean-

neantur ad restitutionem? ℞. quod tenentur, ex officio reuelare, & si non reuelant, restitutioni obnoxij sunt, secundum Alex. Iason, & alios in l. argentarius. §. vlt. ff de edéd. Sylu. in verb. restitutio. 11.

13 Quæritur, vtrum mercedem si quis teneatur reddere operario? Respondetur, quod tenetur, quia est actus iustitiæ, sicut reddere pretium rei emptæ, secundum S.Tho.1.2.q.14. art. 1. Et merces retenta laborum, est maximum peccatum. Mercenarius verò actus is dicitur, qui fit propter mercedem, non autem qui est circa eam, secundum s.Tho.3.sent.dist. 26.q.2. art.1.& dicitur à mereor.

14 Quid de præscriptione rerum, legibus, & statuta, obligant ne in conscientia? Respondetur, si bona fide quis possidet toto tempore, vsque ad finem præscriptionis legitimè, nō tenebitur ad restitutionem, quia lex transfert dominium ob vitandas lites perpetuas, alias teneretur.

15 Quid de vsu capione? Respondetur, eadem est ratio, quæ de præscriptione, si bona fide, & bono titulo possedit, & si rei dominium sciuit, vel facile scire potuit: aut si non potuit scire, vel non facicile teneretur tunc ad restitutionem, vel si malo titulo possidebat, aut mala fide, teneretur restituere.

16 Quantum est restituendum? Respondetur, tantum quantum res valet, vel damnum æstimatur, si certò id constat, si incertum est, vt in iniurijs, quantum bonus, & prudens vir iudicabit, quod si rem restituit, non solum illam, sed etiam fructus pereptos tenetur restituere.

17 Quæritur, vbi est res restituenda? Respondetur in eo loco, vbi res habetur restituenda est, si iniustè accepta est, illic vbi dominus, vt seruetur indemnis facienda est restitutio; & si quis grauandus est, ipse potius occupator grauetur.

18 Quando est restituendum? Respondetur statim si possit commodè, sin autem cum primum commodè possit, & talem habere debet voluntatem.

Non autem tenebitur statim restitutionem facere: Primò, si extrema sit necessitate: secundo, si decentiam sui status seruare non posset, restituendo tunc: tertiò, si cederet in damnum corporis, vel animæ suæ, vel domini, si statim fieret, non debet fieri: quartò, si cederet in commune damnum, vel si contra bonum commune.

19 Si probabiliter futurum in damnū famæ, vel vitæ, vel animæ ipsius restituentis, vel alterius, vel si ex hoc immineat periculum de aliquo peccato mortali, nō debet tunc statim restitui.

20 Quo ordine, & modo est facienda restitutio? ℞. in omnibus potest, omnibus restituere. Nec est tunc necesse ordinem seruare, sin autem non potest omnibus; certa prius, quam incerta sunt restituenda, & inter certas res, prius res, quæ extat in propria specie, quam altera. Et debitum contractum prius, quam aliud, si certa sint, tunc ex consilio confessoris restitui poterunt, vel si ipse pœnitens sit pauper, poterit eidem, vt pauperi relinqui; si ita expedire videbitur, & non dari occasio similia perpetrandi, vel componi cum Papa de incertis.

21 Quomodo restituendum est? ℞. occultè, & cautè restituendum, ne lædatur fama. Vsuræ autem publicè, sunt publicè restituendæ; nam magis hoc pacto recuperatur fama.

22 Quæritur, vtrum satis esset petere, vt condonetur? ℞. satis quidem erit, si ille non censerur inuitus cōdonare, nec opus est offerre in eius præsentiam, & postea dicat condona.

De restitutione famæ.

23 Quæritur, qñ restituenda est fama? ℞. fama restituitur hoc pacto; si quis iustè eam abstulit, & iuris ordine, vt iudex, nō tenetur ad restitutionem: si abstulit iniustè, tunc vel falsum imponendo, & tenetur dicere si iniustè, vel falso ea dixisse, quæ dixit, vel verum dicendo, vt qui reuelauit peccatum verum, vel occultum alterius, & tunc tenetur dicere se iniustè diffamasse, & malefecisse ea dicendo.

Cæterum dicendi modus, sit sine mendacio, & huiusmodi, vt dum restituit, non magis infamet, quod si periculum imminet, cauendum est ab hoc genere restitutionis.

Est alius modus restituendi famam, erit quando aliter nequeat restitui, & qui-

quidem satis bonus est laudare; videlicet eum coram ijsdem, & veras eis personæ laudes offerre, coram quibus falsa, vel iniustè prius detraxerat.

At si fama restitui non potest, alter debet compensari, & satisfieri damnum secutum ex infamatione ad boni hominis arbitrium. At quod de libellis infamatorijs, eodem dicendi modo: ibi autem debet fieri restitutio, vbi facta est infamatio publicè, vel secretè.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi nomen, quid, & vnde.*
2 *Episcopus quomodo esse debeat.*
3 *Episcopus quomodo potest peccare.*
4 *Episcopus ante collationem potest peccare.*
5 *Episcopatum appetens, & cognoscit se indignum, peccat.*
6 *Episcopatum appetere licet in duobus casibus.*
7 *Episcopus in electione potest peccare.*
8 *Episcopus, quæ debet habere.*
9 *Episcopus potest peccare post collatienem.*
10 *Episcopus potest peccare post consecrationem.*
11 *Episcopus quomodo potest licitè abesse ab episcopatu.*
12 *Episcopus non debet relinquere Ciuitatem suam.*
13 *Episcopus tenetur beneficia conferre digniori.*
15 *Episcopus tenetur per se ipsum concionari.*
16 *Episcopus tenetur singulos annos congregare Synodum.*
17 *Episcopus tenetur singulis annis visitare diœcesim suam.*
18 *Episcopi non debent officia publica conferre consanguineis suis.*
19 *Episcopus tenetur inuigilare super gregem suum.*
20 *Episcopi tenentur erogare eleemosynas.*
21 *Episcopus nullum ad sacros ordines admittat, nisi habeat beneficium, vel patrimonium.*
22 *Ordinatus ad titulum patrimonij, & postea consequitur beneficium, quid.*
23 *Episcopi puniuntur culpa familiæ.*
24 *Parochialem Ecclesiam obtentam ad presbyteratum infra annum ordinari tenetur.*

De Obligatione Episcoporum. Cap. LXXI.

1 QVæritur, quid est nomen Episcopi? Respondetur, quod Episcopus dicitur ab epi Grecè, quod est super, & scopin, quod est intendere, id est dicitur superintendens; aut dicitur speculator, can. 8 quæst. 1. can. quod Episcopatum; quia Episcopi habent euigilare super gregem suum: cura eius est studere, & consulere saluti gregis, & animarum.

Tria sunt in episcopatu: primum est officium Episcopi, quod est consulere saluti spirituali fidelium: secundum est status, & prælatura præeminens enim alijs. Et status iste est perfectior monacali, & principum sæcularium: tertium est redditus temporalis, & honor, qui exhibetur propter prælaturam tum etiam propter officium.

2 Quomodo debet esse Episcopus? Rx. secundum Gratianum in c. 1. 40. distinct. quod debet esse natura prudens, moribus docilis, temperatus, castus, sobrius, peruigil, humilis, affabilis, misericors, doctus, in lege Domini instructus, fideiq. defensor, non litigiosus, non auarus; viduarum, orphanorum, & pauperum protector, & omnia ad vnguem faciat, quæ in sua consecratione promittit, & quales oportet esse Episcopos, scripsit Diuus Paulus ad Timot. epist. 1. c. 3. & in sess. 2. Conc. Trid. in princ. Vide infra par. 6. c. 1. num. 17.

Nihil est in hac vita facilius, maximè hoc tempore, & lætius, & hominibus acceptibilius Episcopi, aut Presbyteri officio; sed si perfunctoriè res agatur, nihil apud Deum miserius, Aug. in quodam sermone. Decentia Episcoporum debet esse talis, qualis fuit Canonibus. Concil. Catag. 3. sic habetur Episcopus vilem supellectilem habeat victum, & mensam pauperem, & dignitatem suæ authoritatis in fide, & vitæ meritis quærat, Conc. Trid. sess. 15. renouauit istum canonem, & temperatum est illud, & dicit modestam supellectilem, & frugalem victum, ibi subiunxit Concil. nec Episcopi vllo

modo

modo diuites faciant suos cõsanguineos, nec extollant illos. Dicit præterea, quod hoc comprehendit etiam Illustrissimos, & Reuerendissimos Dominos Cardinales. Vide retro c.67.nu 15. Debent etiam Prælati tractare clericos suos, vt filios, & fratres, benignè, & fraterna charitate foueant eos, cap.1. de exceff. præl. & propterea licet in Ecclesia, & in pnblico super indumentis lineis, hoc est rochetis vti debeant, cap. clerici, in fin. de vita, & honest. cleric. Intra domum tamen non, sed collegas presbyteros se esse cognoscant, nec coram se stare presbyterum patiantur, sed sedere faciant, 95. distin. cap. Episcopus in quolibet, adde not. in cap. humiliter, de maior. & obedient. Honor suus tamen vnicuique seruandus est, dist. 606. In Ecclesia debet sedere sublimior. In itinere verò debet præcedere, & presbyter sequi, ead. dist. Non oportet, sic quod debent se inuicem honorare, ead. dist. esto subiectus, quod nota contra Episcopos elatos; debet etiam honorare laicum vnde loquens, aut scribens, debet eum appellare fratrem, & non filium secundum glos. d. cap. esto subiectus. Ipse autem Episcopus debet appellari pater, aut dominus, non frater, cap. cum clerici, de verb. signif. c. grauè, de exceff. prælat. Papa autem debet appellare Cardinalem fratrem, si mixtim loquatur, sed si separatim debet appellare filium, nisi sit Episcopus Cardinalis, qui semper est appellandus frater, cap. 1. & ibi glos. de offi. leg. lib. 6.

3 Quæritur, quæ est obligatio Episcoporum? ℞. est multiplex, & ita multipliciter potest peccare. Sed Illustrissimus Toletus reduxit ad quatuor. Quatuor enim modis, inquit, potest Episcopus peccare, ante collationem, in collatione, post collationem, ante consecrationem, & post consecrationem.

4 Ante collationem potest Episcopus in duobus modis peccare; appetendo, & procurando. De appetitu Episcopali, S. Tho. 2.2. q. 185. per multa, Sylu. verb. Episcopus, per multa. §. 4.

5 In sex punctis consistit doctrina hæc: Primus, qui cognoscit se indignum episcopatu, & appetitu deliberato appetit episcopatum, peccat mortaliter. Dicimus appetitu deliberato, quia quandoque est desiderium ferè indeliberatum, & hoc non est peccatum; ratio est, quia retinere episcopatum indignè, est mortale: ergo & appetere. Idem est dicendum de beneficio curato. Secundus punctus est, qui cognouit se dignum episcopatu, & desiderat episcopatum, vt sit paratus habere, & retinere, quamuis etiam si esset indignus mortaliter peccat. Tertius desiderare absolutè episcopum propter temporales redditus, & illos tanquam finem, mortale est.

Explicatur. Non est malum appetere episcopatum propter redditus quando appetuntur, non tanquam finis generalis, sed propter gloriam Dei; sed quando appetitur propter redditus, id est, si non essent redditus, non appeteretur, tum [illegible] est mortale, & peccatum auaritiæ, & ratio est, quia est nociuum bono communi. Quartus punctus appetere episcopatum propter honores tanquam finem principalem, est peccatum superbiæ, & miseria grauis. Quintus verò est appetere episcopatum propter officium solum, est peccatum, secundum S. Th. etiam vt prosit cæteris, quia istud prodesse est coniunctũ cum præesse credimus tamen non esse mortale peccatum.

6 In duobus casibus licet appetere episcopatum, primo quando nullus est Episcopus in Ecclesia: secundo ex reuelatione Spiritus sancti.

7 Quæritur, ergo scilicet desiderare monachatum; quare non etiam episcopatũ cum sit status perfectior monachatu? Respondetur, quod ad monachatum acceditur, vt requiratur perfectio: ad episcopatũ verò debet accedere perfectus, & propterea non licet desiderare.

Sextus punctus appetere in necessitate, & procurare episcopatum, credimus non esse peccatum, quamuis Sylu. aliter sentiat; sed contra, quia desiderare in necessitate, tunc non est peccatum; ergo nec procurare in casu necessitatis. Nec huic refragatur illud Pauli. cap. 18. ad Corinth. qui dicit: Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat; sed quod bonum opus desiderat, est verè bonum opus, quia tunc Episcopi pro reditu, martyrium habebant, non nummos. Rursum,

qui

qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, hoc est, qui episcopari, id est præesse cupit, vt prosit, non vt præsit, sic tantum bonum opus desiderat, vt quod abiectum erat, reducat, quod perierat requirat, quod fractum alliget, & infirmum consolidet, atque ægrotum sanet, & sic ad instar beati Petri, & Dei bonorum pastorum, pascat oues suas; sic enim, inquit Deus per Ezech. 3. si nō annunciaueris eis, vt impius auertatur à via sua mala, & si in sua iniquitate moriatur, sanguinem, id est animam eius de manu tua requiram.

7 Quæritur, quomodo Episcopus in electione potest peccare? Respondetur, tripliciter: primo, quando existens indignus accipit episcopatum: secundo, si accipit episcopatū cum aliqua symonia, est mortale, siue aliqua fraude, quando Episcopus dissimulat aliquid, quod si exprimeret, non diiudicaretur dignus; & sic peccat mortaliter.

8 Quæ debet habere Episcopus? ℞. quæ ex Conc. Trid. cap. 2. sess. 22. dicitur. Primo requiritur ætas, vt sit 30. annorum. Secundo debet esse bonis moribus, modestus, castus debet esse legitimus: debet esse saltem Diaconus per sex menses antequam accipiat Episcopatum, debet habere scientiam, & doctrinam, calleat Theologiam ius canonicum, & sit in his saltem licentiatus, & ab vniuersitate aliqua approbatus, & in istis rebus faciat plenam fidem.

Potest etiam Episcopus peccare in obedientia, Si Papa præcipit alicui, vt Episcopatum accipiat, & non accipit mortaliter peccat S. Thom. dicit. quod obedientia est tam arcta, vt si forte habeat impedimentum, detegere Papæ, & si est malis moribus, debet se emendare, si autem habet defectum, quod nec ipse, nec Papa potest auferre, v. g. si ignarus tunc potest libere non accipere, nisi possit edi- scere quandoque litteras, & doctrinam.

9 Quæritur, quomodo potest Episcopus peccare post collationem? ℞. potest peccare post collationem ante consecrationem vt Conc. Trid. sess. 23. cap. 2. Dicit post quam ipse est electus infra tres menses consacretur, quod si non consacretur perdat fructus pro rata, quod si per sex menses manserit in consecratus statim priuatur Episcopatu, & iste canon comprehendit non tantum Episcopos, sed etiam Cardinales.

10 Quæritur, quomodo Episcopus post consecrationem potest peccare? Resp. quod Episcopus ad multa tenetur, & in hoc concluduntur etiam Cardinales Episcopi, & Archiepiscopi. Primo tenetur residere in sua Diœcesi, vt habetur in Conc. Trid. sess. 6. cap. 1. de reformatione. Tria in hoc cap. continentur, primum, est qualitas peccati non residentium, secundum pæna eorundem, tertium ea propter quæ excusantur, circa primum, sine causa non residere, est mortale grauissimum, siue residentia sit de iure diuino, siue humano. Circa secundum pæna pro illis, quæ non residēt sine causa, est quod perdunt omnes fructus illius temporis, quo non resident. Circa tertium, duplex est absentia. Vna quæ dicitur modica, & pro non absentia reputatur. Altera est, quæ vera absentia dicitur. In primis licet Episcopis abesse modica absentia, seruatis quatuor conditionibus, prima; quod sit cum iusta, & rationabili causa, puta, propter valetudinem conseruandam, aut recuperandam, propter negotium etiam expediendum graue: Secunda, vt prouideatur, ne hoc tempore absentiæ Ecclesia patiatur detrimentum. Tertia, vt non excedat tres menses, siue sit continua, siue interpellata absentia. Quarta conditio, ne ista absentia fiat ijs temporibus scilicet, Aduentus; Natalis Domini, Quadragesimæ, Paschatis, Pentecostes, & corporis Christi.

11 Quæritur vtrum Episcopus possit abesse per annum, aut duos, aut tres? Respōdetur, quod talis absentia potest esse licita, seruatis tamen his conditionibus: Prima, quando Christiana pietas, Vrgens necessitas, euidens reipublicæ vtilitas, euidens Ecclesiæ necessitas, & obedientia, & hoc debet approbari à Papa, vel à Metropolitano, & hoc deficiente à suffraganeo seniori, & hæc approbatio, debet apparere in scriptis. Secunda conditio, vt sufficienter prouideatur, ne vllum detrimentum Ecclesia sua patiatur. Præterea per christianam pietatem, intelligitur, quando altera Ecclesia indiget o-

pera alterius Ecclesiæ, id est, Episcopi, verbi gratia, laborat illa Ecclesia, hæresi: potest Episcopus prædicare ibi per annos, quousque liberaretur illa.

Item ad componendam aliquam concordiam alicuius Principis, aut cleri, cum principe; modo Ecclesia sua nō patiatur æquale damnum, aut minus, sed notabile; quia tunc nō potest derelinquere propriam Ecclesiam pro alia. Rursus, vrgens necessitas est, quando Episcopus patitur periculum vitæ propter infirmitatē, aut periculum vitæ ab aliquo extraneo, modo Ecclesia non patiatur detrimentū in spiritualibus, quia tunc debet potius pati mortem.

12 Nec ciuitatē suam infectam hæresi Episcopus derelinquere debet, etiam quod mortem patiatur si vtilitatem faciat illi ciuitati; quia bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis.

Euidens reip. vtilitas, id est, qñ sequitur magna vtilitas temporalis alicuius Regni, & Ciuitatis, verbi gratia, indiget aliquod Regnum gubernatione alicuius Episcopi, potest propter hanc vtilitatem abesse ab Episcopatu modo ab alia persona non possit æquifieri, illud, & quod ista vtilitas sit notoria, & manifesta, aliter non potest Episcopus hac de causa deserere propriam Diœcesim.

Euidens Ecclesiæ vtilitas, quando est in vtilitatem Ecclesiæ, aut propriæ, aut vniuersalis, tunc licet, v.g. tractat Episcopus negotium magni momenti propriæ Ecclesiæ, potest abesse; & propter Ecclesiam, & Communitatem, vt Conc. Trid. sess. 6. de reformat. cap. 1. & 2. Et potest fungi legatione, dummodo non sit maius detrimentum, quod patiatur Ecclesia sua, aut ferè æquale, quod sequeretur si non esset legatus. Obedientiam, propter præceptū Papæ, potest abesse Episcopus, & sic causa fiet rationabili.

His causis remotis, est mortale grauissimū non residere pp detrimenta ex non residentibus Epis. Primū, laici fiunt irreuerentes. Secundum clerici fiunt irreligiosi. Tertium perit doctrinæ puritas, & mala seminantur. Quartum, multa patiuntur pauperes.

Et tandē Eps Ecclesiā suam nō dimittat, nisi in casibus prædictis, sicut vir non debet adulterare vxorem suā, ita neç Eps Ecclesiā suam. i. vt illam dimittat, ad quā sacratus est absq; inuitabili necessitate, aut Apostolica, aut regulari mutatione, neq; alteri se ambitus causa coniungat, & velut vxor, quæ sub manu viri est, obedire debet viro suo, eumq. diligere, & amare; sic Ecclesia Episcopo suo in omnibus obedire, & amare, (vt animam suam) debet, quia illud fit carnaliter, istud verò spiritualiter, 7. q. 1. sicut vir non &c.

Rursus debet ipsemet Episcopus conferre ordines, quod si fuerit impeditus, legitime potest mittere ordinādos ad aliū Episcopum; sed primum tamen examinare debet, quos mittit, & illos approbare debet, confirmationem administrare, & conferre, & singulis annis tenetur cōficere Chrisma nouum, de consec. dist. 4. canon. omni anno.

13 Debet conferre ordines dignis. At primum ordinandi debent habere mores debitos, doctrinam debitam, & sufficienter redditus, aliter iuxta Concil. Trid. sess. 23. can. 3. 4. 5. 6. & seq. non sunt ordinādi.

Tenetur iustè beneficia conferre; & primo dignis, siue beneficia simplicia, siue curata, adeo, vt si indignis conferat, mortaliter peccat, & tenetur ad restitutionē fructuum omnis beneficij, vt Sylu. in verbo restitutio, 3. §. 5. & Sot. quæst. 3. & restitutio, vt dicunt isti, facienda est Ecclesiæ; & ratio est, quia Episcopus est tanquam Architiclinus Ecclesiæ, si malè administrat.

14 Tenetur conferre digniori; nam non est satis conferre digno, relicto digniori, aliter mortaliter peccat, sed non tenetur ad restitutionem, vt inquit Sot. Sed est tamen notandum, quod non tenetur Episcopus nimis exactè inquirere digniores, quia satis est, si conferat dignis. Quando verò offeruntur dignus, & dignior, & excessus est notabilis, & manifestus tenetur digniori. Qñ autem non est notabilis, potest digno sine peccato conferre.

15 Tenetur Eps per seipsum cōcionari, vt in Conc. Trid. sess. 5. c. 1. Quod si legitime fuerit impeditus, ministros probatos debet constituere, quo ad mores, & quo ad doctrinam, & postea debet attendere, an sit sana doctrina, quæ ab illis prædicatur, quod si non sit, debet expellere,

& sit quicunque siue regularis, siue alius. quod si Episcopus dico, non sit legitimo impedimento impeditus, peccat non concionando.

16 Tenetur Episcopus singulis annis congregare Synodũ Diœcesanũ, iuxta Conc. Trid. sess. 24. c. 1. & 2. in qua prouidetur de rebus spectantibus ad statum suæ Ecclesiæ, & hoc non est nouum: nam fuit antiquissimum, dist. 18. per multos canones. Et superadditur, quod singulis triennijs fiat Prouincialis Synodus sub Metropolitano, in quibus oportet tractari, de rebus pertinentibus ad totam prouinciam, & ad rem alicuius Ecclesiæ; sed magni momenti, quæ non potest determinari sub Concilio Diœcesano.

17 Tenetur singulis annis visitare suam Diœcesim, vt habetur in eadem sess. cap. 3. & si non potest in vno anno perficiat in duobus annis. Quod si per se non potest, fiat hoc per Vicarium suum. Hoc ius fuit antiquum, vt 10. quæst. 1. canon relatum, & canon Episcopum; & propterea visitatur Diœcesis ab Episcopis, & causæ sunt: prima ad examinandum doctrinam suæ Diœcesis, vt examinet vtrum sit error disseminatus, si sint odia, inimicitiæ, furta, concubinatus, vsuræ publicæ, blasphemiæ, & cætera vitia publica, quæ extirpari debent, & componere bonos mores, & tandem si frequentantur sacramenta, & si docetur Doctrina Christiana, & ipsos incitandos, vt religiosè, & Christianæ viuant. Quod si nulla harum causa erit, debet visitare, vt gratiæ Deo reddantur per processiones, vt habetur in canon. placuit. Hæc omnia, & multa alia ad plenum continentur in septima parte huius nostræ summæ. De ordine visitationis solemnis

18 Item officia publica Episcopus non debet conferre consanguineis, distin. 89. canon. decenter præcipitur, ne dignitate, officia publica, &c Episcopi non debent conferre suis consanguineis; non quod absolutè non liceat: sed quando fuerit scandalum, non debet conferre. Quod si non fuerit scandalum, & ipsi nõ fuerint insufficientes, potest sine mortali eis conferre. Sine verò scandalo, & sine insufficientia, non est mortale, sed melius esset non dare illis, quando sunt alij, qui aut melius, aut æquæ facere possunt: si verò non essent, possunt sine peccato.

19 Tenetur Episcopus inuigilare super gregem suum Ecclesiasticum, & sæcularem, debet prorsus extirpare vitia publica, & manifesta populi sui, nec satisfacit suo officio, si ignoret, quia diligẽter quærere debet de omnibus rebus.

20 Tenetur erogare eleemosynas? Olim in primitiua Ecclesia vsque ad tempus Hieronymi Episcopi, & clerici habebant bona communia indiuisa; sed bona, & redditus oblati ex deuotione fidelium, aut ex deuotione collecti, in communi conseruabantur, & diuidebantur in quatuor partes. Vna autem pro Episcopis, altera pro toto clero; tertia pro fabrica; quarta pro pauperibus: semper istæ Partes erant indiuisæ.

Postea verò fuit facta diuisio, quæ manet vsque modo vbique distincta: Est pars Episcopi; pars cleri, & pars fabricè; pauperum autem nulla est pars relicta.

Supposita hac diuisione, istæ tres conclusiones sunt notandæ.

Prima conclusio: Episcopus de bonis suis sæcularibus, id est paternis, non magis tenetur facere eleemosynas, quam principes sæculares.

Seconda conclusio: Episcopus de bonis proprijs non tenetur ex iustitia facere eleemosynam, ita vt teneatur ad restitutionem, Sanctus Thomas distinct. 185. & ratio est, quia est vere dominus illorum bonorum.

Tertia conclusio: remotis his, quæ ad propriam substentationem, & ad decentiam status, & remotis his, quæ ad alios pios vsus potest erogare; reliqua tenetur dare pauperibus, sub peccato mortali, vt est opinio communis.

21 Episcopus nullum ad sacros ordines admittere debet, qui beneficium non habeat, vel patrimonium, quo substentari possit, iuxta text. in cap. si Episcopus, de præbend. lib. 6. & vt habetur in Concil. Trid. ac per Sot. in 4. sent. dist. 25. q. 1. art. fin. & alibi inquit idem Sot. Nulli ordinari de-

ri debere, nisi qui suis fructibus viuere possint,& qui ecclesijs seruire sufficerent; nam admittere ad sacerdotium illos, qui non nisi mendicatis eleemosynis victitare possunt, nefas est. Et inquit Io. Andr. in d.c.Episcopus, quod non sufficit,& ordinatus habeat tantum patrimonium, sed debet sibi expresse assignari in titulum; quia in rem Ecclesiasticam transit, & vendi non potest; quod secus esset quando non fuisset sibi assignatum in titulum,quia tunc vendere posset sine Episcopi licentia.

22 Quæritur, quod si ordinatus ad titulũ patrimonij, consequatur postea beneficium, an licitè poterit disponere de patrimonio, vt vult, & respondit: Immo, quod sic, in c.cum tuis, de præben. quia tunc cessat ratio. Immo voluit ibi glos. not.in verb.sustentari,quod ordinatus ad titulum patrim. & non potest ex illo integraliter necessaria vitę percipere, quod Episcopus supplere debeat.

23 Episcopi etiam puniuntur culpa familiæ tam temporaliter, quam æternaliter, si delinquant, & eos non corrigant, vt in d.c.sicut hi qui,§.necesse.24. distin. & familiam, quam habet Episcopus, tueri debet.

Pro omnibus tibi subiectis, qui in domo tua sunt, rationem Deo reddere debes,inquit Aug.in Epist.ad quendam Comitem: Reuera mihi videtur esse ars artium,disciplina disciplinarum, hominem regere; qui certè est inter omnes animantes,maximè,& moribus varius, & voluntate diuersus.dicit Greg.Nazian.

Qui præsunt populis, si volunt firmũ esse solium, semper hilaritate, & gratia vultus plenus exhibeant,ne per arrogantiam rigidi plebis odium incurrant,Rab. in glos.super illud Prouerb.25.

Qui plura de obligatione Episcoporũ scire desiderat, poterit videre, si placet, Manuale Pastorum Reuerendiss. D. Episcopi Montis Marani,nuper editum.

Vide infra partem septimam de ordine visitationis solemnis.

24 Parrochialem Ecclesiam obtentam, & habitam illius pacificam possessionem, clericus promouet ad presbyteratum infra annum tenetur, alias si eo elapso illa retinet, & fructus post annum non restituit, peccat mortaliter. & illam Ecclesiã ipso facto perdit,cap.licet,can.de electis lib 6.potest tamen Episcopus,ratione studij, ne intra septem annos ad presbyterium suscipiendum tenentur, dummodo infra annum quo presbyter fieri debeat, saltem subdiaconus fiat, cap. cum ex eo, de elect.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis rerum Ecclesiæ, omne genus est prohibitum.*
2 *Alienari possunt res Eccles.ex causis licitis.*
3 *Locari non possunt res Ecclesiæ ad longum tempus.*
4 *Locari non possunt res Ecclesiæ ad nouem annos,cũ clausula de triennio in triẽnio.*
5 *Locari possunt res Ecclesiæ ad nouem annos,& quomodo.*
6 *Alienari possunt res Ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt.*
7 *Locationem tutam habere, quõ quis possit.*
8 *Papa alienare potest sine causa.*
9 *Papa in alienationibus erga consanguineos,si esset incorrigibilis quid.*
10 *Alienatio temerariè per Papam facta,non tenet.*

De Rebus Ecclesiæ non alienandis. Cap. LXXII.

1 QVæritur,vtrum res Ecclesię possint alienari? R. quod genus omne rerum Ecclesiæ alienationis est prohibitũ,vt glo.ibi in verb.permittẽtes. Itẽ in auth. de alien.in emphyt. §. ea verò,vbi ea,quæ ab Imperatore, vel Principe data sunt Ecclesiæ,interdicũtur, quod modo aliquo non vendantur, pignorentur, & subponantur, vel aliquo modo aliienentur. Et paulo post ibidem. Modis omnibus prohibemus fieri alienationem rerum Monasteriorum. Itẽ, & ibi. Oeconomis verò,& alijs ordinationibus clericorum prohibetur ne faciant locationes, aut emphyteusim, emptiones, aut hypothecas rerũ immobiliũ Ecclesiæ,parentibus suis,filijs,aut alijs cõiunctis. Itẽ in §. sanctissimas prohibet, quod res Ecclesiæ non alienẽtur,etiã pro redẽptione captiuorum, maximè si sint datæ Ecclesiæ cũ

hoc, quod non alienentur, per text. ibi, & per tex. in l. fin. C. de reb. alien. vel non alien. & in l. fin. C. de pact. inter empt. & vend. pactum enim, quod interuenit, qñ res datur Ecclesiæ, hoc est, vt non alienetur, seruari debet, glos. in authen. de alien. & emphyteu. d. §. sanctissimas. in verbo alienent.

2 Quæritur, vtrũ possint aliqua ex causa res Ecclesiæ alienari? ℞. secundũ Host. in c. nulli, extr. de reb. eccles. alien. vel non alien. in princ. secundum vnã opinionẽ, vbi dicit, quod non licet alicui clerico maiori, medio, & minimo, & multo minus laico, alienare res Ecclesię, nisi ex causa, & solemnitate debita seruata, ac etiam cum euidenti vtilitate Ecclesiæ, cap. hoc consultissimo, de reb. eccles. non alienan. in 6. sed tamen causa iusta, & licita alienandi, & multiplex, puta necessitatis, pietatis, vtilitatis, æquitatis, & incommoditatis; item damni euictione, & in rebus, quæ seruando seruari non possunt. In venditione verò illa solemnitas seruanda est, de qua habetur 10. quæst. 2. hoc ius. Et in rebus Monasteriorum requiritur consensus Diœcesani, Epi & Abbatis, ac omniũ fratrum illius Monasterij, alias non tenet alienatio, cap. Abbatibus. 12. quæst. 2. & cap. in venditionibus, 17. quæst. 4. Excipiuntur Monasteria priuilegiata, quæ non subsunt Episcopo. Similiter in alienatione rerũ Ecclesiæ Episcopalis debet esse consensus Episcopi, & Capitoli, alias alienatio non valet, nisi sint modicæ, & inutiles possessiones, quæ citra hanc formam possint ab Episcopo alienari, cap. terrulas. 12. quæst. 2. In rebus Ecclesiæ parrochialis debet esse consensus Episcopi, & Rectoris, atque Presbyterorum, siue Clericorum illius Ecclesiæ: nam ibi, nec clerici possunt alienare sine consensu Episcopi, vt d. cap. Abbatibus. & cap. placuit, nec Episcopus sine ipsis, 12. quæst. 2. si quis Episcopus, vide in hac materia, quæ scribit Abb. in cap. 1. extr. de integr. restitut. colum. fin. nu. 17. vers. in glos. penult. ibi, ex qua collige, quod ad hoc, vt teneat alienatio rerum Ecclesiæ opus est, quod fiat in casu licito. Vide etiam tractatum Redoani de rebus Ecclesiæ nõ alienand. Cõmissarij autem deputati ad cognoscẽdum an alienatio cedat in vtilitatem euidẽtem Ecclesiæ, qui amore, timore, pecunia autorizãt, si sunt inferiores Episcopis; necnõ qui huiusmodi alienationẽ fieri similiter procurant, incidunt in excommunicationem Papæ reseruatam per extrauag. non registratas in corpore iuris Pauli II. cũ in omnibus, & clem. 7. excommissi, quæ non ponuntur à Caiet. fortè, quod sunt vsu receptæ, vt facit de multis alijs; vt inquit ipse post casum 51. Nauar. c. 27. n. 108. Chat. Neap. lib. 3. c. 13. nu. 169.

3 Quæritur, vtrum locari possint res Ecclesiæ ad longum tempus? Respondetur, locatio ad longum tempus expressè est prohibita, d. cap. nulli, extr. eod. tit. & dicta clement. 1. & licet sit arbitrio Iudicis quantum intelligatur longum tempus. Roman. in nou. decis. 231. si prælatus, tamen locatio huiusmodi rebus facta ad decennium, dicitur facta ad longum tempus, & ideo est prohibita, & non tenet per extrauag. Ambitiosæ Paul. II. in rubr. expresse prohibetur locatio rerum Ecclesiæ vltra triennium, & sub pœna excommunicationis, & alijs pœnis. Et veniente casu, oportet inquirere, & consulere Curiam Episcopalem, Nauar. cap. 27. numero 150. Vide Caietan. casu 75. Concil. Trident. sess. 25. cap. secundo, de reformat.

4 Quæritur circa materiã prædictæ extrauagantis Ambitiosæ, an valeat locatio rerum Ecclesiæ ad nouem annos, vel ad sex annos, cum clausula in instrumento, quod tot sint locationes, quod sunt triennia; & finito primo triennio, tunc facta sit, & facta censeatur noua locatio? ℞. quod non valet, & est ad hoc insignis textus in authen. de non alienan §. quod autem dictum est, vers. nec illud, collat. 2. vbi res alienari, aut concedi prohibita, si ad longum tempus ad nouem annos concedatur, cum pacto de renouando ad alios nouem annos, aut cum expressa renouatione ad alios annos a iure permissos, finita prima locatione, tale machinamentum, non tenet, nec ea locatio valet vltra tempus à iure permissum; vnde non sunt admittendæ istæ conuentiones, quæ manifestè fiunt in fraudem legis: Fuit ad hoc dispositio Concilij Tridentini sessione 25. de refor.

refor.c.li. in fin. quæ tollit locationes ecclesiasticas. 30.29. & bis 29. annorum, & in principio eiusdem cap. tollit anticipatas solutiones, quæ fiunt in præiudicium successorum.

5 Quæritur, si res Ecclesiæ sint talis conditionis, vt ex eis quolibet triennio tantum, vnicus fructus colligatur, vtrum res tales possint locari in nouem annos? Respondetur, quod sic; quia extrauagans ambitiosæ intelligitur habere locum in illis rebus Ecclesiæ, quæ quotannis coluntur, & ex quibus quolibet anno fructus colligitur: ita interpretatur Adrian. Barb. iu rub. de reb. Eccles. non alienand. vel anienan num 52. pro quo facit, quod dicit Bald. in l. æde. col. 1. C. loca. & dicta extrauag. constitutio, quod res Ecclesiæ non locentur vltra triennium, habet intelligi, & non tantum locatio vltra triẽnium; vel si factum sit non teneat: atque ideo si mandatum alicui detur ad locandas res Ecclesiæ, erit intelligendum ad triennium tantum; quo finito procurator non poterit absque noua commissione, & nouo mandato, etiam in aliud triennium res Ecclesiæ locare. Item si mandatum expressim detur ad locandum bis, & ter, & pluries ad triennium; tamen mandatum finitur elapso triennio, primo per Dec. consil. 282. vbi dicit, alioquin possit fieri fraus, iuri canonico prohibenti.

6 Quæritur, an alicui liceat rem mobilem Ecclesiæ alienare? Respondetur, quod nulli licet alienare rem mobilem Ecclesiæ, siue agrum &c. vbi nihil habetur ordinatum, vel prohibitum super re mobili; ergo videtur remansisse res mobilis in dispositione iuris communis, vt in ea sit libera potestas prælati, qui de illa possit disponere, & in illa possit esse liber administrator, & arbiter, vt in re sua, l. in re mandata, C. mandati, Hostien. in cap. 1. de his, quæ fiunt à prælat. habetur hoc in glos. in authen. de non alien. in verb. huiusmodi, vbi quærit, quid de mobilibus? Respondetur, inquit mobilia possunt benè alienari cum non inuenitur prohibitum, vt ff. ex quibus eausis, l. necnon, §. quod eis, per eãdem glos. aductam. De iure verò canonico, & de iure Ecclesiæ est prohibitum alienatio rei mobilis, vt habetur in text. in c. quia Christi, 12. quæst. 2.

Sed quando dicitur esse prohibitũ alienare res mobiles Ecclesiæ est intelligendum, quod non possunt alienari passim, & indistinctè; quia bene possunt alienari permissione canonica in casu licito requisitis solemnitatibus interuenientibus, possunt tamen alienari res, quæ seruando seruari non possunt; quia tunc benè alienantur, Io. Andr. & Zabar. in d. cap. nulli, vbi dicunt, quod illa possunt benè vendi, quæ magis vendi expedit, quam retineri, vt sunt vestes attritæ, & animalia superuacua, vbi Hostien. dicit, quod causa damni euitandi est, quod illa, quæ seruando seruari non possunt allienentur, vt fructus, qui non possunt seruari, potest Prælatus sine consensu superioris alienare, quia in illorum retentione damnificaretur Ecclesia, per Abbatem dicto capit. tua, de rebus Ecclesiæ, de his, quæ fiunt à Præl. optimè glos. in cap. 2. de rebus Ecclesiæ non alienand. in 6. in verbo immobilia, ibi nisi, quæ seruando seruari non possunt, glos. in c. is cui, de electione, in 6. in verb. immobilia.

7 Quæritur, quando quis possit facere, vt tutam habeat locationem ad longum tempus, & concessionem tam in foro poli, quam in foro fori? Respondetur, quod cupiens facere locationem, & concessionem rei Ecclesiæ vltra tempus dictæ extrauagantis Paulinæ, & vltra modum, & formam in ea contentam, necessarium puto, quod consulat Romanum Pontificem, & Sedem Apostolicam, à quo quidem Summus Pontifex confirmatione obtenta locationem tutam habebit, & tunc forma rescripti obtenti seruata, valebit locatio, & ita conductor in solutione pensionis præteritæ, & non solutæ. nõ potest opponere exceptionem, quod non interuenit consensus superioris, vt sequitur secundum omnes ad notat. per Innocent. & Abb. in cap. 1. in princip. de his, quæ fiunt à Prælat. per Dec. in d. cap. quæ in Ecclesiarum, 5. not. de constit. Ias. in l. 2. vers. vnum tamen, 2. col. C. de iure emphyt. not. per glos. in l. cum ij, §. eam transactionem, de transact. decis. Rot. manuscrip. Crescen. 122. incip. non potest, tit. de pension.

8 Quæritur, vtrum Papa possit sine causa rem Ecclesiæ alienare? Respondetur, quod cum Papa habeat in bonis, & rebus Ecclesiæ amplissimam potestatem, quando vult ea vti potest, per Petr. de Anch. cons. 305. incipiens tres domini, quia in Papa, quando aliquid facit, aut alienat, semper præsumitur esse causa, per not. in cap quæ in Ecclesiarũ. de constit. ideo potest etiam in suis attinentibus in feudare, quia alienatio, quam Papa facit valet qualitercunque illã faciat per Abb. in c. cum venissent. 3. col. sub nu. 8. de iud. Fely. in d. c. ad audientiam, de præscript. prope principium, per quem videtur innui, quod benè Papa potest suis attinentibus terras Ecclesiæ dare, & infeudare nisi tamen non dando, esset incorrigibilis.

9 Quæritur, quid si Papa in alienationibus erga proprios cõsanguineos esset incorrigibilis, & ob hoc scandalum inferrat vniuersali Ecclesiæ? ℞. quod potest dubitari, quando causa in Papa alienante subsit, vel non, dices, vt infra, quod vel notorium est, quod nulla subest causa, puta quia Papa cognatis, vel filijs suis secundum carnem, nullis præcedentibus meritis alienat, aut infeudat, notabile membrum Patrimonij B. Petri, & tunc non valet infeudatio, aut alienatio, quinimo per hoc si Papa esset incorrigibilis; & per hoc scandalum inferret vniuersali Ecclesiæ, posset Papam deponi. Abb. in c. cum venissent, col. 4 nu. 8. de re iud. refert Fel. in c. ad audiẽtiam, de rescrip. Vel est certum, quod causa subest, quia ille cui conceditur notoriè suo sumptu defensauit Ecclesiam, & est res clara quod potuit.

10 Quæritur, quid si alienatio facta per Papam sit tanta, & tam temeraria, quòd nulla pôt cauillatione excusari? ℞. quod non videtur valere, quia tunc dicitur dilapidator, nõ Augustus, vel Princeps latè per Doct. in proœmio, ff. & in l. is cui bonis, ff. de verb. oblig. secus, si non sit tanta notorietas, sed pôt infeudatio aliqua rône excusari, quia tunc valet, per Archid. & alios, in c. non liceat. 12. q 2. Anch cõs. 311. Et videtur, quod talis alienatio possit per successorem Papæ reuocari, dicendo suum prædecessorem fuisse deceptum, & circumuentum; quia sicut ille derogare canoni, prohibenti alienationẽ voluit, ita etiã iste successor poterit dicere hanc alienationem fuisse subreptitiam, & eius dicto stabitur: facit text. in c. cum ex litteris. de integrit. rest. quia vt dicit Felyn. in d. c. ad audientiam, de rescrip. in Papa tunc non præsumitur esse causa, cum talis alienatio scandalizet Ecclesiam vniuersalem, qui & Papa ligatur constitutione prohibitiua alienationis, Bellamer. decis. 12. incipit, primo quæritur. 3. col.

SVMMARIVM.

1 *Mœchia quid sit.*
2 *Mœchiæ præcepto prohibetur omnis illegitimus coitus.*
3 *Mœchiæ peccator, quomodo sit à Confessario interrogandus.*
4 *Mœchia rursus intelligitur omnis actus luxuriæ.*

De Septimo præcepto. Non Mœcaberis.

Cap. LXXIII.

1 QVæritur, quid est Mœchia? Respondetur, quod nomine Mœchiæ, vt habetur 32. q. 3. c. Meretrices, & refert Petr. de Pal. dist. 35. q. 1. art. 1. lib. 4. intelligitur omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum, non legitimus vsus; & quicunque coitus fornicarius, quamuis mœchia, vt scribit Gerson pas. 2. in expositione sexti præcepti, magis propriè adulterium dicatur. Mœchos enim Grecè, adulterium dicitur Latinè, & ad hanc reduci potest, fornicatio spiritualis, sicut idolatria, de qua Hieron. 3. Mœcata est cum lapide, & ligno. Potest etiam ad hanc reduci exposit. prau. sacræ scripturæ. vnde 2 Corinth. 2. Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei.

2 Quæritur, quid prohibetur in isto præcepto: Non mœchaberis? ℞. quod prohibetur non solum adulterium, sed etiam omnis illegitimus coitus, atque corruptio, præter eam, quæ est matrimonij, nec non animi libido. Hic Dominus Matth. 5. Audistis (inquã) quia dictum est antiquis: Non Mœchaberis, ego autẽ dico vobis, quod qui viderit mulierẽ ad concu-

pien-

piendū eā, iā mœchatus eſt in corde ſuo.

3 Quomodo de hac materia interrogandus eſt peccator? ℞. interrogandus eſt de omnibus ſpeciebus luxuriæ, ſed ita breuiter, & diſtinctè, vt intellecta ſpecie peccati, non quærantur aliæ circunſtantiæ, quæ non variant ſpeciē, maximeq; adhibenda eſt cautela circa adoleſcentulas, aut paruulos; tales enim debent à longè interrogari: & primo cū quibus conuerſantur, atq; loquuntur, & ſi vnquā audierunt verba mala, atque impudica, & ſi id affirment, interrogandi ſunt ſi eis diſplicuerunt, ac tandem cognito, quod te talia proferentem intelligunt, interrogandi ſunt, ſi aliquis tentauit de malo, atq; ita paulatim, à verbis, & cogitationibus veniendum ad opera, quæ perpetrarunt.

4 Rurſus ſciendū eſt, quod omnis actus luxuriæ cōſumatus extra matrimonium, qui voluntarius eſt, dr̄ peccatū mortale; & ſm̄ qualitatē ſpecierū, ita peccatum fit grauius: (exempli gratia) ſi ſolutus cum ſoluta rem habet, dr̄ fornicatio; ſi cū virgine, vel vidua, dr̄ ſtuprū; ſi cum violētia, dr̄ raptus; ſi cum conſanguinea, dr inceſtus; ſi cum Moniali, dr̄ ſacrilegium; ſi cū maſculis, dr̄ ſodomia; ſi ſe polluit, dicitur mollities; ſi cum nupta, dr̄ adulterium; ſi cum beſtia, dicitur beſtialitas.

S V M M A R I V M:

1 *Fornicatio intelligitur omnis coitus illicitus.*
2 *Fornicationem ſimplicem dicere non eſſe peccatum, eſt hæreſis.*
3 *Fornicatio triplex.*
4 *Fornicatio in duobus caſibus poteſt, non eſſe mortale.*
5 *Fornicationi inducens aliquem, peccat mortaliter.*
6 *Fornicando plus vir, quā femina peccat.*
7 *Fornicari deliberans, licet non conſumet, mortaliter peccat.*
8 *Geſtus, & verba inboneſta, quomodo ſunt peccata mortalia.*
9 *Geſtus, & verba inboneſta dicta ad recreationem, ſunt venialia.*
10 *Videns, aut tangens elegantem iuuenem, quomodo ſit, aut non ſit peccatum.*

De Fornicatione. Cap. LXXIV.

1 QVæritur, quid eſt Fornicatio? ℞. Fornicatio eſt oīs illicitus coitus; vt habetur 32. q. 2. c. Meretrices. propriè tñ eſt inordinatus concubitus naturalis, quo ſolutus ſolutā naturali vſu cognouit. Solutus inquā quolibet vinculo coniugij, cōſanguinitatis, affinitatis, ordinis, religionis, ſeu voti. Mag. ſent. 45. diſt. lib. 4. ait: licet fornicatio ſit genus oīs illiciti coitus, qui fit extra vxorē: tñ ſpecialiter intelligitur in vſu viduarū, meretricū, vel cōcubinatum, & hoc habetur 36. q. 1. c. lex illa. Et dr̄ fornicatio à Fornice, ab arcu triumphali, vbi Romæ fiebat fornicatio; & proprie eſt ſolututus cum ſoluta, ſecundū S. Tho. 4. ſent. diſt. 41. art. 4. & eſt ſpecies luxuriæ. de quo Gerſon par. 2. in tripartito de præceptis Decalogi cap. 11. Quæ fornicatio proculdubio eſt peccatum mortele. ex Apoſt. ad Galat. 5. vbi præmiſſa fornicatione, & alijs vitijs, ſubmittit, qđ qui talia agunt, regnū Dei nō poſſidebūt. & etiam gloſ. not. in cap. ad noſtram, verſ. non eſt, de hæret. in clem Abb. in c. inter opera, in fin. de ſponſ. nec excuſat ignorātia, quia eſt contra legem naturalem. 14. q 4. per totum.

2 Quæritur, vtrū dicere fornicationem ſimplicē nō eſſe peccatū mortale, ſi quis peccet? ℞. in primis, fornicatio ſimplex proculdubio eſt peccatū mortale, & dicere contrarium, eſt hæreticum. Alfonſ. de Caſtr. lib. de hæret. in verb coitus, text. eſt in cap. adite, diſt. 34 Hinc acriter, & iuſtè reprehenduntur per Couar. in Epiſt. 41. Decret. c. 4. nu. 8. Bart in l. pen ff. de concub. Alexand. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. dum aſſerunt ſimplicem fornicationem iure naturali, legitimum coitum eſſe.

3 Quæritur, quotuplex eſt fornicatio? ℞. triplex, Ricardus diſt. 39. lib. 4. circa litteram, ſcilicet, propriè dicta, vt fornicatio carnalis, vt pote, quia non coit cum ſua, vel cum non ſuo; vel potius ſolutus cum ſoluta, vt dictum eſt.

Eſt fornicatio communiter dicta, vt idolatria, & quælibet noxia ſuperſtitio,

quia talis anima fidem frangit Deo, cui eam obseruare debebat, sicut vero sponso. Est fornicatio communissimè dicta, scilicet, quælibet criminosa concupiscentia, de quibus vltimis duabus fornicationibus habetur ab Aug. lib. 1. de sermone Domini, & 28.q.1. Idolatria &c. Vide bonau. distin.38 lib.4. circa text. (si placet) Theologi assignant rationem quare fornicatio sit peccatum mortale: quia est contra finem copulæ carnalis, quia huius finis est educatio puerorum.

4 In duobus casibus non est mortale fornicatio. Primo casu, quando deest iudicium rationis, sicut in demente, & ebrio. Rursus ebrius licet non peccet in ebrietate mortaliter, tamen etsi aduertit esse cum periculo, fornicãdo dum est ebrius; peccat non remouendo causam.

Secundo casu, quando intercedit vis, & violentia, ita quod nulla sit intentio patientis, non est mortale.

5 Quæritur, quis plus peccat fornicando homo, aut femina? Respondetur secundum S.Tho.in 4.dist.35. quod plus homo peccat, quam femina, quia plus iudicij habet. In adulterio verò plus femina; quia supponit adulterinum viro suo nutriendo. Si verò plus iudicij habet femina, plus peccat, quam homo, qui minus iudicij, v.g. si sit puer.

6 Quæritur, vtrum inducens aliquem ad fornicandum peccet? Respondetur, quod non solum peccat accedens ad meretrices publicas toties, quoties; sed etiam alios ducens ad fornicandum, cap. noli, 12.quæst.1.cap.notum, aut pecunias elargiri, vel mutuo dare id scelus admittere volentibus. Est enim in his casibus cooperator ducere alios, Sylu.in verb.concubinarius, q.3.

7 Quæritur, vtrum peccet, qui deliberat consumare, licet non consumet? Respondetur, peccat mortaliter, quia iam mœchatus est in corde suo, 32.quæst.7. cap. non solum. Lenones inducendo alios ad peccandum, non solum peccant mortaliter, sed etiam homicidæ sunt, dicto cap.noli, de pænitent. distinct.1. Hi maius peccatum committunt, quam adulteri. Adulteri enim peccant in se, & feminam; lenones verò, præter se ipsos, duos alios trahunt ad peccatum. Hinc magis peccant, quam homicidæ, vt inquit Aug. de Aret. lib. de maleficijs. Quare in foro exteriori grauissimè puniuntur. Hoc solent notare Doct. in l. vnica, in fin. de rapt. virg.

8 Quæritur, vtrum gestus, & verba inhonesta, sint peccata mortalia? Respondetur, sunt mortalia dupliciter. Primo, in ordine ad peccatum carnis. Secundo, ad peccatum delectationis: (exemplum primi.) Si quis diceret verba inhonesta ea intentione, vt prouocaret ad fornicationem, vel vindictam: (Exemplum secundi.) Si quis proferret verba inhonesta, aut cantica, vt inde delectaretur carnaliter, vel libidinosè, tunc proculdubio huiusmodi peccata verborum, vel gestium, essent peccata mortalia, glos. in clem. ad nostrum, vers. 7. de hæret.

9 Quæritur, vtrum verba illa inhonesta proferret, vel gestus faceret, quia delectant, non carnali concupiscentia, sed ad recreationem capiendam, vt sic hilariter transeat? Respondetur, peccaret venialiter secundum Caiet. 2. 2. q. 148. art. 5. vers. In sexto, quod confirmat ratione, & auctoritate.

10 Quæritur, vtrum peccat mortaliter, qui tangit, aut videt elegantem iuuenem, & formosam, causa vanitatis, leuitatis, curiositatis, vel similium, non dirigendo, id ad carnalem copulã? R. non peccat mortaliter, etiam si insurgat delectatio venerea, vel præter voluntatem eius nullo assensu rationis accedente. Sed si visus, aut tactus sit deliberatè ad habendã delectationem veneream; sine relatione ad copulam carnalem: peccatum mortale: per text. in cap. si cui. de pænit. dist. 1. glos. memorabilis, in cap. odio. 24.q.1. quæ reprehendit Scholares adeuntes Ecclesias, vt videant mulieres, Nauarr. cap.16 nu.11. Nec peccant mortaliter illæ, quæ patiuntur tactus, vel oscula ab eo, quem credunt moueri honesto amore. Secus verò quem credunt moueri libidinoso amore ad actum venereum, vel delectationem morosam; quod procedit, quando potest vitare sine scandalo eorũ, qui de libidine non suspicantur, Sylu. in verb. delectatio, q.4.

SVMMARIVM.

1 *Stuprum est illicita virginum defloratio.*

2 *Stuperator, qui seduxit promissionibus, & mendatijs virginem, quam deflorauit, ad quid teneatur.*

3 *Stuprator, qui promiserit animo vero, vel ficto ad quid teneatur.*

4 *Stuprator, qui dolo fraude rem habuit cum aliqua, qua tenebatur virgo, & re uera non erat.*

5 *Stuprator Virginis, qui in facie Ecclesiæ contraxit cum secunda quid.*

6 *Stuprator, qui nobili loco natus, & cum iuramento ducendi eam in uxorem, rem habuit cum filia agricolæ, quid.*

7 *Stuprator non tenetur ducere in uxorem eam, quæ leuiter rogata consensit peccato.*

8 *Stuprans violenter tenetur pæna mortis.*

9 *Stuprans seruam suam inuitam, ad quid teneatur.*

De Stupro. Cap. LXXV.

1 QVid est stuprum? Respondetur, stuprum proprie Virginum est illicita defloratio, vel violatio aut vitiatio, vt ait mag. lib. 4 sent. dist. 41. sub parentum cura existentium, & habetur 36. quæst. 1. cap. lex illa, vt ait S. Thom. 22. quæst. 154. art. 1. stuprum aliquando pro incestu ponitur, licet aliquãdo in propriè etiam dicatur viduarum l. inter stuprum ff. de verb signif. Aliquando etiam sumitur large pro alijs speciebus luxuriæ. Vnde Ambros. inquit omne stuprum adulterium est, sed de hoc latius habetur per Archiepis. Flor. secundæ part. summæ tit. 5. cap. 6. simpliciter autem omnibus pensatis grauius est adulterium, quam stuprum propriè accipiendo, vt scribit Richard. dist. 41. lib. 4. circa text. quia adulter peccat peccato luxuriæ, & iniustitiæ: magis etiam lædit rem publicam adulterium, quam stuprum, secundum quid tamen est e conuerso. quia per stuprum aufertur bonum aliquid irrecuperabile, scilicet Virginitatis integritas. Hæc Richar. Astipulatur S. Bonauent. qui dicit Deformius verò est Virginum deflotatio, quam defloratam cognoscere. Attamen grauius peccat, qui adulteratur, quia magis lædit Rempublicam, & magis offendit virum, & magis generat infamiam S. Bonau. qui supra dist. 41. lib. 4 circa explicationem textus in fin. sed iam ad casuum decisiónes descendamus.

2 Quæritur qui Virginem seduxit promissionibus, & mendacijs, ac eam deflorauit quid? Respond. quod mortaliter peccauit, & tenetur eam in coniugem ducere, si pater eam sibi dare voluerit, vel dotare iuxt. text. in cap. 1. de adult qui quidem dos, constitui debet secundum consuetudinem regionis, qualitatẽ puellæ, facultatem, atque eius dignitatem l. penult. C. de Episc. aud. sed aduerte, quod accipere in coniugem, aut dotare procedit in foro exteriori, & spectat ad pænam criminis, quæ in foro conscientiæ, cum ante condemnationem, non debeatur, glos. in cap. fraternitas 12. quæst. 2. potest absolui, si per iudicem non fuit condemnatus, dum reficiat damnum ipsi stupratæ, dando illi, quantum esset datum alteri viro, ratione deflorationis ita D. Anton. de Butr. in d. cap. 1. Archiepis. Flor. 2. part tit. 5 c. 6 §. 1 Couar. de spons. 2. par. cap. 6. num. 15 Vnde si quis Virginem illam duceret prius pro centum, & nunc si non vult centum, dabit ducenta, nam huius damni, occasionem dedit cap. fin. de iniur.

3 Quæritur, qui animo vero. vel ficto ad decipiendam eam, cui prius promiserat ducere in vxorem, quid? ℞. quod tunc non solum in foro fori, sed etiam in animæ iudicio astringendus ad seruandam ei fidem, & eam ducere, ita in terminis firmat S. Thom. in 4. sent. dist. 28. quæst. 1. art. 2. & Richar. ibidem art. 1. quæst. 3. in fin. Petr. de Palu & communi Theologorum schola. Quod multo magis procedit quando si ad id iuramento astrinserat Abb in c. 1. de adult. Nauar. c 16 nu. 18.

4 Quæritur, qui dolo fraude præcibusq. rem habuit cum aliqua, quæ tenebatur. Virgo, & re vera non erat quid? Respondetur non tenetur eam sibi in vxorem copulare, sed tantum ad famæ restitutionem si eam infamauit, secundum Io. Maior in 3. distinct. 38. quæst. 3. colum. penult.

5 Quæ-

5 Quęritur vtrum ſtuprator virginis, qui in facie Eccleſiæ contraxit cum ſecunda ad quid teneatur? ℞. manere cum ſecunda conſenſu interiori, & exteriori, arg. text. in c. pen. de ſponſ. duo colligitur ex Abb. & Hoſt. in cap. his qui fidem de ſponſ. Sed bene illi ſecundum Doct. prouidere de marito aſſignando ſibi dotem competentem ex quo eam decepit. Nec tenetur ſtuprator receptus ad profeſſionem alicuius religionis, virginem ducere in vxorem, cum in veritate ante profeſſionem non præceſſerit matrimonium conſumatum. Iſta in terminis ſumm. confeſſ. tit. de matr. q. 16. ad finem.

6 Quæritur vtrum, qui nobili loco natus, cum iuramento ducendi in vxorem rem habuit cum filia agricolæ quid? ℞. naturaliter peccauit, liber enim eſt ducendi eam in vxorem cum ſint impares conditione, vel diuitijs, non enim veriſimile eſt ſtrupratam eſſe deceptam propter promiſſionem matrimonij, ſed potius finxiſſe, ſe eſſe deceptam ad colorãdam ſuam turpitudinem, ita S. Tho. in 4. ſent. diſt. 28 quæſt. 1 art. 2. & Ang. in verb. matrimonium. 4 § 2. nec tenetur eam dotare. Attamen ſi conſtaret probabiliter, quod ſtuprator, licet nobilis tam conſtãter promiſiſſet puellæ ignobili, quod veriſimiliter ex ea conſtanti, & decies confirmata promiſſione, ipſa aſſenſiſſet, alias nunquam acquietura, tunc Confeſſarius deberet in hoc, & ſimili caſu, ſequi quod veriſimilius eſt, iuxta regulam inſpicimus. de reg. iur. lib. 6. & ſi ex ordine facti ſibi narrati ex ſtupratore iudicet deceptam, eam hoc caſu mandat dotem dari, quia ceſſat alia præſumptio fictæ deceptionis iuxta text. in cap. quia veriſimile de præſumpt. Alias ſi præſumptio eſſet ſe finxiſſe eam deceptam, non tenetur eam ducere, neque dotare, ſed tantum arbitrio boni viri ei tantum tribuere, quãtum fuerit opus ad eis connubium ſi infamata non eſſet Abb. in cap. 1. de adulter. Sylu. in verb. luxuria nu, 5.

7 Quæritur vtrum quis teneatur ducere in vxorem eam, quæ leuiter rogata, ac verbis amatorijs inducta, conſenſit peccato? ℞. non tenetur, ſed eſt pæna arbitraria puniendus arg. text. in cap. Deus, qui extr. de pænit. & remiſſ. contr. Abb. in cap. 1. nu. 2. de adult ita Archiep. Flor. 2. par. tit. 5. cap. 6. verſ. in foro autem. Nec etiam ſtuprator tenetur in aliquo puellæ ſi forte facta fuerit pregnans, quia ex quo non fuit decepta, ſibi eſt imputandum, vt in reg ſcienti, de reg iur. lib. 6. Et damnum, quod quis ſua culpa ſentit, non alij, ſed ſibi debet imputari, cap. Damnũ eod. tit. Si verò filios procreauit, debet ſtuprator alere matrem, & filios, ſi non eſt filia familias, & non habeat vnde poſſit viuere.

In omnibus autem prædictis caſibus, an ſtuprata fuerit puella per vim, aut voluntarie, vel fuerit ſeducta, vel non, ſtabitur in conſcientia verbi ipſius ſtupratoris quia in foro conſcientiæ ſemper ſtatur dicto pænitentis cap. tua nos, de ſponſ. cap. ſi verò, el 2. de ſent. excom.

8 Quæritur ad quid tenetur ſtuprans Virginem per vim in foro fori? ℞. punitur pæna mortis, vt habetur per Afflict. in conſt. Si quis rapere in 2. not. in 3. quæſt. violentum verò, (vt idem dicit) non ſolum dicitur, quando interuenit vis, aut violentia vera, ſed etiam ſi interueniſſent verba blanda, & illecebre, ac blãdæ promiſſiones. Archiep. Flor. 2. pat. tit. 8. cap. 6. §. 1.

9 Quæritur quid ſi quis ſeruam ſuam inuitam violauerit? ℞. tenetur, vt in cap. ſi quis de pænit. diſt. 1. Et ſi perſeuerat in vitio in petendo illam, nec poteſt reſiſtere, quia ibi violentiam inferat, ſi alter ſuę pudicitiæ conſulere non poteſt, licitè poteſt inire fugam, ſecundum Archid. ſicut licitum eſſet vxori recedere à marito trahente eam ad mortale. 28. quæſt. 1. idolatria. Sylu. in verb. luxuria quæſt. 3. verſ. 3. c. 16. nu. 22.

SVMMARIVM.

1 *Inceſtus eſt copula cum conſanguinea, vel affine.*

2 *Inceſtus eſt vitium deteſtandum ac pæna prohibitum.*

3 *Inceſtus non dicitur ſi non conſumatur actus in vaſe naturali.*

4 *Inceſtum peccatum grauius adulterio.*

5 *Affinitas eſt finis propinquitatis.*

6 *Affinitas contrahitur per matrimonium.*

7 *Viro conceſtuoſo debitum vxor negare poteſt.*

8 Di-

8 *Dispensare super incestum, quis possit.*
9 *Contrahentes in gradibus affinitatis, quid?*
10 *Causæ tres, super quas solet dispensare Romana Curia.*

De Incestu. Cap. LXXVI.

1 QVæritur, quid est incestus? ℞. est copula cum consanguinea, vel affine intra quartum gradum, & est circumstantia exprimenda in confessione, & eo grauius, quo maior est consanguinitas, vel affinitas, non est necesse manifestare gradum.

Rursus incestus, vt scribit Mag. sent. dist. 41. lib. 4. est consanguinearum, vel affinium abusus, vel vt inquit Palud. dist. 42. quæst. 1. lib. 4. Incestus est concubitus, & non nisi cum vera cognata, vel affine, & non est incestus nisi in gradu prohibito lege naturæ, a qua est sola consanguinitas, vel affinitas vera. Vnde incestuosi dicuntur, qui consanguinibus, & affinibus abutuntur.

Committitur itaque incestus, vt scribit Brulifer dist. 34. q. 9. lib. 4 quando aliquis cognouit consanguineam (vt puta) sororem, matrem, aut cognatam, vel qn cognoscit affinem; v. g. sororem vxoris suæ. S. Thom. 2. 2 quæst. 153. art. 9. vers. respondeo, ail incestus est cum persona cósanguinea, vel affine coitus prohibitus quadruplici ratione, quia naturaliter homo debet quandam honorific étiam parentibus, & per consequens alijs consanguineis; Secundo quia personas sanguine coniunctas necesse est ad inuicem conuersari. Tertio, quia per hoc impediretur conuersatio amicorum. Quarto, quia cum naturaliter homo consanguineam diligat, si adderetur amor, qui est ex commistione venerea, fieret maius ardor amoris, & maximum libidinis incentiuum quod castitati repugnaret.

Dicitur autem Incestus, & Incestum, quasi non castus. Hinc incesto verbum quod significat fœdo polluo; Virgilius,

Totamque incestat sumere classem.

Et autem hoc vitium detestandum, & pæna prohibitum. Vnde leuit. 20. dicitur. Qui supra vxorem, filiam, matrem eius duxerit, scelus operatus est, viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nephas in medio vestri. Aug. lib. de Adulterinis coniugiis. 32. quæst. 7. c. Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur ab incestu; peius enim cum matre quam cum alia vxore concubere.

3 Quæritur vtrum dicatur incestum cómittere, qui cognouit consanguincã suã, vel vxoris suæ, & non eonsumauit actũ? ℞. quod uon, cap. extraordinaria. 33. q. 2. & 3. nam oportet, vt sit actus, consumatus in vase debito, id est, facta seminatio ex parte vtriusque, vt committatur incestus, hinc qui ad oscula, & impudicos actus cum consanguinea venit, non dicitur commisisse incestum, immo, nec per solam penetrationem, vel reserationem serarum, nec per effusionem seminis extra vas naturale, nec per nefariam seminationem contra naturam text. in d. cap. extraordinaria. S. Thom. dist. 41. quæst. 1. art. 1. ad 3. & 4. Sot. dist. 37. quæst. vnica. art. 2. & dist. 41. quæst. vnica. Et lib. 1. cap. 48. nu 9. huius nostræ summæ.

4 Quæritur vtrum, quod est maius crimen incestus, aut adulterium? ℞. quod maius est incestus, & grauius, vt not. in c. 2. de eo, qui cognouit, &c. Ideo lex Pontificia non solum pænam iniunxit incestuoso, vt impediatur ab exactione debiti, viuente vxore. Sed etiam voluit, vt incestuosus cum consanguineis vxoris, post morté illius omnino maneat absq; spe coniugij, cap. qui dormierit 32. q. 7. cap. si duo 35. q. 6. Abb. in cap. 1. de eo, qui cogn. &c & est communis opinio, vt inquit Sylu. in verb. debitum quæst. 9. in fin. Sot. dist. 47. q. vnica, art. 2. ver. Debet autem.

5 Quæritur, quid est affinitas? ℞. idem est quod confinitas, idest finium propinq'as

Dicuntur enim affines, siue confines, quia finis vnius proximi, & finis alterius, & ipsum attingens. Cum ergo per copulam carnalem fiant vir, & vxor vna caro, sanguis vnius attingit sangninem alterius, & vice versa consanguinei vnius efficitur affines alterius. Fundamentum itaque affinitatis, est copulatio mariti, & vxoris ex quibus elicitur illa vulgata diffinitio: Affinitas est propinquitas personarum, ex carnali copia prouenlens omni carens parentela, & hæc affinitas exten-

extenditur vſque ad quartum gradum, quando procedit ex coitu licito, c. non debet de conſang.& affinit. Quando verò eſt pe fornicarium,& illicitum coitum tunc extenditur, vſque ad primum, & ſecundum gradum, vt per Conc. Trid. ſeſſ. 24.cap 24.

6 Quæritur vtrum affinitas contrahatur ſolum per Matrimonium conſumatum? ℞.contrahitur per Matrimonium, & per ſponſalia etiam: ita vt ſponſus, qui carnaliter cognoſceret conſanguineam ſpõſæ, non poſſit cum ſponſa matrimonium contrahere cap. literas de ſponſ. impub. cap.2.de eo,qui cogn.conſang.vxor,ſuæ, & hoc, quo ad derimendum matrimonium,ſed ſi matrimonio contracto, maritus cognoſceret conſanguineam vxoris non diſſoluitur Matrimonium, ſed tantũ maritus amittit ius petendi debitum, & ſi exigit peccat mortaliter, niſi habeat diſpenſationem cap.1.cap. diſcretionem cap.penult.de eo,qui cogn. conſang. &c. Couar.de ſponſal.cap.6 § 1.nu.1.& Sylu. in verb.luxuria quæſt.4.ergo tali caſu ſolum tenetur reddere petenti, cum vxor non ſit punienda propter ſcelus mariti cap.1.& ibi.Abb.de eo,qui cogn.cõſang. &c. cap. ſi quis viduam iuncta gloſ.fin. 32. quæſt. 7. & ita intelliguntur iura in c. quædam,cum duobus ſequent. vt inquit gloſ.in cap.qui dormierit.27.quæſt. 2.

7 Quæritur vtrum vxor poſſit viro inceſtuoſo negare debitum,& præſertim cum ſemel petenti reddiderit, an propria videntur facta reconciliatio,ita vt vxor teneatur iterum reddere? ℞· quod non tenetur Abb.in cap.tranſmiſſe, de eo, qui cogn.conſang. aſſerens eam eſſe communem. Sylu.in verb.luxuria num.4. verſ.4. ſecus tamen dicendum eſſet de viro adultero, à quo ſi vxor petijſſet debitum, videretur ſibi virum reconciliaſſe cap. ſi vir, de adult. & teneretur reddere debitum, qui contemplatione vxori, vir tantumodo priuatus dicitur. At enim inceſtu,non vxoris contemplatione, ſed propter atrocitatem ſui delicti, vir amittit ius petendi debitum, & ideo licet vxor petat debitum, nõ videtur propria facta reconciliatio,quia exigendo debitum, nõ poteſt ſibi pænam remittere. Sylu. qui ſupra ſed hoc intelligendum eſt de eo, qui cogn.conſang. vxor ſuæ, non autem de eo,qui cogn.conſang. ſuas, nam licet grauius, tamen à ſua vxore debitum exigere poteſt,quod quidem dicendum eſt de mulieribus,quæ ſe cognoſci à proprijs conſanguineis permittunt, Sylu.in verb. matr.7.in fin.verſ.3.contr.Abb.in c.1.nu. 1.de eo, qui cogn. conſang. &c. & ratio diuerſitatis eſt, quia quamuis grauius ſit virum accedere ad propriam cognatam quam ad cognatam vxoris, non tamen par eſſe impedimentum exigendi debitum, cum non naſcatur ex grauitate delicti, ſed ex quodam affinitatis genere, quam vtique contrahit, & ſi propriam ſororem polluit, tum etiam quia maiorem irrog.iniuriam fidei, quam debet vxori, ſi in eius conſanguinea ingrediatur Sot.diſt.37.q.vnic. art.2.in fin.

8 Quæritur quid de illis, qui contraxerunt in gradibus affinitatis,& conſanguinitatis interdictis? Reſp.ſunt excommunicati clem. 1. de conſang.& affin. ſeparandi ſunt abſque diſpenſationis facultate conſequendæ, idque magis procedit in ijs, qui non tantum contraxerunt, verum,&matrimonium conſumauerunt,vt habetur in Conc.Trid. da refor. c.5. ſeſſ. 24.quod ſecus eſſet de contrahente tantum ſponſalia cum affine intra quartum gradum,nam peccat tantum mortaliter, non tamen eſt excommunicatus, etiam ſecuta copula affectu maritali, & hoc propter nouum ius.Conc.Trid. ſeſſ. 24.c. 1. de reform. matr. vbi annullat matrimonia contracta, aliter quam preſente Parocho: & c.quamuis ante illud comm. opinio contrarium aſſerebat. Nau.cap. 22.num.43.& cap.27. num. 145. Declarat.4.& 5.

9 Quæritur, qui poſſit diſpenſare ſuper inceſtu?℞.quod conſiderari debet,quod aut inceſtus,ſequitur matrimonium, aut præcedit. Si ſequitur tunc non dirimit matrimonium, ſed intercedit petitione debitè, quo caſu communis eſt, & omnium conſenſus poſſe Epiſcopum, immò debere diſpenſare, vt debitum peti poſſit. Si autem crimen inceſtus præceſſerit impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, & tunc diſpenſatio ad ſolum Papam ſpectat. De illis tamen loquor,qui mala fide contraxerunt.

v. g. si vir sciens commisisse incestum cũ consanguinea Lucretiæ, & illud esset impedimentum Ecclesiæ contrahit cum ea Sylu.in verb.debitum q.9. in fin. & in verb.matr.8.q.15.vers.7.Sot.dist.37.q.vnic.art.2.

10 Tres causæ habentur iustæ, ob quas solet Rom. Curia dispẽsare in gradibus prohibitis etiam in 4. gradu consanguinitatis & affinitatis: Prima, defectus dotis competentis, etiam ad contrahendum cum præsente se: Secũda extinctio magnæ litis, siue ad sedendas inimicitias. Tertia, quod maior pars suæ ciuitatis vel loci insignis, quem inhabitat, sunt ei consanguinei, vel affines intra quartum gradum vel si est alius lucus minor, si ipsa non habeat sufficientem dotem ad nubendum extra illam. Nau.c.22. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium est alieni thori violatio.*
2 *Adulterium est mortale grauius fornicatione, & stupro.*
3 *Adultera habens filium spurium, quid teneatur facere.*
4 *Adultera de filio spurio, quomodo se debet habere,*
5 *Leno, quis dicatur.*
6 *Lenones magis peccant quam adulterant.*
7 *Lenones qua pæna puniantur.*

De Adulterio. Cap. LXXVII.

1 QVæritur quid est Adulterium? ℞. est alieni Thori violatio, & dicitur adulterium, quasi ad alienum thorũ auersio. Richar. lib.4. Adulterium vt inquit S.Thom.2.2.quæst.154.art.8.est illicitus concubitus coniugati, vel coniugatæ. Esse adulterium, vt scribit S.Bonau. dist.31. lib. 4. circa text. contigit duobus modis, aut ratione actus, aut ratione intentionis, vt si ista est adultera (ratione actus) quod ille, qui eam cognoscit, est adulter: Si ratione intentionis tunc si vna persona intendit cognoscere affectu maritali, & cognoscit aliá ratione libidinis, vel in vno, vel in vtroq; sit intentio, extra generandi prolé, est adulteriũ, nó ratione generis actus, sed róne intentionis, ꝑ eo, quod facit contra bonum prolis, & ita aduersatur matrimonio, & non excusatur, hæc S.Bonau.

2 Quantum est graue peccatum adulterium? ℞. est mortale grauius fornicatione, & stupro, propter duas circũstantias, (vt puta) est peruersio fidelitatis coniugalis secunda exponit magno periculo filios legitimos potest enim illegitimus effici hæres. & filij legitimi possunt etiam o, ulentissima hereditate priuari.

3 Quid tenetur facere adultera habẽs filiũ spuriũ? ℞. quia sunt hic aliqua cõsideranda primũ dico esse difficultaté inter canonistas; c. de pænitentijs, & remiss. & inter Theologos 4 sent. dist. 15. Tria sunt in quibus omnes conueniunt, & tertia in quibus discrepant: cõueniũt primo si illa adultera habet bona particularia, quibus potest reseruire totum damnũ, quod patiuntur filij legitimi, tenetur illa bona applicare illis, & non manifestare spurium secundo conueniunt, si ista fæmina credit probabiliter, quamuis reuelet, quia tunc maritus, nec filij tenentur ei credere, & cognoscit illos non adhibituros fidẽ, nec habet bona, ad nihil tenetur, sed potest absolui à confessore: tertio si autẽ scit se profuturam sine periculo mortis, aut infamiæ publicè tenetur reuelare spurium Discrepant autem in his, an cum periculo infamiæ publicæ, teneatur reuelare spurium, si sc t se profuturam. Multi dicunt non teneri etiam quod putet se profuturam. Scot. in 4. dist. 15. quest. 2. Archiep. Flor. part. 2. tit. 2. c. 8. §. 1. Medin. q.3. de rest. caus.4. & Caiet. super omnes verb. adulterium, & 22.q.2. & hoc tibi persuade, quia est secura, & potest absolui ex hac sententia horum doctorum: Contrarium tenet Adrianus; q. 1. de restitut. & Maior dist.15. q. 17. & Sot. in 4. de iusti.q.3. dicit teneri cum periculo infamiæ, tamen Sotus limitat, dicens, quã do infamia non est satis magna, & redditus sunt nimis pinguis, tunc tenetur. Et ratio inter alias, vna est, quando sunt redditus pingues, quibus obligatur mater cum sui modica infamia, reuelare spuriũ & adducunt talem rationem. Si cum periculo vitæ propriæ, tenetur falsus testis impedire mutilationem innocentis; ergo multo magis cum periculo infamiæ

tene-

tenetur restituere redditus pingues reuelando spurium, quia magis valent pinguissimi redditus, quam mutilatio, vnius membri puta digniti.

4 Aliud dubium est, si cum periculo vitæ tenetur reuelare. Sotus, & Adrianus dicunt teneri etiam cum periculo vitæ præsertim, quando sunt pinguissimi redditus.

Nos autem cum Panormi. Innoc. & Hostien. cap. officium de pænit & remiss. dicimus, quod non debet se exponere periculo mortis mulier illa; & ratio est ex eodem cap. officio, quia Pontifex interrogatus de hoc casu à quodam Cardinali, & respondit, quod non tenetur cũ periculo vitæ; sed est illi absolutio adhibenda, non obstante fraude.

Secundo notandum est ex Panor. cap. per tuas de prob. & est communis, ac etiam ex legistis l. si vicin. C. de nupt. quod filius spurius non tenetur credere matri, nec etiam patri, similiter nec etiam maritus eidem Vxori tenetur credere, nisi inducat sufficientem probationem puta, probando absentiam veri mariti, & temporis distantiam, quando fuit conceptus filius talis. Quod si ipse vir sibi hoc persuadat, & formet hanc conscientiam obligatur credere.

Tertio notandum ex Sylu. verb. adulterium. §. 7. Adulter tenetur ad eandem restitutionem, ad quam tenetur adultera si ipsa non facit, & si ipse non potest, adultera tenetur facere, & si potest, tenetur adultera; si ipsa non facit, & si ipse non potest adultera tenetur facere, & si potest, tenetur reddere expensas, quæ factæ sunt pro filijs spurijs à patre putatiuo & hæc est sententia communissima, dũmodo sit res certa. Quando vero non est certum, non tenetur, quia mulier est dubia, vel leuis, si habetur cum adultero, quia alter potest de altero dubitare, sed adulter maximo se exponit periculo caueat ergo.

Quarto licitum esse ad infamiam euitandam, aut detrimentum graue filios spurios in aliquo hospitali, modo soluantur expensæ hospitali, & fit illi curæ de filio, alias non licet, nisi propter paupertatem. Vltimo omissis alijs pænis adulteris infligendis, vna est de qua in materia de matrimonio, perdit ius petendi debit, adulter, vel adultera. non quod nõ possit petere debitum, sed quod alter potest denegare, si vult, quod antea non poterat denegare, sine mortali.

5 Quæritur læno quis dicatur? ℞. glos. in §. quod si in adulterio. 33. q. 1. quod est quod damnatam adulteram ducit, vel qui reconciliat sibi eam, vt C. de adult. l. castitati, vel qui scienter tenet adulteram, vt in d. § quid si, vel qui recipit pecuniam pro adulterio. ff. de audult. l. 3. §. lenocinij.

6 Quæritur quis magis peccat læno, vel adulterans? ℞. magis leno, quam adulterans, quia læno inducendo alios ad fornicandum, non solum peccat mortaliter, sed etiam homicida, est, d. c. noli. de pænit. dist. 1. Hinc maius peccatum committunt lænones, quam adulteri, nam adulteri peccant in se, & fæminam, sed lænones præter seipsos, duos alios ad peccatum trahunt: hinc magis peccat, quam homicidæ.

7 Quæritur, qua pæna puniuntur lænones? ℞. in foro interiori, peccatum est grauissimum. In foro verò exteriori grauissimè puniuntur, vnde si fuerit læno, vel læna alicuius fæminæ extraneæ pro prima vice, fustigatur, pro secunda, signatur in fronte, vt habetur in const. lænas. Si autem mater fuerit læna ipsiusmet filiæ prima vice punitur pæna truncationis naris, nisi fuerit in extrema necessitate, & paupertate, & non haberet vnde aliunde viueret, nisi quæstum de filia fecisset probando etiam consensum filiæ, quia tunc arbitrio iudicis esset punienda, vt habetur in Const. lænas: Item per regiam pragmaticam incipi. Ferdinandus Dei gratia, quod læno masculus pæna mortis indifferenter punitur, vt per Afflict. in d. const. lænas, hoc solent notare Doctores in l. vnica in fi. de rapt. virg.

De miseria parientis: Concipit cum immunditia, & fetore: parit cum tristitia, & dolore: nutrit cum angustia, & labore: custodit cum instantia, & timore.

SVMMARIVM:

1 *Raptus est illicitus concubitus cum violentia.*

2 *Raptus, quandoque eſt cum ſtupro, quandoque ſine eo.*
3 *Raptor non poteſt contrahere ſine peccato ante diſpenſationem.*
4 *Raptus pœna.*
5 *Cupido cur puer pingitur.*

De Raptu. Cap. LXXVIII.

1 QVid eſt Raptus? ℞. eſt illicitus concubitus cum violentia. S. Tho. 2. 2. quæſt. 154. art. 8. & raptus, vt inquit. Mag. diſt. 41. lib. 4. admittitur cum puella violenter à domo patris educitur, vt corrupta in vxorem præbeatur, ſiue puellæ, ſiue parentibus illius, ſiue cuſtodibus vis illata conſtiterit.

2 Raptus quandoque eſt cum ſtupro, quandoque ſine eo, vt in raptu viduæ, vel nuptæ, vel corruptæ. Et quandoque ſtuprum eſt ſine raptu, Si deſſoretur Virgo ſine vi, ex S. Thom. 2. 2. quæſt. 15. art. 4. Hæc circunſtantia eſt manifeſtanda in confeſſione, quia mutat ſpeciem.

3 Raptor non poteſt contrahere ſine mortali ante diſpenſationem ſecundum Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. auxit pœnam, vt qui intentat contrahere cum illa, quam rapuit nullum eſt matrimonium: ſi tamẽ illa velit, ſtat matrimonium, ſed non tamen excuſatur a mortali.

4 Quæritur qua pœna puniuntur raptores? ℞. quod pœna huius criminis habetur 32. quæſt. 2. canon ſtatutum, morte mulctatur, & vt inquit Gerſon. par. 4. ſermon. Dominicæ 2. Aduentus. Raptus eſt maximum peccatum mortale: & eſt caſus criminalis, & tenetur talis, ad reſtitutionem, & ſatisfactionem; ſecundum, quod fieri poteſt. Efficitur infamis, & excommunicatus, atque incapax omniũ dignitatum. Ad hanc pœnam incurrunt etiam omnes adiuuantes, & raptor tenetur illam dotare, ſiue in vxorem duceret ſiue non. Rurſus ſi raperet monialem, aut Virginem Deo dicatam; pœna capitis plectendus eſt 2. queſt. 1. canon Si quis rapuerit, & bona eius ſunt monaſterlo applicanda.

5 Quæritur cur Cupido puer pingitur? ℞. quod veteres eam ob cauſam cupidinem pingebant puerum macie confectam; quod iſta libido recrudeſcit, vireſque labefactat inſatiabilis, igitur hæc cupiditas Cicer. lib. 1. de finibus cupiditates ſunt inſatiabiles, quæ non modo ſingulos homines, ſed vniuerſas familias euertunt, totam etiam labæfactant, ſæpe rem puplicam, & cætera, videbis in eius paradoxo primo ſi placet.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium eſt quaſi ſacræ legis læſio, vel ſacræ rei violatio.*
2 *Sacrilegium ponitur pro ſpecie luxuriæ facta cum Deo ſacrata.*
3 *Sacrilegus quali pœna puniatur.*
4 *Sacrilegi pœna quomodo intelligatur.*
5 *Sacrilegium vtrum committant coniugati in loco ſacro.*

De Sacrilegio. Cap. LXXIX.

1 QVæritur Sacrilegium quid eſt? ℞. Sacrilegium dicitur, quaſi ſacrilædium vel quaſi ſacrę legis violatio gloſ. in cap. ſacril. S. Thom. 2. 2. quæſt. 95. art. 1. & eſt ſuo genere peccatũ mortale. Committitur ſacril vel in perſonam, vt cũ læditur perſona Eccleſiaſtica: vel in locum, vt cum immunitas Eccleſiæ, vel cæmeterijs læditur, vel in re, & cum res ſacra de loco ſacro aufertur, vt habetur in gloſ. ſacril. 14. q. 4. & in cap. ſi quis contumax in text. ead. quæſt. & refert Gabriel. diſt. 15. quæſt. 3. art. 1. lib. 4. contra Richard. diſt. 18. art. 12. q. 1. lib. 4.

Rurſus ſacrilegium eſt ſacræ rei uiolatio, vel vſurpatio, & accipitur ibi violatio pro quacunq. irreuerentia, aut dehonoratione. Vnde ſecundum S. Thom. 2. 2. quæſt. 99. ſacrilegium eſt omne, quod fit ad irreuerentiam rei ſacræ, à quo ſacrilegus eſt qui rem ſacram à ſacro loco furatur à quo tale furtum, ſacrilegium dicitur.

2 Quomodo ergo ponitur hic ſacrilegium, pro ſpecie luxuriæ? ℞. ponitur ſic vt ſi quis habutatur Deo ſacrata, tunc eo reſpectu, quo eſt ſponſa Chriſti, committit Sacrilegium per modum ſtupri, ſeu quoddam ſpirituale adulterium.

3 Qua pœna punitur ſacrilegus? ℞. ſacrilegus

legus iure diuino, atque in foro consciẽtiæ punitur pæna excommunicationis, sicque à christianorum consortio expellitur,& nisi in mortis articulo absoluitur, & ei communicatur, si pænituerit. cap. impudicas,& d.cap. Virginibus. 27. q. 1. Archid. in c.peruenit.27.q. 1.

4 Quod autem dixi de pæna excommunicationis,intelligi debet modo, si sibi Episcopus hunc casu reseruauerit sub pæna excommunicationis latæ sententiæ,alias violantibus moniales non videtur annexa etcommunicatio de iure cõmuni, nisi diabolica instigatione coacti: causa huius criminis perpetrandi monasterij secta ingrederentur, nam tunc non ratione sacrilegij, sed ingressus essent excommunicati: vt habetur in Conc. Trid. sess.vlt. c. Bonifacij VIII.

Iure etiam pontificio in foro contentioso,punitur sacrilegus pæna depositionis ab ordine,& amissionis beneficiorum si clericus est, & monesterio perpetuo ad pænitentiam peragendam includitur, laicus verò excommunicari deber, cap. si quis Episcopus 27.quæst. 7. At iure ciuili pæna mortis indicitur. Ita Iulius clarus lib.5.sentent.iur. §. fornicatio, vers. cum moniali.

5 Quæritur vtrum coniugati, si essent detenti in loco sacro peccent ij mortaliter habentes copulam coniugalem in illo loco sacro? ℞. secundum Richar. in 4. dist. 32.& Rosell.& Angel. in verb. debitum, dicunt non esse peccatum: Palud.Tabien. matri. 3. §. 10. dicunt esse mortale. Tamen dicunt non esse cum Sylu. verb. debitum.§.6.copula posse dupliciter fieri à coniugatis: Vno modo ad solam delectionem,& hoc modo non est mortale in propria vxore, domi suæ. In Ecclesia vero est mortalt: Altero modo ad euitandum periculum incontinentiæ, in isto modo non est peccatum,neque polluitur Ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Sodomia est turpitudo in masculum facta, & sodomitæ vocantur parricidæ.*

2 *Sodomitium vitium fit, quando masculus cum masculo,vel fæmina,cum fæmina.*

3 *Sodomitium vitium,est maius adulterio.*

4 *Sodomita notorius debet deponi, & priuari si clericus est.*

5 *Sodomitæ appellari non possunt, qui aliquoties ceciderunt,ac eos cecidisse pænitet vt nu.seq.*

6 *Mercator non dicitur quis ex vnica tantum negotiatione.*

7 *Sodomitium vitium, si maritus ab vxore petat, potest ipsa ab eo separationem petere.*

8 *Sodomitico vitio peccat mulier cum alia muliere.*

9 *Sodomitici vitij instructores homicidæ vocantur.*

10 *Sodomia occulta non inducit irregularitatem.*

De Peccato contra naturam, id est Sodomia. Cap. LXXX.

1 Quæritur quid est sodomia? ℞. sodomia est turpitudo in masculum facta,vt habetur 32.quæst.2.cap. vsus,& secundum S.Thom.2.2. Sodomia, id est, coitus masculorum, est species luxuriæ contra naturam,& vitiũ hoc,quod sodoma muta interpretatur,& ideo quia mutos, sine confessione consueuit præcipitare in stagnum sulphuris ardentis, cuius fumus tormentorum ascendit in secula,inquit Gerson.in par. 1. sermone facto constantiæ in die S.Antonij. Vitium hoc est cæteris longe prius,& flagitiosius In sodomitas inuehitur Lactantius Firmianus.lib.6.in cap. 23. in diuina institu. Non potest (inquit) hæc res pro magnitudine sceleris enarrari. Nihil amplius istos appellare possum,quam impios, & parricidas, quibus non sufficit sexus à Deo datus, nisi, & suũ sexum prophanè, ac petulanter illudant: Adeo amplius graue crimen existimatur hoc,vt in sacra Genesi cap. 37. pessimum crimen appelletur.& cap. 18. sic legitur, & peccatum eorum aggrauatum est nimis:& ideo exclamabat Paulus ad Romanos cap. 1. & tradidit illos Deus in passiones ignominiæ, nam fæminæ eorum immutauerunt naturalem vsum. Hinc censuit etiam Bald. in auth. sed nouo iure C. de seruis. fugit.Sodomitis non esse assignandos aduoca-

uocatos, vt defendantur. Sunt etiam infames glos. in l. 1. §. remouet. ff. de postul. & in l. cum iur. C. de adult. Sunt quoq. intestabiles, nam commisso crimine, statim dominio bonorum priuantur glos. in §. primo, in auth. de incest. nup. glos. in capitulo cum secundum in princ. de hær. lib. 6. Bart. in l. post contractum, ff. de donatione. Quinimo glos. in §. testes, verb. Intestabiles de testamento censuit etiam passos muliebra esse intestabiles De hoc etiam pessimo vitio loquitur tex. in capitulo flagitia. 32. quæst. 7. glos. in capitulo extraordinaria. 35. quæst. 2. & capitulo omnes contiones 32. quæst. 7. Inst. de public. iudic. §. item lex iulia lege cum iur. C. adulter. Sodomitarum tandem, quam sit grauissimum scelus patet ex interitu tot Vrbium Sodomæ, videlicet & Gomorræ, vbi etiam innocentes paruuli perierunt: Et propterea Christus Iesus distulit (ex sententia Sancti Augustini) incarnari. Veniunt insuper propter hoc nefandissimum scelus, fames, pestes, & terremotus, vt habetur in auth. vt non luxur. contra naturam, & propter hoc etiam ira Dei venit in filios diffidentiæ, & quinque Ciuitates igne consumpsit, capitulo clerici de excess. prælat.

Ab hac immunditia (ait Augustinus, de vitio sodomitico) Angeli fugiunt. Dæmones oculos claudunt. Et vt inquit Hugo capitulo primo, ad Romanos. Enormitas huius flagitij ex eo ostenditur, quod & si legatur diabolum fuisse incubum, sub specie viri, & succubum, sub specie mulieris, nunquam tamen legitur succubum fuisse sub specie viri.

Solon Atheniensis Phelemone authore, publicas meretrices instituit, vt ea venere contenti Iuuenes, à publicis solicitandis abstinerent, refert Alciat. in l. Mansurius. ff. de verb. signif. facit text. in capitulo duo mala distinctione decimatertia, & in tantum lex tolerat huiusmodi fornicationes.

O ignis infernalis luxuria, cuius materia gula, cuius flamma superbia, cuius scintillæ praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis immunditia, cuius finis Gehenna: Gregorius duodecimosecundo moralium. Sed quid de vitio nefando erit, & cætera. Sed modo quibus modis contrahatur ex particularium quæstionum decisionibus sufficientissimè explicabitur.

2 Quæritur, quomodo hoc sodomitico vitio peccetur? Respondetur peccatur hoc vitio masculus cum masculo, vel fæmina, cum fæmina nefario coitu, vel masculus fæmina semiscet in vase indebito, capitulo vsus, trigesima secunda, quæstione settima, & est mortale non solum in viro id atentante, sed etiam in fæmina, si huius sit causa, immo si hoc patiatur, nec excusat eam animi dolor, aut timor odij, aut verberum, aut incontinentiæ mariti, aut huiusmodi: argum. text. in capitulo sacri, de his, quæ vi, sed sola violentia absoluta. Syluestr. in verb. debitum, quæstione quarta, & hic si laicus est, debet excommunicari, & à cætu fidelium, vsque ad condignam satisfactionem fieri alienus: de excessibus prælatorum, capitulo clerici, & secundum leges, vltimo supplicio damnatur, vt habetur in l. 1. §. remouetur. ff. de postulat. C. de adulter. l. cum iur. & in auth. vt non luxurietur contra naturam, in rubrica, & in nigro, & vide de excessibus prælatorum, capitulo clerici; vbi concord.

3 Quæritur quantum peccatum est hoc Respondetur est maius adulterio. trigesima secunda, quæstione septima, capitulo vsus, & grauius est, quam cum matre coire, trigesimasecunda, quæstione settima, cap. adulterij, & capitulo flagitia eadem quæstione. Si vero clericus est, & si secundum veriorem opinionem celebrãdo non efficiatur irregularis cum nullus sit pontificij locus, qui hanc irregularitatem induxerit argum. text. in capitulo is, qui de sententia excommunicationis, libro sesto, tamen debet deponi, capitulo clerici de excess. prælat. Abb. in capitulo, vt clericorum, num. 8. de vit. & honest. cleric. Et hoc intellige, quando delictum esset notorium, capitulo ex tenore de temp. ordin. Nauar. capitulo vigesimosettimo, nu. 248. Et quando hoc fit, vide text. in capitulo vestra, & capitulo tua, de cohabit. cleric. & mulier. Nauar. capitulo 25. num. 73. & vsus iste contra naturam damnabilior, atque turpior

est c. vsus naturalis ead. quæst. & propter illud nefandum vitium inducit Deus pestilentias, terremotus innundationes, & alias tempestas, vt supra.

4 Quæritur quantum est ista depositio? ℞. depositio ista quidem, peior est irregularitate, nulla enim irregularitas inducit priuationem beneficij iam quæsiti, sicut depositio, vt notat. Abb. in cap. vt clericorum, nu. 9.

5 Quæritur vtrum cōprehendantur clerici illi, vel præsbyteri, qui aliquoties cadunt in hoc nefandum crimen, & pænitet eos cecidisse? ℞. non quia, non possunt dici exercitatores. Delicti eum frequentia requiritur. Sic à simili, non dicitur vsurarius manifestus, qui semel, aut bis pecuniam sub vsuris dedisset, sed is, qui paratus est omnibus pecuniam sub fænore dare ita Bart. in l. 2. num. 3. ff. de fur. Salic. in l. falsus. 7. C. de furt. quod tamen intellige quo ad pænam.

6 Nomina enim verbalia significantia aliquem actum licitum, non verificantur in vnico actu. Vnde non dicitur Mercator, vel negotiator, ex vnica negotiatione, vel hospitator ex vnica hospitatione, vt l. 1. ff. de tribu. Secus si sint significantia delictum, vt adulter, vel raptor, quia verificatur actu, vt in lege maritus. §. qui ff. de adu. & ibi per Bart. in l. legatis ff. de leg. 3. facit text. in capitulo finali de raptor. & in l. quis sit fugitiuus. ff. de ædil. edic. Vbi ex vnica fuga, dicitur, quis fugitiuus. Sed quoad pænam, de qua agitur, non habet locum, nisi sit perseuerantia, & ita intelligitur text. in cap. 1. de vit. & honest. cleric. lib. 6. facit, quod notant Doct. in clem. 1. eo tit. Vbi immo Igitur cum hic agatur de pæna præsbyteri exercentis hoc nefandum vitium, oportet, vt non semel; sed vt sepius cadat, Insuper nec per extra vagātem Pij Quinti relatam ad verbum à Nauar. in cap. 27. num. 248. qui inquit, quod quælibet enormitas sine notoria cognitione, non sufficiat ad constituendum, quem dignū depositione:.

7 Queritur, quid si maritus ab vxare petat? ℞. potest vxor petere separationem matrimonij glos. comm. approbata, in capitulo omnis, 32. quæst. 7. Sot. dist. 36. quæst. vnica art. 1. vers. vtrum verò Decius in l. 1. nu. 8. C. de secund. nupt.

8 Quæritur vtrum fæmina, quæ viri officio fungens aliam subigit fæminam, quid? Respondetur eodem peccato peccat, scilicet sodomitico. Nauar. cap. 16. num. 2 & est text. iuncta glos. in l. fædissimam. C. de Adulterijs.

9 Quæritur instruens aliquem de huiusmodi nefario actu, quid? Respondetur mortaliter peccat, & homicida est, & quantum potest debet eis persuadere, vt resipiscant, & pænitentiam agant. Pariter eiusdem criminis reus est, qui osculatur, aut tangit eo fine personam impudice. S. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 4. vel qui mittit litteras amatorias, vel nunciū, vel comitatur, aut canit nocte, vel die cantilenas eo fine, Nauar. cap. 13. & seq. vers. 14.

10 Quæritur vtrum Sodomia occulta inducat irregularitatem, nam per nouum ius extraua. Pij Quinti inducebat? Respondit, Nauar. cap. 27. num. 249. quod non, sed non inducit depositionem ipso iure, quo ad clericos, & non quæmcumq. sed ex continuato vsu exercita, & cum depositio non sit censura, sed pæna. sodomita celebrans non efficitur irregularis, quia non violat Ecclesiasticam censuram, an autem dicta bulla sit recepta in foro iuteriori sicut est recepta in foro exteriori, vt inquit Nauar. est quæst. facti ad quam non respondet iurisconsultus.

SVMMARIVM.

1 *Bestialitas est concubitus cum re animata, sed non eiusdem species.*
2 *Dæmon potest coire cum muliere, sed cum semine humano.*
3 *Bestias, siue animalia cum affectu libidinoso in lecto, absolui non debent, nisi prius illa interfieiant.*
4 *Bestialitas est horribile peccatum.*
5 *Bestialitas in coniugatis.*

De Bestialitate. Cap. LXVXI.

1 QVæritur quomodo dicitur, qs peccare vitio bestialitatis? ℞. quando concubitur cum re animata, sed non eiusdem specie, v. g. si abutatur ali-

qua bestia, vel Dæmone. Quod quidem contingere potest, tali pacto, secundum Caiet. 2.2.quæst.154.art.11.ad3.videlicet quando dæmon mouet, & format corpus aereum, puta animalis, aut hominis, & nunc agit contra naturam, & nunc in eodem sexu; & nunc in forma consanguinei: & tunc si quis bestia etiam affectu, sodomitico abutatur, vel coeat cum dæmone, habēs hanc delectationem sodomiticam, vel adulterij, vel incestus, præter bestialitatis vitium, sodomiæ deformitatem, vel adulterij, vel incestu incurrit.

2 Quæritur si dæmon in forma bestiæ, aut hominis cum muliere possit coire, & in eius transfundat semen humanum acceptum ab aliquo viro, & ex tali coitu mulier generat, fœtus cuius dici debeat filius? ℞. quod potest, & filius dicitur illius à quo decisum est semē Caiet. qui supra.

3 Absolui tandem non debent ij, qui animalia domi, aut in lecto tenent cum affectu libidinoso, nisi prius illa interficiāt; & præsertim in Monasterijs inter moniales canes haberi nullo pacto debent.

4 Bestialitas est horribile peccatum. Vnde bestia ipsa est indigna vitæ, & propria conburitur simul cum delinquente. Nefandum vitium est hoc inter horribilia, valde horribile satis peccatum.

5 Quæritur in coniugatis, dummodo in naturali vase, idest versa vice, & nisi sit dubium effusionis seminis, vtrum sit peccatum? ℞. peccant venialiter, secus verò si aliter intentionem malam haberent, quia tunc mortaliter peccarent.

SVMMARIVM.

1 *Mollities est peccatum contra castitatem.*
2 *Mollities est peccatum contra naturam multipliciter contingit.*
3 *Mollitiem procurans, mortaliter peccat.*
4 *Mollitiem procurans potest recipere deformitatem incestus, vel adulterij.*
5 *Mollitiei vitio inducens alium, mortaliter peccat.*
6 *Mollities peccato peccant ij, qui delectationis causa, venereæ talem turpitudinem proficiunt, licet ante tempus seminis, sed non ammittunt virginitatem.*
7 *Moniales, quæ cum esset secularis occultè fornicata est non potest recipere velum, suæ consecrationis, nisi cū dispensatione.*

De Mollitiæ. Cap. LXXXII.

1 QVid est Mollities? ℞. est peccatum contra castitatem, quæ alio nomine dicitur immunditia, seu voluntaria pollutio, & est vitium contra naturam, quando scilicet procuratur pollutio venerea delectationis causa absque concubitu, & hoc vitium fit per frictionem, vel fricationem membri pudendi, etiam si propter ætatem non fuerit subsequuta pollutio, vt inquit Gerson. par. 2. tractatulo de confessione mollitiei, quantum ibi est complementum delectationis illecebrosæ, & forsan perdidit virginitatem, saltem animi, & magis perdidit, quam si pro illa ætate iuisset ad mulieres fortè tamen probabiliter, vt idem ait, dici potest, quod per pænitentiam virginitas reparatur in non polluta, sicut de mentali corruptione, quam sic consensu intrinseco esse dicimus, dū corporalis defloratio, seu pollutio, non est subsequuta; hæc Cancell.

2 Quia vitium contra naturam potest multipliciter contingere secundum S. Thom. 2.2.q.154.art.11.vers. respondeo, vno modo, si absq; concubitu causa delectationis venereę (vt diximus supra) pollutio procuretur, quod quidem pertinet ad peccatum immunditiæ quæ mollities appellatur.

Alio modo, si fiat per concubitum ad rem non eiusdem speciei, quod bestialitas vocatur. Rursus si fiat ad concubitum ad non debitum sexum, puta masculus ad masculum, vel fæmina ad fæminam secundum Apost. cap. 1. ad Romanos, quod vocatur vitium sodomiticum. Vltimo, si non seruatur naturalis modus concubendi, aut quantum ad Instrumentum aut quantum ad alios monstruosos, & bestiales concubendi modos, & de hoc diximus supra.

3 Quæritur procurans mollitiem delectationis causa, absque concubitu, vtrum peccet? ℞. peccat mortaliter, qui propria manu peccat carnaliter, & non est tale peccare contra naturam, sed sodomia 22.

quæst. 7. flagitia, & cap. omnes, & siue adminiculo proprio, siue alieno, grauius tamen si cum alieno, ratione societatis in peccato alterius, Caiet. ad S. Tho. 2. 2. q. 154. art. 2. Nauar. c. 16. nu. 6.

4 Quæritur procurans mollitiem, & illam subordinando morosè delectationi aut desiderio adulterij, vel incestus, quid? ℞. non solum peccat peccato molliti ei, sed etiam recipit deformitatem incestus, vel adulterij. Caiet. Nauar. qui supra. Non tamen duo peccata committit præter illud mollitiei, sed vnum tantummodo habens deformitatem tot peccatorum, & ratio est, quia vna cogitatione hoc appetitur, secus si mutaret de vna persona in aliam, vel ad diuersam speciem cum eadem persona deliberat perse de qualibet nam semper de nouo peccaret mortaliter, vnde si centum mulieres uideret vnam post aliam, & de qualibet specialiter animum determinaret, centũ mortalia committeret Archiep. Flor. in summula in 9. præcep. de luxur. mẽt. c. vnico.

5 Quæritur vtrum peccet inducens aliũ ad huiusmodi mollitiem? ℞. peccat mortaliter, c. noli de pænit. dist. 1.

6 Quæritur, qui ante ætatem, vel tempus seminis talem turpitudinem delectationis venereæ per semetipsos, vel alio perficiant, vtrum peccent, & virginitatem amittant? ℞. quod peccant peccato mollitiei, sed non amittunt virginitatem, si non est resolutio seminis, Caiet. 22. quæst. 154. art. 6. ad 3.

7 Quæritur monialis, quæ cum esset secularis, vel antequam professionem faceret, occultè fornicata est vtrum possit recipere velum suæ consecrationis? ℞. quod non potest recipere, nisi cum dispensatione, aut alia honesta cautela suscipiat. Quod etiam de illa, quæ voluntariè se polluit, arbitratur, Nauar. c. 16 num. 3. in fin. post Sylu. in verb. consecratio virginum, qui latius declarat, Caiet. in verb. virginum consecratio.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas, est defectus veritatis in re.*
2 *Falsitas, i, omne genus mẽdacij prohibetur.*
3 *Falsitas quomodo in iudicio dici potest.*
4 *Falsitas, id est, detrahentes famam proximi mortaliter peccant.*
5 *Falsitas quatuor modis committitur.*
6 *Falsitatem quomodo committat notorius?*
7 *Falsum, siue simulatum Instrumentum faciens, quid.*
8 *Falsitatem in testamento per ignorantiam seu malitiam faciens quid.*
9 *Falsi crimine tenetur Notarius, siue Aduocatus instrumenta vnius partis alteri ostendens.*
10 *Falsarius est Notarius ponens absentium nomina in instrumento, aut qui furtiuè sigillum surripit.*
11 *Falsarius dicitur, qui in litteris, quas impetrauit veritatem tacuit.*
12 *Falsum vtrum committat recipiens pecuniam, ne testimonium de veritate faciat.*
13 *Falsum in iudicio asserens testis iuratus, aut dubium pro vero, vel occultans veritatem mortaliter peccat.*
14 *Falsũ testimoniũ factũ in discrimine vitæ alicuius, reuocari debet ante punitionem.*
15 *Testis vacillans in examine, non debet admitti.*
16 *Falsum testificans credens verum ob dictum tantum partis peccat mortaliter.*
17 *Testificans verum, quod falsum credit mortaliter peccat.*
18 *Falsum dicens in præiudicium fisci ad restitutionem non tenetur.*
19 *Falsitatem committunt qui dolo precurat, vt aliter scribantur dicta testium quam dixerunt.*
20 *Falsarij sunt, & mortaliter peccant, falsificantes nummos.*
21 *Falsam monetam impendens quam ipse acceperat ad restitutionem tenetur.*
22 *Falsitatem committit circũcidens monetã.*
23 *Falsificans monetam graue admodum crimen committit.*
24 *Falsificans pondera, vel mensuras peccat, & ad restitutionem tenetur.*
25 *Falsi reliquijs vtens causa turpis quæstus, peccat mortaliter.*
26 *Falsum nomen, siue cognomẽ asseuerãs, pœna falsi coercere debet.*
27 *Falsarius, atque fur, dicitur, qui litteras obserratas aperit.*
28 *Litteras inaduertenter aperiens, putans ad se missas venialiter peccat.*
29 *Litteras aperiens prælatus, aut prælatissa, quæ suis subditis mittuntur, non peccant*

De

De Octauo præcepto,
Non falsum testimonium dices.
Cap. LXXXIII.

1 Quid est falsitas? ℞. secundum S. Bonau. dist. 37. art. 2. q. 3. lib. 2. nihil aliud est, quam defectus veritatis in re, quæ nata est ratificari, sicut malitia dicit priuationem bonitatis, & rectitudinis, circa actionem, quæ nata est ratificari: vel falsitas est mutatio vocis, cũ iactura, & dolo, vnde vno ex his deficiente non dicitur quis propriè falsus.

2 Hoc præcepto prohibetur omne genus mendacij; cuius cum tria sint genera; perniciosum, scilicet, quod obest, officiosum, quod prodest, Iocosum, quod delectat, illud vero est omnium grauissimum, quod perniciem affert proximo, id est, contra aliquem falsum testimonium dicendo, vel in iudicio, vel extra.

3 Quomodo in iudicio peccari potest? ℞. tribus modis peccari potest, quemadmodum tres personæ sunt, quæ peccant in hoc præceptum: Prima est persona accusantis falsum, vnde scriptura apud leuiticum c. 5. inquit Non eris criminator, aut susurro. Secunda est, testis falsus. Vnde in prouer. c. 19. habetur testis falsus non erit impunitus. Tertia est denique persona male iudicans vt iudex.

4 Quæritur extra iudicium, qui sunt, qui impingunt in hunc scrupulum? ℞. Detractores Deo odibiles, Item qui detrahentibus aures accomodant, quos monet scriptura, dicens Eccles. 28. Sepi aurem tuam spinis, & linguam nequam noli audire, nec etiam susurratores, qui recitant quicquid audiunt, de quibus dicitur susurro, & bilinguis maledictus. Insuper adulatores, laudantes peccatores in desiderijs animæ suæ, & dicentes bonum malum, & malum bonum, denique, & murmuratores, de quibus omnibus particulatim dicemus.

5 Quot modis committitur falsitas? ℞. secundũ Azonem in summa C. ad l. Cornel. de fals. quod falsum quatuor modis committitur. Scripto: dicto: facto: & vsu. Scripto, vt in tabellione scribente falsum instrumentum: c. cum Ioannes, c. inter dilectos de fide Instrumenti. Dicto: vt in falso teste, vt in l. 1. §. sed, & si quis ff. de fals. facto, vt in eo, qui falsam monetam cudit, l. prima; & in l. qui falsam. ff. ad l. corneliam de fals. & in eo, qui falso mensuratur, l. quicunque, & l. penultima ff. eodem vsu, vt in eo, qui falsis probationibus vtitur l. si falsas C. de fals.

6 Quæritur Notarius faciens Instrumẽtum simulatum, i. formaliter licitum, & realiter vsurarium, & cum res pignoretur & scribit, quod venditur, vel pro centum & decem mutuo datis, scripsit centum viginti, quid? ℞. falsitatem committit, & mortaliter peccat, & tenetur ad restitutionem, si principalis non restituat, & nisi hoc faciat in fauorem eius, qui mutuum accepit, qui indigebat, & vsurarius grati mutuare nolebat, neque cum scriptura apertè continente vsuram, quo casu esset excommunicatus, vbi excommunicantur tales contractus facientes simulatos, Nauar. c. 17. nu. 275.

7 Quæritur vtrum conficiens Instrumẽtum falsum, aut verum vtile, & parti necessarium occultans, aut delens, vel rumpens, quid? ℞. peccat mornaliter Nauar. c. 25. nu. 52. vel comburens, quia præter pænam falsi, tenetur ad restitutionem totius interesse, Sylu. q. 3.

8 Quæritur conficiens instrumẽtum, vel testomentum per malitiam, aut per ignorantiam notabilem male aliquod faciat addendo aliquas clausulas obscuras, aut necessarias, ommittendo propter quas aliquis suum legatum, aut debitum perdit quid? ℞. mortaliter peccat, & tenetur ad restitutionem. Nauar. c. 25. nu. 52.

9 Quæritur, quid si Notarius, vel Aduocatus, qui instrumenta vnius partis; alteri ostendit? ℞. peccat, & tenetur de crimine falsi ita text. in l. 1 §. 15. qui deposita ff. de fals. vel qui aliam scripturam falsam faceret rogatu partis. Nauar. c. 17. nu. 169.

10 Quæritur, quid si Notarius, qui absentium nomina in instrumento ponit, vel qui furtiuè sigillum surripit? ℞. peccat, & & falsarius etiam est, cap. 4. de his, quæ fi. à prælat. vel qui sigillum, vel qui scripta falsificat Nauar. qui supra

11 Quæritur q in litteris, quas impetrauit

tacuit veritatem, quam si expressisset, illas non obtinuisset? ℞. falsarius est Specul de rescrip. præsent. §. 7.

12 Quæritur an committat falsum testis pecuniam recipiendo, ne testimonium faciat? Respondetur secundum Bald. in cap. peruenit el 1. de testi. cogen. quod non quia, & si is, qui in iudicio testimonium dicit, tacendo veritatem falsarius est, & punitur pæna falsi, cap. 1. de crim. fals. non tamen idem est, cum se se, occultando, ac ad iudicium non veniendo veritatem non aperit, quia solum probationes parti subtrahere dicitur, non tamen iudicis, tribunal, ac religionem iuramenti violat, solum ergo probationem occultor, pæna extraordinaria iudicis arbitrio puniri debet, quod etiam sentit Bald. in l. præsbyteri, num. 11. cum seq. C. de Epis. & cleric. Alex. in l: argentarijs §. cum autem. ff. de eden. Abb. & Fel. in c. accepimus de fide Instru.

13 Quæritur testis iuratus, vel non iuratus afferens in iudicio falsum, vel dubium pro vero, aut tacens verum in notabile damnum alterius, quid? Respond. peccat mortaliter cap. 1. de cum fals. cum obligatione restituendi iuxta mentem S. Thom. 2 2 quæst. 70. art. 4. Panorm. verò in d. cap. inquit, quod tunc testis tacendo veritatem falsus est, quando interrogatus super aliquo articulo dicit se nihil scire, cap. quis quis, & ibi glos. vndecima, q. 3. vel quando iurauit dicere meram, & puram veritatem, & multa subticuit, vt ita intelligitur text. in cap. cum dilecti filij, de accusat. Alias si iuraret respondere ad interrogata, tunc si testis vltra non responderet, & per consequens taceret, nō esset falsus, ita D. Ant. de Butr. in c. super litteris nu 9. de rescrip.

14 Quæritur testis, qui ob falsum testimonium suum ponit aliquem in discrimine vitæ, quid? ℞. debet suum testimoniū ante punitionem rei reuocare, atque omnem suam diligentiam adhibere, vt illum à morte eripiat, etiam si oporteret ob hoc ipsum perdere vitam. Quod secus dicendum quando reuocatio non prodesset, vt quia reus vitam amisit, & ipse periculo se subiaceret. Archiep. Flor. in summula Defec. in 8. præcepto, c. 1.

15 Quæritur utrum valeat testimoniū testis, qui variat, contradicit, & vascillat. v. g. qui primo dixit se interfuisse, in cōtractu tali, & loco, & postea inquit, se illo die alibi fuisse? ℞. non valet imo punitur, quia vaccillat, & quia dubitando, & tremendo loquitur. ff. de fals. l. eos de testi. l. qui falso. C. de testi l. nullum D. Ant. de Butr. in d. cap. præterea nu. 13.

16 Quæritur vtrum testificās falsum credens verum ob solum dictum partis affirmantis esse verū, quid? ℞. grauiter peccat, non tamen tenetur restituere parti læsæ, si pars affirmans esset tantæ probitatis, vt merito credi posset, alias secus, & nisi contrarium rescierit, antequam testimonium, ferat Nauar. c. 18. nu. 1.

17 Quæritur vtrum testificans verū, quod ipse credit falsum, quid? ℞. peccat mortaliter, non tamen est obnoxium restitutioni, quia & si si nocere velit, non tamen nocet ita Nauar. in cap. inter verba nu. 700. 11. q. 3. Quod idem dicendum de eo qui falsum deponit, quamuis proximo nō noceat c. quam graui eod. tit. fecit enim quod potuit l. damus C. de fals.

18 Quæritur vtrum restituere teneatur, testis, qui falsum dixit in præiudicium fisci, qui per dicta ab illo in fauorē rei criminis, non confiscat bona illius, v. g. quia textis interrogatus super crimine hæresis, ob quod bona veniunt publiganda negat veritatem? ℞. secundū Nauar. quod non, & probat multis rationibus, vt in c. 25. nu. 51. Nec etiam restituere tenetur deponens falsum. quando ob eius dictū nulli parti læsit, alias secus, ita Sylu. in verb. testis. q. 10. scilicet, si aliqua partiū causam amisisset, nam tunc de sua substātia parti læsæ restituere tenetur. Quod idē intellige, quando ob eius depositionē desisteret à lite, quam ante inchoauerat.

19 Quæritnr vtrum falsitatem cōmittant qui dolo procurant, vt aliter scribantur dicta restiū, quam dixerunt? ℞. quod falsitatem committunt, text. in l. 1. & ibi glos. ff. de fals.

20 Quæritur quid de illis, qui falsificant nummos? ℞. falsarij etiam vocantur, & mortaliter peccant circa falsitatem, quæ committitur facto falsificare nummos in substantia, pondere, aut forma, vel eis scienter vti, mortaliter peccant, & tenentur restituere iuxta mentem omnium in

cap.

c. quanto de iur. iur. Quod fit substituendo, aut permiscendo vnum metallũ pro alio. l. Paulus. ff. de solut. aut circa pōdus minorē pro maiori cudendo. l. 1. ff. de cōtrahen. emp. Non autem ita cōtingit dānum in sola falsitate formæ cudendo sine facultate, aut imprimendo characterem, & formam alienam absque licentia eius cuius erat l. sine nomine, & l. qui nomine. ff. ad l. cornel. de fals. quia primis duobus modis proximus dānificatur, non tertio.

21 Quæritur vtrũ impendens falsam monetam, quam ipse acceperat, teneatur ad restitutionem? ℞. tenetur reficere damnũ passo, si scitur, sin autē pauperibus. Neq; excusatur, quod tale ab alio accepit etiā ignoranter, aut per errorem, quia eius error alteri nocere nō debet, nisi donec duret ignorātia, qua excussa, restituat damnificato, & non cui dedit, si ille pro vero impenderit, & damnum erat notabile, alias secus Sylu. in verb. falsarius, q. 6. Nauar. c. 27. nu. 167.

22 Idem dicendum est de illo, qui priuata authoritate forficibus, aut alijs instrumentis circuncidit, aut aquis acribus attenuat nummos iuxt. in d. c. quanto, secus publica eius, qui eos cudi iussit, vt ad istā æqualitatem aliorum educat, quia illud plus perit ipsi cudenti, Nauar. qui supra nu. 168.

23 Quæritur in foro exteriori falsificans monetam, quod crimen cōmittit? ℞. graue admodum crimen cōmittit, quare pęna mortis olim puniebatur, l. qui falsam. ff. de fals. quod etiam extēditur ad cudētem propria authoritate monetā de suo ere, veri, & iusti ponderis, ac valoris glos. in l 2. vers. obnoxia. C. de fals. monet. & in l. sacrilegij ff. ad l. Iuliam pecu.

24 Quæritur vtrum falsificare pōdera, vel stateras, aut mensuras, vel illis vti, quid? ℞. mortaliter peccat, cum obligatione restituendi, c. 1. de empt. & vend.

25 Quæritur, quid de eo, qui vtitur falsis reliquijs, scilicet causa turpis quæstus fiat id est, eo fine aliquid accipiendi pro ostensione eorum? ℞. peccat mortaliter, vt ibidem Nauar. nu. 169.

26 Quæritur quid de eo, qui falsum nomē aut cognomen asseuerat? ℞. secundũ text. in l. falsi nominis. ff. de fals. quod falsi nominis, vel cognominis asseueratio, pæna falsi coercetur, quid glos. intelligit in seruo, in quo fraus præsumitur, vt C. de mut. nom. l. 1.

27 Quæritur, quid de eo, qui reserat litteras obseratas, vel scripturas alienas, q̃ in secreto obseruabantur? ℞. quādoq. pecat mortaliter, & falsarius, atque fur, quandoq. nec mortaliter, nec venialiter. Mortaliter peccat, qui animo lædendi occultat, lacerat, aut comburit litteras alicuius ne appareant, & tenetur ad interesse. Bar. in l. Paulus. ff. de fals. & in l. qui tabulas. ff. de furtis, est etiam falsarius secundũ glos. approbatam in c. olim, el secundo, de offic. de leg & fur, quia vtitur, re aliena, in vito domino. l. 1. ff. de fur. & hic obnoxius est secreti seruandi. Sot. de rat: teg. memb. 1. q. 1. secunda conclu. vers. atque

28 Quæritur, quid de eo, qui in aduertenter litteras alterius aperit, putans eas ad se missas aut ob curiositatem, si vlla intentione nocendi notabiliter, sed tantũ sciendi noua, vel captandi risum ex barbara compositione, aut voluptatem ex elegantia? ℞. venialiter tantum peccat, sed quandoque venialiter, quādo id faceret ex consensu expresso, vel tacito, aut præsumpto mittentis, vel eius; cui mittuntur vel qui literas amui, vel socij in hoc aperuit, ne negotia iacturam patiātur, vel qui authoritate publica id facit, quod in bellorum temporum, aut confinijs, aut pestis id factitare videmus. Vel maritus, aut pater, qui litteras vxoris, vel filiorum sib subditorium aperiunt, vel.

29 Prælatus, vel prælatissa, qui litteras aperiunt, quæ suis subditis mittuntur Sylu. in verb. falsarius. §. primo Nauar. c. 18. n. 53. & in c. sacerdos, nu. 16. vsque 21. de pæn. dist. 6. Item non peccat, qui inimici mittentis littera, vel eius cui mittitur reserat si per illas aliquod dānum sibi parari iustē timet. Idem si probabiliter per eas timeretur aliquod damnum alteri, & vt illud impediat, reserat. Nauar. c. 18. nu. 53.

SVMMARIVM.

1 *Testis, quōdo sedebat habere in examine.*
2 *Testis interogatus à Iudice, q͂d facere debet*
3 *Testis videns fieri homicidium ipse solus, an teneatur dicere.*
4 *Testis interrogatus per viam inquisitionis*

non tenetur respondere

5 *Testis interrogatus de homicidio, & ipse tã tum audiuit, potest dicere, se nescire.*

6 *Testis tenetur se offerre ad impediendum damnum notabile.*

7 *Testis pro liberatione ab iniusta morte pæna, vel infamia rei tenetur se offerre.*

8 *Testis pro condendando reum, non tenetur testificari, nisi iuridice.*

9 *Testis etiam priuilegiatus compelli potest ad testificandum.*

10 *Testis vnus quomodo probet, & quomodo non.*

De his, quæ testis à legitimo Iudice secundum iuris formam interrogatus testificari debet sub pæna peccati mortalis. Cap. LXXXIV.

1 QVæritur quid facere debeat testis? ℟.in primis testis tenetur verum fateri in manifestis, & de qbus puta præcessit infamia, vel semiplena probatio. Sylu.in verb.testis q.8.& quicunq·se dolo & fraude subduceret, ne à iudice vocaretur in testem profecto, si ita esset proximo suum testimonium necessarium, vt ibi tota periclitaretur causa·v.g.quia nõ possunt alij testes inueniri, tunc præter mortale ad restitutioné tenetur: quia eiusmodi homo contra iustitiam alteri dedisset damnum Sot.de iust·& iur.lib.5.q.7.art.1. prima conclus.& de rati.tegen.2.mẽbro, q.7.tertia conclu.versi veruntamen.

2 Quæritur, quid facere debet testis interrogatus à Iudice de homicidio, quod fortè sine ipso probari non potest, & an tenentur testificari cum periculo proprij capitis, v.g. quia hoc faciẽdo certus est se necatũ iri ab amicis rei?℟. ꝙ eo casu, potest se abscondere, & vocatus fugere, atq; interrogatus ocultare veritatem, modo non mentiatur Sot.de rat.tegen.2.memb. 7.concl.3.vers.sed nunquid.

3 Quæritur testis videns fieri homicidiũ vtrum teneatur testificari?℟.quod nõ tenetur si solus sciat, quod intellige dũmodo procedatur via accusationis, interrogari autem non potest absque vno teste præuio iurato, atque idoneo.

4 Quæritur vtrum interrogatus testis per viam inquisitionis teneatur respõdere?℟. non tenetur respondere, quamuis viderit fieri homicidium cum alijs testibus, si nec infamia, vel iudicia præcesserint, alias secus, c inquisitionis de accusat.

5 Quæritur vtrum iudex quærendo à te an scias aliquid de tali homicidio, & tu tantum audisti, quomodo poteris respõdere ℟.potes dicere nescio, quia quod audis, nescire diceris l.2 §.idem labeo. ff. de aqua plu. art. & ibi glos. dumodo non sit saltem semiplena probatio, quod audisse id de quo fuisti interrogatus.

6 Quæritur offerre se in testem, quis, an teneatur?℟.tenetur, si scit id esse necessarium ad impediendum damnũ notabile publicum, aut priuatum, aut aliquem esse in extrema necessitate sui testimonij, & hoc ex charitate, non iustitia, & ideo ad restitutionem non tenetur quãuis peccet mortaliter S.Th.2.2.q.70.art. 1.arg.tex.in c.1.de crim·fals·Sylu.in verb. testis, q. 8. quod si interrogatus, noluit testificari, tunc tenetur de omni damno, quia de iustitia tenetur Sot.de ratio.tegen.q.7.conclu.3 vers.sed maius dubium.

7 Quæritur vtrum quis teneatur testificari etiam non iussus?℟.tenetur pro liberando ab iniusta morte, pæna, vel infamia rerum, aut saltem facere, quod in se est, per denunciationem veritatis ei, qui potest prodesse. S.Th.qui supra nisi per confessionem id sciat, Nauar.c.15. nu.16.

8 Quæritur vtrum quis pro condẽnando reo teneatur testificari? ℟.quod non, nisi iuridice, constrictus, etiã si accusatori inde periculũ vitę immineat, nisi accusauerit eo, quod tenebatur in consciẽtia, quia tunc etiam spontè ipse se offerre deberet in testé contra reũ, ne accusator patiatur Sotus, qui supra Nauar.c.11.nu. 16.& 17.

9 Quæritur vtrum priuilegiati compelli possint ad testificãdum ? ℟.quod possunt in defectum aliorum, testium etiam maritus contra vxorem, & è contra, & satis esset, quo adhoc iuramentum partis dicentis non affuisse alios contra eos, nisi damnum aliquod timeatur. Imo tenetur etiam ipse filius ad testificandum contra patrem de hæresi inquisitum, nisi sciat eum iam pænituisse. Nauar.c.25. nu.50.

10 Quæritur vtrũ testis aliquis examinari

debeat

debeat parte non citata, ad videndũ iurare testes? ℞. qđ non poteſt; nã eſt text. expreſſus in c.in nomine dñi, de teſt 2.q. 1.in primis,& in l.iudices,C.de fide inſtr.

Probatio vnius teſtis, nihil valet, cum dictũ vnius, dictũ nullius. vt d.l.ſolam iuriſiurandi.C. de teſtib. Singula enim non probant, multa iuuant, & vna irundo nõ facit ver, ſed plures : & ex vna lapide nõ conſtruitur domus, ſed ex pluribus congregatis, non diſgregatis, vt in l.1.C. qui pronu tutelarum, & in l. 2. ff de execu. tuto. & facit, quod not.Bald. in l.2. C.de bonor.poſſeſ.ſecundum tab.

Teſtis vnus cum alijs adminiculis coniunctus, plenè probat, ſicut duo teſtes, gloſ. ſuper ver. vnus ſolus teſtis, facit qđ not.Bald.& Ang.in l. non eſt vero ſimile, ff.quod met.cauſ.

Quæ non proſunt ſingula, multa iuuãt, & ſimul iunctis, reſultat plena probatio, & gloſ.in præallegata, l.excuſantur, & ibi Bart. qui volunt, quod ex duabus præſumptionibus, vel ex pluribus adminiculis, ſurgant ſufficiens probatio in ciuilibus; & idem vult gloſ.in l.3.§.eiuſdẽ, ff.de teſtib.in ver.quæ argumenta. Probationes tandem debent eſſe luce meridiana clariores, vt in l.ſciant.C.de probat.

SVMMARIVM:

1 *Contumelia eſt ſignificatio alicuius mali facta præſenti.*

2 *Conuitium eſt plurium coeuntes voces ad maledicta in vnum iactanda.*

3 *Improperium eſt exprobatio beneficiorum.*

4 *Contumelia propriè infertur quando animo conuitiandi, dicit quis alteri proditorem, furem, & ſimilia.*

5 *Contumeliam quomodo quis alteri intulit, eo veniam petere debet.*

6 *Contumeliam quando quis alicui cũ veritate contulit, quo veniam petere tenetur.*

7 *Cõtumelioſus dicitur, qui fores domini infringit licet non animo furandi.*

8 *Conuitiũ, quod ſæpæ inter perſonas infimæ claſſis, ſolet eſſe peccatum veniale.*

De Contumelijs. Cap. LXXXV.

1 QVæritur, quid eſt contumelia? ℞. ſecundum Vulpianum in l. 1.ff.de iniur.à contendendo : ſed apud Theologos, eſt ſignificatio alicuius mali facta præſenti, vt appellando eum furem, hæreticum, aut latronem.

2 Quid eſt conuitium? ℞. eſt actus exterior, quo proximi honor deturpatur, & ſiue fiat verbo, ſiue ſigno alio exteriori, vel ſecundum Iuriſconſultum in l. apud labeonem, ff.eod. dicitur quaſi conuociũ, quaſi plurium coeuntes voces ad maledicta in vnum iactanda, vel conuitium, ſecundum S.Th.2.2.q.72. eſt quoddã genus contumeliæ. Et eſt propriè ſignificatio alicuius mali, ſiue culpæ, ſiue pœnæ, vt vocando furem, mendacem, &c. ſiue defectus naturæ, vt appellando cœcum, aut gibboſum.

3 Quid eſt improperium? ℞. improperiũ verò aliã peculiarẽ ſpeciẽ conuitij ſignificat, nẽpè cum quis alteri beneficiũ obijcit, quod à ſe receperat, vt illud Eccleſ. Exigua dabit, & multa improperabit.

Contumelia igitur conſiſtit in verbis contumelioſis ſignificantibus defectus culpæ, vt quid ſit fur. Conuitium in verbis ſignificantibus defectus culpæ, & pœnæ, vt quia eſt latro, & cœcus.

Improperium verò eſt ſignificatio beneficij tẽpore neceſſitatis ei collati, quãquã hæc ſæpè confundantur, ex mente S. Tho.2.2.q.72.art.2.quæ tria ſunt peccata mortalia, qñ quis per ea intendit proximi honorem mortaliter lædere, vel ledit, aut cauſam lædendi dat; & ſi id faciat animo non lædendi, dũmodo ſint talia verba, quæ grauiter dehonorent, & contriſtent, S.Tho.qui ſupra.

4 Quomodo dicitur propriè inferre cõtumeliã? ℞. qñ v.g. animo conuitiandi, dicit, proditorem, vel perſonam inhoneſtam, & ſimilia, dicitur contumeliam inferre, quia facit contra charitatem, peccat mortaliter; ſed qui non tali animo proferret, aut ſolum cauſa correctionis, debito modo, & honeſto, vt pater filijs, dominus famulis, magiſter diſcipulis, & Prælatus ſibi ſubditis, non peccarent, vel tantum venialiter, niſi eſſent talia verba, quæ nimium læderent honorem alicuius; nam tunc eſſet mortale, Syلueſt.in verbo contumelia, quæſtione tertia, Archiepiſcopus Florentinus in ſummula, in 2. parte inter, de præcep. iræ, cap. 2.de

con-

contumelia, quo etiam casu si modum excesserit, debent veniam petere, glos.in cap.quando, dist.86.

5 Quomodo quis tenetur veniam petere? Respondetur si secreto quis contumeliam proximo infert, priuatim per se, vel per interpositam personam petere tenetur, si publica est, & tunc publicè, si hoc iniuriatus requirit: quinimo si aliquod criminale falsi expressit, tenetur coram illis, qui hoc audierunt exprimere falsum se dixisse: excipitur Prælatus, nisi modus excesserit in correctione. d. cap. quoniam. Excipitur plebeius, qui non debet à viro Illustri tantam humiliationem exigere, quare non sunt à confessarijs ad illas cogendi; sed aliter fieri potest restitutio. Excipitur etiam si tanta sit contumelia, non sufficit, sed alia sit necessaria compensatio. Excipitur rursum si contumelia lacessitas domesticè, & familiariter conuersatur cum iniuriante, cum eo ridendo, & huiusmodi, Syluest.in verb.contumelia,q.4.

6 Quæritur, an teneatur de iniuria, is qui cum veritate alicui dicit latro, homicida, vel adulter? Respondetur secundum Hostien. quod non, si facit animo accusandi, vel denunciandi delictum, & probauerit, l.eum qui nocentem, ff.de iniur. l.siquidem.§.fin. C. de iniur. Item si hoc faciat excipiendo, vt repellat eum ab ordine, vel testimonio, de rest.l ex parte, C. de accus. l.super his. cum enim hoc concedatur à iure, non videtur iniuriam facere, cap.super, de elect. sed aduertendũ, quod si quis in iudicio exprobrauerit aduersario verum crimen, quod nihil ad proprij iuris comprobationem, vel defensionem attinet, tunc actione iniuriarum, tenetur; quia ipsius prauus deprehenditur animus, l.quisquis, C. de postulat. Immo etiam si verè criminis exprobratio ad ipsius causæ decisionem pertineat peccatum est mortale, atq; puniendus est per iudicem, si collegerit præcessisse ex animo iniuriandi.

7 Quæritur, vtrum contumeliosus dicatur, qui fores domini infringit, aut aliquid simile, non vt furetur; sed vt contumeliam inferat? Respondetur, dicitur contumeliosus, quia significat re illud damnum floccipendere, idem de eo, qui fuste aliquem cedit, ne vt dolorem incutiet, sed vt honorem auferat, vel vxorem vicini ad libidinem sollicitet, & honori mariti officiat, Sotus qui supra colum.prima.

8 Quæritur, vtrum sit peccatum mortale, quod inter mulierculas contingit, & homines infimæ classis, qui inuicem se conuitijs conspergunt, quod in os veniunt? Respondetur, quod peccatũ hoc plurimum solet esse veniale: nam his per parum solet adhiberi fides, Sot.lib. 5. de iust.& iur.q.9.art.2.

SVMMARIVM.

1 *Detractio est ablatio famæ per verba contumeliosa cum intentione nocendi.*
2 *Fama est illesæ dignitatis, status, vita, & moribus comprobatur.*
3 *Honor est reuerentia, quæ exhibetur alicui ex aliqua causa.*
4 *Honestas est honoris status.*
5 *Honestum est idem, quod honore dignum.*
6 *Laus est sermo elucidans virtutis magnitudinem.*
7 *Famam proximis dupliciter possumus auferre.*
8 *Detractio fit in octo species.*
9 *Detractio est peior furto.*
10 *Infamis, & infamatum, quomodo inter se differant.*
11 *Detractor in iudicio iuris ordine non seruato detegendo aliquod occultum, quomodo tenetur ad restitutionem.*
12 *Infamare semetipsum, est peccatum mortale.*
13 *Libello famoso honorem alterius lædens capitali sententia puniendus.*
14 *Infamans aliquem in iudicio contra charitatem, licet non contra iustitiam, peccat mortaliter.*
15 *Infamatus in vno loco, an possit infamari in alio, in quo nescitur illius infamia sine peccato.*
16 *Infamatus in iudicio, & adhuc famam bonam non recuperauit, quid.*
17 *Infamatus ex notorio crimine in vno loco, an peccet quis manifestando in alio loco.*
18 *Detractorẽ attente audiẽs, grauiter peccat.*
19 *Famæ restitutionis, conditiones tres.*
20 *Famã alterius denigrãs, ad quid teneatur.*

De

De Famæ detractione. Cap. LXXXVI.

1 QVid est detractio? Respondetur est ablatio famæ per verba contumeliosa cum intentione nocendi, vel est occulta denigratio famæ alterius, & hæc secundum S. Tho. 2.2.q.73. art. 1. ad 3. & peccatum maximum; quia fama est pretiosissima, vt 5.q.3.cap. facta. Detractores ergo sunt peiores illis, qui substantias aliorum, prædiaq. decipiunt, c. deteriores, & c. ex merito, 6.q.1.

Sicut duo vitia in contrarium, alterũ quo infertur honor proximo contendendo, & hoc est contumelia: alterum vitiũ est, impediendo famam bonam alicui, & hoc est detractio: & in hoc, quod est auferre indicatur, quod est contra iustitiam, & sic est peccatum mortale; & debet fieri restitutio.

2 Quæritur, quæ est fama, siue bona fama? Respondetur secundum Ricchard. dist. 25 art. 6. q. 1. lib. 4. est illesæ dignitatis, status, vita, & moribus comprobatus. Vel secundum alios, fama est inanis de aliqua re rumor sine veri cognitione, siue bonus, siue malus. Et hoc tantum differt à rumore, quod rumor semper de recenti dicitur. Fama verò, dicitur de re inueterata, firmataq. in hominum opinione, quamuis incerta, & frequenter ponitur pro laude, & celebritate: Virgilius.

Sum pius Aeneas fama super æthera notus.

3 Quid est honor? Respondetur, honor propriè, est reuerentia, & dignitas, quæ ex causa aliqua alicui exhibetur Virgil.

Haud equidem tali, me dignior honore.

4 Quid est honestas? Respondetur, honestas, dicitur honoris stat⁹, terminus boni, & finis honoris, vt dicit Gerson tract. 12. super Magnificat. Est autem honor ille bonum honestum, bonum conueniés appetitui rationali, vt rationalis est, & vt, inquit Paulus Corces. lib. 3. sententiarũ, dist. 8. non modo germina virtutis, sed etiam tanquam temperantiæ conditio describitur.

5 Quid est honestum? Respondetur, vt dicit S. Th. 2.2.q.145. art. 1. est idem quod spiritualis pulchritudo, vel quod est honore dignum, & est idem quod virtus.

6 Quid est laus? Respondetur, est sermo elucidans magnitudinem virtutis, secundum Arist, lib. 1. & 3. rethoric. & S. Thom. super Psalm. 17. Dicitur autem à verbo laudo, quod aliquando significat verbis extollo. Horat.

Laudabunt alij claram, Rhoden, aut Mytilenen.

7 Quomodo potest quis auferre famam proximi sui? Respondetur, dupliciter: vno modo in se; alio modo, quia habebat bonam opinionem, modo habet malam; & quando fit sine rationabili, dicitur iudicium temerarium. Altero modo potest auferri fama apud alios, & istud vitium est detractio.

Et quia nũquam fit detractio, nisi per verbum; propterea dicitur, quod fit per verba, siue sint verba, siue signa, siue motus, siue aliquid aliud, quo aufertur fama proximo, illud est detrahere.

Possumus aliquando auferre famam proximo, & non est detractio; quia non fit cum intentione nocendi. Ista intentio nocendi est duplex. Altera actualis expressa, quando vere habeat intentionem nocendi. Altera virtualis, quæ est etiam si verè non intendit nocere; tamen non se habeat, vt debet habere in ablatione famæ illius, verbi gratia. Si quis Episcopus denunciaret peccatum alicuius sine præmissa illius admonitione.

8 Quot modis fiat detractio? ℞. secundum S. Tho. 2.2.q.73. art. 1. ad 3. quod diuiditur in octo species, quatuor quando imponimus crimen, & quatuor quando aufertur bonum, quod fecit, & continentur in ijs versiculis.

Imponens, augetur, manifestans, in malo vertens.

Imponit malum, quod non facit: Augens, si dicat, quod est, & quod non est, qui exagerat rem. Manifestans, id est, qui crimen occultum manifestum facit, detractor est. In malo vertens, id est, temerè considerans malum etiã factum; quod est temeritas. Quatuor, quando aufertur bonum, sunt in isto carmine.

Qui negat, aut minuit, tacuit, laudatq. remisse.

Negat,

Negat, id est, qui dicit non esse factum bonum: minuit, id est, qui dicit esse factum, sed extenuat: tacuit, id est, qui non vult quicquam de laude dicere alicuius: laudat remisse, id est, extenuans rem, quã posset augere laudando.

9 Quare peccatum est detractio? R. secundum S.Tho. qui supra, art 2. quod est peius peccatum detractio, quam furtum; quia furto auferuntur pecuniæ: detractione, fama, sed fama nobilior est pecunia; ergo grauior est detractio furto, vt dictum est supra.

Detractio autem In tribus est veniale: Primo ex leuitate materiæ: leuitas verò materiæ est paucitas materiæ, & consideratur tripliciter: Vno modo ex parte nocumenti: secundo ex parte personæ, quæ infamatur, quia fortè ille non vitat infamiam: tertio debet considerari ex parte personarũ apud quas fit detractio: nam aliquando est maior infamia manifestare aliquod peccatum, apud aliquem Prælatum, aut Principem, quam si manifestaretur apud quinquaginta homines.

Est veniale quando fit sine intentione nocendi, vt iocando; sed dicit S.Th. quod etiam quando ex ioco fit, & contrahitur infamia, quod tunc est mortale. Quando etiam ex repentino motu diceret verbum infamatorium, tunc est veniale.

10 Quæ differentia est inter infamatum, & infamen? R. differunt, vt scribit Scotus dist. 25. q. 1. lib. 4. Infamatus est, qui de crimine aliquo publicè accusatur infamis, non autem est, propter talem impositionem criminis, sed verbo per crimen publicum publicè commissum, vt fortè si publicè procurauit, vel quandocunque aliud crimen commissum, propter quod ius determinat aliquem forè infamem, vel quia à iudicè coram quo probetur crimen eius iudicatur infamis.

11 Quæritur, quomodo se gerere debet, qui detraxit detegendo aliquod occultum crimen, iuris ordine non seruato, siue extra? Respondetur, tenetur facere restitutionem, non quidem asserendo se falsum dixisse, sed malè locutum fuisse secundum S.Tho. commun. receptum. 2. 2. q. 63. art. 2. & in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 5. ad 2.

12 Quæritur, vtrũ infamare semetipsum, sit peccatum? Respondetur, se infamare ex genere suo, est veniale; ex circunstantia verò, & per accidens fit mortale. Sot. lib. 5. de iust. q. 10 art. 2. & Nauar. c. inter verba. 11. q. 3. Conrad. 44. q. Couar. lib. variar. resol. c. 2. q. 8. Fundamentum huius est, quia homo est dominus propriæ famè, sicut propriæ pecuniæ, & quemadmodũ prodigere pecunias, non est mortale, ita nec prodigere famam, secundum Tolet. & potest esse peccatum mortale, eo magis ob dignitatem personæ. Hinc Episcopi, & alij Prælati, atque publicæ personæ ad aliorum saluti prouidendum constituti mortaliter peccant, se ipsos infamare, vel famam propriam negligere, aut infamantibus se notabiliter non resistere, aut modestè restitutionem famæ, non petere, licet alij religiosi, quibus sola propriæ salutis cura est, iustè patiantur posse ferre, quatenus eos tangit, nisi charitas Dei, aut proximi contrarium requirat: possunt tamen licitè eam tueri; ita glos. in cap. semel Christus, de cons. dist. 2. Sylu. in verb, fama in fin. Nauar. cap. 18. nu. 61. In his igitur casibus peccatum est mortale infamare seipsum, quibus adde alium, id est, si id faciant in confessione facta non presbytero, quamuis tempore necessitatis, nisi id bona fide, & simplici credentes; licet per ignorantiam iuris, licitum esse. Nauar. c. 21 nu. 41. Regulariter verò est veniale, & nec huic sententiæ obstat text. in cap. si non licet, 23. q. 5. per quem text. inquit Panor. in cap. 1. de testibus cogen. quod peccat mortaliter, qui metu tormentorum fatetur crimen falsum. Notat etiam Archid. in cap. non est. 23. q. 5. Syluest. in verb. detractio, Caiet. in summ. eod. verb. & 2. 2, q. 73. art. 2. & ratio est, quia sicut peccatum mortale est impingere peccatum mortale alteri, ita, & sibi. Et infamare seipsum, mortale est, sicut, & proximum; quemmodum, & occidere seipsum, est ita graue peccatum, sicut, & proximum, d. cap. non licet.

13 Quæritur, quid si quis libello famoso alterius honorem fædens, manifestando illius vera crimina? Respondetur, secundum canones flagellabitur, & excommunicatur, cap. qui alterius. 5. q. 1. nisi qualitas personæ, aliter suadeat, puta, quia fit Epi-

Episcopus, tunc pœna commutabitur, l. in seruorum, & l. aut facta. §. persona. ff. de pæn. potest etiam deponi cum sit graue crimen, & damnatione dignissimum. 25. dist. §. nunc autem, & secundum iura ciuilia capitali sententia, est puniendus, l. vnica, de famos. libell. Quod quidem procedit, etiam si quis dictum libellum ignarus inuenerit, & non statim lacerauerit, vel occultauerit, sed manifestauerit, quia tunc est quasi author illius delicti, capitali sententia subiugatur, non solum per iura ciuilia, in dicta l. vnica. sed etiam per canones, & in cap. si quis inuenti, 5. quæst. 1. Si verò agitur ciuiliter tenetur actione iniuriarum de omni damno ad arbitrium boni viri, id est, iudicis, Instit. de iniur. §. pœna. Secundum verò forum pænitentiale, tenetur ad restitutionem famæ, tam ipse quam detractores. Et confessarius debet iniungere pænitenti, vt componat contrarias scripturas; vel si esset res nota, vt scribat se esse mentitum, salua tamen sua persona. Sylu. in verbo libellus, in fin. Nauarrus cap. 18. numero 35.

Sed aduertendum est, quod non solum is dicitur proferre libellum, qui ad infamiam alicuius famosum carmen, aut historiam, vel cantilenam conscribit, l. lex Carnelia. §. si quis verborum. ff. de iniur. sed etiam si aliquid dolo malo fecit, vt aliquid horum fieret, verbi gratia, dimisit scripturam cadere in via, argum. text. in l. late, ff. de verborum significat. Nec distinguitur, vtrum nomine suo, vel alterius ediderit, vel vtrum nomen eius expresserit, quæ intendebat infamare, nec ne; modo per circunstantias cognosci possit. Eodem modo tenetur si sine scriptura notam, vel signum aliquod istorum prodiderit, puta, quia cornua posuit in ianuis, & huiusmodi, ff. de iniur. l. item apud labeonem, §. ait prætor, Syluest. in verbo iniuria, quæstione 1.

14 Quæritur, vtrum peccet, qui aliquem infamat contra charitatem in iudicio de vero crimine, non violando iustitiam, verbi gratia, qui detulit criminosum in iudicium, qui re vera dignus erat supplicio, & testibus concipi poterat, tamen hoc facit iniquo animo? Respondetur, mortaliter peccauit, quamuis à restitutione excusetur, facit textus in capitulo cum minister, & in capitulo relegentes, vigesima tertia quæstione quinta, Sotus libro quarto, de iust. & iur. quæst. 6. art. 3.

15 Quæritur, vtrum infamatus in vno loco, possit licitè infamari in alio, in quo nesciebatur illius infamia? Respondetur secundum Adrianum quolibeto secundo, quæstione prima, qui dicit non esse peccatum. Caietanus opusculo decimo septimo, responsio nono, affirmat, sed nunc distinguendum est, quod dupliciter aliquis potest infamiam contraxisse, aut iudicio aliquo, aut citra iudicium. Altera distinctio est. Iste quis fuit semel infamatus dupliciter potest se habere; aut post infamiam est in bona fama; aut perseuerat in illa infamia. Dicimus primo, quocunque modo infamiam istam manifestare cum intentione nocendi, peccatum mortale; secundo si bonam famam ille est consecutus, peccat mortaliter contra charitatem, & contra iustitiam, qui illum infamat, siue in illa ciuitate, siue in alia. Omnes concedunt, contra charitatem; quia nocet proximo contra iustitiam, quia per illud crimen, non fuit ille priuatus fama futura, sed præterita. Cum ergo iste auferat famam præsentem, est contra iustitiam, Nauarrus capitulo inter verba, vndecima quæstione tertia, numero centesimo octuagesimo quinto, Sotus libro quinto, quæstione decima, articulo secundo, dicit non esse contra iustitiam; licet tamen aliquando sine peccato, manifestare crimen etiam cum infamia, verbi gratia, ad euitandum detrimentum proximi corporale. Quidam fuit interdictus ne mederetur, potest aliquis reuelare medico illius. Secundo ad euitandum damnum, verbi gratia, potest dici, iste est hæreticus, non peruertatur iste bonus. Tertio, in vtilitatem publicam, potest crimen reuelari; verbi gratia, si vellet ordinari aliquem Episcopum, qui esset, vel hæreticus, vel homicida, tunc in vtilitatem publicam, potest quis detegère crimen illius.

16 Quæritur, quando quis in iudicio est infa-

infamatus, & adhuc famam bonam non recuperauit, vtrum sit contra iustitiam illius crimen in alio loco manifestare? Respondetur secundum Caiet. qui supra, & Bart. in l. ex ea, ff. de postulando, dicit, qui non habet brachium in vno loco, vbique terrarum caret illo. Sic de fama. In vno casu esset, non contra iustitiam, sed contra charitatem, quando in illo loco esset aliquis tertius, qui veniret infamatus, verbi gratia, si manifestaretur crimen patris, præsente filio ratione famæ filij.

17 Quæritur, quando quis est infamatus non ex iudicio, sed ex notorio crimine, vtrum quis peccet id alijs ignorantibus manifestare? ℞. in eodem loco, non est peccatum: in alio vero loco peccatum est reuelare, & scribere. Prima pars huius dicti est Soti in 4 dist. 15. q. 4. Posterior est Scoti lib. q. 10. art. 2.

18 Quæritur, audiens cum attentione detractorem, vtrum peccet? ℞. secundum S. Thom. 2. 2. q. 79. art. 4 quod peccat, qui detrahit, & qui consentit detrahenti: sed dupliciter aliquis consentit detrahenti vno modo directè, alio verò indirectè: directè dicitur consentire tripliciter. Primo ipsum ad detractionem incitando, & tunc mortale. Secundo si consentit directè complacendo detractione ex odio illius, cuius fama detrahitur, & tunc quãta est detractio, tantum est peccatum. Tertio directè consentire ex leuitate animi, est veniale. Indirecte autem consentire, & audire detractorem, & non prohibere cum possit, est mortale concurrentibus tamen omnibus ijs, primò, vt illa detractio sit certè notabilis; secundò, vt qui audit non potest prohibere, non peccat; tertio, vt etiam si potest prohibere, possit sine graui damno, aut detrimento; quarto, vt non prætermittatur ex reuerentia prohibitio, quia si est Prælatus, qui detrahitur, non potest subditus quicquã dicere; si verò est superior, qui audit, grauiter peccat, si non prohibet.

19 Item tres conditiones exiguntur, vt obligatio famæ oriatur, scilicet, vt auferas famam, & contra iustitiam, & quam alter non in integrum reparauit, Sotus lib. 4. de iust. & iur. q 6. art. 3. col. 6.

20 Quæritur, qui falso famam alterius denigrans, ad quid tenetur? ℞. debet per se si audet, vel per alium veniam petere ab infamato, si ille sciuerit, Archiep Flor. in summ. de rest. c. 2. Si verò ignorauerit detractoré, tunc restituere tenetur famam coram illis, quibus detrahit, dicendo se fuisse mentitum, & si opus fuerit addendo etiam iuramentum, quo eis dissuadet, quibus contrarium persuasit. Immo adducendo etiam testes secundum Sot. lib. 4. q. 6. art. 3. de iust. & iur. quamuis inde sequatur infamatio, & erubescentia sua, quia qui aliter restituere non potest, tenetur ad hoc, Sot. dist. 15. q. 4. art. 1. Caiet. 2 2. q 72 art. 6. ad 3. Nauar. c. 18. nu. 44. & 12. c. non tibi dico, de pænit. dist. 1.

SVMMARIVM.

1 *Adulatio est fallaci laude seductio.*

2 *Laudare se, vel alium de re mala, peccatum est graue.*

3 *Laudans aliquem ex quo ille factus est peior, peccat mortaliter.*

De Adulatione. Cap. LXXXVII.

1 QVæritur, quid est adulatio? Respondetur, est fallaci laude seductio, inquit Aug. super Psalm. 69. vel adulatio est excessus delectandi alios verbis, vel factis laudis intentione alicuius lucri consequendi, secundum S. Tho. 2. 2. q. 115. art. 1. Et quia est excessus, ideo peccatum, dicit Aug. qui supra, quod duo sunt genera persecutorum, scilicet vituperantium, & adulantium, sed plus persequitur lingua adulatoris, quam manus persecutoris. Rumusculos, & gulosos, & palpantes adulatores, quasi hostes fug. Hier. ad Celantiam.

2 Quæritur, laudare se, vel alium de aliqua re mala notabiliter sicut de peccato mortali, vel vt alicui noceat spiritualiter, vtrum sit peccatum? ℞. peccatũ est mortale, quando laudat de mortalibus, & quando de venialibus est veniale, vel de virtutibus sola complacendi intentione absque ruina. De hac adulatione loquitur text. in cap. sunt nonnulli, dist. 46. cap. sunt plurimi, 6 q. 1. c. nemo peritorum. 11. q. 3. Aug. de Trinit. dicit. Magis obtabo à quoli-

quolibet repreſentandi, quã ab adulante laudari. Nullus enim reprehenſor formidandus eſt amatori virtutis, laudator vero errat, & confirmat errorem. Hieronymus ad prædictam Celantiam dicere ſolebat. At iſto maximo tempore regnat vitium adulationis, quodque grauiſſimũ, quia humilitatis, & beneuolentiæ loco dicitur, & ita fit, vt qui adulari neſcit, aut inuidus, aut ſuperbus reputatur.

3 Quæritur, laudans aliquem ob quod factus eſt peior, vel audacior ad malum perpetrandum, an peccet? ℞. peccat mortaliter ex intentione laudans, cap. væ qui dicitis, 11. q. 3. qui etiam falſo laudatus ſciens, aduertens inde notabile damnum conſecuturum, & non obuiat illi, ſi poteſt, mortalite peccat, ſecus ſi non mortabile. Immo virtus eſt conſentire laudi, ſiue ſe falſo laudanti de virtute, tamen ſuo ſtatui neceſſaria. Exemplum de vxore occulte adultera, quæ de fidelitate laudatur, non eo intuitu, vt laudetur, ſed vt per bonam opinionem, quam alij habẽt, ſcandalum euitetur. Nauar. c. 22. nu. 13.

SVMMARIVM.

1 *Suſurratio eſt ſignificatio inordinata mali.*
2 *Suſurrones ſunt genus hominum maledicorum.*
3 *Murmuratio eſt quærela cũ impatientia.*

De Suſurratione, & murmuratione. Cap. LXXXVIII.

1 Quid eſt ſuſurratio? ℞. eſt per quam odioſe adulationis, vel derogationis ſibilo quodam alter in alterius odium excitatur. Suſurrari eſt inter amicos diſcordiam ſeminare, inquit Hugo, vel eſt locutio mala de proximo facta occulte ad diuidendam aliquorum amicitiam; vel ſuſurratio eſt ſignificatio mali, culpæ alienæ, vel defectus naturæ alteri facta, per quam ſeritur diſcordia, vel cauſa diſcordandi inter eos.

2 Quid eſt ſuſurro? ℞. ſuſurro, & ſuſurrones, ſunt genus hominum maledicorum, & linguacium, qui non aperte loquuntur, ſed voce dimiſſa in aures hominum obſtrupunt potius, quam loquantur. Diſferunt autem ſuſurro, detractor, contumeliator, deriſor, & conuiciator; quia ſuſurro intendit diſcordiam ſeminare; detractor bona minime, vel negare; conuitiator, dicit importantia factum culpæ, & pœnæ ſunt contumeliator, ſolum culpæ: quare, ſi quis dicat alicui iniurioſe eum eſſe cœcum, aut claudum, cum ſit; conuitium dicit, ſed non contumeliam. Si autem iniurioſe dicat eum eſſe furem; non conuitium, ſed etiam contumeliam dicit: ſæpe tamen vnum pro alio ponitur; & ſuſurro, & ſuſurrus, & ſuſurrare, verba fictitiam. Eſt tandem quando ſuſurratio fit, vt inter amicos diſcordia generetur, & hi non ſunt abſoluendi, donec illos inter ſe conciliare proponant, ſi poſſent, ſin minus ſatisfaciant damnis inde ſecutis arbitrio boni viri, Nauar. c. 18. nu. 13.

Quandoque poteſt eſſe veniale eo fine ſuſurrare, vt amoueatur aſſidua familiaritas: nullum vero ſi fit ad dirimendam pernitioſam amicitiam, dummodo citra infamationem fecit, Sotus lib. 5. de iuſt. & iur. q. 11. art. 1.

3 Quid eſt murmuratio? ℞. eſt quærela cum impatientia in ijs, quæ debet homo patienter ferre, & proprie pertinet ad ſubditos, ſicut religioſus, dicitur murmurare, quando aliquid iniuſtum patitur; ſed tamen Prælato non exponit rationem ſuam. Et dicitur murmuratio locutio abſcondita, & non in facie facta, quæ de leuibus fit, peccatum eſt veniale: mortale vero, ſi ex ea cauſa aliquid fieret contra præceptum ſuperioris, vel eſſet ſcandalum. Pœna autem murmurantium ponitur in cap. alienos, diſt. 50.

Qui contentioſus, & murmurans extiterit, iuxta arbitrium prioris tandiu pæniteat, quamdiu culpę qualitas extat; Ciprian. in quadam epiſt.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium temerarium quid ſit.*
2 *Temeritas quid.*
3 *Iudicium dicitur id quod eſt iuſtum.*
4 *Iudicandum non eſt ſemper ſecundum verba legis, ſed ſecundum intentionem conditoris legis.*
5 *Sententia non eſt præcipitanda.*

De iudicio temerario. Cap. LXXXIX.

1 QVid est iudicium temerarium? ℞. iudicium temerarium, siue suspitiosum est cum aliquis indicat de his, quæ sunt dubia, vel occulta propter aliquas leues coniecturas, secundum S.Tho. 2.2. q.60.art.2.

Rursum iudicium temerarium est, ex leuibus coniecturis pro certo credere, plena deliberatione, & consensu graue malum proximi, v.g. cum quis per leuia, & minus idonea iudicia, aut signa in iudicio, vel extra illud firmiter iudicat de proximo aliquid mali in eius damnum notabile, contra illud ad Corinth.4. Nolite ante tempus iudicare; qualis est, qui damnat aliquem peccati mortalis, qui & bonæ existimationis, aut incognitum eo solo, quod videt eum cum muliere secretò loquentem, aut non ieiunantẽ, cum causam locutionis, & ieiunij ignoret; ita colligitur ex S.Th.2.2.q.60.art.3. & secũdum Alex.de Ales. in 2. tract. de contumelijs, & Angel, in verb.detractio, tenetur ad restitutionem famæ vltra mortale, quando id alijs diceret.

Quod sit mortale, tria requiruntur: primum, vt iudicium sit certum: secundum, vt colligatur ex leuibus coniecturis; tertium, vt sit de re graui, Sot.lib.3.de iust.& iur. q.60.art. 3. Hinc multa deducuntur; & primò, qui dubitat an proximus suus aliquo sordescat crimine, & nullum affert consensum affirmatiuum, non est peccatum. Secundo, qui ita suspicatur assentiendo vni parti, vt non sit omnium firmus, sed circa aliam vacillet, peccat venialiter, Sot.qui supra, art.3. Tertiò, qui firmiter iudicat quenquam de peccato mortali, non habens manifesta indicia, mortaliter peccat, qui verò per subreptionem, & deliberationem firmiter iudicaret, & facta postea reflexione, non affirmaret sententiam iudicij temerarij, non peccaret, sed meretur. Quartò, qui per manifesta indicia aliquem iudicat, non peccat, v.g. vidi noctu scalam afferentem conscendere fenestras; vel iuuenem, & puellam secretò, obscuroq. loco petulanter se amplexantes, non pecco, si sinistrum de illis fero iudicium, quia iudicium hoc non ex leuibus colligitur coniecturis, Sot.qui supra.

2 Quid est temeritas? ℞. quod temeritas, vel temorem dicũtur fieri, quæ ratione non reguntur, quod dupliciter fit vno modo, ex impetu voluntatis, vel passionis. Alio modo ex contemptu regulæ dirigentis, & hoc propriè importat temeritas; vnde videtur ex ea radice superbiæ peruenire, quæ refugit subesse regulæ alienæ: præcipitatio autem se habet ad vtrunque, vnde temeritas sub præcipitatione continetur, quamuis præcipitatio magis respiciat primum, & præcedit ex defectu consilij, & est species imprudentiæ, hæc S.Tho.2.2.q.53 art.2.

3 Quæritur, quid sit propriè iudicium? ℞. quod nihil aliud est, quam diffinitiuo eius, quod est iustum. Iudicium debet fieri secundum leges scriptas; sit autem aliquid iustum, vel ex iure naturali, vel ex iure positiuo: leges autem scribuntur ad vtriusque iuris declarationem. Ideo iudicium secundum leges scriptas procedere debet secundum S.Tho. supra art.5. dummodo talis lex non deficiat à iusto naturali, vel positiuo; quia si lex scripta contineret aliquid contra ius naturale, esset iniusta, nec vim obligatiuam haberet, nec vere diceretur lex, sed legis corruptio; ideo secundum eum non esset iudicandum.

4 Quæritur, vtrum sit semper iudicandũ secundum verba legis? ℞. quod non, sed magis secundum intentionem conditoris legis; qui si adesset, aliter in aliquibus casibus definiret, & tunc recurrendum est ad æquitatem rationabilem, quia ratio est anima legis, ff. de bonis dam. l. cum ratio, & vbi habemus legem, & rationem potius innitendum est rationi, quam legi; secundum Bar.in præ.ff.§.vlt. alleg.glos.in l.adeo.& idem sentit Angel. dicens, allegare legem vbi habemus rationem.nihil aliud est, quam mentẽ confundere, in cons. 33. Non tamen semper propter æquitatem debemus recedere à lege scripta, secundum Panõr.in cap.fin. de trans. quia iudex non debet esse clementior lege, vel videri autem de iudi,§. oportet, col.6. Si tamẽ nec ius, nec æquitas,

tus,sunt scripta, seruet iudex æquitatem in d. cap. fin. sicut etiam in his, quæ relinquuntur in arbitrio iudicis, sequenda est æquitas, vt dicit Innocentius in cap. 1. de constitut. Quod alterum tantum est scriptum, hoc seruetur, si vtrunque seruanda est, si in specie est scripta. Si autem in genere est scripta, & ius in specie, seruetur ius, quia species derogat generi. Si vtrunque æqualiter est scriptum, præferenda est æquitas, vt Doct. communiter dicunt,& bene.

Sententia non est præcipitanda, vt dicit textus in l.2.C.de sententia, & breui rectitu. ibi, vt Iudices quos cognoscendi, & pronunciandi necessitas tenet, non subitas; sed deliberatione præhabita post negotium sententias ponderatas sibi ante forment &c. in clement. pastoralis, extra de re iudicata. Immo si benè esset penitus super tali sententia ferenda instructus, consilium habere deberet, & maximè cum sit magni præiudicij, & magnæ quantitatis, vt in præallegata l. secunda, C. de senten. & breui.recit. extra de dolo, & contumacia, capitulo cum olim, & extra de consuetudin. capitulo ad nostram.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria propriè est, id quod fit contra alicuius honorem.*

2 *Iniurians in paruo habens animum in mlutum peccat.*

3 *Iniurians ioco ex quo sequitur magna infamia, quid.*

4 *Iniurians de aliquo crimine secundum iuris formam, quid.*

5 *Iniurians si facit excipiendo, vt repellat à testimonio, non peccat.*

6 *Iniurias remittere quilibet tenetur, iuxta præceptum Christi.*

7 *Iniurias zelo iustitiæ quandoque vindicare licet.*

De Iniurijs. Cap.XC.

1 QVid est iniuria? Respondetur, vt scribit post Petrum de Pal. distin. 18. quæstione prima, articulo secundo, libro quarto, Gabr. eadem dist. quæstione secunda, articulo primo, dicitur omne, quod non iure fit; facere iniuriam, est simpliciter aliquem volentem lædere,& scientem, quæ, & quo, & quomodo propter illius voluntatem, secundum Aristotelem 5. ethic. Iniuriam pari est, cum a volentibus iniusta conferuntur Arist. 1. rethoric. Iniuria propriè (vt Vulpianus sentit) est iniquitas, atque iniustitia: nam cum quis inique, vel iniustè sententiam dixit; iniuriam fecisse manifestum est, quasi non iniuriam.

Item iniuria propriè, & secundum vsum loquendi, est id quod fit contra alicuius honorem, ff.eod.l.1. Et fit primo, vt cum manus violenta infertur. 17. quæst. 4.cap.si quis suadente. Secundo, fit verbis conuitiando, vel contumeliam dicendo, cap.olim, de iniur. Tertio litteris, cũ librum, cartam, vel historiam ad alicuius infamiam pertinentem quis scribit, componit, vel edit, vel malo, dolo, fieri facit, vt cum permittit etiam scripturam cadere in terram, vt inueniatur, ff.de verb. signific.l.latæ. vel appendit in muro, aut huiusmodi, siue hoc faciat proprio nomine, siue alieno; vel si prædicta fecerit per aliud, quam scripturam; vt per picturã, vel aliud signũ vergens in dedecus proximi, q.1.c.quidam, ff.de iniurijs, l.item apud labeonem. § ait prætor, ne quid infamandi causa fiat.

Iniurians ergo animo iniuriandi formaliter, & lædendi proximum notabiliter in fama, sine dubio peccat mortaliter, agit enim contra charitatem, secus pro re parua.

2 Si quis dixit, vel facit aliquid, quod de se non importabat, nisi paruam infamiam, vel nullam, habens tamen animum satis iniuriandi, mortaliter peccauit, sicut qui parum furatur, animo furandi multum, si posset. Plus pensatur animus apud Deum, quam actus, quia voluntas pro facto habetur apud ipsum, de pænitentia distinctione prima, cap.omnis, & cap.noli.

3 Si autem facit aliquod non actum de se generare magnam infamiam, & sine animo malo, vt puta, ex ioco, tamen sequitur magna infamia, non propter hoc mortaliter peccat, quia ani-

animus malus non fuit, & factum nō per se erat malum, ex quo verisimiliter sequi posset grauia infamia.

4 Imputans aliquem de aliquo crimine, vel dicendo ipsum esse spurium, vel infamen, accusando, vel denunciando, vel testificando, secundum iuris formam, sine malo animo; sed vt iustitia locum habeat, non peccat, cum faciat, quod facere debet, nec tenetur de iniuria, ff. eo. l. cum qui.

5 Idem si facit excipiendo, vt repellat à testimonio, cap. ex parte, de testib. vel ab ordine, vel beneficio, cap. super his, de accus. quia nemo vtens iure suo alteri dicitur facere iniuriam de electionib. cap. cum Ecclesia. Si autem hæc dicat tantum ad infamandum, quod præsumitur, quando non habet iustam causam dicendi, tunc facit iniuriam, & condemnandus est, & per cap. ex merito. 6. quæstione 1.

Si autem habet causam, tamen non mouetur propter hoc; sed ex odio, vel ira, intendens principaliter illius infamiam, & non iustitiam; non euadit peccatum mortale, cum agat contra charitatem proximi, & adsit animi malignitas.

6 Quæritur, vtrum quis teneatur dimittere iniurias? Respondetur quo ad effectum animi, quilibet tenetur sub præcepto remittere iniurias, quia est præceptum Christi dicentis: dimittite, & dimittemini, & sine tali remissione, proximus amari non potest, sicut præcipitur in Euangelio.

7 Quæritur, vtrum liceat aliquando vendicare iniuriam zelo iustitiæ conseruatione, & non liuore vindictæ? Respondetur, licet pro emendatione peccatoris, vel ad cohibendum eum, vel pro pace aliorum, vel pro iustitiæ conseruatione, vel pro honore Dei, vel alijs bonis respectibus secundum S. Tho. quest. vnic. de virtute. & 2. 2. q. 25. In proprijs iniurijs patientem esse, laudabile est: iniurias autem Dei dissimulare impium est. Chrisost. super Matth.

SVMMARIVM:

1 *Mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi.*

2 *Mendacij diuisio in plures species.*

3 *Mendacium hypocrisis est velle apparere bonus, cum sit malus.*

4 *Mendacium quomodo potest dici faciens opera bona, vt bonus appareat.*

5 *Mendacium quod facit mercator non habens vnde soluat creditoribus.*

6 *Mendacium faciens in confessione inaduertenter, quomodo peccet.*

7 *Mendacium iocosum dicens, quō peccet.*

8 *Mendaciū perniciosum, peccatum graue.*

9 *Mendacium officiosum alicui prodest, & nulli nocet.*

10 *Mendacium iocosum est, quod fit ad recreationem.*

De Mendacio. Cap. XCI.

1 Quid est mendacium? ℞. est falsa vocis significatio cum intētione fallendi, secundū Aug. lib. de mēdacio in c. homines, 22. q. 2. & c. beatus. § ille ergo. Animo vero fallendi, non est necessarius ad essentiam mendacij, sed ad maiorē eius grauitatem secundū omnes.

2 Diuidirur autem mendacium in plures species secundum August. in cap. primum, 2. 2. quæst. 2. qui ponit octo species mendacij; sed secundum S. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 1. diuiditur in materiale, formale, & mixtum, quo falsum putatur falsum. Dicitur est mendacium iocosum, officiosum, & perniciosum. Iocosum, quo tantum delectatio, quæritur officiosum. quod nemini nocet, & alteri prodest, quæ duo regulariter sunt venialia. Pernitiosum, quod alicui in rebus spiritualibus, corporalibus, aut tēporarijs nocet, nequis arbitretur. 22. q. 2.

Item mendacium non solum dicitur esse in dictis, sed etiam in factis, vt est simulatio, quia significamus esse id, quod non est. Hinc qui facto, mentitur simulans se esse mendacem causa defraudandi proximum, peccat mortaliter; immo potest priuari ad istar falsarij, vt inquit Franc. in capitulo vt Apostolicæ, numero quarto, de priuilegijs, libro sexto, & ad restitutionem tenetur, non illis, à quibus accepit, qui iam apud Deum mercedem consecuti sunt, sed pauperibus:

3

tibus: quod procedit quando hac simulatione, eleemosynam ab illis obtinuit, qui patefacta veritate, non dedissent, ita vt simulatio sit causa finalis, non impulsiua, Sotus lib. 4 quæst. 6. art. 3. de iustitia, & iure.

3 Quæritur, vtrum peccet, qui vult apparere bonus, aut facit, vt appareat talis, nolens esse talis? Respondetur, mendacium hypocrisis est, & peccatum mortale est, & hoc si eo fine malo, vt aliquas hæreses doceat, aut aliquam dignitatem Ecclesiasticam, aut temporariam, qua indignus est consequatur, aut si in tali simulatione suum vltimum finem constituat, iuxta Caiet. 2. 2. q. 3. & Nauar. cap. 18. nu. 8.

4 Quid si quis faciat opera bona, vt bonus appareat? Respondetur, quando sine notabili damno alterius, peccat venialiter, & id faciat sine intentione ostendendi se bonum, sed id refert ad ædificationem proximi; quia non sunt facienda mala, vt inde bona eueniant, Romanus cap. 3. cap. neque, cap. denique, 14. quæst. 5.

5 Quæritur, mercator non habens vnde soluat creditoribus, fugam arrepturus reliquit mille aureos vxori, dicens, vt teneret eos, & si excommunicationis sententia fulminaretur contra non reuelantes bona sua, ex tunc ei donabat, vtrum vxor, vel alius sic habens aliquid, teneatur reuelare, si imminet excommunicatoria? Respondetur, quod tenetur reuelare, quia illa donatio, non est vera, sed ficta in fraudem creditorum; & ideo accipiens, tenetur ad restitutionem, l. qui autem. §. similitudo, & l. ait prætor, secundo. respons. ff. quæ infra. credit Syluest. verb. restitutio, tertia quæstione decima, vers. quartum.

6 Quæritur, vtrum credens verum dicere in confessione, mentitur in graui, & postea aduertens, & ex verecundia, non vult retractare, quid? Respondetur, quod si mentitur in re leui, venialiter peccat, si in re graui, grauiter peccat, S. Tho opusc 4. octauo præcepto.

7 Quæritur, vtrum quis dicat mendacium iocosum, vel officiosum iuramento firmatum, peccet mortaliter? Respondetur quando est dictum cum magno scandalo, aut animo non abstinendi ab eis, quamuis essent mortalia, aut conscientia dictaret illa esse mortalia; mortaliter peccat, Nauar. cap. 18. num. 2. licet regulariter hæc mendacia sint venialia, nunquam tamen licet illis vti, etiam sine liberandi hominem à morte, c. ne quis arbitretur, 22. q. 2.

8 Quid est mendacium perniciosum? Respondetur, est quod ex se nocet cui dicitur, siue noceat quoad animam, & mores, siue quoad corpus, siue quo ad res exteriores coniunctas, vel possessa, vt scribit Gabr. dist. 38. quæst. vnica, art. 1. lib. 3. & illud semper est mortale, vt inquit Gerson, & in expositione octaui præcepti. Vnde si, vt dicit Scot. dist. 38. lib. 3. nocumentum est quantum ad Christianam religionem; puta, circa fidem, vel mores, tunc est peccatum mortale. Vide latius ibi Scotum.

Mendaciũ perniciosum, ait Paul. Cortes. lib. 3 sent. dist. 7. est pyxis, & quædam veneni latebra qua alteri nocetur.

Quid est mendacium officiosum? ℞. est quod alicui prodest, & nulli nocet, vt si quis neget scire aliquem inimicorum eũ occidere volenti, Gabr. vbi supra. Vel vt Cortesius ait, vbi supra, est, quo homines iuuantur, aut nocitura tolluntur, quæ quidem genera leuius, aut grauius trutina culpæ contractæ ponderantur.

Quid est mendacium iocosum? Respõdetur, vt idem Gabr. scribit, est, quod fit ad recreationẽ, sine deceptione eius, cui profertur, vel cum deceptione, sine notabili nocumento, in quo iocantur illi, qui sciunt alterum decipi, & finaliter potest & ipse iocari, vt cum dicuntur fabulæ, Cortesius vocat illud mendacium facetum, quo hominum mentes ad suauitatem exhilarantur, de quo potest videri Scot. dist. 38. lib. 3. & secundum Doct. Bonau. Tho. Richar. & omnes. Non omne mendacium est peccatum mortale, immoderatione sui generis, indifferens est peccatum, & ad mortale, & ad veniale. Et ratio huius est, quia lingua posita est in lubrico, & facilius est loqui, quam facere, & ideo non semper ponderari potest actus linguæ faciliter, propter quod dicitur Iacobi 3. Qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir.

SVMMARIVM.

1 *Actum interiorem voluntatis, Deus respicit.*
2 *Concupiscentia, quæ in corde regnat prohibetur.*
3 *Cogitationum numerus in confessione explicandus.*

De Nono, & Decimo præcepto Decalogi.

Cap. XCII.

1 QVæritur, quid prohibetur in Nono præcepto? Respondetur, Dominus prohibet actum interiorem voluntatis spontaneam deliberationem, qua volumus id facere, quod est contra iustitiam; & quod facere est mortale. In quo casu sicut est mortale auferre rem à proximo, ita in eadem est concupiscere animo deliberato rem proximi quocunque modo possit, aut iusto, aut iniusto modo, quæ igitur res, si irrationabilibus est, mortalis culpa dicitur. Irrationabilis verò tripliciter dicitur. Et primo quando quis animo deliberato appetit aliquid notabile alienum modo illicito; puta, non dato pretio, vel re non petita; vel appetit aliquod illicitũ quærendi, vt beneficium Ecclesiasticum, cum sit indignus, quod quando fit peccatum mortale, vt diximus supra.

Hoc autem vitio plerique homines laborant, vt sunt negotiatores, qui emunt vili, quo carius vendere possint. Milites, qui bellum expetunt, vt furari eis liceat. Medici, qui morbos desiderant. Iurisconsulti, qui litium copiam concupiunt. Artifices quæstus auidi, qui alienæ laudi sunt cupidi, non fine alterius famæ obtenebratione.

2 Quæritur, quid prohibetur decimo præcepto? Respondetur, concupiscentia illa, quæ in corde regnat per consensum, quem nomen sortitur à qualitate personæ, q̃ concupiscitur, vt in peccatis carnalibus; si concupiscitur nupta, dicitur adulterium, si soluta fornicatio, & sic de singulis, quæ quidem circunstantiæ sunt confitendæ, sicut iam dictum est supra suo loco.

3 Quæritur, est ne explicandus numerus peccatorum? Respondetur, quoties peccator habuerit huiusmodi cogitationes ad aliquam, quia toties peccauit mortaliter si per interualla temporum hoc fecerit, videlicet ex consensu rationis desiderat fornicare cum aliqua, postea verò in aliquo negotio se occupat, puta in regimine domus, vt exinde iterum deliberat fornicari, peccat denuo mortaliter. At si continuo versatur in tali cogitatione, vnum tantum peccatum est; sed tanto grauius, quanto diutius perseuerat in cogitando. Archiepiscopus Florentinus in summa in nono præcepto de luxuria mentali, & vt infra suo loco dictum est.

Et hæc circa decem præcepta legis dicta sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus quid sit.*
2 *Iuspatronatus quibus modis acquiritur, & si plures esse possint in dotem rei constituendam.*
3 *Iuspatronatus an transeat ad hæredes.*
4 *Iuspatronatus an possit diuidi.*
5 *Iuspatronatus an possit adiudicari vni ex hæredibus.*
6 *Iuspatronatus vtrum transeat donatione.*
7 *Iuspatronatus an transferatur venditione.*
8 *Iuspatronatus an transeat accessoriè.*
9 *Infra quantum tempus patronus debeat præsentare.*
10 *Præsentans indignum, an priuetur iure præsentandi.*
11 *Præsentare seipsum, nemo potest.*
12 *Præsentatus à maiori parte admittitur præsentatus.*
13 *Patroni an in præsentatione simul debeant esse.*
14 *Patroni duo si duo præsentant, quis instituatur.*
15 *Laicus habens iuspatronatum, cum Ecclesia habebit sex menses ad præsentandum.*
16 *Patronus an aliquid possit exigere, nomine iuspatronatus.*

18 Pa-

De Iure patronatus. Cap. XCIII.

1 QVæritur, Iuspatronatus, quid sit? Respondetur, quod est potestas præsentandi clericum ad beneficium Ecclesiasticum, secundum S.Th. 4.sent.dist.25 q.3.art. 2. & secundum Io. Andr.& Panor.in rub. de iure patr. Item est ius honorificum onerosum, & vtile alicui competens in Ecclesia pro eo, quod de diœcesani consensu causa construxit fundauit, vel dotauit ipse, vel is, à quo eã habuit. Et dicitur honorificum, quia honorem consequitur patronus in præsentando rectorem, c.si verò, c.cũ autem, de iurepatr.l.5.in prin.tit.15.par. 1. & qa primus in processione progreditur, & in ecclesia in altiori loco sedet, & sine eius præsentatione, si Eps, siue alius instituit, ipso iure præsentatio est nulla, c.frigentius, & c. pie mentis, 16.q.7.& per c.decernimus, 16.q.6. Idem tenet Io.Andr. in cap.2. de offic.Vic. nisi quando patronus fuisset negligens in præsentando, quia elapso tempore benè instituit. Papa verò benè potest sine præsentatione patroni, & similiter legatus de latere, si patronus sit Ecclesiasticus. Non tamen posset prædictus prælatus si esset sæcularis secundum glos. in clem. per litteras, de præb. & iste est casus, cap. cum dilectus, de iure patronatus. Dicitur autem onerosum, quia patronus habet onus in defendendo Ecclesiam, ne bona indebitè delapidentur, 16. quæst. 7.cap. filijs, vel nepotibus, l.3.tit.11.par.5. Vnde præsentatus, tenetur reddere rationem de administratione patrono, intellige si patronus est Ecclesiasticus, in c.cum plantare de priuil.& Pan.in c.ex litteris, & c. cum propter eo, tit.non tamen valde stricte dicendo, quod expẽdat quotidie, sed in genere, ita not. Pan.in c.ex litteris. Dicitur etiam vtile, quod si patronus ad inopiam vergitur, prouidebit ei Ecclesia omnia necessaria, & pinguius, quam alios pauperes, eum alimentare, c.quicunque, 16.q.17, l.si quis à liberis, §.parentes, & §. pen.ff.de lib.agnos.l.2.tit.15.par.1.

2 Quæritur, iuspatronatus quibus modis acquiritur? Respondetur, quod acquiritur ædificatione constructione, vel dotatione. Primo quando fundauit Ecclesiam, id est, fundum ad ædificandum dedit, d.cap.nobis, & cap.Abbatem. 18.q.2. Secundò, ex constitutione, vel fundatione Ecclesiæ, cap.monasterium. 16.q.7. & hoc intellige si facit de consensu Episcopi, cum alio modo Ecclesia fieri non debeat, de consecr.dist.1.cap.nemo, de iure patronat. & cap. nobis fuit, 16. quæst.7. c.filijs.

Si quis verò dedit ad refectionem, & restaurationem, nõ acquirit iuspatr. secũdum Laur. arg. ff.ne quid in loc.pub.l.2. §. vicinales, & si erat omnino destructa funditus, & de consensu reparauit, quia perinde est, ac si de nouo fecisset, c.consuluit, de iudæ.& in auth.vt nullus fabricator dom. §.1. sed primus, qui ædificauerat, amittit iuspatr.si non dederat fundũ, vel secundum glos. in c. quoniam eo dotem, si deeadem materia sit reparata, debet in eam prius requiri, si velit eã reædificare, quia præferendus est alijs. Tertio ex donatione dotis, d.c.filij, & c. quicunque. Et hoc intellige de dote data ante consecrationẽ, quia post consecrat.nõ induceretur, quia nulla seruitus rei sacræ potest imponi. ff.de seru.la 2.§.fin. & qđ humani iuris definit esse, seruitutẽ nõ recipit, ff.con. prædi.l. caueri. tñ Innoc. & Host.tenent, quod si non habet dotẽ, & sibi detur post consecrationẽ, quod acquiritur iuspatronatus, quia sine substantia rerũ, non posset Ecclesiæ deseruiri, 1 q 3. c.si quis obiecerit; & sic possunt esse etiã tres patroni diuersa ratione, & plures eadem, vt si plures eam dotauerunt, construxerunt, vel dederunt fundum, Abb.in rubr. de iure patr. & secundum Innoc.& glos.63.dist.in summ. & sic limita glos. in d.c.quicunque, quæ vult, quod dans modicam dotem, nõ sit patronus, quia verũ, qñ solus dat; secus si plures simul dant sufficientem dotẽ, & sic patet, quod multi possunt esse patroni, puta quia vnus dedit fundum, alter ædificauit, alter dotauit, vel plures ædificauerunt, vel dota-

dotauerunt : Acquiritur ex fundatione Ecclesiæ, etiam à muliere, & ab excommunicato, non quo ad exercitium, non autem à Iudæo, vel hęretico, Abb. de iure patr. c. nobis.

3 Quæritur vtrũ iuspatronatus transeat ad hæredes? Resdondetur secundum Panor. in cap. 1. de iurepatron. quod scilicet fundator hoc ius sibi expresse non reseruet, Abb. in testi. cap. significauit & etiam ad extraneos, ita quod si pater instituit filium in certa re, & extraneum hæredem vniuersalem, iuspatronatus transibit in extraneum, non in filium: Et si plures hæredes, in omnes transit ad masculos, & feminas hæredes. facit clem. 1. de concess. præben. sentit glos. in cap. inuestituram, 16. quæst. 7. & ideo filius, qui repudiauit hæreditatem paternam, non erit patronatus, secundum Federicum consil. 3. & hodie determinatum est per dictam clement fin. quod succedunt non capita, sed per stirpes; vnde si plures succedunt, vni ex duobus patronis, omnes habentur loco vnius: & licet vnus habeat plus de hæreditate, quã alius, dummodo non sit hæres in certa re constitutus, æqualiter erit patronus.

4 Quæritur, vtrum iuspatronatus possit diuidi inter hæredes? Respondetur secundum Panor. in d. c. 1. quod non, qualitercunque intelligatur ipsa diuisio, cum ipsum ius, sit in corporale; possunt bene conuenire patroni, vt alternatis vicibus præsentent, d. clem. fin. Similiter si habent plures ecclesias, possunt conuenire, vt præsentet vnus in vna, & alter in altera; quia sicut diuisio permittitur in tempore, ita & respectu locorum, & ista non est diuisio, quæ prohibeatur, in d. c. 1.

5 Quæritur, vtrum iuspatronatus possit adiudicari vni ex hæredibus? Respondetur secundũ Panor. in c. quærimoniam eod. tit. quod non, quia si æqualiter diuidunt, non apparet quare hoc; similiter si æqualiter diuidunt; & tunc si datur pro restauratione illi, qui minus habet, illicitum est, & symoniacum, cap. præterea, eo. tit. transit igitur cum vniuersitate bonorum, 16. q. 7. nemini, & cap. ex litteris, eod. tit.

6 Quæritur, vtrum iuspatronatus trãseat donatione? ℞. quod sic, cap. ex insinuatione, & cap. consultationibus, eo. tit. ita tamen, quod si est laicus, non potest donare cuicunque laico, aut clerico recipiente nomine proprio, sine licentia Episcopi, vt in cap. nullus, & cap. præterea. eod. tit. sicut, nec aliquid alius ius spirituale. Si verò donaret ecclesiæ, aut loco religioso, tunc secundum cõiter Doct. potest sine licentia Episcopi, vt not. in d. c. nullus, & cap. ex insinuatione, & c. illud, & c. vnico. eod. tit. lib In feudum possunt dari cum vniuersitate, cap. cum secundum, eo. tit. sed specialiter non.

7 Quæritur, vtrum transferatur venditione? ℞. quod si specialiter vendatur, est symonia, qui emit intentione, vt possit præsentare quem velit, eo debet spolliari, Abb. de iure patr. cap. quia clerici, & ecclesia debet esse libera, secundum Innoc. Si verò emeret cum vniuertate temporalium, cum quibus transit etiam iuspatronatus, & non est symonia, secundũ Host. & Car. vt patet ex litteris, eod. tit. nisi fortè emeret principaliter propter iuspatronatus, quia sic videretur symonia, secundum Panor. in cap. quia clerici, eod. tit.

Item secundum Io. Andr. in cap. vnico eo. tit. lib. 6. si dicatur, vendo tibi villam, & iuspatronatus, quod habeo in ea, non valet venditio: secus si simpliciter vendit villam, vt in clem. Pastoralis. de re iudic. & ideo emptor, vel feudatarius, cum acquirant directum, vel vtile dominium rerum; similiter acquirunt iuspatronatus licitè, sicut alios fructus habent, ff. de cõtrah. emp. §. dolia.

8 Quæritur, quid si vendat quis domũ, vbi habet capellam, quæ fortè habet multa priuilegia, & multos redditus, vtrum transeat iuspatronatus cum domo? ℞. quod sic, arg. l. si mercedem §. si cum fundum, ff de act. & emp. quia ad capellam non est via, nisi per domum: contrarium not. Host. in cap. ex litteris, eo. tit. Pignori obligari non potest, etiam cum vniuersite, secundum Innoc. quia cum creditor non possit vti pignore; si vacaret Ecclesia, nemo posset præsentare.

9 Sed infra quantum tempus debet patronus presentare? ℞. si est clericus, habet sex menses à tempore vocationis; si est laicus habet quatuor, cap. eam te de-

cet,eod.tit.& est text.in cap. vnico, eod. tit.lib.6.

10 Quæritur, vtrum præsentans indignũ, priuetur iure præsentandi? Respondetur, quod si est clericus, qui præsentat indignum, priuatur ea vice iure præsentandi, & deuoluitur ad superiorem, text. est in cap.sicut,in fin.de suppl.negl.prælator.& cap,3.de eccles.ædi.Si verò est laicus,non priuatur,vt dicitur, ex cap. cum de offic. ord.hoc tenet Innoc.& Host. & Ber.in d. cap.cum vos,& Arch.c.suscepti,de præb. lib. 6. peccat tamen scienter præsentando indignum, quia infideliter agit in officio sibi commisso.

11 Quæritur vtrum patronus possit præsentare seipsum? Respondetur,quod nemo potest præsentare seipsum, sed benè filium, dummodo sit idoneus, facit cap. per vestras, eo. tit. & Pan. in cap. consuluit,eo.tit.Similiter si essent pluries patroni possent præsentare vnum ex se ipsis, facit l.vbi adsunt,ff.de tuto.& tenet glos.in d.cap.consuluit.

12 Quæritur, vtrum admittatur præsentatus à maiori parte? Respondetur,quod admittitur,sed tamen Pan.in d.cap.quoniam,eo.tit.distinguit. aut præsentatio fit ab istis, sicut à collegio, & tunc requiritur maior pars respectu totius capituli; & secundum Io. Andr. & videtur text.in cap.Ecclesia,el 1. de electione.Aut præsentatio fit ab istis, vt à singularibus, vt communiter fit àlaicis, & tunc admittitur præsentatus; quia à pluribus præsentatur. Simliter vacante Ecclesia potest Episcopus vocare patronum, & illi motu proprio conferre secundum Host. arg.d. cap.cum in iure,& idem Panor. in d.cap. per vestras, & communiter Doct. Et si obijciatur,quia institutio facta, sine præsentatione patroni,est irrita,vel irritanda, vt in cap.illud,eo.tit. respondet idẽ Pan. patronus acceptando collationem,videtur consentire: nec tamen se ingerere, cum hoc non habuerit originem à se, sed a superiore.

13 Quæritur, vtrum oporteat, quod sint simul quando volunt præsentare? Respõdetur secundum Pan in d.cap. quoniam, quod si agunt,vt collegium,oportet omnes vocare,aliter poterunt cõtempti annullare præsentationem. Si verò agunt, vt singuli,Feder.cons.97.tenet quod non sed Bart. in l.omnes populi, ff. de iust. & iur.quod siue à collegio,vt collegium est, siue à pluribus, vt singulares consensus est explicandus, dummodo maior pars præiudicet minori, semper debent simul esse,per l.iuris gentium.ff.de pact. & hoc verius quo ad vocationem, qui fortè si fuissent præsentes, induxissent ad consensum alterius,& per hoc facit,c.1.& quod ibi not.de arbi.lib.6.

14 Quando sunt duo patroni tantum, & duos præsentant, secundum Io. Andr.in cap.cum autem. eod.tit. tunc Episcopus poterit quem voluerit eorum instituere, & est bona glos. in cap. si plures, 16. q. 7. hoc tenet Innoc.in cap.1.eod.tit.& Car. in d.cap.cum autem, & Pan. in cap. eam te,eod.tit.& videtur verius, quamuis aliqui aliter tentant.

15 Quando laicus habet iuspatr. cum Ecclesia habebit etiam cum Ecclesia sex menses ad præsentandum,secundum Io. Andr. ratione communionis, priuilegium Ecclesiæ transibit in laicum ad istar eius, quod dicitur de eo, qui habet rem communem cum pupillo, quæ non potest vsucapi, vel præscribi propter pupillum, vt in l. si communem, ff. quem ad ser. amit. ita per Ecclesiam consequitur, quod per se consequi non posset,de conceß. præb. cap.pen.& idem est quando laicus,& clericus habent præsentare in sex menses, secundum Pan.in cap.eam te,eo.tit. quia maius dignum trahit ad se minus dignũ, c.quod in dubijs, de cons.eccl. vel alt.& hoc tenet Io.Andr.

16 Quæritur, vtrum patronus possit aliquid exigere in recognitione iuris patronatus, puta aliquos cereos? Respondetur secundum Pan.in cap.præterita, eod. tit.quod non, nisi tempore fundationis à Diœcesano, hoc fuisset sibi reseruatum; nec valet si ipse patronus fundando aliquod seruitium sibi reseruet, sine authoritate Episcopi.

17 Quæritur, vtrum patronus possit vendere tale ius titulo remanẽte apud eum? Respondetur,quod si tribuit dotem pinguem,& abundantem,potest; secus si solum necessariam ad sustentationem ministrorum, quia tunc nullum seruitium poterit sibi retinere, ita not. Pan. in c.1.

de cen. & fallit hoc, quando locus religiosus proprijs expensis Ecclesiam ædificauit, quia tunc talis locus habet in ea omnia temporalia, sicut Episcopus spiritualia, vt de priu. cap. cum, & plantare; & etiam ius præsentandi, cap. sicut. de supp. negl. prælat.

18 Quæritur, vtrum liceat clerico recipere Ecclesiam de manu laici patroni, Respondetur, quod non, secundum Panormitanum in dicto cap. præterea, el primo: & si recipit, peccat mortaliter, & licet non sit suspensus ipso iure, tamen debet communione priuari. Ex quo infert Panormitanus, quod si talis impetrat à Papa, non expresso, quod prius habuit à laico, non valet, ex quod debet communione priuari, vt dicto capit. præterea, & capit. postulasti, de rescriptis.

Partis Secundæ Finis.



SVMMA COMPENDIOSA DE PRÆMIO, ET PÆNIS BONORVM, ET MALORVM OPERVM TAM DIVINIS QVAM HVMANIS:

PARS TERTIA.



IN CHRISTI NOMINE AMEN.

SVpereſt iam vltimo, cum de bonis, aut malis operibus, vitijs inquam, & virtutibus, quæ maximè ſcitu neceſſaria ſunt dixerimus, de ipſorum bonorum operum præmio, & pœnis malorum, etiam aliqua dicamus, & præſertim de Eccleſiaſticis pœnis, & cenſuris omnino ad confeſſiones audiendas neceſſarijs.

SVMMARIVM.

1 *Præmium virtutis in hac vita honor, & reuerentia, & pœnæ operibus malis, cenſuræ Eccleſiaſticæ.*
2 *Cenſura eſt pœna Eccleſiaſtica in quantum ab Eccleſia eſt illata.*
3 *Cenſura dicitur loco generis.*
4 *Cenſuræ Eccleſiaſticæ triplex .ſ. aliæ Eccleſiaſticæ peccatorum pœne.*
5 *Degradatio, & Depoſitio non vocantur cenſuræ.*
6 *Quotuplex degradatio eſt.*

De Cenſuris. Cap. I.



1 PRæmium itaque virtutis, quamuis in hac vita quærendum non eſt ſed in altera debetur, tamen ab alijs virtutibus honos, & reuerentia, licet ipſa non expectat, non quod ei condignum ſit præmium, ſed quia, (vt antea diximus) maius eis dare non poſſumus, nec honor profectò tantum debetur, ſed auxilium, ſi ſit opus auxilij. At ſi propter Deum facta ſit virtus, ob ipſomet Deo æternum reci-

recipiet beatitudinis, & finis sui vltimi præmium, de quo diximus supra.

Malis similiter operibus, & in altera vita æterna pæna, & in hac quoque vita merito infligentur temporales, tum vinculis à secularibus magistratibus, qui non sine causa gladium portant, tum Ecclesiastica ab Ecclesia Christi ipsius sponsa, quas confessori scire maximè est necessarium, & ideo de illis iam est agendum. De actionum igitur humanarum, seu peccatorum Ecclesiasticis pænis, & censuris dicendum, tum in genere, tum particulatim de singulis. Pænæ igitur Ecclesiasticæ, aut sunt spirituales, quarum quædam sunt Censuræ, vt Excommunicatio, Interdictum, & suspensio: Quædam non censuræ, vt irregularitas: Degradatio Depositio: Aut sunt temporales Ecclesiæ pænæ, vt carcer, pæna pæcuniaria, &c. sed non sanguinis: Sed primo de censuris.

2 Quid est Censura Ecclesiastica? ℞. est pæna Ecclesiastica in quantum est ab Ecclesia illata: Vel est pæna quædam ob peccatum illata ordinis, vel officij, vel iurisdictionis vsum, aut fidelium communionem prohibens, & impediens.

3 Quare dicitur Censura Ecclesiastica? ℞. dicitur Censura Ecclesiastica loco generis, cum appellatione Censuræ veniet Excommunicatio: Suspensio, & Interdictum, Optimus text. in cap. quærenti de verb. signif. Dicitur Ecclesiastica ad differentiam earum, quæ veniunt nomine Censuræ de quibus per glos. in c. ad reprimendam vers. in carnibus de offic. iud ord Dicitur etiam Censura Ecclesiastica ad differentiam seueritatis Canonicæ, & animaduersionis Ecclesiæ. Nam Censura Ecclesiastica consistit circa pænam spiritualem dicto cap. querenti. Seueritas autem cànonica circa pænam temporaralem de pænis, cap. in quibusdam; sed animaduersio Ecclesiastica consistit circa degradationem, & curiæ secularis traditionem de verb. signif. nouimus, licet quandoque sumatur hæc promissiue vnum pro alio, ita Card. in Clem. prima de testibus, nu. 6.

4 Quotuplex est Ecclesiastica Censura? ℞. triplex (vt supra dictum est) excommunicatio cap. 1. de sent. excom. in 6. Suspensio, & Interdictum, nam Irregularitas, non est Censura, quia Censura est pœna, quæ infligitur propter culpam. At irregularitas, vt irregularitas, non semper infligitur ob peccatum.

5 Quæ sunt aliæ Ecclesiasticæ spirituales peccatorum pænæ? ℞. præter Irregularitatem, est degradatio, quæ propriæ importat priuationem executionis legitimè aliorum officiorum, & bonorum Ecclesiæ tum communium omnium fidelium absque spe restitutionis, sed retento priuilegio fori. cap. si quis suadente diabolo 17. q. 4. Differt etiam à suspensione, quæ est priuatio eorundem, vel aliquorum, vel omnium ad tempus cum spe dispensationis Inhabilitates denique varias ad diuersas res, & diuersa munera in Ecclesia, & officia.

6 Quotuplex est degradatio? ℞. duplex prima verbalis, quæ est depositio ab ordinibus, seu gradibus Ecclesiasticis, alia est actualis, quæ est solemnis (vt supra dictum est (quando degrandus indutus sacris vestibus in manibus tenēs suas, seu Instrumentum ad suum ordinem spectās adducitur ad Episcopum à quo auferuntur omnia illi data in ordinatione ne debita iustitiæ executio differatur, sed non requiritur necessario illi Episcoporum numerus iuxta. Conc. Trid. sess. 13. de reformatione cap. 4. & secundum antiquos canones. Ammittit igitur priuilegium clerici. & potest iudicari à iudice seculari quando est degradatus actualiter; & si quis eum percusserit, non incidit in canonem, si quis suadente. Secus si verbaliter tantum, nisi factus esset omnino incorrigibilis, non tamen amittit ea, quæ sunt, ordinis etiam si sit degradatus actualiter, vnde consecrando potest conficere, & propterea tenetur recitare horas canonicas: Sed nullus est degradandus, nisi propter delictum adeo perniciosum, vt tradendus sit curiæ seculari.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio est Censura Ecclesiastica, qua homo communione priuatur.*
2 *Communicare cum Excommunicatis in quibus casibus liceat.*
3 *Excommunicatio duplex maior, & minor.*

4 Ex-

4 *Excommunicatio latæ sententiæ quomodo cognoscatur.*
5 *Excommunicatio quid operatur.*
6 *Excommunicatio pro qua causa feratur.*
7 *Excommunicatio iniusta, aut nulla, quæ sit.*
8 *Excommunicatione lata contra tenentes bona mariti vxor, vel filius non ligatur.*
9 *Excommunicatus nulliter, & denuntiatus publicè, à diuinis, & alijs abstinere non tenetur.*
10 *Excommmunicatus iustè, si celebrat cum scandalo, efficitur Irregularis.*
11 *Excommunicatus licet in iustè non obediens iudici mortaliter peccat.*
12 *Excommunicatus licet iniustè absolutionem tamen omnino petere debet.*

De Excommunicatione. Cap. II.

1 QVid est excommunicatio? Resp. est censura Ecclesiastica, qua homo communione priuatur. Tria sunt communia, quibus fideles participant. Primo septem Sacramenta, suffragia Ecclesiastica, id est, orationes. Secundo sacrificia, quæ pro omnibus fundit Ecclesia. Tertio conuersationes humanæ, his priuat Ecclesia in obedientes filios. At sunt alia bona intrinseca, quibus per excommunicationem priuare, non potest, v. g. si ille reddit in gratiam Dei, participat bonis operibus iustorum ab intrinseco, cum sit membrum Christi sed solum ab extrinseco priuatur per excommunicationem.

2 Quæritur in quibus casibus cum excommunicato communicare non liceat? R. in primis ante Conc. Constan. in vniuersũ prohibebatur fidelibus participare cum excommunicatis, tamen post illud Conc. in vtilitatem factum liceret illis conuersare, & participare cum excom municatis omnibus exceptis duobus videlicet nominatim axcommunicatis, & publicis clericorum percussoribus, cum alijs possumus communicare, sed non illi nobiscum, nam priuilegium illud in nullo fauet excommunicatis, sed solum fidelibus, qui cum illis communicant. Rursum dicimus ista bona exteriora cõmunia tertij generis, quæ sunt humanæ conuersationes his versibus continẽtur.

Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Vt decretis Calisti, & Isidori. 11. q. 3. cautum est. Et qui cum ipsis communicant, incidunt in excommunicationem minorem, cap. si celebrat de cleric. excom. min. cap. nuper. cap. cum desideres tit. nostro, cap. excommunicatos, cũ duobus sequentibus. 11. quæst. 3. & venialiter peccant Abbas in cap. sacris de his, quæ vi.

Primò per, os, intelligitur amplexus locationes, & missiones litterarum text. opt. in cap. vbi periculum. §. nulli de electione lib. 6. glos. in cap. constitutionem tit. nostro lib. 6. in clem. si sumus de sent. excom. in l. licet, de const. pecunam scriptura loquitur, vt dicit text. in l. Epistola inter claras C. de sum. Trinit. & fide Cath. facit text. in cap. cleric. nullus, dist. 81. Doct. in cap. si quando tit. nostro Felyn. in c. mulieres, eod. tit. Turrecr. in cap. cum excommunicatio. 11. q. 3.

Secundo per orare, ne quis audiat sacrum cum eo, neque canat simul in choro, Innoc. in cap. nuper tit. nostro Sot. in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 4. col. 7. Ingressus Ecclesiæ excommunicatis non est prohibitus, potest solus orare, & ingredi Ecclesiam, eo tempore, quo diuina officia non celebrantur, Couar. in cap. alma, mater, §. 3. num. 7.

Tertio, vale, salutationes prohibentur, nec resalutare licet. d. c. excommunicatos, sed dicendum est Deus te cõuertat, & in litteris loco solutationis, scribi potest, spiritum consilij sanioris.

Quarto per communio contractio negotiorum prohibetur, Sylu. in verb. excom. 5. num. 3. ita nec ab eo emere, nec vendere licet: locare, ne conducere, neq; matrimonium contrahere, neque ad Papam simul cum eo ire Innoc. in c. nuper tit. nostro.

Quintò, Mensa, vt nec in vna mensa comedatur, nec in vno lecto dormire. Si verò sunt plures socij in eadem domo cohabitationes, si quis eorum esset nominatim excommunicatus, potest à socijs expelli, quod si hoc fieri non potest absque

absque scandalo, & incommodo, nec alij sine incommodo recedere, tunc ad euitandum minorem excommunicationem sufficit non simul commedere, nec simul dormire, licet in eodem cubiculo, sed non in eodem lecto, Innoc. in cap. nuper de sent excom. Turrecr. in cap. excommunicatus, 11. quæst. 3. Verum est tamen, quod in aliquibus casibus licet conuersari cum excommunicatis, videlicet in his, quæ continentur in his carminibus.

Vtile, Lex, Humile, Res ignorata, Necesse.
Hæc anathema faciunt, ne possint obesse.

Sot. in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 4. Sylu. excom. 5. §. 4. Nauar. c. 27. nu. 5.

Primo excusat vtilitas, i. participans propter vtilitatem, siue spiritualem, siue temporalem, siue propriam, siue excommunicati nominatim, vel publici clerici percussoris: Dixi temporalem, vt si excommunicatus mihi debet ex præuia conuentione seruitium aliquod, vel pecuniam, possum cum eo communicare alias ex suo delicto, commodum reportaret de iudic. c. intelleximus, Abb. in c. si vere, in fin. tit. nostro.

Secundo excusat lex. 1. Vxor eius in reddendo, & petendo debitum, sed excommunicatus non potest petere glos. in cap. quantum 11. q. 3. & pari ratione maritus cum vxore excommunicata communicare porest contra glos. in d. c. quoniam, quam sequitur Sylu. & Rosella, & ratio est à societate, & communione deducta. Sicut enim Socius potest communicare cum socio excommunicato, glos. in c. 1. dist. 41. cui similis est glos. penul. in cap. si vere tit. nostro. Sic maritus iure societatis, coniugalis poterit communicare cum vxore excommunicata. Quod est Turrrecr. in d. capitulo quantum probat.

Tertio, Humile, seu humilitas, hoc est, qui sunt in humilitate subiectionis, aut seruitutis. Hinc filij, qui sunt in potestate Patris, vel etiam mancipati, modo sint commensales patris, vel ab eo recipientes necessaria. Serui qui ante sententiam excom. vel post sententiam ignorantes excommunicationem se obligauerint ad seruiendum, & discedere postea non possunt absque suo damno, excusantur. Item rustici colentes terras, nutrices; mercennarij possunt cum parentibus, & dominis communicare sine metu, quod incurrant excommunicationem minorem, d. cap. quoniam, cap. quod in dubijs, cap. inter alia tit. nostro: Idem dicendum de subditis respectu Prælatorum, & de clericis cum Episcopo, Sylu. in verb. excom. 5. nu. 4. Econtra autem superiores, siue Pater, siue Dominus tenentur inferiores euitare, secundum glos. communiter receptam in d. cap. quomodo multos, nisi ex capite vtilitatis excusantur. Nauar. cap. 27. nu. 26. vel etiam possunt in his communicare, ad quæ sunt obligati, quantum scilicet requirit paternales, aut dominatiua gubernatio Sylu.

Quarto, excusat res ignorata, i, quando quis ignorat talem esse excommunicatum, excusatur. Dicitur autem, quis ignorare factum, quando non constat ei quod quis tale, quid fecerit, puta, quod verberauerit clericum, nec est fama, ita publica, vt credere debeat omnino, quia si ab aduersario, audit, vel ab homine leuis conditionis, non debet sibi de hoc formare conscientiam. 1. q. 3. cap. non solum. Verum si ignorantia facti, non esset probabilis, puta quia aliquis audiuit per famam publicam, vel à fide dignis aliquem esse excommunicatum, tunc tenetur vitare in occulto, & in publico arg. text. in cap. illud de cleric. excom. mini. quod iutelligitur, quando fama volaret esse nominatum, & denuntiatum, vel ita notoriè percussorem clerici, vt nulla possit tergiuersatione cælari, alias non sufficeret fama publica, quod esset, excommunicatus. At si dubitaret aliquem esse excommunicatum, & denuntiatum, non tenetur eum euitar coram alijs, quia inferret illi iniuriam, Nauar. c. 27.

Quinto, excusat Necesse, siue necessitas tã excommunicati, quã participantis hinc orator, peregrinus, aut viator, & similes in necessitate constituti, licite necessaria recipere possunt ab excommunicatis, cap. si verè tit. nostro, cap. quoniam 11. q. 3. Hinc, & si plures sint socij in cubiculo, quorum vnus sit publici clerici percussor, & adest vnum tantum cubile, vnaque mensa, quæ est ipsius excommunicati (vt diximus) licet alijs so-

cijs cum eo participare (necessitate durante) Nauar. c. 27. num. 26. Sylu. in verb. excom. 5. Dicitur autem necessitas, quando imminet periculum mortis in non participando cum excommunicato, aut publico clerici percussore, vel quæ illa sic æstimatur arbitrio boni viri, Sylu. ibi nu. 5. in fin.

3 Quod sunt species excommunicationis? ℞. duæ, Maior, & Minor, vtraque priuat, sed differunt, quia Maior priuat omnibus illis vtriusque bonis. Minor verò solum passiua participatione sacramentorũ Maior parturit excõmunicationẽ in participante Minor autem non inficit eos, qui participant cum eis. Maior solum ab aliquibus absoluitur, à Minori verò quilibet, qui potest absoluere à peccatis, potest etiam absoluere ab ipsa excommunicatione, vt Parochi. Item alia est excommunicatio Iuris, q̃ in corpore iuris clauditur, & hæc dupliciter considerari potest. Alia quæ generaliter infligitur à canone, Concil. statuto perpetuo, quod cõtinetur in extrauagantibus. Alia vero iure particulari, quæ continetur in legibus synodalibus, vel particularibus in eum, qui hoc fecerit tex. est in c. 2. de const. lib. 6. clem. 1. §. verum de hæret. Prima extenditur per totam Ecclesiam. Secunda non extenditur ad loca alia extra Diœcesim vel Prouinciam, Sylu. in verb. excom. 1. num. vers. 3.

Item excommunicatio à Iure, vel ab homine, aliquando est latæ sententiæ aliquando comminatorio. Excõmunicatio latæ sententiæ de facto incurritur Comminatoria verò non, sed est affligẽda postea per sententiã effectus excõnis, i. potest fulminari glos. in c. vnico de sagit. & priuatur omnibus bonis supradictis, & actiua, & passiua sacramentorum participatione, ita vt solemniter ministrare sacramenta, esset irregularis, & à solo Papa dispensabilis. Si delictum est publicum: alias si occultum, Episcopus, vt dicitur in Conc. Trid. sess. 24. de refor c. 6. ita vt neq; potest eligi, nec eligere in aliquam dignitatem, nec accipere beneficium, neq; alteri dare, & secundum aliquos non potest fructus beneficiorum percipere, dum est in mora petendo absolutionem: Tolet.

4 Quomodo cognosci potest excommunicatio latæ sententiæ? ℞. cognoscitur ex ipsius verbis, & tenore, id est, quando verba sunt præsentis temporis, vel præteriti: Si autem sunt futuri temporis, dicitur comminatoria glos. in dicto capitulo vnico Felyn. in capitulo Rodulfus, numero vigesimoquarto de scrip. Syluestr. in verb. excommunicatio. 1.

5 Quæritur, quid operarur excommunicatio hæc? ℞. hæc excommunicatio, siue sit specialis, siue generalis operatur, vt qui illa ligatus est, non possit aliquod cõferre Sacramentum, nec celebrare, nec se ingerere in diuinis aliquid exequendo, vt dicendo horas canonicas, aut Epistolam, aut Euangelium, nec potest exequi aliquid deputatum suo ordini tanquam habens talem ordinem, nam Irregularis esset, cum quo non dispensat nisi Papa, si delictum est manifestum, alias si occultum, Episcopus, vt supra Concilio Tridentino.

6 Quęritur per qua causa fertur excommunicatio Maior, & Minor? Respon. Maior nõ nisi pro peccato mortali, quod patet ex cap. nemo Episcoporum. 11. q. & glos. ibidem, & est communis sententia: Aliquando non est peccatum, sed bonũ, nam excommunicãtur peregrinantes in Ierusalem, sine licentia Papæ, & tunc efficitur peccatum ratione prohibitionis, & inobedientiæ, cui apposita est excõmunicationis pæna, tunc est mortalis, & ita, intelligitur, quod excommunicatio semper infligitur pro peccato mortali: Minor vero, etiã pro peccato veniali infligitur. Notandum est, vt inquit Petrus de Palude, & est communis sententia, quod qui certus est se non peccasse mortaliter propter occurrentes circunstantias, certus etiam est se in rei veritate non esse excommunicatum, licet præsumatur, & propter scandalum seruanda sit. Nam tria ad excommunicandum essentialiter requiruntur pro peccato mortali in se, vel ratione inobedientiæ, & in Iudice etiam intentio excommunicandi: & si vel vnum ex his tribus desit excommunicatio est nulla.

7 Quid si sit iniusta, vel nulla? ℞. detur, ꝙ triplex est denique excõicatio: quædam dicitur nulla, quædam iusta, & quædam iniu-

iniusta. Nulla dicitur, quando ipso iure non tenet, de qua loquitur glos. in cap. præsenti eod.tit.lib.6. glos.in cap. reprehensibilis de appell. & ab hac absolutio non est necessaria, licet soleat ad cautelam peti, & dari declaratio nullitatis text.in cap.per tuas, tit.nostro, & dicitur peti ad cautelam, quia forsan excommunicatio valuit; & licet nulla sit, tamen ad euitandum scandalum aliorum, qui excommunicationem nullam fuisse ignorant. Couar. in c. alma mater § 7. num. 7 ibi cæterum. Nauar. c. 27. nu. 3.

Sunt multi modi, quibus contingere possit excommunicationem esse nullam vt glos. in cap. præsenti de sententia excommunicationis lib.6. declarat Abb. etiam latissime in cap. ab excommunicato num. 5. de rescrip. Sylu. in verb. excommunicatio 1. num. 1. Breuiter autem dicendum hoc posse contingere, vel ex defectu causæ efficientis, quando scilicet, deest legitima potestas in excommunicante excommunicandi, quia ille excommunicant, & authoritatem non habet.

Laicus (exempli gratia) excommunicare non potest, etiam ex delegatione Episcopi, vel Archiepiscopi, nisi ex sum. Pontificis priuilegio glos. in cap. ad hoc vers. ducibus 32 dist. Abb. in d. cap. ab excommunicato, num. 5. cap. decernimus de iudic.

8 Quæritur quid si maritus ferat excommunicationem extra aliquid tenentes, & reperitur, quod vxor, vel filius habent bona, pro quibus fertur illa excommunicatio, an vxor, vel filius excommunicatione ligetur? ℞. quod non præsumitur Patrem, vel maritum habuisse animum excommunicandi filium, vel vxrem, ita dicit, Sot. lib. 5. de iust, & iur. quæst. 3. art. 1. Vel quod nulla etiam sit excommunicatio, potest ex parte excommunicati contingere, vt si post legitimam appellationem in tempore factam, fuit, excommunicatus, vt habetur in cap. cum contingat de offic. de leg. c. per tuas de sent. excommnnicationis, cap. ad præsentiam de appell. Vel si permittitur ordo iuris, & si ommissa sunt illa substantialia, quæ faciunt sententiam ipso iure nullam, vt est monitio in excommunicationa participantium cum excommunicantis ab homine cap. statutum, cap. constitutionem de sententia excommunicationis lib 6. vel etiam si lata sit contra ius expresse, vel quia falsum probatum fuit in iudicio crimen, vel continet intolerabilem errorem manifestum contra ius diuinum, aut pontificium, vt si quis excommunicetur, aut pro re minima cap. Episcopi. 11. q. 3. aut si aliquid præcipitur, quod est illicitum, vt excommunico te, si non fureris, aut prohibetur bonum de sui natura, vt axcommunico te, si pauperi tribuas eleemosynam, cap. venerabilibus. § fi. de sent. excom. cap. præsenti eod. t. lib. 6. His casibus excommunicatio non ligat, quia in illicitis, non sunt audiendi, qui contra Deum aliquid præcipitur c. Iulianus, c. qui resist. 11. q. 3.

9 Quid faciet nulliter excommunicatus & publicè denuntiatus? ℞. non tenetur abstinere à diuinis, neque ab aliqua hominum legitima communione, modo nullitatis causa fuerit publicata, secundum Palud. dist. 18 q. 1. col. 3. Nec si celebrat Irregularitatem incurrit, quam incurrit excommunicatur ipso facto ingerens se diuinis, cap. 1. eod. tit. lib. 6. à quo solus Papa absoluit. c. clerici, cum glos. in fin de cleric. excom. minist.

Iniusta vero est, quam profert is, qui non potest, aut alter, aut ob aliud quam debet. Et diuiditur iniustam validam, & inualidam. Excommunicatio iniusta valida, i, quæ ligat, est illa, quæ procedit ex affectu corrupto Iudicis, puta ex odio, vel ex ira, cap. illa 11. q. 3. cap. cum mædicinalis eod. tit. lib. 6. vel prætermisso ordine iuris, qui non est de essentia, vt si non procedat trina monitio, aut vna pro tribus, cum legitimis interuallis, cap. sacro de sent. excom. aut excommunicat solo verbo sine scriptura publica, vel priuata, cum excommunicationis sententia debet fieri in scriptis, & vt est causa in sententia exprimatur cap. 1. eod tit. lib. 6. & tunc hæc excommunicatio tantum ligat, quantum iusta, tam in foro exteriori, quam interiori, Nauar. 27. num. 3. quamuis Iudex ille apud Deum iniquus sit, & peccet mortaliter, atque maneat suspensus per vnum mensem ab ingressu Ecclesiæ, & à diuinis officijs, d. c. 5. & cap.

& cap.sacro eod. tit. Quæ pæna non afficit Episcopos, quia non fit eorum particularis mentio, quod est necesse, vt ipsi incurrant suspensionem cap.quia periculorum eod tit.lib.6.

Nec ligat eos, qui ex ignorantia dictas monitiones ommitterent, sicut colligitur ex verb.peæsumpserit, nec Prælatos religiosum, qui formulas iuris seruare vsquæquaque non debent, de accusat.c. qualiter, & quando el secundo. De hac materia, vide Lupum alleg.73. Vide etiam Sylu.in verb.excomm.1. num. 14. & Nauar.cap.27.num.7. & sequent. nec etiam pæna text. in cap. 1. de sent. excommunicationis lib. 6. eos afficit, qui dictam formam non seruant, quia periculum est in mora, glos.in cap.sacro, de sent.excom. in verb. temerarius, quia hoc casu excommunicatus non fuit in culpa. Alia est iniusta ex defectu iniustè causæ id est, quando non interfuit causa iusta; sed, vel iniqua, vel solum præsumpta, vt quando Iudex secundum allegata, & probata contra innocentem ob falsa testimonia testium. sententiam excommunicationis pronuntiat, & hæc sui natura operatur tantum in foro exteriori, nō adimitt cōmunionem interiorem, neque suffragia generalia, quæ Ecclesia eiusque ministri faciunt, quatenus sunt tales opt. text. in cap.illud.§.planè 11.q. 3. cap. si quis 24. q 3 cap cui 11.q.3.Sot.in 4. sent. dist. 22. q. 1.art.3.4.concl.Couar, in d. cap. Alma §.7.& ratio est, quia prudenti ratione interpretanda est communis intentio Ecclesiæ in publicis præcationibus, & communibus suffragijs, quod sit conformis diuino iudicio, & diuinæ voluntati, secundum veritatem quidem, & non secundum errorem hominum. Iniustè autem excommunicatus, non priuatur apud Deum suffragijs Ecclesiæ, ergo nec Ecclesia ligatur, tamen quo ad Ecclesiam: Et ideo debet humiliter sustinere, vt humilitatis merito, tale damnum compensetur. Turrecr.in sum.11.q.3.

Quæritur vtrum si iste iniustè excommunicatus celebret cum scandalo quid? ℞. efficeretur irregularis, at si occultè absque scandalo, non peccaret quidem, nec esset in animæ iudicio affectus Caiet. 2.2.q.70.art.4.in fin.Sot.in 4.sent.dist.22. q.1.art.3.col.penul.in fin. Couar. in d. §. nu.7.vers.illud.

11 Quæritur, quid si iniustè excommunicatus excommunicationem contennit, & non vult obedire iudici præcipienti vt exeat ab Ecclesia? ℞. peccaret mortaliter, & sic ex contemptu, apud Deum incipit ligari, secundum Sotum, qui supra col.fin. & cap. notandum in fin. 24 q. 3. scilicet, vt per illum contemptū, fit mortalis criminis culpa affectus, non autem quod contemnens, fit cōscientia excommunicatus, nam contemptus ipse in quacunque materia peccati culpam mortalem inducit glos.in c. 1. vers. contemnat tit.nostro lib.6.

12 Quæritur vtrum petere debeat absolutionem quis, licet excommunicatus sit iniustè? ℞. quod omnino petere debet cum ipsa ante absolutionem omnino liget quoad Ecclesiam, cap. per tuas, vers. in alijs de sent. excommunicationis, & ideo dari debet secundum formam iuris. Et si Panor.c.ab excommunicato, nu.16. de rescript.dicat, quod iuramentum, & alia solemnia non requiruntur. Vnde antequam excommunicatus iniustè, idest sine causa, petat absolutionem à suo Iudice, & tenetur seruare Canones de excommunicatis statutos, sub pænis ab eisdem indictis. Quare excommunicatus iniustè in foro conscientiæ tenetur à diuinis sibi indictis abstinere, ac alios uitare, & si indiuinis se immiscuerit. Irregularis efficitur nisi occultè, absque scandalo celebrauerit, vt supra diximus Couar.qui supra nu.7.vers.his quidem.

Iuxta excommunicatio est quando ille, qui potest, & eo modo, quo potest, excommunicat quem potest, & hæc semper valet, & multa operatur, vt inferius videbimus.

SVMMARIVM.

1 *Excommnnicandi potestas proculdubio est in Ecclesia.*

2 *Excommunicandi potestatem habet summus Pontifex Concilium, leges, & Iudices*

3 *Excommunicatus in vna prouintia vbiq; est interdictus.*

4 *Excommunicatio solemnis solis Episcopis est concessa.*

5 En-

5 *Excommunicare, quomodo possit Prælatus subditum suum commorantem extra ciuitatem suam.*

6 *Excommunicare subditos suos extra suum Episcopatum Episcopus non potest.*

Qui possit Excommunicare. Cap. III.

1 QVæritur vtrrum in Ecclesia sit potestas excommunicandi? ℞. nullus dubitare potest de hac potestate de qua loquitur Sot. dist. 22. q. 2. art. 1. Hæc autem potestas, quam tradidit Dominus Petro, & eius successoribus, Matth. 18. dicens: Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi, sicut ethnicus, & publicanus: conuenit ex sola ordinatione omnibus sacerdotibus, vt habetur in Conc. Trid. Vsus vero est eis generaliter interdictus, & exercitium, sed aliquis specialiter concessus, vt inquit Host. in sum. tit. nostro vers. Non solum ad ius.

2 Quæritur igitur, qui habent hanc potestatem excommunicandi? ℞. quod cum excommunicatio sit actus Iurisdictionis Ecclesiæ in foro exteriori, illi omnes, & soli excommunicare possunt, qui habent iurisdictionem Ecclesiasticam in foro exteriori ordinariam, vel delegatam à iure vel à consuetudine legitimè præscripta, aut approbata, quales sunt Summus Pôtifex, & Acumenicum Concilium, non solum per sententias, veluti Iudices, verum etiam per leges, vt legislatores excommunicare possunt. nempe leges condendo ne hoc, aut illud fiat sub censura excommunicationis: Episcopi verò, & Prouincialia Concilia sub eadem forma possunt easdem constitutiones facere, quæ non tam leges, quam statuta dicuntur. Possunt etiam per viam sententiæ solemniter excommunicare, quæ solemnis excommunicatio anathema dicitur, & ipsis solis Episcopis concessa est 24. q. 3. corripiantur c. visis. 16. q. 2. & tandem qui habet iurisdictionem ordinariam, vel delegatam ex offic. vel consuetudine in alium non impeditam excommunicare, aut cum illa solemnitate, quæ habetur in cap. debent 11. quæst. 3. ad solum Episcopum pertinet.

3 Quæritur an excommunicatus in vna ciuitate, nempe à Iudice Ecclesiastico vnius Prouinciæ, sit vbique vitandus? ℞. videtur quod sic, per glos. in cap. pastoralis. §. verum de app. in glos. fin. text. in c. ad reprimendam, de offic. ordinand. Dec. in cap. cum explantare, nu. 5. & 14. de priuil. Sot. dist. 22. q. 2. art. 1. 1. concl. in 4. sent. & ratio est, quia excommunicatio afficit animam, & sequitur excommunicatum, sicut lepra leprosum c. cito turpem. 1. q. 1. & hæc quidem opinio communis est, vt asserit Nauar. in cap. inter verba 11. q. 3. corrol. 67. Quamquidem sententiam nonnulli veram esse opinantur, quando quis probare possit eum esse alibi excommunicatum, & denuntiatum alioquin si hoc probare non possit, non tenetur eum vitare, nisi in eo loco, vbi fuerit excommunicatus, quod annotauerunt Henricus in cap. cum duobus tit. nostro Sylu. in verb. Excommunicatio. 5. dubio 17. Pia sanè eorum sententia est, Ipse verò non auderem, ita latè Concil. Basiliensis decretum interpræstari, nam qui in vno loco publicè denuntiatus est, minimè ab Ecclesia toleratur, eo quod sit publicè, & non occultè, quod si probari denunciatio possit commode, vitandus est publicè, & non occultè, quod si probari denunciatio non valet, tunc equidem vitandus est occultè, non autem publicè, & ita Couar. in cap. Alma mater §. 3. num. 2. censet esse tenendum.

4 Quæritur quibus concessa est solemnis excommunicatio? ℞. solis Episcopis (vt diximus) concessa videtur, hinc vocatur mucro Episcopi, cap. visis. 16. q. 2. Simplicem verò excommunicationem faciendi, siue maiorem, siue minorem, omnes illi authoritatem habent, qui spiritualem habent iurisdictionem, & si animarum curum non habeant. Vnde Archidiaconus, Archipræsbyter, & alij qui Prælatorum nomine conueniunt, iurisdictionem excommunicandi habent: Abb. in c. cum ab Ecclesiarum de offic. ordinan. Pariter per viam electionis electi, vt sunt Priores claustrales, Custodes, & Abbates Host. & Sylu. in verb. excommunicatio. 1. in 4. sêt. & ratio est, quia potestas excommunicandi pertinet non ad

ſotum interius pœnitentiæ, vbi agitur de peccatis, etiam occultiſsimis, ſed ad iuriſdictionem fori exterioris. Hinc infertur ſimplices Sacerdotes, Confeſſores, vel Parochos, quia non ſunt propriè Prælati, nec iuriſdictionem habent, niſi in foro pænitentiali excommunicandi poteſtatem, non habere niſi eis fuerit à ſuperiore commiſſa, vel niſi in aliquibus caſibus eis à iure conceſsis, veluti in furto, & rapina, vt inquit S. Tho. & ſi re vera hoc in deſuetudinem abijt, vt refert Sot. qui ſupra.

5 Quæritur, an Prælatus ſubditum ſuum extra Diœceſim commorantem poſsit excommunicare? ℞. quòd per modum ſtatuti non poteſt, ſed benè ferri poteſt ſententia excommunicationis ſpecialis contra ſubditum ſuum abſentem, & exiſtentem contra territorium, vt in cap. cũ ſit. §. fin. de appell. vbi planè per Doctores. facit text. in cap. tuæ, vt lit. non conteſt. & in cap. ex tuæ, de cler. non reſiden. quod intellige quando excommunicatio profertur extra Diœceſim pro cauſa iam damnata, quę ortũ habet infra Diœceſim, vt qui furtum fecit in proprio territorio, & poſtea illico translimina Diœceſis aufugit, quia pro cauſa orta extra Diœceſim excommunicare non poſſet, vt eſt text. in d. c. fin. D. Ant. in cap. à nobis, el primo. tit. noſtro Franc. in d. c. fin. nu. 13. de conſt. lib. 6. & in c. 1. §. contrahentes. nu. 12. de for. comp. eod. lib.

6 Quæritur, vtrum Epiſcopus extra ſuũ Epiſcopatum poſſit excõmunicare ſubditos ſuos? ℞. quòd non, cap. Epiſcopum. 11. q. 3. etiam ſi eſſet à ſuo Epiſcopatu vi pulſus, niſi in loco viciniori Epiſcopatui, iuxta Clem. 1. de for. compet. aut niſi de conſenſu Epiſcopi ibi maneat, & habeat domicilium, aut in re adeo manifeſta, quæ non requirat cognitionem cauſæ, arg. cap. cum ſit. §. fin. de appell. Nau. cap. 27. nu. 39. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicare non poteſt ille, qui iuriſdictionem non habet.*

2 *Excommunicare non poteſt Abbatiſſa, nec mulier alia.*

3 *Excommunicatus excõicare non poteſt.*

4 *Excommunicare non poteſt interdictus.*

5 *Excommunicare non poteſt conſuetudo abſque ſententia.*

6 *Excommunicare ſuperiorem ſuum nullus poteſt, neque ſeipſum, neque æqualem.*

7 *Excommunicationem non incurrunt ludentes cum eodem Epiſcopo, qui ſynodali conſtitutione tali ludo, vel loco ſacerdotibus ludere prohibuit.*

Qui non poſſit oxcommunicare. Cap. IV.

1 QVæritur quis non poſſit excommunicare? ℞. primo, non poteſt excõmunicare ille, qui iuriſdictionẽ non habet, etiam ſi ſit eccleſiaſticus, cap. dilectus, de offic. ordin. & habeat iuriſdictionem temporalem, hinc eſt, quod ſuperior laicus, etiam ex delegatione Epiſcopi excommunicare non poteſt: poſſet tamen ex priuilegio Apoſtolico, diſt. 32. §. verum. Sylu. in verb. excommunicatio. 1. num. 6.

2 Quæritur, vtrum Abbatiſſa poſſit excommunicare? ℞. non, cap. noua, de pænit. & remiſſ. quia non habet claues Eccleſiæ. Idem dicimus de Parocho, qui non habet iuriſdictionem fori exterioris, vel ſi ille excommunicat, qui non eſt legitimus iudex. cap. nullus, de parochis.

Item mulier quamuis Iuriſdictionem habeat ſpiritualẽ, & curam animarũ, quo ad correctionẽ, & adminiſtrationẽ, cap. dilecta, de maior. & obed. excõicare non poteſt, vnde ſi excõicent inobedientes, licet ſubditi peccent contraueniendo, tñ celebrantes, irregularitatem non incurrunt. Hinc infertur, quod ſi Abbatiſſa, vel Prioriſſa poſſit implorare officium ſuperioris, ſiue Papæ, ſiue Epiſcopi, vt excommunicet inobedientes, vt inquit Abb. in d. cap. dilecta, non tamen ipſa poteſt excommunicare; quia eis non ſunt traditæ claues Eccleſiæ, cap. noua, de pænit. & remiſſ. Quod procedit etiam ſi femina eſſet Prioriſſa, aut Diaconiſſa, C. de ſacr. ſanct. eccl.

Et licet Abbatiſſa, vel aliæ Matres ſanctæ Moniales perfectæ dent quædã præcepta monialibus, illa tamen non obligant ſub reatu mortali, niſi ex natura rei

hoc esset; quia Abbatissa, vel alia non potest imponere præcepta nisi ciuilia, & domestica, Sot. in 4. sent. dist. 20. quæst. 1. art. 4.

3 Quæritur vtrum excommunicatus excommunicare possit? Respondetur non potest 24. quæst. 1. audiuimus, quod intellige, modo sit denũciatus contra glos. in d. cap audiuimus. Nauar. cap. 27. num. 27. Nam iudex occulto, excommunicatus, si aliquem excommunicauit, valet eius sententia Abb. in capitulo ab excommunicato, num. 8. de rescrip. Sot. in 4. sent. dist. 22. quæst. 2 art. 1. in fin. Couar. in dicto capitulo Alma mater. §. 11. nu. 4. vbi inquit hanc opinionem esse magis communem, & ratio, est, quia cum hæc sint de iure positiuo, non censetur Ecclesia iudices vsu iurisdictionis priuasse, quousque constet esse excommunicatos, & hoc propter bonum commune, nam alias si actus excommunicatorum latenter irretiti essent de tecta excommunicatione, multi de suo statu dubitarent, ita Sot. qui supra. & hæc intelligẽda sunt de excommunicato excommunicatione maiori, qui ligatus minori, potest excommunicare, quemadmodum potest, & absoluere ab excommunicatione maiori, cap. duobus tit nostro Nauar. c. 27. num. 24.

4 Quæritur vtrum interdictus, vel suspensus possit excommunicare? Respondetur, quod non, cap. alienationes. 12. quæst. 2 glos. in cap. præsenti tit. nostro. lib. 6. Sylu. in verb. excommunicatio. 1. num. 6. in fin.

5 Quæritur, vtrum consuetudo sola sit sufficiens, vt quis sit excommunicatus? Respondetur, non absque sententia, aut constitutione, nisi legitime præscripta sit, aut approbata à Summo Pontifice, aut alio prælato, quo ad suos subditos, quia tunc vim habet statuti, Nauar. cap. 27. num. 7. & nu. 94. in princip. vbi affirmat de incendiario Ecclesiastico, quia nullo canone excommunicatus reperitur, sed sola consuetudine approbata.

6 Quæritur, vtrum quis possit excõicare suum superiorem? ℞. non, neque seipsum, neque sibi æqualem, & ratio est, quia excõicatio est actus iudicialis, habens iura coactiua; nemo autem nisi subditum cogere potest, nullus verò sibi subditus esse potest, neq; par pari, quia par in parẽ nõ habet imperium, neq; superior superiori, cap. à nobis, el 1. tit. nostro. cap. inferior. dist. 21. v. g. si Eps cẽsuram excõicationis profert, siue per statutum, siue per sententiam in eum, qui furtum, vel aliquid fecerit, si ipse, vel alius Eps, vel Archiepiscopus illud fecerit, neminem ligat.

Quod diximus neminẽ posse seipsum excõicare intelligitur quo ad vim coactiuã in foro conscientiæ; hoc enim casu quoad peccatũ ligatur, quia licet princeps sit solutus legibus, tñ intelligitur de vi coactiua, nam debet viuere secundum leges, l. digna vox. C. de legi. Alex. & Iason. in l. 1 ff. quod quisq; iur. S. Tho. 1 2. q. 96. art. 5. ad 3 Fel. in c. nu. 25. de const.

7 Quæritur, vtrum si Eps. synodalẽ fecerit constitutionem, vt nullus sacerdos in sua Diœcesi ludere debeat tali, aut tali ludo. Et Archiepiscopus, vel alius Eps ibidem ludit, an incurrant? ℞ quod non, vt rectè ait Panor. in cap. 1 de raptor. Itẽ nec ceteri colludentes cum ipso Episcopo, qui dictam excõicationem protulit ligantur Felyn in cap. 1. de symon. sed quod diximus Episcopum non incurrere in excõicationem, si luserit, nõ procedit, si ipse esset pronunciator excõicationis alterius excõicantis, & nõ sui superioris; nam tunc maneret excommunicatus, secundum mentem omnium Nauar. cap. 27. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicari non potest Angelus, neq; anima separata à corpore.*
2 *Excommunicari non potest non subditus.*
3 *Excommunicari non potest vniuersitas, neque collegium nisi à Papa.*
4 *Excommunicari non potest mortuus.*
5 *Excommunicari nõ potest infans, qui non potest peccare.*
6 *Excommunicari non potest infidelis, nec priuilegiatus, nec Rex, nec Imperator, nec Papa, nec Diabolus.*
7 *Excommunicari non potest creatura irrationalis, & sequuntur tria exempla.*

Qui-

Qui non poteſt excommunicari. Cap. V.

1 QVæritur, quis excommunicari non poſſit? ℞. non poteſt Angelus, aut anima ſeparata à corpore, aut res inanimis, vel ſenſitiua, ſed ſolus homo. Ita quod non infidelis, nec cathecumenus, nec vniuerſitas fideliũ, nec Summus in Eccleſia Pontifex; ſed vt vno verbo dicam, excõicari non poteſt, niſi ſolus homo baptizatus in hac vita exiſtens; mortuus verò declarari poteſt fuiſſe excommunicatum, nõ autem verè, & propriè de nouo excommunicari.

2 Excommunicari non poteſt non ſubditus, cap. 4. in fin. Subditus verò propriè dicitur ratione domicilij, vt voluit gloſ. ſing. in verb. ſubditos, in clem. 1. de foro compet. licet impropriè etiam dicatur ratione delicti, facit gloſ. in cap. à nobis. 1. tit. noſtro, & in cap. cum nullus, de tẽporeordin. lib. 6. Igitur, vt ſubditus excõmunicatione ligetur requiritur, vt ſit ſubditus ratione domicilij, id eſt, loci, ſcilicet propriè diœceſis ipſius excommunicati, Doctor in d. cap. à nobis, & cap. vt animarum, de conſtit. lib. 6. verbi gratia, quod ſi Epiſcopus Soranus excommunicaret perſonas habitantes, vel exiſtentes extra ſuam Diœceſim, nulla eſt excommunicatio, d. cap. vt animarũ. & ratio eſt, quia requiritur, vt quis ſit ſubditus ratione domicilij, id eſt, vt habitet in ſua Diœceſi. Quod intellige, niſi ſit perſona exẽpta; nam licet in propria Epiſcopi Diœceſi habitet excõmunicari non poteſt, d. cap. à nobis, el 1. Tabien. in verb. excom. 4. num. 4.

3 Quæritur, vtrum vniuerſitas excõicari poſſit? ℞. non poteſt, cap. Romana, cap. in vniuerſitatem, tit. noſtro, lib. 6. quia requiritur, vt perſona excõicanda ſit certa, & determinata, non autem incerta, & indeterminata. Hinc Vniuerſitas, Ciuitas, Collegiũ, Congregatio, excõicari nõ poſſunt, ſed bene interdici, ne contingat innocentes irretiri, d. §. in Vniuerſitatem, licet ſecundum aliquos ſi feratur, non eſt nulla, ſed iniuſta. Sed aduertendũ, quod ſi excõicatio ſit lata contra Vniuerſitatẽ à Sum. Pontifice, tunc cum ipſe nõ ſubijciat d. teſtui Romana excõicatio tenet, in foro exteriori, & interiori autem non, contra innocentes. Vnde qui certo ſciũt ſe eſſe innocẽtes (ſecluſo ſcandalo) poſſunt ſe in gerere diuinis. At ſi alius quã Papa excõicaret, & excõicatio eſſet lata in oẽs de Collegio abſolutè, non valeret talis excõicatio, cũ textus id prohibeat, Sylu. in verb. excõicatio. 1 nu. 10. Sot. in 4. ſent. diſt. 22. q. 2. art. 2. Si autẽ non omnes de Collegio abſolutè, ſed ſingulos, id eſt, Rectores, Sindicum electos, aliaſq. perſonas, quæ in culpa fuerunt, excõicaret, tum quia periculũ eſt, vt irretiantur innoxij, excõicatio teneret. Tutior tñ eſt opinio, quod etiam valeat excõicatio, qñ fertur abſolutè cõtra Vniuerſitatem, ſcilicet, quoad reos, & culpabiles, ſicut dicimus qñ fertur excõicatio in cõmuni. Chi ſapeſſe, teneſſe, ò haueſſe inteſo dire, &c. Remediũ tamen eſt, quod qñ excõicantur in cõi Vniuerſitas interdicantur, vel excommunicentur omnes illi, qui fuerunt inobedientes mandatis, &c. Conar. lib. 1. var reſol. cap. 8. nu 9.

4 Quæritur, vtrum mortuus excommunicari poſſit? ℞. non poteſt, quamuis declarari poſſit excommunicatus, ſeu in excõicationem incurriſſe, cap ſi quis, de hæreticis. Abb. in d. cap. à nobis. el 2. nu. 12. de ſent. exc. qui ſi eſt in Eccleſiæ ſepultura ſepultus, debet eijci, & in aſinorum ſepulturam poni. Doct. in d. cap. ſi quis.

5 Quæritur, vtrũ infans poſſit in excõicationem incurrere? ℞. quod non poteſt incurrere, qui certiſſimus eſt, quod non potuit delinquere, nec etiam furioſus, Abb. in cap. ab excõmunicato, de reſcrip. v. g. ſi lata ſit excõicatio per ſententiam, aut per ſtatutum contra ingredientes intra ſepta Monaſterij cuiuſcunq; generis, aut ſexus, aut ætatis, vel conditionis fuerunt, tunc non includitur infans, aut furioſus, niſi infans ſit doli capax, & habeat vſum rationis, quia eo caſu cum poſſit committere peccatum mortale, dicitur excommunicatus, cap. 1. & 2. de crim. fal. cap. delict. puerorum. Nauar. in cap. ſtatuimus. 11. q. 3.

6 Quæritur, vtrum infidelis poſſit excõmunicari? ℞. non poteſt, cap. gaudemus, de diuort. Poteſt tamen indirectè excõi-

cari prohibendo fideles, ne cum infidelibus habeant cõmercium, cap. post miserabilẽ, de vsur. c. postulasti. de iudic. Nec priuilegiatus quatenus se extendit priuilegium, cap. cũ ad quorundam, de excess. prælat. Nec Rex, vel Imperator, nisi pro notorijs facit text. in c. duo sunt, dist. 35. Nec Papa, (vt diximus) qui nulli homini, nec legi humanæ, qua sola fertur excõmunicatio quo ad pœnam subijcitur, cap. proposuit, de conc. præb. cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. nam neque per hæresim incidit in excõicatiouem humanam, de qua loquimur, sed diuinam, Nauar. c. 27. nu. 13. Nec diabolus, cap. in quadam, de celebr. miss. Neque ethnicus, etiam si sit cathecumenus, id est, nouiter conuersus, nondum tamen batizatus.

7 Quæritur, vtrũ possint excõicari creaturæ irrationales? ℞. non, quia nulla creatura excõicationis est capax, nisi homo, Nauar. cap. 27. nu. 13. & ideo dicitur homo, sed Christianus, siue masculus sit, siue femina: nam hæc censura infidelibus non competit (vt diximus) cum ij foris sint: vnde Apost. 1. Corinth. 5. Quid enim mihi, inquit, cum his, qui foris sunt iudicari. optimus text. in cap. omnis. 11. q. 3.

Item superstitiosum esset dicere posse excõicari creaturæ irrationales, vti locusta, bruchus, vel aliquod genus vermium, aut minimorum animalium irrationaliũ, idque credere superstitioni est, quanquã religiosè vti possumus aqua benedicta, & sanctis precibus, atq; adiuuationibus fundatis in diuina bonitate, & misericordia suis sanctissimis verbis, & institutione Ecclesiæ Catholicæ, Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 12. art. 2. Nauar. cap. 27. nu. 13 & nec obstat id, quod legitur in historia S. Bernardi de gestibus Illustr. Ord. vbi tẽpore quo fideles interearant sacris eo loci tanta erat muscharum quãtitas, quod celebrari non poterat: vnde S. Bernardus eas excommunicauit, vnde statim mortuæ sunt.

Item legitur etiam de S. Benedicto, quod dum quidam Abbas anulum eius amisisset, nec inueniretur, qui illum rapuisset, fuit lata excommunicatio contra quencunque anulum habentem; vnde fuit postea inuentus coruus ægrotare, & & in eius domuncula, vbi Monachi anulum illum inuenerunt.

Item legitur quoque in sermone secundo B. Vincentij Fer. 3. post secundam Dñicam Quadragesimæ, quod quidam monachus reliquit breuiarium in quadã arbore per obliuionem, & excõicauit illud habentem, & statim arbor illa exiccata est: nam illas dicimus fuisse maledictiones, & hæc fieri permisit Deus, vt homines deterreant, & excõicationis gladius maximè timeretur. His igitur casibus exceptis, cæteri possunt excõicari, etiam si sint vna vice excõicati, cum sequẽs excõicatio maiorem incutiat, cap. engoltrundam. 3. q. 4.

Concludimus ergo, quod excõicari nõ potest, nisi homo baptizatus mortalis, habens superiorem, &c.

SVMMARIVM.

1 *Excommnnicatione minori ligatur per solam contumaciam, vel peccatũ veniale.*
2 *Excommunicatio maior ferri non debet, nisi pro graui causa.*
3 *Excommunicatio maior ferri non debet pro notorijs causis.*
4 *Excommunicari non potest quis pro peccato præterito.*
5 *Excommunicandi causa debet esse contumacia peccati mortalis.*

Pro quibus causis ferri, vel non ferri possit excommunicatio. Cap. VI.

1 QVæritur, quo incurritur in excõicationem minorem? ℞. incurri solet per solam contumaciam cum excõicatis, quæ non est nisi veniale peccatum, vt inquit Sot. in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 2. col. 2.

Maior verò excõicatio tam generalis, quã particularis ferri non debet, nisi ex iusta, & graui causa, eaq. diligenter, & magna cum maturitate ab Episcopo, seu eius Vicario, ipso absente examinata. Et hæc dixerim circa excommunicationes generales, quæ monitionibus præmissis ad finem reuelationis fiunt, Nauarr. cap. 27. num. 10. nam ad illas non est confugiendum, nisi pro vltimo remedio, vt inqnit

Sot.

Sot.in 4.sent.dist.22. quæst. 1. art. 2. Vnde excommunicatio in iudicialibus fieri non debet nisi in subsidium aliorum iuris remediorum, etiam si contra laicos procedatur puta, cum executio realis, vel personalis fuerit, valde difficilis alias si sine insta causa feratur mortale esset etiam si absque dolo, vel odio, aut mala voluntate id fieret, sed per ignorantiam crassam, & supinam. Nauar. qui supra, & Concil Trident.sess.25.cap.quamuis iuncto, num. 8. in princ. quamuis regulariter valeat, quo ad forum exterius, præter quam incertis casibus, de quibus supra.

3 Nec pro notorijs, puta, dum debitor notus est, & notum debitum, quia tunc nullatenus permittendum esset, vt per viam excommunicationis creditor debitorem soluere cogat; vt dicit Sot. in 4. sent. dist. 22. quæst. 1. art. 2. Si tamen his casibus feratur, valet quidem, sed iniusta dicitur, (vt supra diximus) cap. 3. Præterea ferri non debet pro alieno delicto, vnde nec filius pro debito patris potest vigesimaquarta, quæstione tertia, per totum.

4 Quæritur vtrum possit excommunicari quis pro peccato præterito? ℞. quod non, quantum vis etiam grauissimo, & enormissimo, quod non erat ante sub excommunicationis pæna prohibitum, nec aliqua processerat monitio sub excommunicationis nota. Sot. vbi supra aduersus Caiet. in cap. Romana. §. caueant tit. nostro lib. 6. cuius ratio est, quia cum excommunicatio non potest ferri, nisi pro peccato mortali, si quis pro peccato mortali præterito excommuuicaretur, sæpe eum excommunicari cuntingeret, qui iam esset in gratia, atque id demum ex obseruatissimo Ecclesiæ more, & vsu compertissimum est, quæ neminem vnquam excommunicat pro peccato præterito, sed cum qui furatus est, si non restituerit, aut cum qui iniuriam intulit, nisi satisfecerit, & ita intelligitur text. in cap quidam maligni. 5. quæst. 1. vt ibi, per Sotum 4. col. lib. 5. de iust. & iur. q. 6. art. 1. col. 3. in fin. & tandem ponitur regula generalis, quæ huiusmodi est.

5 Quæ causa excommunicandi esse debet? ℞. debet esse contumacia mortalis qua quis persistit in peccato mortali præterito, aut in futura in obedientia non comparandi, capitulo certum 11. quæst. 3. aut non parandi iusto præcepto facto præcedente mora, culpa, & offensa in text. in capitulo Romana. §. caueant de sententia excommunicationis libro sexto, & nos supra explicauimus. Ergo excommunicatio ferri non debet, nisi pro peccato mortali capitulo nemo, capitulo nullus, decimoquinto, quæstione tertia, & illud etiam requiritur, quod sit graue scandalum, & enorme. Vel pro eo, quod licet in se non sit mortale, tamen est prohibitum sub pæna excommunicationis, quia tunc censetur mortale. Sot. in 4. sent. distinct. 22. quæst. 1. art. 2. col. 2. in fin Sylu. in verb. excommunicatio 1. num. 2. in fin. Ergo pro solo mortali est ferenda, quod quidem debet esse inobedientiæ. Sed intelligitur peccatum inobedientiæ solum, (vt dictum est) quando monitioni sub excommunicationis pæna certum quid iubenti, non obeditur, vt puta si vocatus non veniat, aut illecentiatus discedat, vel si lateat, vel si nolit satisfacere. Host. in sum. in nostro vers. quibus ex causis. Quod procedit etiam si ista in obedientia non veniret ex contemptu, verbi gratia fertur excommunicatio in non dimittentes cõcubinas, si quis non ex contemptu, sed ex appetitu libidinis non vult dimittere, incidit in excommunicationem Couar. in cap. Alma mater §. 9. num. 3. vers. est etiam ad notandum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis regula, qua cognosci potest, quando quis in latam sententiam inciderit.*

2 *Excommunicationis regula, qua quis certus esse potest non incurrisse in eam.*

3 *Excommunicationis quando lata est sententia contra colloquentes cum monialibus, nan compræhenduntur, qui transeũdo monialem salutarent, vel parum loquentes.*

4 *Excommunicationis censura non innodantur clerici pueri ludentes, & rixantes ac se pugno percutiẽtes, quamuis sanguinem enaribus emiserint.*

5 *Excommunicationis ſententia lata contra non euntes ad proceſſionem corporis chriſti, & aliquis ignorat, vel credit per ſuas occupationes Epiſcopum noluiſſe eum obligare non incidit.*

6 *Excommunicatus non eſt is, qui obedire non poteſt in eo, quod præcipitur.*

7 *Excommunicationis ſententia euadit, qui iuſtam cauſam prætendit habere.*

8 *Excommunicationis cenſura non innodatur ille cui præcipitur reſtituere rem ſuam quando ab alio eam iniuſtè detinebat, vel quod ſub debito legali aliquid debebatur, & nu. ſequenti.*

9 *Excommunicationis ſententiam effugit vxor, quando aliquid ſurripit pro compenſatione ſuæ dotis.*

10 *Excommunicationi vel præcepto iudicis pro reuelatione peccati occulti ante fraternam correctionem parendum, non eſt.*

11 *Excommunicatio comminatoria dupliciter intelligi poteſt.*

12 *Filius tenetur denunciare ſuum Patrem hæreticum.*

13 *Caſus in quibus, quis non tenetur reuelare peccatum, & non incidit in excommunicationem.*

14 *Excommunicatione non ligatur qui ſolamente nulloque externo actu de hæreſi, aliquid ſentit.*

Quomodo cognoſci poſſit, quando quis in latam excommunicationem non incidat. Cap. VII.

1 QVæritur quomodo cognoſci poteſt quādo quis inciderit in latam excommunicationis ſententiam? ℞. in conſideratione huius materiæ totam fere ſeriē huius capituli, breuiter ergo per quæſita procedamus: Adiudicandum ergo an quis ſit excommunicatus, nec ne à iure, vel ab homine: debent perpendi diligenter verba, quibus ius, vel Iudex vtitur, & perſonæ contra quas, & opera ob quæ, fit excommunicatio, nam vltra illa non extenditur, quia excommunicatio cum ſit pæna, eſt reſtringenda vnde lex excommunicans facientem aliquid, non compræhendit regulariter conſentientem, etiam mandando, conſulendo, faciendo, vel auxiliando, antequam fiat, niſi ex eius tenore, vel aliarum legum id expræſſe, aut tacitè colligitur, Sylu. ſibi contrarius in verb. excommunicatio 10. dubio. 10. Tab. in verb. excomm. 5. caſu 49. Nauar. cap 27. num. 51. Dixi, & eius tenore quia cap. filius de pænit. lib. 6. text. in l. ſi quis. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & multa capitulo Bullæ Cænæ Domini exprimunt conſulentes, & mandantes, &c. cum intendunt eos includere. Dixi vel illarum legum, quia capitulo, ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. loquitur de iniectione manus in clericum, extenditur ad mandantem, conſulantem, & iuuantem cap. mulieres, cap. quantæ de ſent. excom.

2 Secunda regula quoties homo certus eſt non peccaſſe mortaliter contra obedientiam Eccleſiæ, tutam ſubinde conſcientiam habere poteſt, nullam incurriſſe excommunicationem apud Deū, nec eſſe priuatum ſuffragijs Eccleſiæ licet quandoque per falſam opinionem, & præſumptionem Iudex poſſit eum arcere ab externo fidelium cætu, hæc regula eſt Palud. in 4. ſent. diſt. 18. quæſt. 1. art. 1 ſequuntur omnes, Sylu. in verb. excommunicatio. 1. num. 11. Sot. diſt. 22. quæſt. 1. art. 2. col. 3. Couar. in cap. Alma mater §. 9. num. 1. verſ. 2. vbi ampliat hoc dictum ad quancunque excommunicationem generalem, ſiue particularem iuris, ſiue hominis generaliter latam. Ita etiam Nauar. capitulo vigeſimoſettimo, numero nono. Sed notandum eſt, quod licet lex non prohibeat, aut mandet ſub pæna excommunicationis, niſi id, quod homo ſub mortali facere, aut vitare teneatur, tamen ſecus eſt de homine, poteſt enim ſub excommunicationis, pæna mandare, vel prohibere aliquid, quod alias non eſſet peccatum, cuius tamen tranſgreſſio mortale eſſet Sylu. in verb. ſcrupulus quæſtione quarta, verſi ſeſto. Ex hac igitur regula, quod homo nunquam incurrat in excommunicationem, niſi peccet mortaliter: plura deduci ſolent, & primo.

3 Quæritur lata eſt ſententia contra

col-

colloquentes cum monialibus, vtrum comprӕhendantur, qui transeundo monialem salutaret, vel parum cum ea loquente? Respondetur non comprӕhendi, nec comprӕhenduntur in excommunicatione lata contra ludentes, vel choreas exercentes die festo, qui animi leuandi causa, breui tempore luserit, non incidit etiam si sit contemptus, v. g. si quis prӕceptum superioris in re minima ex contemptu transgrediatur aduertens rem esse minimam. & ea ex causa, quod leuis est materia prӕcepti contemnit illud, veniale peccatum erit, & per consequens non incidit in censuram. Caiet. in verb. contemptus, secus verò si quis prӕceptum superioris transgreditur eique nolit subiici, vt prӕceptum eludat non aduertens rem esse minimam, nec ex ea causa ad id inductus fuit, Caiet, qui supra §. 9.

Insuper ex hac propositione sequitur, quod licet in foro exteriori, quis teneatur de leui culpa, & casu fortuito text. in l. Aquilia. 2. ff. ad l. Aquiliam tamen in animӕ iudicio, quis tantum tenetur de dolo, & culpa lata, Innoc. & Abb. in cap. quia plerique de immunit. Eccles. Hinc si casu aliquo, (non data opera) quis fregit vasa figuli, licet excommunicatio contra vasorem effractores, non ligatur excommunicatione, quia non est in peccato mortali.

Prӕterea licet propter transgressionis pænam sit prӕsumendum, & colligatur legis latorem ad mortalem culpam voluisse obligare transgressorem, vnde non parere intelligitur peccatum mortale esse, etiam si illius transgressio alias essent de se peccatum veniale, vt inquit Sot. in 4. sent. dist. 22. quӕst. 1. art. 2. col. 3. attamen quoties propter aliquam circustantiam, & qualitatem actus consisteret transgressionis culpam, alioquin mortalem esse venialem, tunc dicendum est non esse locum excommunicationi canonis, nec Iudicis. Hinc nunquam percussor clerici etiam animum vlciscendi, & iniuriam inferendi habens ea, iuris excommunicatione efficitur, qua potest absolui, si ea percuss. ita leuis efficitur, vt veniale tantum peccatum, & non mortale percussor commiserit, ita in specie notauit. Nauar. in capitulo, inter verba 11. quӕst. 3. Couar. qui supra §. 9. part. 1. authoritate S. Thom. 12. quӕstione 88. art. 5. ad primo vers. dicendum est ergo.

Vbi docet iniuriam leuem etiam animo vlciscendi, & iniuriam inferendi illatam veniale peccatum esse, nisi forte ex hoc graue scandalum oriatur, vel aliquid huiusmodi.

4 Quӕritur si clerici pueri in Ecclesia rixantes se pugno processerint, & sanguinem enaribus emiserint in ecclesia, vtrũ sint excommunicati? ℞. quod nulla innodantur censura, propter talem circunstãtiam actus, cum sit parua non facit excõmunicationem incurrere. Sot. in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 2. col. 9.

5 Quӕritur lata est sententia contra nõ euntes ad processiones in festo sanctissimi Corporis Christi, & aliquis probabiliter ignorat, aut credit per suas occupationes Episcopum eum noluisse obligare vtrum sit excommun catus? ℞. quod non quia inobediens dici non potest. Sylu. in specie in verb. ignorantia prope finem. Si verò Episcopus, vel Prӕlatus prӕciperet quid modicum, ne fieret sub pæna excõmunicationis, tunc transgressor absq. legitima causa, peccaret mortaliter non ratione transgressionis, sed ratione inobedientiӕ, Sylu. in verb. excommunicatio. 1. Caiet. in verb. prӕceptum in fin.

6 Quӕritur si feratur pro re, in qua homo obedire non potest. Vt si quis excommunicetur, nisi soluerit ea, quӕ deprӕdatus est, eo tempore, quӕ excõmunicatur non sit soluenda quid? ℞. nullatenus excõmunicatus manet, quia impossibilium nulla est obligatio. Sylu. in verb. pæna, quӕst. 18. Feder. consil. 113. Abb. in cap. Petrus. G. num. 11. de offic. & potest. iudic. de leg. & si satisfacere in totum non potest, tenetur tamen in partem, quam potest etiam cum sua indecentia, i, detrimento victus, & vestitus. Quod tamen maximè verum est, quando is, cui debentur restituenda esset in ӕquali necessitate, vt debitor (puta) quia ipsum oportet viuere indecenter, nisi restituantur, aut soluantur ei sua, quia nemini licet ӕre alieno maximè per iniuriam sublato honorem, & ӕstimationem

seruare proprij status, Sylu. in verb. excom. 2. num. 3. At qui si tunc non habet vnde soluat tenetur dum habet sub sententia eiusdem excommunicationis, quæ semper durat. Et vice versa, si quando excommunicatio fertur, est soluendo, tunc si non soluat incurrit Abb. in capitulo significante, numero tertio, de pignor. Oldra, late consi. 237. Quare licet postea in egestatem incidat, semper manet in foro conscientiæ excommunicatus, quamuis quo ad Deum, sit in gratia, Sot. qui supra col. 9.

7 Quæritur, qui iustam causam excommunicationis prætendit habere, & ideo non obedit (puta) sub excommunicationis censura præcipitur rem talem restitui debere Titio, qui dicit suam, quæ apud me detinetur, sed quia verè scio meam esse, nolo restituere, an incidam in excommunicationem? ℞. non incido, quia mea, & nō Titij re est; Item etiam si sub eadem censura præcipitur, vt qui habet has, vel illas scripturas proferat, quas ego proferre nolo, quia scio me tale ius habere in illis, quod non possum ad edendum cogi in excommuaicationem non incido, v. g. Ita illæ scripturæ, ad meū ius conducunt, vt nullatenus ad alterius ius confirmandum attineant, quia si aliquo pacto ad aliorum ius attinerent, proferre deberem etiam si ex illis vexationem timerem Sot. in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 2. col. 9. vers. 3.

8 Quæritur, quando id quod sub excommunicationis censura præcipitur, vt restituatur ab alio detinetur quia tantū à domino ipsius rei in veritate consequi deberet, ex debito legali, & certo, vtrum incidat? ℞. non incidit, nam tunc retinere potest, tit. compensantionis, secus tamen esset, si aliqua remuneratoria debeatur alicui debito gratitudinis, & antidotalis. Vnde in primo casu Episcopus, qui generaliter monitione præmissa excommunicaret scientes, & non reuelantes res subtractas alicui nescienti, quis eas subtraxerat, neque etiam id scientes dummodo pro comperto habeant, eas pro debito legali fuisse subtractas, quia ex quo principalis non tenetur reuelare, neque accessorij, quod est notandum; Secus tamen si scientes dubitarent eas pro debito legali fuisse subtractas, licet recuperans eis dicat, quod ad recuperandum suum tantum, quod iustum erat accepit, nisi tanta fide apud eos esset, vt merito ei credere debent argum. glos. singularis in l. Titio fundus. ff. de cond. & demonstr.

9 Quæritur quid si Episcopus iuberet reuelare eos, qui etiam rem illam pro recuperatione rerum acceperint? Respondetur, vt supra, vt rectè probat Sylu. in verbo furtum, quæstione decimoquinta. Quod procedit etiam quando fertur excommunicatio specialis ob illam rem. Nauar. contra Sylu. in capitulo decimoseptimo; num. 114. Supradicta autem procedunt etiam in rebus sublatis, & absconditis per creditorem, quando ob delictum temporis omnia veniunt confiscanda. Idem Nauar. capitulo decimoseptimo, num. 125. verbi gratia vxor filius, aut cognatus alicuius delinquentis abscondidit aliqua eius bona in monasterio, aut in aliquo loco, ne à Iudice sequestrentur, fertur excom. contra capientes dicta bona, vel id scientes.

10 Quæritur an vxor, vel conscij teneantur reuelare? Respondit Nauar. qui supra num. 137. negatiue, si dicta bona abscondita pertineant ad compensandum debitum dotis, vel alias: alioquin contra. Cauere, tamen oportet eo casu iterum peti possit id, ad quod abscondita sufficiunt istar illius, qui clam aliquid accipit de bonis debitoris in sui debiti compensationem. Ex quibus dictis potest fieri hæc conclusio, quæ est multum frequens, quid quotiescunque principalis non tenetur reuelare, vel restituere ex aliqua iusta causa, nec accessorij tenentur cum accessoriorum sequatur natura sui principalis, capitulo accessoriorum de regulis iur. lib. 6. l. cum principali. ff. de reg. iur.

11 Quæritur fertur monitorium generale sub pæna excommunicationis contra fures, vel iniustè detentores, & contra omnes scientes res furtiuas, vel homicidium, vel aliquis iusta causa non paret (exempli gratia) quis furtum, vel homicidium, quod iudex iubet reuelari, sed ideo non reuelat, quia peccatum est occultum, vel peccator emendatus, vel so-

la fra-

la fraterna correctione emendabilis vtrum sit parendum? Respondetur non est parendum ante fraternam correctionem, etiam si præciperetur; vt fieret denuntiatio. (non habita ratione fraternæ correctionis) secundum, S. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 7. Secus tamen esset, si peccatum manifestaretur per aliqua iudicia, vel per infamiam, sed quia materia hæc quando quis teneatur sub pæna excommunicationis reuelare, multum difficilis est, atque frequens, ideo exemplis, & ampliationibus, ac limitationibus dilucidabimus, quantum ingenioli nostri imbecillitas permittit.

12 In primis est sciendum, quod comminatoria excommunicatio dupliciter expediri potest, specialiter, & generaliter, quando specialiter expeditur, fertur cōtra certas personas, siue principalis sit, siue testis; & tunc principalis, seu testes citati nominatim sub pæna excommunicationis tenentur obedire, & comparere, aliter sunt excommunicati tanquam in obedientes, & contumaces. Quando generaliter expeditur contra incertas personas, tunc si præcedunt indicia sufficientia, vel infamia, aut semiplena probatio; eodem modo, quo possunt iuridice interrogari, & tenetur respondere, eodem modo tenetur comparere, & obedire: Abb, & Doct. in cap. nouit. vbi tex. de iudic. cap. qualiter, & quando de accusat.

Præterea, quando fit excommunicatio comminatoria generalis contra fures, vel iniustos detentores rerum alienarum & contra omnes scientes res furtiuas, & præcedunt aliqua indicia, aut accusatio, vel infamia, aut semiplena probatio, tūc principalis reus, qui detinet rem alienam aut furto sublatam, tenetur, vel reuelare, vel restituere, si vult euitare excommunicationem, & dicit, quod aliter se habeat praxis, quia in excommunicatione non compræhenditur principalis, cum nemo tenetur se prodere. 5. quæst. 1. quędam maligni Nauar. cap. 17. num. 100. Respondetur, quod illud intelligitur de authore delicti manifesti occulto, qui & si excommunicationem non incidat, si se non manifestet, tenetur tamen debitam restitutionem facere, vt ibi per Nauar. secus tamen si essent aliqua indicia contra ipsum, vel si esset semi conuictus Sylu in verb. correctio, nam tunc tenentur reuelare.

Quæ conclusio ampliatur primo etiā si in foro exteriori reus non esset condemnandus ad restitutionem secundum leges: & præterea, quia leges ciuiles fundantur super præsumptione, & non super veritate (exemplum) seruiri Petro per decennium sub certa mercede, mortuus est Petrus eius hæres non vult illam soluere, quia dicit illam præscripsisse, cum per multum temporis spacium stetissem, quo minus illam petere, hoc casu possum Iudicem Ecclesiasticum adire, vt ferat excommunicationem. Alfon. de Castr. de leg. pæn. cap. 10. Nauar. cap. 17. num. 85. quia ciuilis præscriptio sacris canonibus non consentit, non excusat.

Secundo ampliatur, vt etiam si stricto iure non teneretur ex defectu probationum, vel scripturarum, aut testium reus aliquid possit excommunicatio fieri (puta) Franciscus in vltimis constitutus instituit hæredem Antonium, quem rogauit testator, vt pro eius anima daret Paulo 50. & hoc relictum non scripsit in testamento, (mortuo Francisco,) Paulus petit. 50. ab Antonio, qui negat relictum: hoc casu, cum reus. i. Antonius ex defectu probationum non teneatur, potest excommunicationis gladio compelli ad tale relictum præstandum. Sylu. in verb. testamentum. 1. quæst. 5. vers. 4. facit text. in l. fin. C. de fidei. com.

Tertio ampliatur ad scientes, & conscios rei, qui rem furtiuam, & locum eo modo; vt res possit recuperari, quod si aliter recuperari non potest, nisi reueletur fur, tunc in vltimum subsidium, etiam tenetur reuelare furem, quando potest probari vno ex illis tribus modis, id est, pro indicia, aut per semiplenam probationem, vel infamiam, & hoc quando iudicialiter proceditur, Doct. in l. ciuile. C. de furt. Abb. in capitulo, qui cum fure de furt.

Quarto ampliatur etiam si scientes scirent rem furtiuam, vel furem sub sigillo secreti naturalis, vel sub fide præstita, seu iuramento de non reuelando, quia

quia si tunc fulminatur excommunicatio his omnibus non obstantibus, reuelare: nam iuramentum contra bonos mores præstitum, non est obligatorium, cap.non est obligatorium, de reg. iur.lib. 6. sed hæc facta sunt contra ius diuinum cum prohibeatur rem alienā teneri, igitur S.Tho.2.2.q.7.art. 1. Abb. & Felyn.in cap.intimauit, de testibus. Abb. in cap.si sacerdos,col.2.de offi.ord.

Quinto ampliatur, quod licet testes priuilegiati,vt causarum patroni,medici, alijsq. similes, quibus deteguntur secreta litium, dubiorum, & morborum, non debeant reuelare, quando aliæ adsunt probationes,& licet non debeant ascendentes, contra descendentes,& econtra, l.parentes,C.de testam. quia pater, & filius reputantur vna persona, secundum glos. in cap. super eo, el 2. de testib. vel vxor pro, & contra maritum, 4.q.3.cap. item lex Iulia, vel libertus contra patronum,iuxta decis.3. cap. Tholos.& Sylu.in verb.correctio.q.7.vers.fallit autē quando autem nulla adest probatio possunt cogi per excommunicationem, Nauar.c. 25.nu.48.vers. 3. Felyn. in c. dilectorum, de testib.cogen.

Sexto ampliatur, vt etiam teneatur reuelare is, qui haberet aliquas scripturas priuatas,& secretas, etiam ad se, & causam suam pertinentes, si modo faciant pro causa partis aduersæ ad cuius instantiam fulminatur excommunicatio, (vt supra diximus.) Si verò esset scriptura publica, & penes acta Curiæ facta, tunc non tenetur illam exhibere, sed tantum reuelare penes quem Notarium scriptura illa reperiatur.

Septimò ampliatur etiam teneri reuelare eum, qui scit aliquem esse in peccato pernicioso Reipublica, quamuis sit occultum non præcedant indicia, vel testes,ob commune, & publicum bonum; nam tunc debet denūciare secretò; quia ex illa denunciatione potest postea prælatus procedere ad inquirendū, ita Sylu. in verb.correctio, & in verb.excommunicatio 2. dub. 8. (exemplum) vt quis scit aliquem esse hæreticum,ne suo morbo alios inficiat periurium, ne suo falso testimonio noceat:adulterium, & homicidam; veneficum, Nicromantem; veneficas,& cap.vt per S.Tho.2.2.q.70.art. 1. vers. Respondeo, Sot.lib. 3. de iust. & iur.q.7.art.1.Nauar. cap.18 nu.31. quod si ignoratur illum esse hæreticum,vel patriæ proditorem; sed de eo suspitio habetur, debet reuelare, non tanquam de huiusmodi criminibus suspectum.

14 Quinimo in huiusmodi criminibus etiam filius tenetur denunciare patrem hæreticum, patriæ proditorem, & veneficam matrem, Nauar. cap 25. & nu. 48. & 50.in fin.Felyn.in cap.accusasti, de accus.quia tenetur magis filius patriæ, quā parentibus,l.militem,C.de procur.Quinimmo si timeret aliquod malum spirituale,vel temporale, etiam tenetur,quāuis communiter hoc periculum non incurratur in criminibus hæresis, & aliorū grauium; quia Inquisitores facile adhiberent remedium, ne hoc sequatur, Nauar.in cap. inter verba, nu.720. & in Manual. cap. 25.nu.50. in fin. Hic infertur, quod cum constitutio Sixti Quinti statuat spurios, incestuosos,& manseres, de quibus in cap. nisi cum pridem, de renunc. & per totum in 4.sent. dist. 25.q.1. art.3.non posse religionem ingredi,& ingressos non posse ad dignitatem ascendere absque dispensatione: quod si scio aliquem ex prædictis velle religionē ingredi, & ingressum ascendere absque dispensatione ad dignitatem, teneor hoc reuelare ob communem omnium vtilitatem,vt inquit Nauar.c.18.nu.31.

15 Casus in quibus, quis ex reuelatione non facta, non incidit in excommunicationem sunt hi,videlicet.

Primus quando rem aliquam de qua agitur in excommunicatione, scit sub sigillo confessionis, etiam si confessio esset informis,Doct.in cap.sacerdos,de pænit. dist 6.Nauar.cap.25.nu.46.vers.6.

Secundus casus, vbi quis non tenetur denunciare est,quando quis rem,de quia agitur in excommunicatione, vel audiuit vulgo per vicos, & plateas ciuitatis à personis incognitis, vel non fide dignis, vt si pueris, vel ab ijs, quibus non oportet adhibere fidem: ratio est,quia quando excommunicatio fulminatur contra scientes, intelligitur de verè, & realiter scientibus: scire enim propriè est veritatem visu perceptam mente retinere, vt in-

vt inquit glos. not. in l. 2. §. idem labeo, ff. de aqua plu. arc. arg. glos. in cap. tua nos, de spons. & est text. in cap. hoc videtur. 22. q. 5. Hoc autem de illo dici non potest, qui à leuibus personis, vel ex aliorũ recitatione per vicos, & plateas, quid intellexit Nauar. d. nu. 46. Sed qui audiunt à personis fide dignis, vel à parte principali, ij dicuntur scire, & reuelare tenentur; quia hæc est scientia probabilis, l. qui accusare, C. de eden. facit text. & si monitio, eo. tit.

Tertius casus est, quando is à quo audiuit reuelauerit, verbi gratia à Ioanne, Ioannes denunciauit, non teneor ego, Nauar. c. 25. nu. 46. vers. 4.

Quartus casus, non tenetur quis reuelare rem occultam, quam solus scit, & probare non potest per testes, neque per scripturas, aut indicia, vel infamiam, Felyn. in cap. de senten. & re iud. in fin. ratio est, quia edictum in genere contra scientes, intelligitur de his, qui probare possunt, quod ipsi sciunt, & denunciare tenentur, cap. placuit, 6. q. 2. c. plerunque, 2. q. 7. glos. in cap. sacerdos, de pænit. dist. 6. & ita concludit Card. post glos. veraci. distin. 13. Nam boni viri tacere debent, quod probare non possunt, & hoc verũ est, nisi ille, vt testis citetur, vt quia sunt aliqua indicia; nam tunc tenetur non reuelare, sed vt testis testificari, etiam si solus sciat, Nauar. cap. 17. nu. 234. & cap. 18. nu. 61. Ang. in verb. denunciatio, § 3. Sed quod diximus nemo tenetur denunciare id, quod non potest probare; limitatur non procedere in criminalibus occultis, quæ sunt bonum commune, vel notabile damnum priuatorum, tunc etenim tenetur reuelare Iudici Ecclesiastico, non vt Iudici, sed vt possit prælatus ex paterno affectu corrigere delinquentem, vel ex illa denunciatione facta, possit prælatus procedere ad inquirendum, & vt caueat gregi suo, vt videtur annuere, Sylu. in verb. excommunicatio 2. vers. Dico tertio. Et hoc procedit etiam non facta denunciatione Euangelica à denunciante, quæ à barbaris fraterna correctio nuncupatur.

Quintus casus, quando prælato denunciare non tenetur, est si aliquod malum sibi immineret, nullus tenetur suo malo procurare bonum proximi, vt inquit Sylu. in verb. familia. quæst. 7. Sot. de ratione tegen. 2. memb. q. 7. hoc autem malum intelligitur spirituale, aut temporale personæ, aut honoris, aut bonorum eeuenturum. Nauar. c. 2. nu. 150. Tandem pro complemento huius materiæ addendæ sint hæ propositiones.

Prima, quod tunc prælatus iuxta Cõcil. Trid. debet admittere excommunicationem comminatoriam, puta, detentores rerum alienarum, quando res aliter in foro exteriori recuperari non potest.

Secunda concessa comminatoria, si delinquens est occultus, ita vt denuncians probare non possit satis est, vt faciat denunciationem Euangelicam delinquenti, vt desistat à malo, & satisfaciat parti læsæ; quod si non satisfecerit, iam functus est officio suo.

Tertia, quando post comminatoriam aliquis comparet ad denunciandum, vel reuelandum, tunc debet prælatus Ecclesiæ eum priuatim interrogare; possit ne probare ea, quæ reuelat, nec ne, quod si probare potest, debet eum remittere ad Notarium, vel reuelet iudicialiter; quia sumus in delictis, quæ probari possunt, & prælatus fungitur officio iudicis: sin autem probare non potest iniustissimè facit prælatus eum remittere ad notarium, nec ille tenetur obedire.

Quarta, in rebus occultissimis, & perniciosis contra bonum commune, sciens, semper tenetur prælato reuelare, non tanquam iudici, sed tanquam prælato ad aures, & in secreto, qui debet secreto vocare pænitentem ad se, & secreto corrigere, vt resipiscat, & exeat à peccato, alias procedat ad inquirendum si potest; & hæc dicta sufficiant circa materiam reuelationis.

Sexto in latam eccommunicationem, quis non incidit, quando extra territorium deliquit, quod procedit etiam si subditus sit statuentis, cap. 2. de const. lib. 6. Abb in cap. à nobis. 1 tit. nostro. Imo atiam si deliquerat in territorio Episcopi, in loco tamen exempto, idest, qui non subest iurisdictioni ordinarij, nonicnideret. (Exemplum.) si caueat statutum, vt omnis ludens texeris, siue taxillis, sit ex-

com-

communicatus, aliquis ludens in territorio Episcopi in monesterio exempto in excommunicatione non incidit. Ioan. Andr. in cap. 2. de const. lib. 6. per text. in cap. cum Episcopus de offic. ordin. lib. 6. fecit text. in capitulo luminoso 18. q. 2. & clem. Archiepiscopus de priuil. per quæ iura patet, quod exceptis, quibusdam casibus nullam iurisdictionem habent Episcopi in locis exemptis, vnde eorum statuta in illis non ligant, sicut non ligant extra territorium, cum locus exemptus, & locus extra Diœcesim æquiparentur, secundum glos. in clem. 1. in verb aut earum de for. compet. Sylu. in verb. excommunicatio. 2. num. 12. & ita est tenendum, vt tandem concludit Franc. in cap. statuto nu. 10. de const. lib. 6. Vide glos. singul in cap. placuit. 6. q. 3.

Monasterij vero appellatione venit cemeterium, & domus, & teatrum cum hortis, & arcus, qui sunt extra Ecclesiam & dormitorium Sylu. in verb. exemptio, quæst, 2.

Patet etiam per hoc, quod statutum Episcopi mandantis sub pæna excommunicationis latæ sententiæ ne quis ingrediatur clausuram monalium absque licẽtia sua, vel Vicarij ad id deputati, non ligat ingredientes clausurã monalium exemptarum, vel illis eloquentes, sed si statutum specialiter exprimat monasteria exempta, tunc contrafaciens incidit. Si statutum factum est ad bonum subditorum, vel ex causa legitima, vel in odiũ monalium, quæ sua irregularitate hoc merentur facit, quod notat Panor. in cap. postulasti de for. competenti Sylu in ver. excommunicatio 2. num. 13. facit glos. in clem. 1. de vit. & hones.

Præterea An non subditus Episcopo legitur eius statuto prohibenti sub pæna excommunicationis latæ sententiæ, vt nullus sine licentia ad conuentum monialium accedat, die, quod sic, dummodo probabiliter non ignoret statutum ipsius Episcopi. Ita Franc in cap. 1. nu. 6. de stat. regular. lib. 6. & sic habes casum, quando Episcopus punit exemptos, alios casus punit. glos. in clem. 2. in verb. puniri, de pænit.

Quandoque vero non punit sed pænam iuris publicat de priuil. c. 1. quandoque verò non punit, sed absoluit, de sepult: cap. 1. quandoque solum circa loca datur iurisdictio ita glos. not. in d. clem. 2.

14 Quæritur vtrum in excommunicationem incidat, qui sola mente de hæresi nullo externo actu declarata aliquid sentit? ℞. peccat, sed non incidit Caiet. 2. 2. quæst. 11. art. 3. Sot. dist. 22. q. 2. art. 3. (exemplum) in hæretico omnino occulto, qui damnatæ opinioni assensit, quia hic in nullam incidit excommunicationẽ, dummodo, nec verbo, nec scripto, alioue, quouis signo illam non expræsserit.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatione quis ligatur pro peccato mortali, sed quando est inuoluntarium, vel per ignorantiam non ligatur.*
2 *Ignorantia in quibus modis distinguitur.*
3 *Ignorans ea, quæ quis facile potuit scire, dicitur esse in lata culpa.*
4 *Ignorantia iusta, & probabilis.*
5 *Iugnorantia facti, & iuris.*
6 *Excommunicatione innodatur percutiens clericum, licet non sit in sacris, nec beneficiarius.*
7 *Excommunicatione non ligatur, qui ignorat mandatum Ecclesiæ latum sub excommuaicationis censura.*

De Ignorantia, quæ in excommunicationem excusat. Cap. VIII.

1 QVæritur quomodo quis per ignorantiam excusetur vt in excommunicationem non incidat? ℞. in primis, quod vt quis excommunicatione ligatur, oportet, vt committat peccatum mortale, peccatum vero mortale fit ex actu voluntario, nam vt inquit text. in cap. 1. 15. q. 1. peccatum adeo est peccatum quatenus est voluntarium, vnde cum ignorantia constituat actum inuoluntarium, sicut error. l. error. ff. de iur. & fact. ignor. cap. 2. de constit. lib. 6. Ideo dicimus ignorantiam ab excommunicatione excusare.

Quinnimo non solum ignorantia, sed obli-

obliuio, & inaduertentia, bona fides, & simplicitas. S. Tho. 1.2. q. 6 art. 8. vbi Caiet. Doct. in cap. Apostolicæ, de cleric. excomm. mini. Zabar. in clem. 1. de priuil. quæst. 38.

2 Item sciendum est duplicem esse ignorantiam, nam alia est facti, alia iuris, glos. In cap. hac constitutione, de offic. deleg. lib. 6. l. 1. & l. regula. ff de iur. & fact. ignor. Hæc autem iuris, & facti ignorantia triplex est. Affectata, siue optata, crassa, siue supina, & iusta, quæ à Theologis inuincibilis, & à Canonistis probabilis appellatur.

Affectata est, quæ quis ignorat, quòd scire tenetur, & quia studiosè non vult scire aliqua, & consulere peritiores, vt liberius peccet, iuxta illud noluit intelligere, vt benè ageret, quæ adeo non excusat, aut minuit peccatum, vt etiam augeat ob circunstantiam mali desiderij. De hac ignorantia loquitur S. Tho. 1.2. q. 76. art. 3. vers. Respondeo, glos. in cap. eos, de temp. ord. lib 6.

Crassa verò, seu supina est, cum quis ignorat ea, quæ cōiter omnes sciunt, & scire tenentur, saltem suæ professionis, l. nec supina. ff. de iur. & fact. ignor. Hinc, qui ignorat articulos fidei explicitè, misterium sanctissimæ Trinitatis, & orationem Dñicam, quæ scire tenetur, cap. vos ante omnia, de consecr. dist. 4. dicitur esse in lata culpa, quæ æquiparatur dolo, l. lata, & l. magna. ff. de verb. sig. & hæc neque excusat.

3 Quomodo dicitur quis esse in lata culpa? R. qñ ignorat ea, quæ quis facile potuit scire, & non corauit inuestigare, vel secundum glos. in cap. 1. de ordin. ab Episcopo, qui renunciauit.

Item ignorantia crassa est, qñ aliquid ignoratur, quod publicè factum est, vel coram populo, & hæc æquiparatur scientiæ, etiam in pœnis delictorum, Abb. in cap. Apostolicæ, nu. 5. de cler. excom. minist. cap. 2. de constit. lib. 6. Hinc ignorantia non excusat, quin excommunicationem quis non incurrat. d. cap. 2.

4 Iusta autē ignorantia, quæ probabilis dr̄ est illa, quæ cōiter homines eiusdē ordinis adhibita diligentia debita laborāt, vt est illorum, qui consilium petunt à viris præditis scientia in id sufficientia, qui falsè illis consulunt, Nauar. cap. 23. num. 45. & seq. vel secundum Panor. in d. cap. Apostolicæ. Ignorans probabiliter dicitur ille, qui & si non sit nimis curiosus in agendo, non tamen est multum desidiosus, arg. text. in l. nec supina. ff. de iur. & fact. ignor. Vel ignorans probabiliter, dicitur ille, qui non est in loco, vbi emittitur excommunicatio; nam talis præsumitur ignorare excommunicationis illius loci, ita Franc. in cap. 1. nu. 4. de constit. lib. 6.

Vnde alienigenæ possūt allegare ignorantiā statuti, & consuetudinis ipsius loci, vt probatur in d. cap. de quo tñ vide glos. in l. item mela. ff. ad l. Aquiliā Doct. in l. 1. C. de summ. Trinit. & fide Cath. Et hæc ignorantia excusat à censuris, d. cap. fin. de const. lib. 6. & d. cap. Apostolicæ.

5 Item sciendum, quòd ignorantia facti, dicitur habita iuris ignoratur factum, verbi gratia, scio percussorem clerici etiam prò iure excōicàtum, cap. si quis suadente. 17. q. 4. tamen quis percussit quendam, qui, reuera erat clericus, sed tamen nesciebat esse clericum, quia fortè non incedebat in habitu, & tonsura, quæro an sit excommunicatus? Respondetur, quod non, quia licet sciebat ius, ignorabat tamen factum, scilicet illum esse clericum, ita text. in cap. si verò, el secundo tit. nostro.

Ignorantia verò iuris esse dicitur quādo ignoratur aliquid esse à iure prohibitum sub pœna excommunicationis, verbi gratia, scio clerici percussores esse excommunicatos, tamen intelligo illud procedere tantum in clericis beneficiarijs, vel in sacris ordinibus constitutis.

6 Quæritur, an incidat in excommunicationem percutiens clericum non in sacris constitutum, nec beneficiarium, aut nouitium? Respondetur, quòd sic, d. cap. si quis suadente, cap. religioso. §. 1. de sen. excom. lib. 6.

Ignorantia verò facti semper excusat. Iuris verò ignorantia, tunc tantum, quando reducitur ad ignorantiam facti.

7 Quæritur, vtrum ignorans excommunicationem impingat in illam? Respondetur, quod semper habendus est oculus, si huiusmodi talis inobediens dici possit,

possit, quasi inobediens, censuram incurrit, cum authoritas excommunicandi nõ sit, nisi in illum, qui ei non obedit, vt patet in Euang. Matth. 18. Qui Ecclesiam non obedit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus. At si probabiliter ignorat mandatum Ecclesiæ, sub excommunicationis censura excusatur ab illa, quia inobediẽs non censetur, Sot. in 4. dist. 22. q. 1. art. 2. vers. Quartus demum casus.

SVMMARIVM:

1 *Excommunicatio minor, quæ.*
2 *Celebrans cum excommunicatione minori, mortaliter peccat.*

De excommunicatione minori. Cap. IX.

1 Quæritur, quid est excommunicatio minor? Respondetur est censura Ecclesiastica priuans participatione passiua omnium sacramentorum, cap. si celebrat. de cler. excomm. minist. Quæ quidem definitio manifesta est, si consideremus excommunicationem minorem non priuare, quem fidelium colloquio, nec exteriori omnino communione, nec sacramentorum participatione, text. elegans in d.c. si celebrat. In quo quidem text. eius natura explicatur, vbi sex eiusmodi excommunicationes asseruntur.

2 Primum celebrans mortaliter peccat, sicut explicat Sylu. in verb. excommunicatio. 4. in princ. & nota 3. Caiet. in verb. excommunicatio minor. Potest tamen sine culpa audire officia diuina cum alijs Christianis eisdem interesse, atque in Choro dicere, & audire Missam, & sumere partem, quæ in ea offertur, Syluest. vbi supra in fin. Nauar. cap. 27. num. 25. Absoluere quoque ab excommunicatione maiori, vel minor arg. text. in cap. duobus, eo. tit. & à peccatis, atque dare sacramentum infirmo sine Missæ celebratione, nec venialiter, nec mortaliter peccat, ita contra Sylu. in verb. excommunicatio. §. 1. & communem tenet Nauar. c. 27. num. 74.

Secundum, celebrans non efficitur irregularis.

Tertium, non prohibetur eligere, nec exercere, quæ ratione iurisdictionis ei competunt.

Quartum eligi non potest, si scienter electus fuerit, eius electio est iteranda.

Quintum, si in Ecclesia sacramenta confert, ea collata, non carent effectu.

Sextum, à perceptione sacramentorum est prohibitus.

Rursum, hæc excommunicatio fieri potest per sententiam iudicis, tamen cõmuniter non fertur nisi per ius in octo casibus, de quibus Innocent. in cap. 1. de sent. excommunicationis, verbi gratia, per omne sacrilegium, cap. miror. 17. quæst. 4. per omnem violationem Ecclesiæ immu unitatis. Item per fornicationẽ notoriam, & concubinatum clericorum, cap. vestra, de cohab. cleric. & mulier. & si ita non sit in vsu, sed neque aliæ, quas Sylu. in verb. excommunicatio. 4. refert. Quæ autem plerunque contingit, est per communicationem cum excommunicato, de qua infra. Sed neque hæc post Cõcil. Constantiense tam crebro in vsu venit, quam pridie solebat. Verum, qui participat cum excommunicato excommunicatione minori, non incidit in censuram, quia excommunicatio non transit in tertiam personam, ita glos. recepta in cap. excellentissimus. 11. q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati nominatim, ac denunciati, & clericorum percussores, vitari debent.*
2 *Excommunicati notorij ex alia causa, quã percussionis clericorum, an teneantur vitari.*
3 *Excommunicatus ex alia causa notoria &c.*
4 *Missarum solemnia à notoriè fornicarijs, aut concubinarijs denunciatis, non sunt audienda.*
5 *Percussio facta in domo magni Principis coram sex, aut decem non dicitur publica.*
6 *Excommunicati participantes cum alijs, peccant mortaliter.*
7 *Excõicatus si celebrat fit irregularis.*

8 *Excommunicati, & licet non denunciati, tenentur à communione fidelium abstinere.*
9 *Excommunicatus quandoque potest celebrare, & interesse diuinis.*
10 *Excommunicatus non est interdictus Ecclesiæ ingressus.*
11 *Officium mortuorum pro excommunicato fieri non potest.*
12 *Officium, & Horæ canonicæ, quamuis priuatè non sunt dicendæ cum excommunicato, sed ipse solus debet dicere.*

De excommunicatis, qui vitari debeant. Cap. X.

1 Quæritur, qui excommunicati vitari debeant? Respondetur, hodie per Concilij Constantiensis constitutionem, quo magis recepta est in Christiano orbe, quem Basiliensis, vt refert Couar. in cap. Alma mater. §. 2 nu. 9. vers. superest nullos tenemur vitare excommunicatos, vt inquit Sot. in 4. sent. dist 22. q. 1. art. 4. col. 1. nisi a duobus casibus. Primus est, si sint nominatim excommunicati, & denunciati, sicut vsus, & communis interpretatio Christiani orbis in hunc sensum accipit prædictam constitutionem, vt refert Couar. qui supra. nu. 7. vers. 3.

Secundus, si percussores Clericorum sint adeo notorij per operis euidentiam, vt factum nequeant aliqua tergiuersatione cælari, atque nulla valeant ratione excusari. Quod tamen secundum vetera iura satis erat aliquid esse notorium iuris, scilicet per confessionem, vel per sententiam, & similia, cap. vestra. cap. fin. de cohabit. cler. & mulier. & ita absque dubio tenendum est contra text. in cap. cum non ab homine, tit. nostro.

2 Quæritur, vtrum notorij excommunicati ex alia causa, quam percussionis clericorum teneamur vitare? Respondetur secundum Decium in cap. à nobis. nu. 21. de exceptionibus, non tenemur vitare. Sot. dist. 22. quæst. 1. art. 4. contra Sylu. in verb. excom. 5. num. 9. qui extendit dictá extrauagantem ad omnes notorios excommunicatos, ita vt percipientes cum illis sint excommunicati. Attamen dicta opinio non est vsu recepta; sed tamen illa Soti, id est, vt non euitemus, nisi illas duorum excommunicatorum species, quas prædictum Concilium iussit; & ita tenendum est, Sot. qui supra, col. 2.

Quo circa excusatur à peccato, quidá Princeps, & priuati homines, etiam Ecclesiastici, qui permittút legatos, & alios manifestos hæreticos intrare secum Ecclesias, & eis præsentibus orant, atque missas audiunt, vel faciunt, licet hæretici sint, & per consequens excommunicati, cap. excommunicatos de hæreticis, cap. in bulla cœnæ Domini. Excusantur omnes Catholici Galliæ, & Franciæ, qui Lutheranis manifestis, immo etiam palam confitentibus se esse tales, communicát: ratio est, quia Concil. Const iussit tantum vitare notorios percussores clericorum, & non alios, nec est curandum de dicto Abb. in clem. 2. de sent. excom. qui generaliter videtur loqui in quolibet excommunicato notorio, quod debeat euitari, quia eius dictum restringitur in casu, in quo prædicta constitutio loquitur: nam dictum Doctoris intelligitur secundum ius, quod allegat ita not. Bart. in l. non solum. §. si liberationis. ff. de lib leg.

3 Quæritur, si sciuerim aliquem esse excómunicatum, nempe, quia retinet rem alienam, propter quod lata fuit excommunicatio, vel quia legit, aut retinet libros prohibitos, aut quia non communicauit in Paschate, vtrum teneatur euitare? Respondetur secundum glos. in cap. cum ab homine, de senten. excom. quod non, quia duo tantum excommunicatorum genera sunt vitanda, nominatim excommunicati, & publici percussores clericorum. Item deducitur etiam ab eodem decreto, nec publicè, nec priuatim esse vitandum ante denunciationé excommunicatum, quæ excommunicatio duobus etiam testibus probari possit, cuius ratio est, quia non dicitur crimen eo quod probari possit per testes. Illud enim est notandum manifestum, sed manifestabile, Panor. in cap. cum desideres tit. nostro, Sot. in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 6. col. 3.

Rursum hinc constat non sufficere famam publicam, vt teneamur vitare excommunicatos ante denuntiationem, quia

quia infamia, & iudicia eius dumtaxat faciunt, vt per viam inquisitionis inquisitio ad causam cognitionis procedatur, non autem, vt criminosi tanquam notorij puniantur, cap. tua nos, tit. nostro, Couar. in cap. Alma mater. §. 2. nu. 7. vers. 3.

At si fama publica est, quod sit denuntiatus, quæ quidem ortum habet à fide dignis de visu audientibus, tunc debet quis inquirere veritatem, & interim secundum Rayn. vitare illum, secus si fama originem haberet à persona leui, vel ab aduersario, facit text. in cap. hoc videtur. 22. q. 5. & in cap. 1. 2. q. 1. cap. cum desideres, tit. nostro, Sylu. in verb. excom. 5. num. 28.

4 Quæritur, vtrum sint audienda sacra Missarum solemnia à presbyteris notoriæ fornicarijs, & concubinarijs? R. quãdo hi tales notoriè fornicarij fuerint denuntiati, non sunt audienda, iuxta text. in cap. nullus, & cap. præter. dist. 32. Couar. qui supra, num. 10. vers. licet consultius esset illa, etiam à non denuntiatis nõ audiri, si possint audiri ab alijs, Syluest. in verb. missa. 2. q. 3.

Item cum Conc. Cõstãtiense loquatur de publico clerici percussore, ita vt nulla tergiuersatione possit celare. Ideo sciendum est iuxt. text. in cap. vestra. & cap. fin. de cohabit. cler. Notorietatem dupliciter esse dicitur iuris, & facti. Iuris dicitur quando percussio fuit facta occultè, & secretè tam deductum est in foro contentioso, & lata super eum sententia excommunicationis, vel quia ipsemet percussor confessus fuit delictum, vel quia erat conuictus, & tunc talis percussor dicitur publicus notorietate iuris, & per consequens euitandus est.

Notorietas verò facti dicitur illa, cuius percussio est adeo manifesta, vt nulla possit tergiuersatione cælari. Vt quia eius delictum est notorium maiori parti ciuitatis, aut oppidi, aut villæ, siue collegij, vel viciniæ, siue etiam gymnasij, modo in eo sint saltem decem, vel etiam pauciores quando illi pauciores essent maior pars villæ, gymnasij &c. qui ad minus debent esse sex, ita Nauar. cap. 25. nu. 75. Panoc. in d. c. vestra.

5 Quæritur, an percussio facta in domo magni Principis coram sex, vel decem personis videntibus, dicatur publica? Respondetur, quod non, quia vt percussio sit publica, attenditur, vt locus sit publicus, quod non est dicendum in casu nostro; secus autem si percussio facta esset in Ecclesia, vel claustro, quia cum loca sint publica, sequitur, quod percussio sit publica.

6 Quæritur, vtrum peccent excommunicati participantes cum alijs? R. peccãt mortaliter hodie, sicut olim, cap. illud. de cler. excom. ministr. Sylu. in verb. excom. 3. nu. vers. 5.

7 Quæritur, si excõmunicatus celebret, quid? R. fit irregularis, iux. text. in cap. 1. tit. nostro, lib. 6. etiam si nondum fuerit denuntiatus; si quidem dicta constitutio nihil vtilitatis afferat excommunicatis. Immo etiam excommunicatus, qui authoritatem solum præstarent celebrationi irregularis esset text. optimus in c. illud. de cler. excomm. ministr. glos. celebris in clem. 1. vers. celebrari, de priuil. Authoritatem verò, qui tunc diceretur præstare, quando Episcopus, si celebraret, non effugeret irregularitatem, c. Apostolicæ, de cler. excom. ministr.

8 Quæritur, excommunicati, & minime denunciati, an teneantur à communione fidelium abstinere? R. quod non tenentur si ex hoc occultum eorum crimen, & occulta eorum excommunicatio proderet grauissimum scandalum; vnde non tenentur ad subtrahendos se à communione aliorum, cum ij absque graui scandalo, & sui ipsorum proditione ab aliorũ communione abstinere nequeant. Couar. tamen in cap. Alma mater. §. 2. nu. 2. limitat hoc tantum procedere quo ad communionem fidelium, quæ non pertinet ad sacramentorum perceptionem, qui excommunicati, siue omnino occulti, siue publici nulla explicata denunciatione, tenentur omnino abstinere à diuinis sacramentis percipiendis, & nec ad eius tantũ scãdalum rectè fieri potest, ꝙ quis ea sacramenta percipiat, quæ iura sunt etiam iustissimè interdicta. Vnde liceat excõmunicatio esset occultissima, & esset magnum scandalum non celebrare, vel percipere sacramenta, non potest excommunicatus solemnia celebrare, vel communicare, Nauarr. tamen in

Manuale cap. vigesimo septimo, numero 239. in noua æditione contrarium asserit.

9 Dicit Nauarrus, quod qui occultissimè occidit alium, & probabiliter est certum eum tale homicidium fecisse, nisi celebret, quod possit celebrare. Idem etiam asserit de excommunicato occultissimè posito in eodem periculo infamiæ. Ac de Moniali occultissimè incidente in censuram Papalem, vt ante moram petendi absolutionem, possit communicare, quando aliæ ad id tenentur, & possit etiam Choro interesse, & alijs à quibus si abstineret, fama eius, & monasterij periclitaretur. Ratio secundum eum est, quia quando duæ leges contrariæ in aliquo casu concurrunt, in quo alterius obseruatio est omittenda, tunc quæ maior est, debet anteferre minori; & hæc illi cedere; & hoc non solum quando concurrit lex Ecclesiastica cum lege Diuina: sed etiam quando concurrit lex diuina positiua, cum lege diuina naturali: lex igitur naturalis indefendenda sua fama præstat legi humanæ de abstinendo à sacro ab irregularitate. Sed, quæ harum opinionum sit magis tenenda, non audeo iudicare. Vide etiam infra capite decimo quinto, de irregularitate, numero vigesimo quarto,

10 Quæritur, vtrum ingressus Ecclesiæ ad orandum sit excommunicatus interdictus? Respondetur, quòd non est prohibitus, vt communiter receptum est; nam excommnnicatus potest absque vlla culpa Ecclesiam ingredi orandi causa, eo tempore, quo diuina officia non celebrantur: Couarruuias in capitulo Alma mater, §. tertio, numero septimo, contra Abbatem, quem Felinus sequitur in cap. responso, numero secundo, titulo nostro, licitum est, excommunicato adorare sacramentum, quando per viam infirmis defertur.

Item recitare Horas canonicas, genuflectere, aspergere aqua benedicta, & similia facere, extra tamen Ecclesiam in eius angulo, & solus. Et rursum, potest in Ecclesia interesse ad audiendam prædicationem, vel lectionem etiam de Theologia, vel ad exercendam suam artem. ita Innocentius in cap. d. Nuper. Sylu. in verb. excommunicatio. supr. nu. 2.

11 Quæritur, vtrum possit fieri officium mortuorum pro excommnnicato? Respondetur, quod non, neque ei dari potest Ecclesiastica sepultura, capitulo sacris, de sententia excommunicationis, nec licitum est ire in processionibus, vel in Litanijs, cum excommunicato, etiam à longe per multum loci spatium. Caietanus in verbo excom. in fin. de participatione cum excommunicato.

Sed præter hanc participationem in diuinis propter quam, & minor excommunicatio, & peccatum mortale contrahitur. Adest ex altera propter quam non solum mortalis culpa contrahitur; sed etiam excommunicatio maior, videlicet, quando communicans sit clericus: ita textus in capit. significauit, tit. nostro. Vbi inquit ibi Abb. quod quinque concurrere debent, vt communicans incurrat excommunicationem maiorem.

Primò, vt sit clericus.

Secundò, quod communicet cum excommunicato, sciens illum esse excommunicatum à Papa.

Tertiò, quod excommunicatus à Papa iudicialiter, & nominatim, ita quod sit, satis esse excommunicatum sententia canonis, præterquam, quod hodie requiritur denunciatio per Concilium Constantiense.

Quartò, quòd spontè, id est, nulla coactione, vel metu etiam leui, & iniusto, quod est verum solummodo tantum in foro conscientiæ, si talis fuit metus, qui fuit causa, sine qua non communicasset, secus quoad forum exterius, in quo requiritur metus iustus. Alia satis spontè fieri dicitur, quod sine illo fit, quamuis interueniat aliquis metus leuis, licet Caietanus in verbo excommunicatio, casu quinquagesimo octauo, indistinctè dicat quemlibet metum excusare, quod licet verũ sit, quo ad cen-

censuram, non tamen, quoad peccatum mortale, cap. sacris, de his, quæ vi. Quintò, quòd hæc communio fit in diuinis, nempe in sacramentis administrandis, & percipiendis, atque in diuinis officijs, quæ publico nomine ipsius, qualis est consecratio altaris, Virginum, aut Ecclesiæ, benedictio solemnis Episcopi, aquæ benedictæ,& officio defunctorum, & sepulturarum.

12 Quæritur, vtrum in priuatis Horis dicendis cum excommunicato, liceat communicare? Respondetur, quod excommunicatus solus Horas priuatas dicere debet, iuxta glos. in cap. 2. vers. officia, de cleric. excommun. ministr. absque Dominus vobiscum, fortasse non mortaliter, sed venialiter peccaret, quia conclusio Doctorum, qui existimant mortale peccatum admitti, si quis cum excommunicato in diuinis officijs, quæ solemniter, & publico nomine in Ecclesijs celebrantur, & in Ecclesiastica sepultura, Couarruuias in cap. Alma mater. §. 3. numero octauo, Nauarrus cap. 27. numero trigesimo sexto, vers. ad quintum. Nam si quis publicè sepelliret excommunicatum, incideret in excommunicationem maiorem. Clement. eos, de sepult. sic etiam si hæreticum, capitulo quicunque, de hæretic. lib. 6. in verb. excommun. 5. num. 6. vers. 3. ex dec. aur.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab excommunicatione.*
2 *Absolutio ab excommunicatione in mortis articulo.*
3 *Absolutio in mortis articulo, quomodo intelligitur.*
4 *Absolutio ab excommunicatione reseruata.*
5 *Absoluere qui possunt ex Iubilei, aut litterarum Apostolicarum priuilegio.*
6 *Absolutio ab excommunicatione in Iubileo conceditur, satisfacta parte.*
7 *Absoluendi facultatem habens vigore Iubilei potest eligere quemcunque idoneum Sacerdotem.*
8 *Absoluere pœnitentem, quomodo potest Confessarius virtute Iubilei.*
9 *Absoluere hæreticum, vtrum possit Confessarius virtute Iubilei.*
10 *Absoluere à minori excommunicatione, qui possit.*
11 *Absolui non potest pœnitens, nisi facta satisfactione.*
12 *Absolui quomodo possit ab excommunicatione latæ sententiæ, qui non paruit præcepto Episcopi.*
13 *Communicare publicè cum excommunicato non licet.*
14 *Confessarius licet habeat facultatem in omnibus censuris vigore Bullæ, nun tamen potest dispensare super irregularitatem.*
15 *Confessarius habens facultatem absoluendi à casibus Papæ reseruatis, potest etiam à censuris.*
16 *Confessarius non potest absoluere exemptos.*
17 *Absoluere potest ordinarius subditum suum extra Diœcesim quoad forum pœnitentiæ.*
18 *Absolui potest subditus à censuris per procuratorem, & per Epistolam.*
19 *Absolui quomodo potest mortuus ab excommunicatione.*
20 *Absolutio est nulla quando fuit expressa falsa causa.*
21 *Absolutione vnica ab excommunicatione, quomodo tollantur omnes aliæ.*
22 *Absolutionis forma ab excommunicatione, qua vtatur.*
23 *Absoluendi facultatem habens à reseruatis, etiam absoluit.*
24 *Absolutio quæ datur publico excommunicato, quomodo seruatur.*

De Absolutione ab excommunicatione. Cap. XI.

1 QVæritur, quid potest absoluere ab excommunicatione? Respondetur, quod excommunicationes sunt in duplici differentia: quædam reseruantur Papæ: quædam nulli reseruantur: quæ sunt à Papa ab ipso debent absolui, quæ verò nulli reseruantur

tur, possunt absolui ab ordinarijs. Si autem sint ab homine, absoluuntur ab ipso, qui tulit, vel à superiore; in alijs standum est priuilegijs vniuscuiusque si quis per iudicem excommunicatus, & denunciatus est, remittendum est ad eum, vt absoluatur in foro exteriori; deinde à sacerdote in foro pœnitentiali à culpa, potest absolui, Abb. in cap. transmissam, de electione, & in cap. ab excommunicato, numero sexto, de rescriptis.

Absoluere enim ab excommunicatione sine peccatis, potest etiam prima tonsura initiatus, Nauar. cap. 27. num. 41. cum duobus sequentibus.

2 In articulo mortis quiuis Sacerdos ab omnibus potest absoluere; sed cum moderatione, vt excommunicatus prius satisfaciat quoad rem, aut saltem præstet cautionem sufficientem, iuxta glos. penult. in clement. 1. §. verum, de hæreticis, & ibi Card. quæstione quarta, Felyn. in cap. pastoralis. §. præterea, de officio ordinand. quamuis Imola contrarium afferat; cautio tamen debet esse sufficiens cum pignore, vel fideiussore, l. si ex mandato Titij. §. manda. l. 4. §. adijci. ff. de fideicomp. libert. glos. in cap. 1. de dolo, & contumacia. lib. sexto. Si tamen dare potest, alioquin debet saltem, quam potest iuratoriam. Quinimo, qui potest satisfacere ante mortem, sed non commode, id est, non nisi notabiliter vilius vendendo bona sua, si potest differri absque magno damno alieno, non tenetur ad aliud, quam ad dandam cautionem sufficientem, quod satisfaciat primo quoque tempore, Nauarrus capite vigesimo septimo, numero quadragesimo septimo, vbi inquit ita esse intelligenda omnia iura loquentia de satisfactione facienda ante absolutionem in mortis articulo.

At si dicta absolutio in mortis articulo à iudice sæculari fieret, non esset vera absolutio; vnde si infirmus conualuerit deberet iterum absolui, attamen, si decederet, iterum absolui debet, quia hoc reputaretur euidens signum, Abb. & Felyn. in cap. à nobis, el secundo, titulo nostro. Turrecrem. in cap. quem pænitet. de pænit. distinct. 1.

3 Quæritur, quomodo intelligitur in mortis articulo? Respondetur, quòd per articulum mortis, non solum intelligitur periculum mortis ex infirmitate, sed etiam quodlibet periculum morti vicinum, vt nauigatio per loca periculosa, in qua timetur naufragium; iter agere per loca insidiosa, esse in loco ab hostibus obsesso, & telis impugnato; esse prægnantem, non enim quæcunque nauigatio: peregrinatio, & obsessio habet secum probabile mortis periculum, & quando sit hoc periculum, iudicio boni viri relinquitur.

Quando autem simplex Sacerdos absoluerit in periculo mortis à casibus, & censuris reseruatis duo diligenter debet aduertere. Alterum est, quod si potest haberi copiam superioris, vel potentis absoluere ex gratia, vel priuilegio, quale habent aliqui Religiosi, non absoluat, sed illum expectet. Alterum est, quòd non absoluat ab aliquo casu Bullæ Cœnæ Domini, nisi præstita cautione de stando S. R. E. mandato, vel faciendo, alias ipse in excommunicationis sententiam incidit.

Aduertere etiam debent sic absoluti in articulo mortis ab eo, qui alias absoluere non poterat, debent (cessante impedimento, se præsentare, quam cito commodè possunt illi, qui eos iure absoluere poterat, & hoc non intelligitur quo ad peccata reseruata, sed quo ad excommunicationem, & nisi se representent, reincidunt in eandem excommunicationem; & idem intelligendum est de his, quos absoluunt Legati Sedis Apostolicæ cum onere se representandi suis ordinarijs, aut alijs quibuslibet ad suscipiendam pænitentiam, aut satisfaciendum ei, quos iniuria affecerunt, cap. eos, de senten excommun. in 6. Dicunt tamen Caietan. 5. excommun. cap. sexagesimo nono, Nauar. cap. vigesimo septimo, num. 46. quod regulariter se representare personaliter, non tenentur, sed satis esset mittere idoneos procuratores, sed quo ad excommunicationes Apostolicæ Sedi reseruatas, contrarium est dicendum: nam semper

canones videntur significare, quod ipsi personaliter accedant; & hoc expressè habetur in cap. quod de his, extra de sententia excommunicationis, vbi dicitur, quod in propria persona accedant. Verum si mittunt, & Papa, aut pænitentiarius, vel legatus missionem huiusmodi admittunt, satisfecerunt.

4 Quæritur, qui possunt absoluere illos, qui non possnnt accedere ad Sedem Apostolicam pro absolutione ab excommunicatione ei reseruata? Respondetur, pro cuius solutione placuit integrum, cap. quamuis, extr. de sent. excomm. hoc loco inserere, cum in eo contineantur omnes legitimè impediti, qui in alijs canonibus diuisim ponuntur, & præsentis quæstionis diuisio habeatur, cap. verba sunt hæc.

Quamuis incidens in canonem latæ sententiæ, propter violentam manuum iniectionem, iuxta proprias facultates eis satisfaciat, quibus iniuriam irrogauit; non tamen aliter, quam per Sedem Apolocam, vel eius legatum absolutionis potest beneficium obtinere, nisi imminente mortis articulo, infirmitate, inimicitia, aut inopia, puerili, vel senili ætate; fragilitate sexus, seu alia corporis impotentia, siue quolibet impedimento canonico retrahatur, quominus Romanum Pontificem possit adire, vel nisi iuris beneficio à labore huiusmodi excusetur. Cæterum quibusdam prædicatorum, videlicet, qui temporali impedimento laborant, exceptis pueris, sub debito iuramenti, quod secundum Ecclesiæ formam prętare tetur consueuit coniungi, vt impedimento cessante, ad Apostolicam Sedem accedant, mandatum ipsius humiliter suscepturi.

Nunc verò secundum istum canonem dicimus, quomodo intelligantur isti, qui non possunt adire Apostolicam Sedem pro absolutione, & alios. Primo in articulo mortis existentes. Secundò, infirmi, id est perpetua, vel diuturna infirmitate grauati. Tertiò, inimicitia, id est, qui inimicitias habens, ob quas sine vitæ periculo, illam adire non possunt. Quartò, aut in opia, id est, paupertas, qui non sunt soliti mendicare; illi verò, qui sunt soliti mendicare, non excusantur, nisi fortè mendicando coniugi etiam filijs prouideant, & iter faciendo id præstare non possunt. Qnintò, puerili, qui ante pubertatem excommunicetionem incurrunt, licet post eam absolutionem petant, capitulo finali, extra de sententia excommunicationis. Sextò, simili ætate, id est, senes impotentes. Septimo, mulieres omnes ob sexus fragilitatem, & præcipuè iuuenes matrimonio iunctæ, & moniales. Octauò, aliqua corporis impotentia detempti, vt cœci, claudi, subiungitur in dicto capitulo, siue quolibet impedimento canonico retrahatur, quominus Romanum Pontificem possit adire, vel nisi iuris beneficio à labore huiusmodi excusetur, quia præter istos, sunt etiam alij, qui excusantur, & sunt illi, qui habent canonicum impedimentum, id est, legitimum.

Canonicum, seu legitimum impedimentum est duplex. Primum, dicitur quia est lege expressum, qua ratione omnes prædicti excusantur, & etiam filij familias, qui sunt in potestate patris, nisi pater consentiat, vel emancipentur, eodem titulo, capitulo mulieres: & serui, qui in fraudem inciderunt in excommunicationem Papæ reseruatam, vt subtrahant se obsequio dominorum, aut quorum domini, propter eorum accessum ad Apostolicam Sedem sine sua culpa, graue damnum incurrunt, nisi sit grauis, & enormis excessus, eodem titulo, capitulo relatum, secus de famulo libero.

Secundum imdedimentum canonicum dicitur, quia est legi consonum; vel à lege tolerandum, & est secundum Syluestr. Asol. 4. §. tertio, casu decimo quinto. quando arbitrio boni viri est æquale, vel maius aliquo expresso in lege, quia eadem causa habet eundem effectum, & vbi est eadem ratio, ibi idem ius; sic habet legitimum impedimentum, qui non potest ire nisi relinquendo in magna necessitate vxorem, & filios: & habens curam animarum, & non inueniens

Vica-

Vicarium idoneum, & iustè timens notabile damnum accepturas, Excusantur etiam Regulares, qui iuris beneficio, & vigore suorum priuilegiorum possunt absolui à suis Prælatis.

Episcopi possunt absoluere illos, qui sunt impediti, quia reseruatio absolutionis, extr. art. mortis intelligitur quoad illos, qui possunt ire ad Apostolicam sedem, & non quoad illos, quibus id est impossibile. Ab illa autem excommunicatione, quam ita sibi Papa reseruat, & extr. art. mortis prohibeat absolutionem, Episcopi non possunt absoluere.

Sed nihilominus de excommunicatione bullæ Cænæ Domini habenda est peculiaris ratio, & Episcopi maxime Italicæ, propter facilem ad summum Pontificem recursum, extra articulum mortis nullum quantumuis impeditum non consulto Pontifice ab illis absoluere debent; sunt enim lata contra enormia quædam, & atrocissima scelera, vt sic, qui illam commiserunt, magis confundantur, & cæteris maior timor inuitetur, quod idem etiam eadem ratione possent facere, quando occurreret enormis excessus, etiam si ab illo possint absoluere, vt si filius occidisset patrem, idque eo magis, quia si isti non possunt ire ad Apostolicam sedem. Episcopus, vel confessarius potest scribere (suppresso nomine tanquam ad sigillum Confessionis pertinens) vt habeatur ratio famæ, & nullo modo possit deuenire in cognitione personæ, & quando de hoc timetur, non debent ad illos cogere, præsertim cum Canones semper requirant, quod ipsi accedant, & non potentes accedere, non ob id obligantur ad scribendum, vel mittendum, sed excusantur: immo vt integrè dicamus licet sit de iure diuino confiteri omnia peccata non tamen tenemur illa scribere, etiam si certi essemus. quod multorum non recordabimur.

5 Quæritur qui ex iubilei, aut literarum Apostolicarum priuilegio possunt ab excommunicatione, & alijs peccatis absolui à quocunque Sacerdote per eum eligendo, etiam si hi casus sint Papæ, vel Episcopo reseruati: si quis huic Sacerdoti Confessario non confitetur peccatum reseruatum, & cui accesserit excommunicatio per obliuionem, vtrum is cẽseatur absolutus? Respondetur, quod censetur omnino absolutus ab excommunicatione, & peccato illo, quod per obliuionem omiseret confiteri, & liceat peccatum illud teneatur post cum in memoriam venerit confiteri, poterit absolui à confessore simplici, etiam si non habeat potestatem absoluendi à peccatis, & censuris reseruatis. Ita Sylu. in verb. Confessio. 1. quæst. 19. Nauar. in Manual.cap.25.nu.12. & in cap.ita quorumdam in vltima glos.de Iud.Couar. in cap.Alma mater. §. 11. num. 12. estque communis, vt refert Antonius in cath. Neap.lib.5.cap.3.vers. postremo. Et ratio est quia per prædictam iam desierunt esse peccata reseruata; nec amplius habent annexam Censuram. Sed an idẽ dicendum circa vota commutanda? Respondetur, quod non, sed specialis commutatio requiritur. Vnde illa ab alio non habente facultatem obtineri non potest.

6 Quæritur in iubileo conceditur facultas absoluendi à quacunque censura excommunicationis, satisfacta parte bullæ, posit absolui? Respondetur, cum non sit soluendo, quo ad Deum est absolutus, tamen vigore Iubilei absolui non potest. ratio est quia facultas non est amplior, quam verba sonant; hoc est, vt nemo possit, absolui, nisi satisfacta parte. & sufficit ei soluere cum habuerit vnde soluat: & ita absolutus: per Iubileum, non recidet, sine noua sententia Sot.in 4 sent.dist.22.quæst,2.art.3. col.4.

Hæc sententia probabilis est. Sed magis probabilis mihi videtur contraria; vt intelligatur Summum Pontificem velle eam tantum satisfactionem, quam ipse excommunicatus præstare potest, ita quod si non possit illam præstare, quo ad rem, præbeat quoad cautionem, Nauar. cap.26.num.7. Si conferatur cum cap.27. nu. 37. Non tamen debet in hoc discrimine poni Confessarius, nisi probabilissimis indicijs conijciat absolutionem non esse futuram impedimento, quo minus

fiat satisfactio: esse verò facturam magno adiumento ad pænitentis salutem.

7 Quæritur, qui facultatem habent vigore Iubilei eligendi sibi confessorem, vtrum possit sibi eligere eos, quos voluerint, quamuis ordinarij curati, vel religiosi, qui expositi sunt per Episcopum? Respondetur, possunt, sed idoneum, & quo ad religiosos tamen requiritur, quod sint approbati à suo ordinario, & hæc est cõmunis opinio, quam tenet Sylu. in verbo confessor 1. q. 5 Nauar. cap. 4. num. 1. Sot. dist. 18. q. 4. art. 3. vers. postremum dubiũ, & ratio secundum eum est, quia ad absolutionem requiritur potestas ordinis, & iurisdictionis; & quidem potestatem ordinis, quicunque sacerdos habet, iurisdictionem verò ille, qui priuilegium contulit per electionem pænitentis, qui ei confert.

Præterea, quid est facultas alicui concessa eligendi confessorem, nisi per electionem facere confessarium, qui nõ erat confessor, & licet addatur idoneum. Additio illa duo sonat. Primum, vt non sit suspensus per censuram, aut sit excommunicatus nominatim. Secundum, vt eligat confessarium, iuxta tenorem cap. quem pæniter, de pænit. dist. 1. scientem ligare, & soluere: nihilominus optio illi relinquitur, quia priuilegia nõ sunt coartanda magis, quam sonant. Quæ quidem proposito etiam in illis ampliatur, qui facultatem habet eligendi sibi confessarium à Papa, vt sunt omnes prælati, cap. ne pro dilatione, de pænit. & remiss. vel ab homine, vel à Parochiali sacerdote, Sot. in 4 dist. 18. q. 4. art. 3.

8 Quæritur, confessarius, qui virtute Iubilei potest absoluere pænitentem ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, si absoluit excommunicatum etiã damno secuto, & præmissa satisfactione, quid? Respondetur, quod dicta absolutio non prodest excommunicato in iudiciali foro, quo ad exterioris iudicis actus, nisi in litteris Apostolicis dictum sit, quod ea etiam iudiciali foro vim obtineat, alias plurimum detraheretur authoritate iudicialis fori exterioris, si publicè excommunicatus, & denunciatus, secretò per sacerdotem ab eo ad confessionem electum absolueretur, & sic absolutus in foro pænitentiali, etiam peracta pænitentia, & satisfactione diuinæ offensæ: posterior verò ad publicam vindictam, & Reipublicæ satisfactionem, c. à nobis, el secundo. tit. nostro, Couar. in cap. alma mater. §. 2. nu. 6.

9 Quæritur, vtrum confessarius electus vi Iubilei concedentis facultatem absoluendi à quibuscunque casibus, & censuris, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis in Bulla cœnæ Domini, possit absoluere pænitentem hæreticum? Respõdetur, quod non, etiam cum magno cordis labore crimen detestantem; nam commissio generalis absoluendi ab excommunicatione, minimè comprehendit illam excommunicationem, cuius absolutionem coniectura ipse delegans nequaquam in specie commisisset, cap. in generali, de reg. iur. lib 6. text. optimus ad præsentẽ quæstionem, in cap. frater noster. 16. quæst. 1. quod etiam procederet si commisisset ea, quæ speciale mandatum exigeret, cap. qui ad agendum, de procur. lib. 6. Couar. qui supra. §. 2. nu 14. Nauar. c. 27. nu. 271. vers. 15. Aliter tamen in praxi de hæretico occulto incidente in excommunicationis censuram.

10 Quæritur, à minori excommunicatione quis potest absoluere? Respondetur, est communis opinio, quam refert Couar. in §. 12. nu. 6. quod quilibet sacerdos proprius, siue parochus, qui iurisdictione pollet administrandi sacramenta, absoluere potest, text. est in cap. nuper. tit. nostro, Sylu. in verbo absolutio. 1. num. 3. Sot. in 4. sent. dist. 22. q. 2. art. 3. col. 3. Non autem alius, qui non est proprius sacerdos; nam quamuis simplex sacerdos absque vlla iurisdictione possit absoluere à veniali, nõ tamen ex hoc sequitur, quod possit absoluere ab excommunicatione minori: ratio est, quia excommunicatio minor est censura, quæ incurritur à iure; censura verò est actus iurisdictionis, ac perinde non potest ab eo fieri absolutio, qui iurisdictione caret, ita est communis opinio contra Nauar. in Manuali. cap. 27. nu. 25.

11 Quæritur, quid si Summus Pontifex concedat facultatem absoluendi nulla

facta

facta mentione de satisfactione, & confessarius absolueret absque præstita satisfactione, vel quo ad rem, vel pignora? Respondetur, quod confessarius peccaret mortaliter, & confessio est irrita; quia Summus Pontifex videtur concedere quo ad formam iuris, & non videtur velle per huiusmodi confessionem inferre damnum aliquod.

12 Quæritur, si Episcopus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ præciperet alicui, vt iret ad processionem, vel quidpiam aliquid faceret, & si contrauenerit, soluat tantum; si ille non fecit, vtrum virtute Iubilei possit absolui? ℞. potest absolui à pœna, etiam non soluta, quia Iudex non est pars, sed tertius inter partes, Sot. in 4. sent. dist. 18. quæst. 1. art. 2. col. 5. neque tenetur etiam soluere iura iudicum, vt quamuis ille excommunicatus non absolueretur ab Episcopo, nisi solueret tantum pro sententia sibi, vel tabellioni, absolui nihilominus per Iubileum potest sine eorum solutione; secus verò si condemnatus esset ad aliquam pœnam; qui quidem in illam consensit, quia tunc illa pœna transiuit in rem iudicatam, & tunc non potest virtute Iubilei relaxari, Sot. ibi.

13 Quæritur, vtrum teneantur alij cum excommunicato denunciato, & secreto quo ad forum conscientiæ absoluto cómunicare præsertim publicè? Respondetur, quod non, neque possunt etiam secretè, nisi probabiliter crederent eum esse absolutum, Nauar. cap. 27. num. 273. in fine Bene ergo faciet pænitens curare, vt habeat testimonium confessarij, vel fidem in scriptis, vt ostendat se absolutum, & tollat scandalum.

14 Quæritur, confessarius facultatem habens vigore Bullæ dispensandi à quibuslibet votis, & absoluendi à quibuscunq; censuris, & pœnis, vtrum possit dispensare super irregularitate? Respondetur, quod non, nisi in Bulla exprimatur, & ratio est, quia irregularitas non est censura, neque absolutio eius est necessaria ad peccatorum absolutionem, cum absolutio peccatorum rectè fieri possit absque absolutione irregularitatis, Nauar. cap. 47. num. 194. & plenius num. 250. vers. 9. vbi etiam inquit, quod ita habet stylus Curiæ, obq. verba, non audeo discedere ab eius opinionem, & Soto adherere in 4. sent. 22. q. 3. art. 1. de interdicto, qui dicebat, quod poterat absoluere confessarius ab irregularitate ratione peccati contracta, vt est illius, qui excommunicatus ordines suscepit, vel Episcopo excommunicato, non autem ab illa, quæ incurritur citra culpam, & propter bigamiam, vel quando Iudex suspendi fecit reum.

15 Quæritur, confessarius, qui vigore Bullæ facultatem habet absoluendi à quibuslibet casibus Papalibus, vtrum possit absoluere à censuris Papæ reseruatis? Respondetur, potest; & ratio est, quia nullus est casus Papæ reseruatus, cui non sit annexa censura, Nau. c. 27. nu. 254.

16 Quæritur, vtrum possit absoluere exéptos? ℞. quód non, etiam quamuis voluntas eorum superiore impedito, Abb. in cap. monachi, tit. nostro. Attamen non subditos in alieno territorio delinquentes, potest iudex illius territorij absoluere, quia sortiuntur forum ratione delicti, & multo fortius subditos, qui in alieno territorio deliquerunt; faciunt, quæ habentur in cap. à nobis, 1. tit. nostro. illum etiam, qui fuit alterius Diœcesis, & alibi deliquit, si postea ad aliam Diœcesim se transferat, poterit quilibet Iudex illius Diœcesis absoluere, Sylu. in verb. absolutio, 1. num. 11. quod intelligendum est satisfacta parte prius. cap. cum desideres. tit. nostro.

17 Quæritur, vtrum ordinarius absens à sua Diœcesi possit absoluere subditum suum in aliena Diœcesi? Respondetur, quo ad forum pænitentiæ, Sylu. qui supra in princ. Secus verò quo ad forum fori, vbi nisi causæ cognitio non requireretur, & per Doctor. in cap. nulli, de offic. deleg.

18 Quæritur, vtrum subditus possit absolui per procuratorem? ℞. quód potest, ac etiam per Epistolam absens absolui potest, glos. & Abb. in cap. Apostolicæ, de cler. excom. ministr. Quia etiam per salutionem Papæ, dicitur quis absolutus, si Papa se velle expresserit, Zabarell. in clement. si Papa, de sent. excom. Immo etiã

inuitus, poteſt ab excommunicatione abſolui, quamuis à vinculo tunc abſoluatur, & non à peccato, Abb. remiſſiuè in cap. transmiſſam, de elect. in princ. Sot in 4. ſent. diſt. 22. q. 2. art. 2. Abb. in cap. ab excommunicato, de reſcrip. & ratio diuerſitatis, quare ab excommunicatione abſoluatur, & non à peccato eſt; quia ſicut homo voluntariè peccat, ita quoque voluntariè peccatorum nexibus liberari debet. Quod ſecus dicimus in abſolutione à pœnis, & cenſuris, quia vt inuitus pœnis anathematis ſubijcitur; ita quoq. inuitus ab ipſius vinculis liberari poteſt. & non obſtat iuris regula, quod inuito beneficium non datur, l. inuito. ff. de reg. iur. qui illud intelligitur, quando de intereſſe pecuniario agitur, ſecus vbi de ſalute animæ, & corporis, quia eo caſu inuito beneficium conferri poteſt, cap. nouit, de iudic. cap. qui emendat, diſt. 45. cap. ipſa pietas. 22. quæſt. 3. Nec mirum, quia, vt membrorum ſuorum nemo dominus extitit, l. liber homo. ff. ad legem Aquiliam, ita nec animæ, cuius Deus vita eſt, cap. reſuſcitatus, de pœnit. diſt. 1. ita eleganter limitat Cagnol. in dicta l. inuito.

19 Quæritur, vtrum mortuus ab excommunicatione poſſit abſolui? Reſpondetur, quòd poteſt, modo ſigna contritionis oſtenderit, cap. à nobis, el ſecondo, titulo noſtro. quæ abſolutio prodeſt, quo ad multa. Prima, vt Eccleſiæ conſtet de abſolutione. Secundo, vt admittatur ſepulturæ Eccleſiæ. Tertio, vt Eccleſia poſſit ſuffragia impartiri.

20 Quæritur, vtrum pro abſolutione falſam cauſam expreſſerit quis, ſi erit abſolutus? Reſpondetur, quòd illa abſolutio eſt nulla in foro Dei, cap. officij, cap. cum per cauſam, tit. noſtro, gloſ. communiter recepta in cap. ex parte, de offic. ordinand. niſi Iudex habeat omnino voluntatem abſoluendi, etiam ſi dicta cauſa expreſſa fuiſſet falſa, Abb. in cap. ex parte, num. 5. de offic. ordinand. Sylueſt. in verbo abſolutio. 1. in fin. Verum qui impetratione abſolutionis aliquam cauſam tacuit, non cenſetur abſolutus. Abb. in dicto cap. ex parte, num. 3. cuius opinio vera eſt, quando cauſa tacita fuit æquè principalis ad excommunicandũ, alioquin valeret abſolutio, Abb. in cap. cum pro cauſa, tit. noſtro.

21 Quæritur, vtrum tollat omnes excommunicationes vnica tantum abſolutione, qui poteſt ab omnibus excommunicatum, qui plures habet abſoluere? Reſpondetur, poteſt etiam ſi non ſint omnes expreſſe, quando ſcientiam habet omnium excommunicationum indefinitè excommunicatum abſoluerit, & hoc ſanè ex ipſius abſolutionis mente præſumpta, quæ quidem mens colligi poterit, ſi dixerit: Abſoluo te ab excommunicatione, & ab omnibus alijs quarum non memineris, nec memoriam habes. Couarruu. in cap. Alma mater, cap. 11. colum. 4.

22 Quæritur, qua forma vtitur in abſoluendo ab excommunicatione, & quæ requirantur? Reſpond. cum hæc abſolutio non ſit ſacramentalis, ſed potius iudicialis, non habet præſcriptam formam certam verborum, ſed fit quibuſcunque verbis intentionem abſoluendi ſignificantibus. Et licet hoc ſolum quo ad abſolutionis eſſentiam ſufficiat; ſi tamen excommunicatus ad reſtitutionẽ, vel ſatisfactionem tenetur, non debet abſolui, niſi prius ſatisfecerit parti, vel dederit cautionem pignoratitiam, vel fideiuſſoriam, quod ſi præſtare nequit, ſaltem iuret, ſe cum primum poterit ſatisfacturum. In magnis etiam criminibus, debet peti iuramentum de non committendis amplius ijs, propter quæ in excommunicationem incidit, & de ſtando mandatis Eccleſiæ, & abſolutio detur ſimpliciter, & abſolutè, & non conditionatè.

23 Quæritur, ille, qui abſoluit, habet abſolutam poteſtatem abſoluendi, & abſoluit à non ſeruatis prædictis, quid? Reſpondetur, abſolutio quidem tenet, ſed peccat mortaliter propter iniuriam, quam facit parti, & Eccleſiæ. At ſi eius facultas abſoluendi, limitatur à canone, vel à ſuperiore, ita vt non poſſit abſoluere, abſolutio non tenet, defectu poteſtatis, immo aliquando ſic abſoluens, in excommunicatione incidit: vt ſi abſoluat ab excommunicationibus Bullæ

Cœnæ Domini in casu ei concesso. Dixi si limitatur facultas absoluendi; quia si iura simpliciter disponunt ante absolutionem illa præmitti, & delegans mandet absolutionem fieri iuxta formam iuris, & non irritent absolutionem aliter factam, absolutio tenet, vt inquit Nauar. cap. 22. nu. 37.

24 Quomodo seruatur in solemni absolutione, quæ datur publico excommunicato? Respondetur, dicuntur aliqui Psalmi, verberatur excommunicatus, & alia seruantur, quæ non requiruntur in priuata absolutione, quæ tamen non debet nude fieri, sed prætermittenda est aliqua Oratio, vel Psalmus: ita tamen, vt non accipiatur liber ad legendum, ne circunstantes suspicentur pœnitentem esse excommunicatum, vel saltem dicatur Misereatur &c. & licet non fiat de essentia.

Excommunicationes Episcopo reseruatæ. Cap. XII.

1 Ex leui percussione Clerici, vel Monaci.
2 Quam Episcopus sibi reseruauit.
3 Excommunicatio Papalis in mortis articulo, si adsit Episcopus; nam in eius absentia posset quiuis sacerdos.
4 Propter participationem in crimine cuius est excommunicatio.
5 Ob rei decentiam, cum quis, scilicet in mortis articulo absolutus ab excommunicatione reseruata, ob aliam causam non præsentat se superiori à quo absolui debeat, vel nisi Nuntius Apostolicus, aut Legatus Pontificis absoluit, remittens eum ad superiorem, & non se præsentauit.

Casus ex iure communi Episcopis reseruati etiam absque excommunicatione.

1 Peccatum clerici habens irregularitatem in pœnam annexam.
2 Incendiarius.
3 Peccatum ob quod deberetur pænitentia solemnis, videlicet graue, & notorium, & scandalosum afferens.
4 Blasphemia publica, & notoria, & hoc in foro solum contemptioso, & reseruato Episcopo, non autem in secreto.
5 Dispensatio votorum, & iuramentorum, sed hoc non est peccatum reseruatum, sed potestas ad alia &c.

Alij casus ex consuetudine Episcopo reseruati.

1 Homicidium voluntarium, vel mutilatio membri.
2 Falsarius, aut corruptor scripturarũ, vel dicens falsum testimonium, aut non dicens veritatem in iudicio.
3 Aduocati, vel Notarij, & Procuratores ostendentes scripta contrariæ partis.
4 Cõtra immunitatem, vel libertatem Ecclesiasticam quamuis hoc iam est in Bulla, magna ex parte.
5 Qui retinet aliena cuius non scit dominum, quamuis hoc non est in vsu, & si prius restituerit, potest absolui.
6 Quæ ipsemet Episcopus sibi reseruauit.

Casus ad Papam pertinentes require infra.

Casus verò Papales sunt in Bulla Cænæ, quam omnis sacerdos penes se habere potest.

SVMMARIVM.

1 *Suspensio quæ sit.*
2 *Suspensus ex qua causa quis efficitur.*
3 *Suspensio quotuplex sit.*
4 *Suspensionis effectus.*
5 *Suspendere quis possit.*
6 *Suspensus à quo absolui potest.*
7 *Suspensionis forma absolutionis quæ sit.*

De Suspensione.
Cap. XIII.

1 QVæritur, quid est suspensio? ℞. est censura Ecclasiastica, qua vsus officij, aut beneficij alicui prohibetur, Nauar. cap. 27. nu. 151. Per officium intelligimus ordinem, & iurisdictionem. Per beneficium intelligimus dignitatem Ecclesiasticam, vt Canonicatus, videlicet ne intret Canonicus in Chorum, nec participet fructus. Et hæc suspensio fit in certum tempus, vel imperpetuum, quoad partem tamen; aliàs enim non esset suspensio, sed depositio, vel priuatio.

2 Ex qua causa incurritur in suspensionem? ℞. propter peccatum, hæc pœna incurritur, licet sit veniale.

3 Quotuplex est suspensio? ℞. quòd multiplex, secundum quod multa prohibentur. Aliquando enim prohibetur vsus totius ordinis, aut partis. Item suspenditur à iurisdictione in totum, vel in partem, atque ita quando suspenditur à minori ordine, non suspenditur à maiori, sed benè è conuerso, quando suspenditur à maiori, suspenditur etiam à minori. Et suspensio tam ab homine, quàm à iure lata, quæ certo tempore, aut facto, aut omissione facti terminatur lapso tempore, vel adueniente termino, tollitur ipso facto, absque vlla absolutione. A suspensione autem lata à iure tam communi, quàm particulari in contumaciam, & non in pœnam delicti, absolutè fine termino, & reseruatione, etiam si à Papa sit confirmata, potest absoluere Episcopus, & eius Vicarius, non autem à lata in pœnam alicuius delicti, etiam à iure, siue sit temporalis, siue perpetua, nisi sit lata ob adulterium, & alia minora delicta. A lata autem ab homine regulariter, non potest absoluere, nisi qui eam tulit, aut eius superior, vel successor Epi, & eorum Vicarij Vigore Conc. Trid. sess. 24. c. 6. possunt in foro conscientiæ absoluere ab omni suspensione, in quam incurritur propter delictum occultum, dummodo non sit deducta ad forum cōtentiosum, & dummodo etiam non deueniat ex homicidio voluntario.

4 Item omnis, qui exercet aliquē actum, in quo est suspensus, peccat mortaliter faciendo id in quo est suspensus; in quo verò non est suspensus, non peccat.

Secundò, suspensus ab homine, peccat mortaliter, solemniter faciendo actum ordinis, & fit irregularis. Tertio suspensus ab efficio, non potest eligi, nec eligere in dignitatem Ecclesiasticam. Quarto, suspensus à beneficio, non potest recipere fructus beneficij nisi ad sustentationem, si esset pauper.

5 Quis potest suspendere? Respondetur, quicunque potest agere per censuram ecclesiasticam.

6 Quis potest absoluere à suspensione? Respondetur si suspensus est à iure tam communi, quàm particulari, in contumaciam, & in pœnam delicti ab olutè sine termino, & reseruatione, etiam si à Papa sit confirmata, ab Episcopo potest absolui, nisi sit reseruata ab eo, qui canonem condidit, vel nisi sit suspensus propter peccatum, à quo non potest ipse absoluere; si sit ab homine absoluat ipse, qui suspendit, vel superior, vt diximus.

7 Quæ forma absolutionis à suspensione est? Respondetur, nulla præscripta est essentialis forma, tamen absolutio fit solo verbo: videlicet. Reuoco te, & absoluo te à tali sententia, & ante illam requiritur iuramentum, sicut in absolutione ab excommunicatione.

Non est necessarium, vt confessarij absoluant à suspensione, quando absoluunt à peccatis; nam possunt absoluere à peccatis, remanente suspensione. Quando autem est suspensus à susceptione sacramentorum, tunc prius est absoluendus ab ipsa suspensione.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quid sit, & quid interdici possit, & quid non.*
2 *Interdictum personale, locale, & mixtū.*
3 *Interdicere potest Summus Pontifex, & quomodo interdicta seruentur.*
4 *Interdicti forma.*
5 *Interdictum tollere quis possit.*
6 *Accolitus, vel alius, qui non est in sacris, & in apparatu Epistolam decantaret, posset*

possit puniri pœna falsi.
7 *Interdicti tempore, laici ingerentes se diuinis, quomodo peccent.*

De Interdicto. Cap. XIV.

1 QVæritur, quid est interdictum? Respondetur, est censura Ecclesiastica sacramentorum vsum, diuina, & Ecclesiasticam sepulturam prohibens, id est ne administrentur sacramenta, nec celebrentur officia, & ne sepeliantur homines in loco sacro, & vt in clem. 1. de for. compet. vbi de varijs interdictis, potest videre aditionem; hæc omnia in cap. non est nobis, extra de spons. cap. quod in te, de pænit. & remiss. cap alma mater, cap. ciuitas, de sent. excom lib. 6.

Quando prohibentur omnia spiritualia, dicitur tristum interdictum. Quando quædam tantum, dicitur largum: sed notandum est, quod non potest interdici baptismus paruulorum, & pænitentia morientium, & viaticum, nec prohibetur matrimonium, nec extrema vnctio in m. tis articulo.

Olim, vt refert Illustrissimus Thol. erat tristissimum interdictum, nullo enim modo fiebant sacramenta, nec celebrabantur diuina officia, nisi solum vna Missa in hebdomada ad renouandum Eucharistiæ sacramentum. At Bonifacius Octauus in d. cap. Alma mater. de sen. excom. in 6. permisit, & fecit, vt ista ianuis clausis fierent, & voce submissa, & non pulsatis campanis, & exclusis excommunicatis, & interdictis, & Ecclesia ipsa non sit specialiter interdicta, nec polluta, & ne possent intrare fideles, præter clericos, & habentes priuilegia.

Item censuit, vt his quatuor festis solemnibus, à Vesperis præcedentis diei, immò, & Missa Vigiliæ potest includi, videlicet tempore Natiuitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, & Assumptionis B. Mariæ suspenderetur interdictum, & posse omnes interesse, etiam iam qui dederunt causam. interdicti; sed isti a longe astarent, nec possent cõmunicare.

Item Martinus Quintus, & Eugenius Quartus extenderunt hoc priuilegium ad festum corporis Christi, & Conceptionis B. Mariæ Virginis, & per totam octauam dum dicitur Missa Conceptionis, videlicet: Egredimini filia Syon, vt idem Thol.

2 Quotuplex est Interdictum? R. triplex: personale, locale, & mistum. Personale, quando interdicitur persona, ne ipsa posset interesse officijs, nec in loco sacro sepelliri. Locale est, quando interdicitur locus. Mistum est, quando locus, & persona interdicitur.

Locale rursum, vel generale, vt cum interdicitur tota prouincia, vel tota ciuitas; vel particulare, cum interdicitur aliqua tantum Ecclesia; & interdicta Ecclesia, interdicuntur omnes eius capellæ, non tantum clerus eiusdem Ecclesiæ, quia posset alibi celebrare.

Personale rursum, vt cum interdicitur Rector, Clerus, Populus, Princeps, vel alij particulares, cap. minor. 17. q. 4.

Similiter generale, si omnes loci, est quando interdicitur totum Regnũ propter peccatum Regis, tota Ciuitas, totũ castrũ, & dicitur generale; quia nulla excipitur persona, vt colligitur in cap. cum in partibus, de verb. signif & particulare, si aliquis tantum, vel multi nominatim. d. c. si ciuitas.

Patitur etiam alias differentias; nam quoddam est interdictum ab homine, quoddam à iure, & quoddam laxum, in quo aliqua interdicuntur, quoddam tristum, cum omnia interdicuntur.

Sed est notandum, quod interdicto clero, vel populo, non censetur interdicta Ecclesia, nec è contra, & ita alij possent ibi celebrare, & audire diuina.

Rursum interdicta vna Ecclesia, non censetur interdicta altera coherens, nec cappella muro medio separata. Interdicto populo alienigenæ, qui illic habitãt, non censentur interdicti, nec pueri, qui non sunt doli capaces.

3 Quæritur, quis potest interdicere? Respondetur, Summus Pontifex potest omnia interdicere, præter baptismum paruulorum (vt diximus supra) & morientium pænitentia, & viaticum. Alij verò Prælati non possunt, nisi secundum iuris dispositionem interdicere.

Est etiam notandum, quod in generali in-

si interdicto loco, non personæ, standum est moderatione, &c. idest, vt quotidiè in Ecclesijs, & monasterijs, missæ, & alia officia celebrari possint, sicut prius, voce tamen submissa, Ianuis clausis, campanis non pulsatis, & excommunicatis, & interdictis exclusis; & in festiuitatibus prædictis tantum pulsatis campanis exclusis excommunicatis, & illi propter quos positum est interdictum non appropinquent altari, idest non faciat offertorium.

Eisdem etiam diebus aqua solemniter potest benedici, & aspergi: Panes, & fructus benedici, & administrari, benedici Virgines, & calices, & Nuptiæ in festo Assumplionis tantum.

4 Qua forma verborum fit interdictum? ℞. debet in primis præcedere monitio, nisi quando fertur propter delictum, quia tunc non est necessaria, deinde dicuntur ista verba. Nos per talem causam Ecclesiam, vel ciuitatem Ecclesiastico subponimus interdicto.

5 Quæritur quis potest tollere Interdictum? ℞. est distingnendum, si est ab homine, qui tulit, vel superior, siue à iure, & conditor Iuris non reseruauerit: Episcopus potest, & non inferior ordinario. At certum tempus iure taxatum, ne posset illud tolli ab ordinario. Si reseruauerit, ille, cui reseruatum est.

Quando autem ad certum tempus, finito tempore per se ipsum cessat, ne opus est aliqua relaxatione.

Rursum notandum est igitur, quod quando, qui est in sacris, & exercet ea, quæ propria sunt sacrorum, idest deputata certo ordini tunc efficitur irregularis. Illa autem dico deputata vero ordini, quorum faciendorum specialis potestas traditur in ordinatione. Vt in presbytero potestas consecrandi baptizandi solemniter. dicendi collectas in choro. Sylu. in verb. Irregularitas. §. 13. ac agendi hebdomadarium in horis canonicis, quod est sacerdotis. Item ex Franc. in d. cap. caueant. Si benediceret aquam, hoc pertinet ad officium sacerdotis, iuxta Innoc. cap. 1. de excess. Prælat. Sylu. in verb. Aqua. §. 4.

Si solemniter benediceret Populnm: dicendo sit nomen Domini benedictum si ferret absolutionem excommunicato, quod intellige modo absoluat, vt sacerdos cum solemnitate, de qua in cap. à nobis el secondo, de sent. excom. In diaconatu potestas canendi Euangeliũ. In subdiaconatu, potestas canendi Epistolam cum manipulo: accolito offerendo vrceolos nam si ista solemniter exerceret actum deputatum ordini minori. Ita Irregularis efficeretur, ac exercens deputatum maiori Nauar. cap. 27. num. 163.

6 Quæritur, qui immisceret se diuinis, exercendo ea, quæ sunt certo ordini, vel officio certi ordinis deputata, & non esset in d. ordine constitutus, vt si Accolitus in Apparatu Subdiaconi diceret, an talis esset Irregularis? ℞. quod iste propriè tenetur pæna falsi, sicut tenetur ille, qui non habens dignitatem, & simulat se habere. l. eos. ff. ad l. corneliam de Sicar. & est Irregularis ea Irregularitate, quam incurreret ille, qui celebrat, nullum habens ordinem, & est à solo Papa absoluendus Franc. in d. §. caueant in fin. Et quia diximus de pæna clericorum violátium interdictum, modo reliquum est, vt videamus de pæna laicorum.

7 Quæritur vtrum peccent laici ingerendo se diuinis tempore interdicti? ℞. si contemptus abest, & scandalum, & locus solum sit interdictus, non peccant nisi aliquod violentiæ genus facerent, & hæc de Interdicto ab homine. Sot. in 4. sent. dist. 22. q. 3. art. 1. Cæterum de Interdicto à Iure, vide Sylu. in verbo, interdictum. 4.

SVMMARIVM.

1 *Polluitur* Ecclesia, *& quomodo.*
2 *Polluitur Ecclesia cum iniuriosa sanguinis effusione.*
3 *Polluitur Ecclesia alio modo.*
4 *Polluitur Ecclesia cum humani seminis emissione.*
5 *Polluitur* Ecclesia *cum in ea sepellitur aliquis excommunicatus.*
6 *Polluitur Ecclesia cum sepellitur in ea aliquis infidelis.*
7 *Polluitur* Ecclesia, *quando consecratur per Episcopum excommunicatum.*
8 *Polluitur Ecclesia, quando muri illius*

cadunt.

9 *Cæmeterium coniunctum cum Ecclesia polluta, polluitur.*

10 *Ecclesia consecrata cum Ecclesia benedicta in quo differant.*

11 *Irregularitate non incurrit celebrans in Ecclesia Polluta.*

De Pollutione Ecclesiæ. C.XV.

1 QVæritur quomodo polluitur Ecclesia? ℞. Ecclesia polluitur, vt in casibus sequentibus, & cum est sic polluta. diuina in ea celebrari non possunt, nisi pollutio sit occulta in ore duorum, vel trium, at illis publicantis cum incipit esse notoria, cessandum est à diuinis, donec reconcilietur, quæ reconciliatio; si Ecclesia erat cõsecrata debet fieri ab Epõ, at si non erat consecrata potest fieri à præsbytero, & casus ita notantur in c. proposuisti de cons. dist. 1. & notat, ibi gloss. non esse opus solum, vt quis occidatur in Ecclesia cum sanguinis effusione, quia satis est, quod suffocetur, vt Ecclesia poluatur, nam si quis etiã se ipsum occidat Ecclesiam polluit, limitat, tamen Nauar. c. 27. nu. 252. Quando occiditur homo à non habente vsum rationis, puta ab insano, vel à puero, vel quando homicidium est obiustam defensionem, non polluitur Ecclesia.

2 Polluitur Ecclesia, vt habetur, c. Ecclesiasticis dist. 68. & de cõs. dist. 1. puta iniuriosa sanguinis effusio, ex quauis percussione iniuriosa, & not. glos. quod si quis extra Ecclesiam percutiatur, & deinde intrat Ecclesiam, non ideo polluitur Ecclesia, sed pollueretur, si ibi percuteretur, & deinde exeat etiam quod sanguis tũc non fædet Ecclesiã. Dicitur effusio, quia non sufficit ad fedandam Ecclesiam aliquarum guttarũ sanguinis emissio, quia iura requirunt effusionem, quæ largitatẽ denotat. c reuertimini. 16. q. 1. & glos. in hac specie, c. illorũ de sent. excom. verb. effusionem, commendata per Fel. ibi. Dicitur sanguinis, quia nõ sufficit percussio, quæ non sit mortifera, sine eius effusione etiam si sit talis, quæ carnes cantundat, aut ossa frangat. Dicitur iniuriosa, qa non sufficeret effusio naturalis per nares, vel os aut quæ casu fit, neque facta ob iustã defensionem, neq; ludo alioquin licito, vt si aliqua pia in ea repræsententur, neque facta per furiosum, aut puerum iudicio carentem.

3 Item alius casus, si aliquis in Ecclesia existens, & aliquem extra ecclesiam percutit bombarda, aut lapide non polluitur. Si autem in Ecclesia occidatur aliquis bombarda, aut sagitta, & occisor sit extra Ecclesiam polluitur.

4 Polluitur etiam Ecclesia, vt in d. canone Ecclesijs, per seminis humani voluntariam effusionẽ, quãuis licite ex copula coniugali, & per pollutionem contra naturã c. Ecclesijs dist. 68. Nec audiẽdus est Angelus qui dixit per nocturnam pollutionem pollui. Sotus dubitauit de copula coniugali, tamen probatur contrariũ per cõem sententiam, & ita omnia debẽt esse publica alias non polluitur Ecclesia.

5 Item polluitur Ecclesia, quando in ea sepellitur excõatus, c. consuluisti de cons. Eccl. vel Altar. Vide c. sequentẽ. n. 5. & 8.

6 Polluitur Ecclesia, quando in ea sepellitur aliquis infidelis, c. Ecclesiam, el primo, & secundo, de const. dist. 1. quãquam in hoc casu non solum reconcilianda est Ecclesia, sed etiam parietes illius ab radendi sunt, licet in præcedenti reconciliatione sufficiat, iuxta Pancr. in d. cap. consuluisti.

7 Polluitur Ecclesia, quãdo per Epm̃ excõatum publicum consacretur, aut benedicitur arg. d. c. cõsuluisti, vbi notat Pan.

8 Polluitur Ecclesia, quando muri illius cadunt, & si reædificentur de nouo consacrari debẽt, dicit Nau. quod vt polluatur Ecclesia, debent omnes muri, simul cadere, si autem paulatim cadant, non polluitur Ecclesia. Præterea, c. si Ecclesia extr. de cons. Ecclesiæ habetur.

9 Quæritur qñ polluitur Ecclesia an polluatur cæmeteriũ? ℞. ꝙ si cæmeterium est ab Ecclesia separatum, non polluitur, qñ verò est cum Ecclesia coniunctum, tunc polluitur etiã ipsum, & quando polluitur Cæmeterium, non polluitur Ecclesia.

10 Quæ differentia est inter Ecclesiam consecratam, & benedictam? ℞. qñ Ecclesia est consecrata, non potest nisi eps̃ loci eam reconciliare, vel de eius licentia per alium Episcopum, c. aqua de cõs. Eccl. vel Altar. simplici verò Sacerdoti, non

potest

potest committi, nisi solum à Papa secundum gloss. in d. c. aqua Sylu. in verb. consecratio 2. q. 8 & debet reconciliari cum aqua, vino, & cinere, vt habetur in cap. proposuisti de cons. Eccles. Si vero Ecclesia non fuerit consecrata, potest per simplicem sacerdotem reconciliari cum aspersione aquæ lustralis, secundum glos. in d.c. fin. Sylu. qui sup. Nau. c. 27. nu. 251.

11 Quæritur vtrum celebrans in Ecclesia polluta incurrat in irregularitatem? ℞. quod non, vt dicit Panor. in d. cap. fin. de sacra Vnctione. Dec. in cap. tuarum nu. 23. de priuil. sed tantum suspensus est ab ingressu Ecclesiæ, cap. Episcopum de priuil. lib. 6. & si cum tali suspensione celebraret, esset irregularis, Sylu. in verb. consecratio 2. quæst. fin.

SVMMARIVM.

1 *Quid est Sacrilegium.*
2 *Captus extra Ecclesiam, & per eam extrahatur, non violatur Ecclesia.*
3 *Sacrilegium ponitur pro specie luxuriæ facta cum Deo dicata.*
4 *Sacrilegium quomodo committitur ratione loci.*
5 *Coniugati habentes copulam coniugalem in Ecclesia an peccent.*
6 *Sacrilegium committens mortaliter peccat.*
7 *Sacrilegium committit qui commatrem, aut filiam spiritualem cognoscit.*
8 *Sacrilegium committit, qui in loco sacro tale facinus operatur.*
9 *Sacrilegium commitqui res sacras de loco sacro furatur.*
10 *Sacrilegus est, furans in loco sacro, licet non frangat portas mortaliter peccat.*
11 *Martyr si in Ecclesia occiditur non violatur Ecclesia.*
12 *Sacrilegium non committunt satellites capientes aliquem in Ecclesia.*
13 *Sacrilegus quali pœna puniatur.*
14 *Sacrilegi pœna, quomodo intelligitur.*

De Sacrilegio. Cap. XVI.

1 QVæritur, quid est Sacrilegium? ℞. dicitur sacrilegium, quasi sacrilædium, vel sacræ rei, vel legis læsio, glos. in cap. sacrilegium. 17. quæst. 4 & S. Thom. 2. 2. quæst. 99. art. 1. & est ex suo genere peccatum mortale. cuius species sunt tres. Prima in persona, vt cum læditur Ecclesiastica persona, vt si clericus percutiatur, vel à sæculari iudice puniatur, aut Deo sacrata moniali potiatur. Secunda in re, res verò sacræ diuersos habent gradus, secundum differentiam rerum sacrarum. In primo enim gradu sunt ipsa Sacramenta, quibus homo sanctificatur, quorum præcipuum est Eucharistiæ sacramentum, quod continet ipsum Christum, & ideo Sacrilegium, quod contra hoc sacramẽtum committitur, peccatum grauissimum est inter omnia: In secundo gradu, sunt vasa consacrata, Imagines sacræ; Reliquiæ sanctorum, in quibus, quodammodo personæ sanctorum venerantur, & dehonorantur, deinde, quæ pertinent ad ornatum Ecclesiæ, & ministrorum, ac etiam ea, quæ sunt deputata ad substentationem, siue sint mobilia, siue immobilia. Quicunque autem contra quodcunque prædictorum peccat, crimenque sacrilegij incurrit, & tanto grauius est sacrilegium, quanto res sacra, in quam peccatur, maiorem obtinet sanctitatem, hæc S. Thom. qui supra art. 3. Caiet. in sum. Et Sylu. verb. sacrilegium. Committitur igitur sacrilegium ratione rei sacræ, vt cum res sacra de loco sacro, idest calix sacer de Ecclesia aufertur, vel res sacra idest calix sacer de non sacro, idest de domo profana aufertur, vel res non sacro, de sacro aufertur, cap. quisquis. §. sacrilegum. 17. quæst. 4. & in c. si quis contumax in text. ea. quæst. & refert Gabr. dist. 15. q. 3. art. 1. lib. 4. contr. Richar. dist. 18. art. 12. q. 1. lib. 4.

In tertio gradu est quo fit iniuria loco sacro. Vt si de loco sacro saluatus vi extrahatur, siue pro causa ciuili, siue pro criminali, cum hoc casu gaudeat immunitate cap inter alia, de iure immun. toto tit. cap. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt.

2 Sed si quis capiatur extra cęmeterium vel ecclesiam, & per eam violenter extrahatur non violatur immunitas Ecclesiæ secundum Archid. in cap. sicut 17. quæst. 4. Sed si satellites persequentes ali-

aliquem fugientem, qui saluatur in Ecclesia à qua non aliter, nisi per vim extrahi potest, non incurrunt sacrilegium ita Bald. in l. plerique in fin. ff. de in ius vocan. Henricus in cap. fin. col. 3. de immun. Ecclesiæ, olim vero incurrebatur, sed hodie tamen, vt inquit Bossius etiam in praxi criminali in verb. captura, num. 21. quod ferè per totam Italiam est in vsu, scilicet, quia delinquentes capiuntur in loco sacro.

3 Quæritur, quomodo sacrilegium ponitur pro specie luxuriæ? ℟. ponitur sic, vt si quis abutatur Deo sacrata 27. q. 1. cap. impudicas. cap. Virginibus cap. si qua monacharum, vbi etiam glos. in d. c. Virginibus inquit: per hanc sacrilegam contagionem committit etiam incestum & adulterium, Incestum quidem, quia sponsa Christi est, & Dei, qui est pater noster 12. quæst. 2. qui abstulerit; & incestus committitur cum affini, sicut & cum consanguinea. 35. q. 3. cap. de incest. Item & adulterium spirituale, quia sponsam alterius corrumpit. Item sacrilegium, quia potitur Deo sacrata.

4 Quæritur quomodo ratione loci cōmittitur sacrilegium? ℟. quando furto, aut rapina aliquid in Ecclesia accipitur, vel quando sanguine, aut humano semine voluntario locus sacer violetur, glos. in cap. vnic. de cons. Ecclesiæ lib. 6. sed appellatione loci sacri, quoadhoc vltimum dicitur corpus Ecclesiæ consecratæ, vel benedictæ, quæ alio nomine vocari solet basilica. cap. fin. de cons. Ecclesiæ. nam in cæmeterij, & in cameris Ecclesiæ adherentibus nulla dicitur fieri violatio Sot. in 4 sent. dist. 32. q. 1. art. 3. vers. ad hæc vero.

5 Quæritur, si coniugati essent detenti in loco sacro, vtrum peccent mortaliter habentes copulam coniugalem in illo loco sacro? ℟. secundum Richard. in 4. dist. 32. & Rosell. & Ang. in verb. debitum, dicunt non esse peccatum. Palud. Tabien. matrim. 3. §. 10. dicunt esse mortale. Tamen dicendum est cum Syluest. verb. debitum. §. 6. Copulam posse dupliciter fieri à coniugatis. Vno modo ad vitandum periculum incontinentiæ; in isto modo non est peccatum, neque polluitur Ecclesia. Altero modo ad solam delectationem, & hoc modo non est mortale cum propria vxore domi suæ, in Ecclesia verò est mortale.

6 Quæritur quod peccatum committit? ℟. mortalissimum, sed in tribus sacrilegijs annexa est etiam censura excommunicationis, quorum primus est, quando quis vsurpat, vel occupat bona Ecclesiastica v. g. Census; iura feudalia, Emphyteotica fructus, & emolumenta, & alia, de quibus in Concil. Trident. cap. fin. sess. 22.

Secundus est in surripientibus rem sacram de Ecclesia cum effractione portarum, & sic duo copulatiuè requiruntur furtum, & effractio, c. conquesti de sent. excomm.

Tertius si iudicibus laicorum detinentibus clericis in carceribus, cap. nuper, de sentent. excom. contra tamen hos casus sacrilegus peccat mortaliter, sed tenetur semper confiteri hanc circunstantiam, quia mutat speciem actus, cum particularem habeat rationem deformitatis secundum S. Thom. 2. 2. quæst. 199. art. 2. & est casus reseruatus Episcopo de consuetudine, glos. in cap. 2. de pænit. & remiss. lib. 6. & tenetur sacrilegus etiam confiteri sacrilegia mentalia Sot. in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 4. ad 8. arg.

7 Quæritur cognoscens commatrem suam quid? ℟. qui cognoscit carnaliter commatrem suam, aut filiam spiritualem sacrilegus est, & mortale grauissimum committit, cap. si quis, el secundo, 33. q. 2. Filia autem spiritualis dicitur non solum illa, quæ Sacerdoti peccata confitetur, sed etiam illa, quæ ab ipso est baptizata. Et qui hoc scelus perpetrauerit, non solum dignitatis honorem amittere debet, sed etiam vsque ad exitum vitæ suæ iugi pænitentia se subdere debet, ita text. in cap. ad limina. §. filia, & cap. omnes. 30. quæst. 1. habens etiam votum castitatis, & cum ea contrahat, sacrilegium committit, inquit Tolet.

8 Item pariter eodem genere peccati obligatus est, qui tale facinus cum laicis personis operatur in loco sacro, locus autem sacer hic accipitur Ecclesia, non autem monasterium, vel dormitorium religiosorum, Nauar. cap. 16. nu. 3. vers. interrogatus.

9 Item

9 Item sacrilegium committit, qui res sacras furatur, puta calices, patenas, reliquias sanctorum. etiam eo animo, vt alibi honorabilius collocaret. 17. quæst. 4. cap. quisquis. Sylu. in verb. Reliquiæ quæst. 2. sic etiam, qui auferret bona, vel animalia ab Ecclesiasticis Dom. vt in c. conquestus, de for. comp. Innoc. in cap. cum pro causa de sent. excomm. glos. in cap. canonica. 11. quæst. 3. cap. omnes. c. sacrilegium. 17. quæst. 4. nam hic sacrilegus esset, non tamen ipso iure excommunicatus, sed excommunicandus, nisi furtum committeret in ipsa Ecclesia; cum effractione portarum, vel serarum, aut parietis Ecclesiæ, c. conquesti, & ibi Abb. de sent. excom.

10 Quæritur quod si sacrilegus venit animo frangendi, sed non frangit fores, fenestras, seu seras, aut parietem templi, quia inuenit eos fractos, & inde aufert aliquid? ℞. quod non incidit in canonem, dicit Matt. nisi per se frangat. d. cap. conquesti, & Zabar. in clem. 1. de pænis quæst. 3. tantum ergo peccant mortaliter, & eo grauius peccant, quanto res sacra, quam furantur, maiorem obtinet sanctitatem. S. Tho. 2. 2q. 99. art. 3.

11 Quæritur quia diximus, quod ratione loci committitur sacrilegium cum violatur Ecclesia per homicidium, & vulnera voluntaria occidentis, sed quid si esset martyr, qui occiditur, vtrum Ecclesia indiget reconciliatione? ℞. videtur quod non, cum talium sanguine consecratur Ecclesia, & non minuitur, tamen verius est, quod indiget reconciliatione, quia si non polluit ea sanguis effusus, polluit eam iniqua effusio, iuxta' illud. Actio displicuit, passio grata fuit, ita glos. in d. c. vnico licet lauandus non sit locus vbi sanguis effusus est.

12 Qua pæna punitur sacrilegus? ℞. sacrilegus iure diuino, atque in foro conscientiæ punitur pæna excommunicationis, sicque à christianorum consortio expellitur, & nisi in mortis articulo absoluitur, & ei communicatur, si pænituerit. c. impudicas, & d. c. Virginibus. 27. q. 1. Arch. in c. peruenit. 27. q. 1.

13 Quod autem dixi de pæna excommunicationis, intelligi debet modo, si sibi Episcopus hunc casum reseruauerit sub pæna excommunicationis latæ sententiæ; alias violantibus moniales non videtur annexa excommunicatio de iure communi, nisi diabolica instigatione coacti, huius criminis perpetrandi monasterij septa ingrederentur. nam tunc non ratione sacrilegij, sed ingressus essent excommunicati, vt habetur per Concil. Trid. sess. vltima c. Bonifacij Octaui.

14 Iure etiam pontificio in foro contentioso, punitur sacrilegus pæna depositionis ab ordine, & ammissionis beneficiorum, si clericus est, & monasterio perpetuo ad pænitentiam peragendam includitur laicus verò excommunicari debet, cap. si quis Episcopus. 27. quæst. 7. At iure ciuili, pæna mortis indicitur, ita Iulius clarus lib. 5. sent. iur. §. fornicatio vers. cum moniali. Et omnia bona sua monasterio violato largiuntur. l. si quis in hoc C. de Episc. & cleric. & à communione priuatur 27. quæst. 1. si qua.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas, quid sit.*
2 *Irregularitas dicitur, quia homines à regula excipitur.*
3 *Irregularitas tribus modis contrahitur.*
4 *Irregularitas numquam contrahitur, nisi in casibus à iure permissis.*
5 *Irregularitas contrahitur per homicidium & mutilationem.*
6 *Irregularitas in ordinatione.*
7 *Irregularitas contrahitur per plures ordines in vno die susceptos.*
8 *Irregularitas contrahitur perreiterationem sacramentorum.*
9 *Irregularis non fit rebaptizans in dubio.*
10 *Irregularitas contrahitur per apostasiam à fide.*
11 *Irregularitas per ordinationem ab Episcopo excommunicato.*
12 *Irregularis fit scienter ordinatus ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatus.*
13 *Irregulares sunt initiati sacris ordinibus ante ætatem.*
14 *Irregularis efficitur ministrans in eo ordine, quem non babet.*
15 *Irregularis fit, quis si celebrat excommunicatus suspensus, & interdictus.*
16 *Irregularitatem inducit etiam bigamia.*
17 *Irregularitatem inducit defectus, abscissio defor-*

deformitas, imbecillitas, oculus canonis, tortus, gibbosus &c.
18 *Irregulares sunt Energumeni, Amentes, Lunatici, & Furiosi.*
19 *Irregulares censentur, qui vertigines patiuntur.*
20 *Irregulares, quomodo sint hermaphroditi.*
21 *Irregularitatē an inducat defectus linguæ*
22 *Irregularis an sit surdus.*
23 *Irregulares sunt omnes Illegitimi, etiam ad ingressum religionis.*
24 *Illegitimus dispensatus ab Episcopo, vel à Papa super vno beneficio, non intelligitur ab alio, sine altera dispensatione.*
25 *Irregularitas inducitur etiā inadultis propter dilationem baptismi Parochus interroget obstetricem si baptizauit puerum, ita vel ne, ibidem.*
26 *Irregularis fit per hæresim, & seruitutem.*
27 *Irregulares fiunt damnati ad triremes, & alij multi, qui dicuntur dare causam homicidij, vt Iudices, & legantes mortis sententiam.*
28 *Irregularis fit hortans damnatum, vt admoueat caput.*
29 *Irregulares fiunt, qui authoritatiue reū comitantur ad decapitandū, vel suspēdēdū.*
30 *Irregulares sunt accusatores ad mortem, vel mutilationem.*
31 *Irregularitatem non inducunt crimina enormia occulta.*
32 *Irregularitatem quomodo inducat crimen notorium.*
33 *Peccatum notorium, quomodo probatur.*
34 *Parochus, vel sacerdos alius, qui commisit homicidium occultum.*
35 *Monialis occultissime incidens in excommunicationem Papalem.*
36 *Irregularitas tribus modis tollitur.*
37 *Eps Irregularis quomodo potest absolui.*
38 *Irregularitas, quomodo dispensatur.*

De Irregularitate. Cap. XVII.

1 QVæritur quid est irregularitas? Respondetur est canonicum impedimentum faciens hominem inhabilem ad ordines suscipiendos, & ipsis susceptis, ministrare non potest c. ex tenore, cap. quæsitum, & ibi Abb. de tempore ordinandorum. Hinc notandum primum omnium, quod tali pacto Irregularitas dicitur impedimentum ordinum: quod si irregularis ordinatur ordinem quidem suscepit, & characterem, sed peccat mortaliter contra præceptū Ecclesiæ quare gratiam non suscipit, manetque subinde suspensus, atque adeo quoties in ordinibus administrat grauissime peccat.

2 Quare dicitur irregularis? ℞. quia homines à regula excipit, quam in ordinibus suscipiendis Ecclesia præscripsit.

3 Quibus modis contrahitur Irregularitas? ℞. in genere tribus modis: quædam ex defectu corporis, quædam ex ratione Sacramenti, & quædam ex ratione delicti. Et primo Irregularitas, ex defectu corporis cōtinetur in hoc carmine, videlicet

Libertas, Ratio, Sexus, Mens, Corporis, & Aetas.

Libertas, i, qui sunt serui, & in seruitute existunt, sunt Irregulares.

Ratio, i, qui nondum attingunt vsum rationis, sunt, Irregulares, & non possunt suscipere ordines, nec etiam minores:

Sexus, i, femina, est irregularis.

Mens. Amentes, & patientes lucida interualla:

Corpus, i, habens defectum in corpore: idq; ratione generati, qui sunt illegitimi, quocunq. modo isti dicuntur habere defectum natalium. Vel ratione membrorū ad consecrationē sunt Irregulares.

Aetas, defectus videlicet ætatis debitæ, quia quāuis vsū rationis adhuc tū expectāda est ætas legitima iux. Cōc. Trid.

4 Irregularitas nunquam contrahitur, nisi in casibus à iure permissis, c. 15. de sent. excom. lib. 6. casus autem particulares; in quibus declaratur, quis Irregularis sunt infra, qui numerantur per Doct. in c. nisi de renuntia, de quibus dicemus aliqua etiam hic.

5 Primus igitur casus, est per homicidium, & mutilationem, clem. vnica de homic. vt diximus supra, & Irregularitas, quæ contrahitur debet habere istas conditiones.

Prima si homicidium sit factum post baptismum, nam ante baptismum non facit irregularitatem.

Secunda, si sit factum cum iudicio rationis, si enim citra iudiciū rationis, vt puer, non est peccatū, nec Irregularitas.

Tertia, vt si sit in propriam defen-

 sio-

sionem facta, tamen cum moderamine inculpatæ tutelæ, verbi gratia, cum aliter non poterat se defendere, nam tunc non fit Irregularis: Et est notandū, quando loquimur, de homicidio, intelligimus etiam de mutilatione, nā; per inde est, ꝙ irregularitas de qua dicemus infra.

5 Secundus casus Irregularitas contrahitur in ipsa inordinatione, quando quis accipit ordines ab Episcopo, qui iam renunciauit loco, & dignitati: Vel etiam si excommunicatus excommunicatione maiori recipit ordinem ante absolutionem, fit irregularis, c. cum illorum, & ibi Abb. de sent. excommunicationis, quod idem dicendum est de ordinibus susceptis in interdicto, & suspensione, qui si celebrat cum scit, vel scire teneatur se esse excommunicatum, aut suspensum, vel interdictum. est irregularis, c. 15. cui de sent. excom. lib. 6. & à solo Papa dispensandus Sylu. in verb. Irregularitas, q. 1. vers. 19. & quoties celebrat, toties peccat mortaliter, sed non incurrit nouam Irregularitatem, antequam obtineat dispensationem. Nau. c. 1. n. 194. Dixi cum scire teneatur, quia ignorantia crassa non excusat, quam ille habere dicitur, qui vocatus in iudicium ad certam diem sub excommunicationis pœna, noluit comparere, & postea celebrat, nesciens se esse à iudice excōatum, cum tamen huiusmodi contumaces soleant excommunicari iuxta Auth in c. Apostolicæ de cleric. ex excomm. ministr. Et licet inferior Papa aliquando possit absoluere talem ab excommunicatione, in qua erat, non tamē poterat dispensare secum in tali Irregularitate, nisi de mandato Papæ.

7 Tertius casus contrahitur Irregularitas per plures ordines in vno die susceptos, c. literas de tempore ordinand. & qui quatuor ordines minores & subdiaconatus vno, eodemque die susceperit c. cum h. extr. eod. tit. Et in his casibus si ordinandi non fuerint sub anathematis sententia præmoniti, ne illos simul ordines susceperint, tunc cum huiusmodi ordinatis in vtroque casu, si aliquam religionem intrauerint, poterit Abb. dispensare, c. 2. de eo, qui furt. ordin. suscep. ex quo fit, quod etiā si non ingrediant ur poterit Episcopus dispensare, si verò sub tali sententia fuerint prohibiti, tunc solo Papa, quia excommunicatione maiori irretiti Irregularitas, nu. 95.

8 Quartus quis fit Irregularis per reiterationem Sacramentorum, imprimentiū characterem c. 1. de bigam. quod de baptismo manifestum est, tam ex parte baptizantis, quam baptizati, iuxt text. in c. eos, quos de cons. dist. 4. c. 2. de Apost. de baptizante, est text. in c. eos, quos de cōs. dist. 4 & de rebaptizatis c. q bis. ead. dist.

Si vero baptizat quis ignoranter, & ignorantia fuerit probabilis, id est prius adhibita debita diligentia Irregularitas non inducitur, iuxta communem Doctorum opinionem: & per Turrecr. in d. c. qui bis. Si autem fuit ignorantia facti, & post quam sciuit, habuit ratum, fit irregularis dist. 50. c. confirmandum Sylu. in verb. casus. 91. vers. 13.

9 Quintus vtrum, qui rebaptizat in dubio post debitam deligentiam efficiatur Irregularis? ℞. quod non, quia non dicitur reiteratum, quod nescitur etiam factum, c. veniens de presbyteris non baptizatis c. solemnitates de cons. dist. 1.

10 Sextus casus, fit irregularis per apostasiam à fide, & præsertim fit Irregularis, quo ad vsum, si erat ordinatus, c. Iulianus 11. quæst. 3. & si laicus, fit Irregularis, quoad susceptionem c. præsbyter dist. 50. de quo Innoc. in c. 1. de Apost. At si à fide, quis defecerit iusto aliquo timore compulsus; si erat sacerdos; solus Papa dispensabit, si alterius inferioris ordinis: Episcopus, verūtamen, si voluntarie; tantū Papa dispensabit, d. cap. presbyteros.

11 Septimus inducitur Irregularitas per ordinationem ab episcopo excommunicato (vt diximus supra) contra Conc. Constan scilicet, qui excōatus nominatim, atque denuntiatus, vel per manifestam manuum cōiectionem in clericum, c. gratia, c. statuimus, q. 1. c. Daibertum, & idem est si ordinetur à suspenso, & interdicto, vel ab hæretico, vel schismatico: vt inquit Syluest. in verb. Irregularitas, quæst. 7. Sot. in 4 sent. dist. 25. q. 1. art. 3.

12 Octauius casus, si quis scienter ordinatur ab Episcopo, qui renunciauit, secus si solum loco, etiam non dignitati renunciauerit, quod intellige, si maiores ordines ab eo susceperit, secus si mi-

nores

nores ex licentia proprij Episcopi, Et in hac Irregularitate, solus Papa dispensat. Sylu.qui supra q.8.

13 Nonus, initiati sacris ordinibus ante legitimam ætatem à Conc.Trid. sess. 23. cap.8.& sess.7.cap.10.diffinitum: vel absque dimissorijs proprij Episcopi litteris, vel cum illis quidem, sed deprauatis, aut fictis, vel obrasis, vel extra legitima tempora: sunt ipso iure suspensi: & si susceptum ordinem exercuerint Irregularitatem contrahunt, & à solo Papa absoluēdi. Sylu.in verb.casus quæst.1.vers.23. & possunt ipso iure beneficijs priuari per extrauag.Pij secundi, quæ incipit. Cum ex sacrorum vsu receptam Sot.in 4. sent. dist.25. q. 1. art. 3. hinc notandum Episcopum non posse dispensare super ætate ordinandorum, prout etiam colligitur ex glos. & Doct. in clem. fin. de ætat. & qualit.ordinand.

Præterea nec à suspensione incursa ab Irregularitate contracta ob contrauentionem præfatæ bullæ, potest Episcopus in foro fori absoluere, neque dispensare, quamuis sic in foro conscientiæ Possunt enim hodie ab omnibus suspensionibus, & Irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus dispensare excepta Irregularitate, quæ oritur ex homicidio voluntario, vt habetur ex Conc. Trid.sess 24.cap. liceat. Attamen necesse erit præfatos dispensandos prius ætatem lægitimam saltem attingisse, alias beneficium.d. cap. liceat minimè consequi possent. Quæ autem hodie sit legitima ætas habetur in Concil. Tridentin. sess. 23. cap.12.

Sic etiam regularium superiores possunt à præfata Irregularitate sibi subditos dispensare, modo ad legitimam peruenerint ætatem, & hoc vigore suorum priuilegiorum, & præcipuè Sixti Quarti, & aliorum Romanorum Pontificum, ita habetur per Chat.Neap.lib.4.cap.12 Est notandum, quod ea, quæ diximus procedunt in suscipientibus ordines maiores, ante lægitimam ætatem: secus si maiores, quia tunc peccarent, sed non essent ipso iure suspensi, c. vel non est de tempore ordinandorum Nau.c.27. nu. 70.

14 Decimus casus irregularis efficitur si quis in eo ordine, quē nō habet administrat c.1 & 2.de cler.non ordin.minister. Panor.in c.quanto de consuet, quod intellige si sit adminis tratio in ordine sacro, nam in quatuor minor.laicum administrare non est Irregularitatis causa.

In maioribus autē, quãuis merè laicus illam incurrit, vt benè contra quosdã ait Sylu.in verb.iregularitas, q.12.sed intelligere debet sm̄ oēs, qn̄ solemniter cū manipulo, & dalmatica: nã sine illis serio, & non solemniter administraret nō in curritur, aut cū manipulo vbi est consuetudo sm̄ Archiep.Flor.3.part.tit.2.c vt refert Nau.de fratribus Mendicantibus nō subdiaconis, qui cantant Epistolam cum Dalmatica, & manipulo, nam tunc non erat Irregularis.

15 Vndecimus Irregularis efficitur si suspēsus, excōatus, vel interdictus gerat se diuinis officijs, & celebrãdo, vel administrando in aliquo ordine, saltem minore solemniter (vt diximus supra) & not.ex c.fi.de excess.Prælat.Quod idem intellige de Prælato excom. impellente aliquē ad celebrandum glos.in clem.2.verb.celebrari: de priuilegijs, sic etiá clericus irregularis esset, celebrando in loco interdicto, non autē polluto c.15.qui de sent. excom.lib 6. & à solo Papa dispēsandus.

16 Duodecimus Bigamia pariter inducit Irregularitatem c. debitum cum glos. in verb.sacramentum de bigamia.

Bigamia est triplex vera. Similitudinaria, & interpretatiua iuxta glos.in d.c debitum Rota dec.447. in nouis, & declarauit speculator de disp §. iusta, nu. 6. qn̄ successiue, quis duas habuit vxores virgines, & cum vtraq; consumanit matrimonium, c.1.& 3.de bigam.& dist. 26. c. Acutius Et qui acceperit viduã in vxorem & consumauit matrimoniū, c. si quis viduam dist. 50. vel cum corrupta per aliū dist.23.c.Maritum, vel cum virgine, quã post commissum Adulterium cognouit, dist.34.c.si cuius. Similitudinaria, quando post votum solemne duxit vxorem, quãuis virginem, & habuit copulam, c.sanè: secundo, de cleric.coniugatis dicto, c.debitum, c, quot quot.27.q.1.Nau.c.27.nu. 195. Interpretatiua verò contrahitur multis modis glos.in c.1.de Bigamis.Na-

uar. qui supra, & in his omnibus solus Papa dispensat, quo ad suscipiendos sacros ordines, nam quo ad minores etiam Episcopus Sot. in 4. sent. dist. 27. quæst. 3. art. 3. & secundum Tholet. quando duxit Viduam, vel cognitam etiam per copulam fornicariam, vel tentauit habere duas vxores, & habuit copulam cum vna, & postea contraxit cum alia, & consumauit matrimonium.

17 Tertius decimus, defectus, etiam siue abscissio, imbecillitas, vel deformitas, cuiuslibet membri principalis, etiam occulti, veluti essent pudenda contingens ob culpam, inducit Irregularitatem, quo ad ordines susceptos, & suscipiendos, & alia officia Ecclesiastica etiam, quorum vsum non impedit, siue ipse sua sponte id fecit, siue alius sua culpa; quia iussit, siue rogauit. vel quia dando operam rei illicitæ, casu id contingit, siue in pœnam alicuius delicti à suis inimicis fuerit obsissum capitulo, si quis absciderit. cum seq. glos. not. in capitulo enuchus, distinct. 55. Sylu. in verb. corpore vitiatus. Secus vero absque culpa sua, cap. ex parte 1. & 2. cap. significauit, de corpore vitiato cap. lator. distinct. 55. qui tunc, non inducit eam, nisi quo ad illum ordinem, vel officium Ecclesiasticum, ad quem, vel ad quod factus est inhabilis, vel saltem sine notabili horrore, aut deformitate, vel scandalo esercere non valet. Abb. in cap. 2. de cleric. ægr. ministr. Nauar. cap. 27. num. 200. In alijs autem ordinibus, siue officijs, poterit ministrare, sicut prius, sed non de nouo ordinari. Eadem omnia dicenda quoque de parte membri abscissi, quam si per indignationem, & impotentiã ipse sibi abscidit, incurrit Irregularitaté, dummodo sit notorium, quod per indignationem id fecit: secus, si non est notorium, nisi notabilem generet deformitatem. Ant. de Butr. in cap. Thom. de corpor. vitiat. Sylu. qui supra, quæst. 12. Nauar. cap. 27. à num. 198. vsque 201. & de parte membri, num. 206.

Hinc colligitur, quod membrum consilio medici abscissum. Castratio per vim à parentibus, vel alijs claudicatio cui baculus non est necessarius, vt sine baculo altari possit assistere. Nauar. cap. 27. num. 119.

Macula oculi, & præsertim sinistri, quem stylus Romanus oculum canonis appellat, nam si quis careret visu oculi sinistri, vt non possit legere canonem misse in decore; & nimia facit ad populum conuersione, & scandalo, quia tunc celebrans esset Irregularis, alias secus, quando cum oculo destro, quantum satis est ad bene celebrandum cernit sine populi scandalo. Nauar. cap. 27. num. 119. sed ea macula, quæ non priuat visu, neque notabilem deformitatem generat, non inducit Irregularitatem, capitulo, cum de tua ex parte, vbi Ant. Burg. de corpor. vit. ylu. qui supra, quæst. 6.

Tortus ratione sanitatis, vel mutilatus, aut debilitatus: Gibbosus; deformis, aut laborans morbo lepræ: Epilepsiæ, id est morbi caduci, & similibus corporis vitijs, quibus redditur inhabilis ad celebrandum, est Irregularis, vt in capitulo hinc enim distinct. 46. Sic qui ligneo ambulat pede, Irregularis est ad celebrandum, licet exercere possit officium Diaconi, vel subdiaconi, & in his Irregulairtatibus; solus Papa dispensat. Ant. Burg. c. significauit de corpor. vit. Sylu. in verb. casus. q. 1. vers. 6. Nauar. nu. 200. in fin.

Quis autem defectus, aut deformitas requiratur, vt inducat Irregularitatem, standum denique est iudicio Episcopi, aut confessarij non autem alterius Prælati eius, qui est ordinaadus. Nauar. in dicto versiculo sexto, vbi etiam secutus est Innocent. Card. & Anton. Sylu. & Angelum, qui in exemplis tenent, quod Prælatus eorum iudicabit.

18 Energumeni, id est, à dæmone obsessi; etiam semel: Amentes: Lunatici: Furiosi, id est, à quibus furor numquam recedit, sunt Irregulares: similiter æquali alia infirmitate corporis oppressi, quæ notabiliter scandalum vsui ordinum præbet, tam quo ad susceptos, quam ad suscipiendos saltem, quo ad actus, in quibus dictum scandalum præbet. In quibus omnibus solus

Papa

Papa dispensat: De Energumenis est text. in cap. maritum 33. distinct. De leprosis est text. in cap. cum percussio, 7. quæst. 1. capit. de Rectoribus, de cleric. ægrot. cap ex parte Nauar. dicto cap. 27. num. 102. & sequent. vbi addit, quod Epilesiæ morbo semel infectus, nunquam amplius ordinari potest, si sæpe decidit, cap. in litteris 7. quæst. 2 aut etiam rarò, modo spumas ore vomat, alias sic ordinato socio præparato ad perficiendam missam inceptam, si fortè morbo corriperetur, vt colligitur in c. communiter cum duobus sequentibus dist. 33.

19 Quæritur vtrum Irregularis censeatur, qui vertigines, vel sincopas patiatur? ℞. hoc cum non reperiatur in iure expressum, censeo, quod non, arg. text. in cap. 15. qui de sent. excom. in 6. Paraliticus, etiam quando imminet periculum effusionis sanguinis, vel quod hostia cadat de manibus suis, iuxt. text. in c. vltimo de cleric. ægrot. Irregularis est.

20 Item Hermaphroditus, si sexu fæmineo magis præstat, quam virili; non est capax characteris: si verò virili magis quam fæmineo, licet sit capax, non debet ordinari, quia est mostruum, & solus Papa dispensat Nauar, cap 27. num. 203. ver. 15.

21 Defectus linguæ, non inducit irregularitatem, modo non impediatur organum, vel loquela. Hinc balbus, seu blesus, id est, qui vitio linguæ non bene exprimere potest verba, & tardè, vel obscurè loquitur potest ad ordines promoueri. Ant. Burg. in cap. exposuisti, nu. 9. de corp. vit, quod non ita est, de elingui, id est, qui caret lingua, vel muto, qui loqui non potest, etiam si linguam habeat Gabriel. de canone Missæ lectio prima.

22 Item surdus est Irregularis antequam ordinetur, quod si talis fuerit factus surdus post ordines susceptos, potest celebrare, licet diacono respondente non audiat. Irregularis etiam est, qui vinum bibere non potest, vel euomit, cum celebrantem oportet sanguinem sub vini specie sumere 2. quæst. 7. c. ipsi Apostoli, & ibi glos. Sylu. in verb. corp. vit. quæst. 7.

23 Item omnes Illegitimi, de quibus loquitur glos. in cap. nisi cum pridem vers. manseres. de renunc. siue sint naturales tantum, & nati ex concubina domi retenta tit. de not. lib. siue vulgo concepti vt nati ex publicis meretricibus, de quibus loquitur textus. de vter. cap. 23. capitulo innotuit. de elect. capitulo per venerabilem in fine, qui filij sint. legit. qui alio nomine manseres vocantur, siue sint progeniti ex adulterio, siue ex sacrilego concubinatu, vt habetur in cap. vt filij, & capitulo nimis de filijs presbyterorum, & cap. consuluit, de seruis non ordinandis. Hi sunt, qui nati sunt ex adulterio parente habente votum castitatis solemne, de quo voto loquitur text. in cap. vnico de voto, lib. 6. in quorum numero habentur filij nati ex religioso profitente in religione approbata, vel ex clerico in sacris initiato, vel ex milite Hierosolimitano, cum votum emittat castitatis: secus si votum non fuerit solemne, vel si nati fuerint ex incestu. Hi omnes ordinari nequeunt. de elect. capitulo innotuit, cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, & nouissimè adest constitutio Sixti Quinti incipiens. Cum de omnibus Ecclesiasticis ordinibus ædita 1587. contra omnes Illegitimos, quæ vult vt promoueri non possint ad ordines sacros, & neque vt possint recipi in religionem: annullans text. in capitulo primo, de filijs presbyterorũ, qui text. volebat, vt filij licet sint illegitimi religionem profitendo possent absque alia dispensatione, ordinibus promoueri, vt habetur capitulo presbyterorum, dist. 56. glos. in capitulo, nimis, capitulo, vt filij: de filijs presbyterorum, & ratio erat, q. a religionis ingressus cum effectu tollat omnem Irregularitatem, quo ad ordines. Sylu. in verb. illegitimus, quæst. 6. præter illam, quæ ex homicidio voluntario, vel bigamia oritur, & talis mos seruabatur in religionibus, vt inquit Sotus in quarta distinctione vigesimaquinta, quæstione prima, articulo tertio, conclusione prima.

Sed quo ad prælationẽ etiã ingressus Religionis, si illegitimus est promoueri nõ potest absq; Papæ dispẽsatione. Sylu.

& Sot. qui ſupra. Hodie autem dicta conſtitutio Sixti Quinti, vt progeniti ex ſacrilegio, & inceſtuoſo concubitu, non admittantur ad profeſſionem, ſed ne illis claudatur via ſeruiendo Deo, poſſint recipi vt famuli. alij vero illegitimè nati tantum poſſunt præſeferre bonã vitam. vt valeant admitti, ſed cum diſpenſatione. Et ratio, quare potuit mouere ſumm. Pontific. fuit multiplex: tunc quia dignitas clericalis huiuſmodi vilis perſonis conferri non debet, capitulo de dignitate lib. 6 tum etiam deteſtatione criminis patris 6. quæſt. 1. capitulo ſi quis cum militibus, & vt plurimum ſecundum Richar. eſſe ſolent male morigerati, eo quod à parentibus non ita ſollicitè, atque legitimi educantur gloſ. in capitulo ſi is cum quo, verſ. defectu de filijs presbyterorum, lib. 6. Sylu. in verb. illegitimus in fin. Sot. in 4. diſt. 25. quæſt. 1. art. 3. alias etiam rationes affert Præpoſ. in capitulo presbyterorum diſtinct. 65. Quare ſi ordinentur, ſunt de iure exequutione ſuſpenſi, poteſt, tamen Epiſcopus cum eiuſmodi perſonis, quantum ad minores ordines diſpenſare, ſed quantum ad maiores, vel ad beneficia curata non, niſi ſummus Pontifex, vt habetur in capitulo decimoquinto, qui de filijs presbyterorum, libro ſeſto.

24 Quæritur vtrum illegitimus diſpenſatus ab Epiſcopo, vel à ſummo Pontifice ſuper beneficio incerto, eo conſecuto cum effectu, poſſit abſque diſpenſatione aliud obtinere? Reſpondetur, quod non, quia cum diſpenſatio fit exorbitans, ſtrictè eſt intelligenda, & ita ſeruatur in Curia. Vide Franciſc. cap. 1. de filijs presbyt. lib. 6. nom. in fine. Pœna vero ex parte recipientium ad profeſſionem contra non obſeruantem Sixti Quinti conſtitutionem, eſt, vt ſint excommunicati, ſuſpenſi, & priuati. Ex parte receptorum, quod profeſſio eſt nulla, poſſuntque eijci à religione.

25 Quartus decimus caſus, inducitur irregularitas propter baptiſmi dilationem in adultis vſque ad ægritudinem cap. ſi quis diſt. 57. verum adde vnum, quod ſolet eſſe in praxi circa baptiſmi collationem, de quo etiam ſupra diximus, ſcilicet, quod hodie communis inoleuit vſus, per cap. 2. de baptiſm. quod quando puer fertur baptizandus, in Eccleſia Parochus interroget obſtetricem, ſi baptizauerit puerum ita, vel ne, quæ ſi baptizaſſe reſponderit; Iterum eam interrogare oportebit. Adhibita ne fuerit debita forma, & materia, quæ ſi vtrunque adhibuiſſe dixerit, neceſſaria non erit baptiſmi reiteratio; ſed tantum faciet omnes alias ſolemnitates. Si obſtetrix non recordatur an debitam adhibuerit formam, & materiam, vel ſi adhibita forma, & materia baptizauerit pedem, vel manum pueri, non dum totaliter egreſſi ab vtero matris, & in vtroque caſu baptizabit illum conditionaliter, ſcilicet ſi es baptizatus, ego non te baptizo, ſi non es baptizatus, ego baptizo te in nomine Patris, & filij, & ſpiritus ſancti Amen. S. Thom 3. part. quæſt. 68. art. 11. ad 4. Sylu. in verb baptiſmus 4. quæſt. 1. Io. Tabien. in verb. baptiſmus. 1. Sot. in 4. ſent. diſt. 5. quæſt. vnica art. 11. verſ. in 4. argumento, & in hac noſtra ſumma lib. 1. cap. 8 num. 5. Quod ſecus eſt dicendum, ſi caput extra ventrem prodierit, in quo omnes vigent ſenſus: nam tunc baptizato Obſtetrice capite, non opus eſt iterum baptizari ſub conditione S. Thom. & Sot. qui ſupra.

26 Item propter hæreſim, atque ob ſeruitutem, cap. legem. 23. diſt. In hac Irregularitate compræhenduntur omnes ſerui empti in bello, obligati ad ratiocinia publica, vel priuata, vt habentes officium, per quam ad ſindicatum conueniri poſſunt, vt Gubernatores, Iudices, Aſſeſſores, Auditores, ac etiam officiales rationales. C. de Epiſcopis, & Cleric. Erarij, Sindici, vel obligati ad priuata ratiocinia, ante quam rationem reddiderint, vt Tutores, curatores negotiorum geſtores, & nouiſſime Sixtus Quintus anno 1587. per quadam extrauagantem, quæ incipit. Cum in omnibus extra illegitimos, & criminoſos ſtatuit, vt criminoſi, ignominioſi, ære alieno grauati, non poſſint admitti ad religionem ſub pænis in ea contentis: criminoſi verò non tantum intelliguntur, qui realiter crimina perpetrarunt; verum de crimine famoſo ſuſpecti, alias

de ra-

de rapina, furto, &c.

27 Item damnati ad triremes, vel insulam depostati, aut in exilium condemnati. Hi enim defectu libertatis, cum sint serui pœnæ, sunt Irregulares: quod idem de bannitis dicendũ est. Item dare causam proximam homicidio ex intentione. Tertio ex actu per se ordinato: Ex officio dicitur dare causam proximam homicidio. secundum text. in cap. de cetero, de homicidio dicitur tripliciter. Primo ex officio: secundo, ex intentione: Tertio, ex actu per se ordinato: Ex officio dicitur dare causam proximam homicidio, qui ex officio reum morti condemnat, videlicet Iudices criminales, etiam iustè procedentes. Assessores, consultores, Auditores, Notarij, Testes, cap. si quis viduam, dist. 50. legentes mortis sententiam eamque scribentes, ac legentes, quando publicantur, dictantes, & scribens literas, quibus mors, vel mutilatio iubetur, vel persuadetur Carnifex: lictores; cap. sententiam, cap. clerici, vel monaci. Quare hi omnes sunt Irregulares. Secundo ex intentione: hi omnes dicuntur dare causam proximam morti, vel mutilationi hoc fine, aut intentione; Vt etiam vendens, vel cõmodans scalas scientes, vel enses, funes, sagittas, vel alia Instrumenta, ad sagittis confingendum, aut laqueo suspendendum, vel iugulandum. arg. cap. si quis viduam dist. 50. cap. aliquantos dist. 51. & iuxta D. Anton. 3. §. tit. 28. cap. 2. num. 5. & tandem est communis sententia.

28 Item hortans condemnatum, vt admoueat caput ad stipitem, vel instruens carnificem, vt reum dextere necet, vt minus laboris sentiat, & faciat aliquid, ex quo acceleretnr mors iuxta Nauar. cap. 27. num. 217.

29 Item qui authoritatiuè reum decapitandum, aut suspendendum comitantur, vt capitanei, satellites, pulsantes tubam, & ita intelligitur dictum Abb. in cap. sentent. ne cleric.

30 Item ex actu per se ordinato ad mortem, vel membri mutilationem huiusmodi est accusator, vel Aduocatus in causa criminali contra reum: & testes contra eundem; iuxta Abb. in cap. postulasti: de homicid. Quæ autem regulæ à Doct. constituuntur ad dignoscendum, quando Irregularitas ab aliquo contrahatur, & vt diximus supra in quinto præcepto Decalogi, in cap. de homicid. part. 2. cap. 26. num. 14. & cap 30. num. 29.

31 Quæritur vtrum crimina enormia, &. occulta inducant irregularitatem, & indigeant dispensatione, etiam post pænitentiam? Respondetur, quod non, nam hæresis mentalis, desperatio, & odium Dei, sunt peccata enormissima, quæ tamen nullam inducunt irregularitatem. Gregorius Nonus in dicto capitulo finali declarauit nulla crimina occulta præter homicidium facere aliquem Irregularem, capit. is qui. de sententia excommunicationis, in 6. nullum crimen occultum quantumuis graue inducit irregularitatem, nisi illud de quo à iure specialiter statuitur, vt habeat hunc effectum, vt homicidium est: quare si homicidium occultum inducit Irregularitatem, non est; quia sit crimen enorme, sed quia est in iure expressum, & ratione potius significationis.

32 Quæritur, quomodo intelligitur crimen enorme, notorium, & dignum depositione, & quod inducat Irregularitatem? ℞espond. duas conditiones debet habere crimen ad hoc, quod inducat Irregularitatem. Prima, debet esse enorme, & dignum dispositione. Declarat Abb. in cap. At si clerici, de iudicijs ad iudicandum, quæ peccata sint digna depositione non est attendendum ad canones antiquos, qui illi propter quodcunque peccatum mortale, defacili imponebant pœnam depositionis, quod etiam habetur in cap. fraternitatis dist. 34. vbi dicitur: Aetas nostri temporis, quia non solum merita, sed etiam corpora defecerun censuram antiquorum canonum non patitur manere, at modo de misericordia iuris dispositionis pœna nõ inducitur propter quodcunque peccatum mortale, sed propter peccatum graue, & emorme, vt adulterium, & maiora illo, & concubinatus diu continuatus, & notorius,

33 Quomodo probetur peccatum notorium? ℞. probatur vno ex tribus mo-

dis;vel quia confeſſum à parte in iudicio vel quia ſuper eo data eſt ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, vel quia eſt adeo manifeſtum, vt nulla tergiuerſatione cælari poſſit, vt ſi quis concubinam ita publicè teneat,ac maritus vxorem,& publicè filios ex ea ſuſceptos alit, ſic enim non poteſt excuſari,quod ſit ancilla matris,aut ſororis. Leo X.in bulla de cõcordatis cum Rege Francorum in Conc. Lateran.ſeſſ.11.publicos concubinarios, ſic deſcribit. Publici autem intelligendi ſunt non ſolum hi quorum cõcubinatus per ſententiam,aut confeſſionem in iure factam,ſeu per rei euidentiam,quę nulla poſſit tergiuerſatione cælari,notorius eſt, ſed etiam qui mulierem de incontinentia ſuſpectam, & diffamatam tenent, & per ſuum ſuperiorem admoniti, ipſam cum effectu non dimittunt. Nau. etiam in cap.25.nu.73. Peccatum notorium ſic deſcribitur, vt ſit illud, quod euidenter ſcit maior pars populi, vicinorum, aut collegij, modo in eo ſint ſaltem decem, & ita ſcientia paucorum, quam ſex, non facit rem notoriam, neque ſex, quando illi non ſunt maior pars illius congregationis,reſpectu cuius illud dicitur. Concurrentibus his duabus circunſtantijs, contrahitur irregularitas, quæ non tollitur etiam per pænitentiam, & vitæ emendationem, ſed indigit diſpenſatione,non ſolum, vt quis poſſit promoueri ad maiorem ordinem,ſed etiam,vt poſſit miniſtrare in ſuſceptis.

34 Quæritur quid dicendum eſt de Parocho,vel religioſo, vel ſacerdote aliquo committente homicidium voluntarium qui ſi non celebrat, certum eſt creditum in ſe illud commiſiſſe, & infamatum eſſe de hoc,an poterit celebrare? ℞. ſecundum Barth.Medinam lib.1.inſtruct.Confeſſ. cap.11.de excom. §.5. ſed ex mente etiam omnium, quod ibi concurrit ius poſitiuum,ſcilicet diſpenſare ſuper Irregularitate,& ius naturale, & ſic ius diuinum, vt vnuſquiſque ſuam famam, perſonamque tueatur ius diuinum,ſeu naturale poſitiuo præfertur, ex quo ſequitur dicto Parocho licere poſt debitam contritionem, & confeſſionem ante diſpenſationem,quia lex diuina,& naturalis de defendenda ſua fama,& vita,præſtat legi poſitiuæ de abſtinendo à ſacris ob Irregularitatem, per dicta. Nauar. in c. 7. nu.2.& 3.& in c.ſicut,de conſ. diſt. 1. & vt in hac ſumma cap.10.nu.9.par.2.

35 Quod idem dicendum eſt de Moniali occultiſſime incidenti in excom.Papalé, vt quæ nocte forte exiuit à Monaſterio, contra c.Bonifacij VIII.ſeſſ.25. in Conc. Trid.& vt ſupra in hac Summ. Nauar. in Manuali cap.27.nu. 239.

Hæc verò quamuis ita procedant in iure,non tamen admittenda ſunt in praxi, præſertim iu Religione illa, quæ paululum à Roma diſtat, & facile poſſit ad ſummum Pontificem recurſus haberi pro diſpenſatione,niſi tamen vrgentibus cauſis concurrentibus, ſed non in omni delicto, abſque vrgenti ratione notorij pericuii vitæ,aut famæ in alijs autem regionibus apprimè diſtantibus ſupradicta obſeruari non poſſunt.

36 Quæritur quibus modis tollitur Irregularitas; ℞. tribus modis tollitur: primo per baptiſmum, excepta illa bigamiæ: Vnde bigamus ante, vel poſt baptiſmum,non poteſt promoueri,nec corrupta velari, & de hac loquitur text. in cap.Acuti. diſt.26.ſimiliter, nec tollitur illa veniens ex defectu natalium,ſed bene tollitur procedens ex peccato qualitercumque proueniat. cap. ſi quis viduam diſtinct. 50. & § ecce. diſtinct.51. Sylu.in verb.baptiſmus. ſexto, quæſtione prima, Secundo per religionis ingreſſum gloſſ.in capitulo ſecundo,de Apoſt. ſcilicet per profeſſionem, vt in capitulo ſcripturæ de voto. & capitulo primo, de filijs presbyterorum, excepta illa bigamiæ, & ea quæ oritur ex homicidio voluntario iniuſto ſecundum Sotum in quarto, ſententiarum diſtinctione vigeſimo, quæſtione prima, articulo ſecundo, Caietanus in verbo, Irregularitas. Tertio tollitur per diſpenſationem Epiſcopi, qui quidem primò, poteſt diſpenſare ſuper irregularitate natalium ad minores ordines tantum, (vt diximus) & ad ſimplicis beneficij ſuſceptionem. cap.1. & 2. de filijs presbyterorum. Nauar.cap. 27. num. 202. Quæ iura per nouam Sixti Quinti conſtitutionem, correcta non ſuut, cum illa tantum loquatur de regularibus.

Secun-

Secundo dispensat in bigamia similitudinaria si illa erat virgo: vbi glos. Pan. præcep. qui cleric. vel monach. & in homicidio voluntario, quo ad primam tonsuram tantum, non autem quo ad beneficia. ita Sanctus Thom. in addit. tertiæ partis, quæst. 66. art 4. Sylu. in verb. bigamus. quæst. 7. potest etiam Episcopus cum tali homicida dispensare, vt possit in minoribus ministrare: vt in cap. ad audientiam, cap. continebatur, de homic. Couarru in clem. si furiosus, lib. 2. §. 3. de homic. & in choro psallere, iuxta Sotum de iust. & iur. q. 5. art. 3. lib. 10.

Tertia dispensat tandem in omnibus irregularitatibus occultè prouenientibus ex casuali homicidio, argum. text. in cap. liceat. Conc. Triden. 24. sess. cap. 6. Vnde mandans aliquem verberibus cædi, & inde secutum est homicidium, poterit Episcopus dispensare modo occultum sit, d. cap. liceat. Nauar. cap. 27. num. 240. circa medium. Hinc ex d. cap. liceat, deducuntur aliqua, & primo. Excommunicatum exercentem ordinem sacrum tanquam irregularem, vt in cap. 1. de sententia excommunicationis in 6. posse ab Episcopo dispensari, si id ad forum exterius aductum non fuerit. Secundo ordinatum ante legitimam ætatem, vel sine beneficio, aut patrimonio, sine literis dimissorijs interim celebrantem, tanquam irregularis nota, maculatum, ab Episcopo posse dispensari. Si occultum fuerit delictum, iuxta Extrauag. Pij Quinti. Cum ex sacrarum. Et nota, quod non solum dispensare potest præsentialiter; sed etiam per literas dispensare, vel absoluere ipse, vel alius, potest etiam potestatem committere, iuxt. Panormit. in cap. nouit, de offic. delegat. cap. Apostolicæ, num. 7. de cleric. excommunic. ministr. nec his refragatur, quod nemo potest in Diœcesi aliena forum eligere, quia illud procedit in foro conscientiæ secundum Sot. in 4. sent. dist. 22. quæst. 2. art. 1.

37 Sed quæritur, quid faciendum sit si Episcopus fuerit irregularis? Respondetur, potest sibi eligere confessarium, iuxta text. in cap. fin. de pænit. & remiss. qui dispensabit super illa irregularitate super quam Episcopus in persona aliorum dispensare poterat, Syluest. in verb. Confessor, clem. 1. nu. 4.

Papa tandem potest omnes irregularitates tollere, cum sint de iure positiuo, cap. item Daniel. 2. q. 7. Doct. in cap. nisi cum pridem, de renunc.

38 Quæritur, quomodo sit dispensatio? Respondetur sit tali pacto, videlicet.

Authoritate N. in hac parte tibi concessa, & mihi commissa. Ego dispenso tecum super irregularitate, vel irregularibus, quam, vel quas contraxisti ex tali causa, & restituo te ad legitimos actus. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. vel si res est dubia, dicat si contraxisti.

De Casibus ad Papam pertinentibus. Cap. XVIII.

Primus casus est de eo, qui verberat clericum ordinatum, si est læsio enormis cum effusione sanguinis atroci, 17. q. 4. si quis suadente Diabolo.

Secundus de eo, qui incendit, vel frangit Ecclesiam, & talis antequam denuncietur, potest absolui ab Episcopo, sed post denunciationem per solum Papam, de sent. excomm. cap. conquesti, & idem de quolibet incendiario, postquam publicè excommunicatus est. de sent. excom. cap. tua.

Tertius, quando Papa solus aliquem nominat, vel nominatim excommunicat, tũc solus Papa absoluit eum de sent. excom. cap. significasti.

Quartus, falsarius literarum Papæ, vel eis vtens scienter, vt patet de falsarijs. cap. dura.

Quintus, qui insequitur Cardinalem, de pœnis. cap. felicis, lib. 6.

Sextus, qui grauat iudicem spiritualem in persona, vel in bonis, vel dat licentiam grauandi, propter quod sententiam excommunicationis tulit, de sent. excom. excom. quicunque. lib. 6.

Septimus, si quis corpus defuncti scinderet pro ossibus transferendis. Extrau. Bonifacij Papæ Octaui, quæ incipit detestandæ.

Octauus, si quis Inquisitor hæreticorum, odio, vel gratia, more, vel lucro iu-

stitiam,

ſtitiam, vel conſcientiam omiſit contra quempiam procedere. De hæreticis multorum in fin. in clem.

Nonus, religioſus abſque licentia ſui proprij ſacerdotis ſolemnizaret matrimonium, aut miniſtraret Euchariſtiæ, & vnctionis ſacramenta, cap. religioſi, de priuil. in clem. Similiter etiam excommunicati ſunt religioſi, qui excommunicatis à canone abſoluunt in caſibus non conceſſis, vel contra ſtatuta prouincialia, vel ſinodalia, vel à pœna, & à culpa.

Decimus, ſi quis inſequitur Epiſcopum, de pœnis. ſi quis liber.

Vndecimus, ſi qui religioſi inducunt aliquem ad vouendum, iurandum, vel promittendum apud eos eligere ſepulturam, velut iam electam alterius non immutet de pœnis. Cupientes in clem.

Duodecimus, de his, qui Sacerdotem cogunt celebrare in loco interdicto, vel audiendum excommunicatos vocant, vel interdictos, vel prohibent ne moniti exeant. de ſent. excom. grauis. in clem.

Tertius decimus, qui Saracenis arma ad expugnandos Chriſtianos deferunt, vel conſilium, vel auxilium dant in diſpendium Terræ ſanctæ. extr. de Iudæis, ita quorundam.

Partis Tertiæ Finis.



SVM-

SVMMA COMPENDIOSA DE NONNVLLIS REBVS THELOGICÆ VERITATIS

Presbyteris pernecessarijs.

PARS QVARTA.



Accedit nunc Compendiolum de nonnullis rebus Theologicæ veritatis.

DE DEI NOTITIA.

SVMMARIVM.

Vide etiam infra cap. 18.

De notitia Dei. Cap. I.



1 Quæritur, quomodo probetur quod sit Deus? Respōdetur, Deum esse multis modis ostenditur; nā hoc fides recta testatur: Sacra scriptura loquitur, cōparatio rerum ad ipsam id ipsum indicat, Sancti prædicant, creaturæ clamāt, naturalis ratio dictat.

2 Quæritur, vnde homini cognitio Dei? Re-

Respondetur ab ipso Deo: Omnis enim sapientia à Domino Deo est, Eccl.1. & : Nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Matth. 2. & Iob. 6. Item omnes docibiles à Deo. Esai. 54. vide infra cap.7.nu.4.

3 Quomodo se reuelat Deus? Respondetur, quadrupliciter. Primò, per opera sua. Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt conspiciuntur. Ioan.10. Opera quæ ego facio, illa testimonium perhibent de me. Secundò, per verbum suum. Io.17. Ego dedi eis sermonem tuũ, ipsi cognouerunt, quod à te exiui, & quod tu me misisti. Tertiò, per filium vnigenitum: Deum nemo vidit vnquã, vnigenitus Dei filius, qui est in sinu patris, ille enarrauit nobis. Io. 1. Qui me videt, & patrem meum videt. Manifestaui nomen tuum hominibus &c. Quartò, per Spiritum sanctum: Cum venerit paracletus, ille testimonium perhibebit de me. Item ille me clarificabit, &c. Ioan. 14.16.& 17.

4 Quæritur vtrum sufficiat prima Dei reuelatio? Respondetur, quòd non; sed ad salutem consequendam, necessaria est secunda, quæ supernaturalis dicitur, quia solis, purisq. naturæ viribus, nulla creatura consequi potest.

5 Quid est credere? Respondetur, quod quadruplex est actus annexus fidei, secundum quod iungitur charitati, vt inquit Aug. Nam fides, vt est iuncta charitati, ordinat ad amandum Deum, ad faciendum bonum, ad sustinendum malum, ad diligendum proximum. Item credere, & firmissime, & absque omni dubitatione assentiri ijs omnibus, quæ nobis à Deo reuelata sunt, vt à prima veritate, & ab Ecclesia Catholica credenda proponuntur.

6 Quid credit fides Catholica? ℞. fides credit Deum esse; credit itaque fides Catholica Deum; credit in Deum; & credit Deo. Credere verò Deum, est credere ipsum esse; credere in Deum, est credendo Deum amare: & amando in eum ire, ac membris eius incorporari; credere autem Deo, est credere verbis eius. Primũ, & tertium bonorum, & malorum est. Secundum verò bonorum tantum, quia credere Deum, & credere Deo, bonis, & malis est in commune: sed credere in Deum, bonorum specialiter est.

7 Quæritur, vtrum existens in peccato mortali, possit dicere, credo in Deum sine peccato? ℞. quod sicut existens in supremo odio, non peccat dicendo orationem Dominicam, quia non dicit eam in persona sua, sed in persona Ecclesiæ; sic existens in peccato mortali, non mentitur dicendo, credo in Deum. Similis responsio potest dari de malo pastore, dicente: Ego sum Pastor bonus. inquit Gers.

8 Quæritur, quomodo dicitur esse Dei perfectum, & nostrum esse imperfectum? Respondetur, illud enim perfectum est, cuius nihil est extra ipsum. Vnde, quia esse nostrum habet aliquid extra se, imperfectum est. Nam deest nobis aliquid, quod de nostro iam præterijt, vel quod futurum est. comp. Theol.

Secundò, Deum esse scriptura loquitur Psal.89. Ab æterno, & vsque in sæculum tu es. Exod.3. Qui est, misit me. Item Io. Damasc. Videtur omnibus principalius eorum, quæ de Deo dicuntur nominibus esse, qui est.

Tertiò, Deum esse rerum comparatio ad ipsum facta indicat.

Quartò, sancti prædicant. Ansel. in prosol. Credimus te Domine esse aliquid, quo nihil maius cogitari possit. Dionys. Esse omnium est supersubstantialis diuinus, sed hoc intelligitur causaliter non formaliter. Præterea, vt inquit Aug. illud maximè habet esse, quod maximè distat à non esse, quod scilicet non habet esse post esse, nec esse post non esse, nec potest cogitari esse.

Quintò, Deum esse creaturæ clamant; omnia suo modo dicunt. Quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos, quia ipse Deus est vox naturæ; quia omnia pulcra testantur ipsum pulcherrimum; dulcia, dulcissimum; sublimia, altissimum; pura, purissimum; fortia, fortissimum, & sic de alijs: quia sicut in patria Deus est speculum, in quo relucent creaturæ; sic in via è conuerso, creaturæ sum speculum, quo creator videtur: vnde Apost. 1. Corinth.13. Videmus nunc per speculum in enigmatæ. Idem Rom.1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intell. conspic.

Sextò, Deum esse ratio naturalis dictat,

ctat, quæ per effectum in cognitionem causæ peruenit.

9 Quæritur, quomodo est vnus Deus? Respondetur, vnum Deum esse ostenditur authoritate. Vnde Deuter 32. Videte, quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me. Apost. Ephes. 4. Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Boetius si dici potest vnissimus est. Idem est semper in vno modo, nihil in se, nisi se habet. Hoc verè vnum est, præter id quod est. Idem ostenditur, & ratione, quia simplex forma diuinitatis, si non esset vna, & eadem numero; sed communicabilis pluribus, vt forma, sorti, & platoni, iam contraheretur aliquo addito ad esse singulare, & ita componeretur alteri, nec esset simplicissima, quod falsum est, quia in summo bono nulla potest fieri additio, cum sit omnino simplex.

10 Quæritur, quomodo Deus est trinus in personis, si est vnus? Respondetur, omnium animis persuasum esse debet, nulloque modo dubitandum est vnum duntaxat esse Deum in substantia quidem, sed trinum in personis inter se per omnia æqualibus Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Eundemque sine fine, sine principio, increatum, immortalem, impassibilem, infinitè potentem, cuius oculis, vel additissimi hominum cogitatus peruij sunt: huius mundanæ fabricæ Architectum, & officinatorem, cui quia bonus est, & super bonus est, semper abundantia bonitatis complacuit, vt fierent quædam, quibus benè faceret, & quo eius participarent bonitate.

11 Quæritur, de Deo quomodo est sentiendum? Respondetur, vt de summo & optimo bono, quòd est fons, origo, causa, & finis omnis boni. Ex ipso enim, & in ipso, & per ipsum sunt omnia. Ipse omnia circundat, omnia portat verbo virtutis suæ: Vel de Deo (vt Rom. 10.) sentiendum, quod sit pater omnipotens, creator cæli, & terræ, vt docet Symbolum nostrum: ea omnia, quæ de ipso sancta mater Ecclesia credit, & prædicat.

12 Quæritur, Dei nomen quot modis accipitur in scripturis? Respondetur, quatuor modis; videlicet natura, & sic vnus solus est Deus. Falsa opinione, sicut dij gentium, vt Iuppiter, Mars, &c. Præsumptione, vel vsurpatione, sicut Diabolus dicitur Deus huius mundi, & quidam Tyranni, vt Alexander, Nabuchodonosor se deos nominabant. Participatione gratiæ, Psal. 81. Item vocatione, & adoptione. Sic dij dicuntur Principes, Sacerdotes, & omnes electi. Ioan. 10. & Exod. 12. Ego dixi dij estis. Item dij dicuntur ad quos sermo Dei factus est. Item Principes, Psalm. 46. Dijs non detrahere. Item Apostoli, & Sancti. Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.

13 Quæritur, quid est Deus? Respondetur, sicut Deum nemo vidit vnquam, sic nemo diuinam eius naturam satis explicare potest, vt inquit August. lib. expos. Symbol. ad Laurent. Thom. 1. In genere tamen Deus est æterna illa mens, vel substantia spiritualis, quia nihil esse potest, nec maius, nec sapientius, nec melius, sine initio, sine fine, simplex sine vlla admixtione inuisibilis, incorporea, immensa, ineffabilis, inæstimabilis, quæ est ipsum esse, & à qua veniunt res conditæ, vt sint.

14 Quæritur, Dei nomen propriũ quod? Respondetur, Deus apud Hebræos, authore Hieronymo, decem nominibus appellatur: apud nos verò, multo pluribus. Dicitur enim Dominus, Auxiliator, Saluator, Vita, Robur, Lux, Pater omnipotens, &c. Proprium autem nomen Dei exprimitur in Exodo 6. Ego sum qui sum: quod Hebræi quatuor literis scribunt, Iehouah; sic autem dicitur propterea quod natura est, & à seipso est, & à nullo accepit, vt sit, ac perpetuo est, & tandem omnibus dat vt sint.

15 Quæritur, Dei vocabulum vnde? Respondetur, nonnulli Latinorum Deum putant dici à dando, quod omnibus dat. Alij Deum putant dici ab eo, quod nihil ei desit. Apud Græcos Θεὸς, vel dicitur à θεάομαι, quod est speculari; nam ipse Deus omnia videt, & contemplatur, vel dicitur à θέειν, quod est currere, quia vbique cum opus est accurrit, & opem fert. Apud Germanos Dei vocabulum à bono deriuari videtur, Godt, Goedt,

16 Quæ-

16 Quæritur, Deus in quibus est? Respondetur secundum essentiam, præsentiam, & potentiam, vbique, & in omnibus creaturis est, Actuum 15. In ipso enim omnia viuunt, mouentur, & sunt. Secundum gratiam autem in solis electis. Ioan. 17. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum &c. & ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Huiusmodi homines sunt templum Spiritus sancti.

17 Quæritur, quomodo Deus summæ rerum præsidet? Respondetur, ex ipso, & per ipsum sunt omnia, tamen aliqua per se solum agit, vt creare; aliqua agit per Angelos; aliqua per creaturas inanimatas, & corpora cælestia; aliqua per Apostolos; aliqua per principes; aliqua per dæmones &c. vel ita omnia dispensat, vt in cælo sit laudabilis, in terra mirabilis, in inferno terribilis.

18 Quæritur, vtrum res, quæ sunt sine Deo esse desisterent? Respondetur, tam verum esse Deus habet, quod nostrum esse suo comparatum, nihil est; immò Deus præsentiali esse dat omnibus rebus esse, ita quod si se rebus subtraheret, sicut de nihilo facta sunt, sic in nihilum defluerent vniuersa. Greg. omnia humamana, quæ iusta, quæ pulchra sunt. Dei iustitiæ, & pulchritudini comparata, nec iusta, nec pulchra sunt, nec omnino sunt.

In principio creauit Deus cælum, & terram, & quomodo. Gen. 1.

SVMMARIVM.

1 *In mundi primordio creauit Deus Angelos substantias intellectuales, quorum aliqui præ superbia ceciderunt, & quomodo.*
2 *Hominis corpus formauit Deus de limo terræ, cui animam ad imaginem suam creatam infudit, ac liberum arbitrium, & quomodo.*
3 *Hominẽ Deus quibus virtutibus ornauit.*
4 *Peccatum primi parentis, ac eius punitio.*
5 *Baptismi lauacrum instituit Christus propter Adæ peccatum.*
6 *Peccatum Adæ fuit maximum.*
7 *Quis plus peccauit Adam, vel Eua.*
8 *Homines post peccatum in quam cæcitatem inciderunt.*
9 *Humani generis cæcitatis elegans similitudo.*
10 *Homo, qui in hac fide non est solidus, quid facere teneatur.*
11 *Humani generis reparatio, quomodo fuit facta.*

De Mundi primordio. Cap. II.

1 QVæritur, quid creauit Deus in mũdi primordio? Respondetur, creauit Deus Angelos substantias intellectuales, & incorporeas, ministros maiestatis diuinæ. Quorum aliqui præ superbia non ferentes illuminationem, & honorem (quem ipsis benignissimè omnium bonorum largitor Deus indulserat) libera voluntatis potestate in Deum conditorem suum rebellauerunt, & Deo similes esse voluerunt. Appetijt Diabolus esse sui iuris, & præesse, & nulli subesse, quod est solius Dei: dicit Greg Quæ superbia ipsos, vel cunctis syderibus clarius micantes in momento, & in ictu oculi æterna obtenebrauit caligine, & ex speciosissimis Angelis in teterrimos dæmones commutauit, & è cælo in profundum infernum deturbauit. Quibus, quia nullam patere redeundi viam sciebat Deus, quod superbi erant valde, & quod superbia eorum pænitentiæ remedium non admittebat, ac per hoc nec veniæ. Bernard. de casu Luciferi.

Sed quia spontè sua, nulloq. mouente superbus.
Extitit à summo corruit arce poli.

Idcirco ad huius ruinæ reparationem hominem (qui in cacodæmonum locum sufficeretur in cælis) ex visibili corpore, & inuisibili anima plasmaturus tanquam quendam regem, & principem vniuersæ terræ, & eorum, quæ in ea sunt, iam ei præstruxerat quandam veluti regiam, quam inhabitãs beatã, ex & omni parte felicem deduceret vitam. Nimirum terestrem Paradisum lætiæ, & voluptati omnis promptuarium plantis semper virentibus insignem, odoris suauitatem refectam plenam lumine vniuersa sensibili venustate, & pulchritudine amœnissimam;

mam: In cuius medio lignum vitæ plantauit, cuius fructu instauraretur humidú naturale, ne senctus hominem dissolueret. Plantauit etiam lignum scientiæ boni, & mali, ad experientiam quandam, probationemq. & exercitium obedientiæ, & in hobedientiæ hominis, & per cuius esum homo experientia cognosceret, quanta esset differentia inter bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ. Qua in re perfectæ monstraret Deus quantú sit bonum obedientia, quam hominem in Paradiso positum ab ea re prohiberet, quæ ex se mala non esset; solaq. sibi posset obedientia palmam tenere, & sola inobedientia inducere in pœnam.

2 Quæritur, ex qua materia creauit hominem Deus? R. ex limo terræ homini corpus formauit, cui infudit animá creatam ad imaginem suam, id est, intellectualem, rationalem, & liberi arbitrij, voluntatisque, & ad similitudinem suá, id est, virtutibus consumatam, & perfectam, quantum ipsius ferebat natura.

3 Quæritur, quibus virtutibus ornauit hominem Deus? Respondetur, virtutes, quibus ornauit, sunt hæ, veluti characteres, signaculaq. diuinæ naturæ: hominé nempe rectum, fortem, bonum, securum, sapientem, iustum, omni virtute decorú, bonis omnibus ornatum, ab omni prorsus liberum, ad consortium sui ipsius condiderat; vt creatus authorem suum, & conditorem, & eius optimis, & amantissimis præceptis morem gerens, per opera bona, & meritoria post temporalem vitam in corpore, & anima ad vitam immortalem, & nullo vnquam fine terminandam perueniret, in cælo cacodæmonum locum sortitus: vicissim si eorum exemplo diuinis præceptis non acquiesceret; cum ijs dæmonibus in inferno in æternum arderet.

4 Quæritur, quomodo fuit peccatum primi Parentis? Respondetur, quod quidam putant quandam elationem in animo hominis præcessisse, ex qua diaboli suggestioni cósensit. Quod videtur Aug. lib. 11. cap. 5. innuere super Genes. ita inquiens. Non est putandum, quòd homo deijceretur, nisi præcessisset in eo quædam elatio comprimenda, vt per humiliationem peccati sciret, quam falsò de se præsumpserit, quod non bene se habet natura, si à faciente recesserit. Item in eodem. Quomodo verba tentatoris crederet mulier, dum se à re bona, & vtili prohibuisset, nisi in esset eius menti amor, ille propriè potestatis, & de se superba præsumptio, quæ per tentationé fuerat conuincenda. Denique non contenta suasione serpentis, aspexit lignum bonum esu, decorum aspectu, nec credens se inde fortè putauit Deum alicuius causa significationis illa dixisse, ideo manducauit, & dedit viro suo, fortassis cum aliqua suasione, quam scriptura intelligendum reliquit. Vel fortè non fuit suaderi necesse, cum eam mortuam esse illo cibo vir non videret.

Item respondetur obiectioni contra illos, qui dicunt elationem præcessisse in mente; quod si ita fuit, non ergo alterius suggestione prius peccauit, cum authoritas tradat, ideo peccatum diaboli incurabile esse, quia non suggestione, sed propria superbia cæcidit; hominis verò curabile, quia non per se, sed per alium cæcidit, & ideo per alium resurgere potuit. Quo circa prædicta verba August. pium, ac diligentem lectorem efflagitát: quæ sic intelligere sanè quimus, inquit Mag. sent. Non deijceretur homo in actú illius peccati, vt scilicet lignum vetitum ederet, & in has miserias per tentationem diaboli, nisi elatio comprimenda præcessisset, non vtique tentationem, sed opus peccati. Talis enim fuit ordini processus. Diabolus tentando dixit: Si comederitis, eritis sicut dij, scientes bonum, & malum. quo audito statim menti mulieris surrepsit elatio quædam, & amor propriè potestatis: ex quo placuit ei facere, quod Diabolus suadebat, & vtique fecit. Suggestione igitur peccauit, quia tentatio præcessit, ex qua in mente eius orta est elatio, quam peccatum operis secutum est; & pœna peccati. Propter quod peccatum ipse Adam, & vxor eius Eua, à Paradiso voluptatis eiecti, æterna beatitudine exhæredati, & iustitia originali priuati sunt: ex cuius punitione indifficultatem ad opus bonum, propensitatem ad malum, imprudentiam ad futuram præuidendnm incurrerunt.

His

His amplius in damna, miserias, morbos, ærumnas, famem, sitim, frigus, estum, & alia mala innumerabilia deuenerunt: denique etiam in ipsam moriendi necessitatem, & statim caro concupiuit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Senseruntque aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ. Factumque est iusto Dei iudicio, vt qui Deo subijci nollent, ne membra quidem sua sibi subiecta habere possent, & qui ab eo, qui omnia regit, & qui eos prius regebat regi nollent: ea quæ prius regebant, regere non possent, contemptaque Dei obedientia, in sobedientia corporis punita est, quæ omnia mala limitato, iustoq. Dei iudicio in totam posteritatem diffusa sunt. Natura enim humana, quæ in primis parentibus tota erat per peccatum tota corrupta est; totamq. iustitiam, & immortalitatem perdidit. Vnde non nisi corruptos, iniustos, & immortales filios generare potuit. Qui sicut fuerant omnium parentes, ita & omnium extiterunt peremptores: & quod infelicissimum est, prius peremptores, quam parentes. Quod si primi parentes, & eorum posteritas Dei mandato paruissent, iustitiæ originalis donum conseruassent, in magna quiete, & tranquillitate vixissent. Quia eorum ratio, idest ius intelligendi agibilia, & cognoscibilia errare non potuisset, sed Deo obediuisset, eiq. in omnibus se confirmasset, voluntas rationi, sensualitas voluntati, bruta etiam animantia hominis imperio paruissent. Qua iustitia originali manente corporis cum anima indissolubile erat vinculum. Homines à frigore æstu, siti, famæ ægritudine, denique ab omni corporis, animæq. languere immunes, & vacui post vitam benè, beateq. peractam, & post multorum bonorum operum exequutionem, sine mortis pœna transflati fuissent viui, vt inquit Greg. 4. moral. Quo iustitiæ originalis singulari dono primorum parentum culpa perdito in moriendi necessitatem, & omnem præsentis miseriam deuentum est. Meth. P.

5 Quod remedium fuit institutum ad delendum hoc Adæ peccatum? Respondetur omnes ex progeniæ Adæ virili cõplexu concepti, peccato obnoxij sunt, vt inquit Aug. lib. de peccatorum meritis, & remiss. cap. 29. id est carentia iustitiæ originalis, quam conseruatam oportuerat, contra quod peccatum consultissimus ille male affecti animi medicus Iesus Christus, sua inexausta bonitate præsentissimum remedium humano generi indulsit; nempe baptismi lauacrum (vt diximus in principio primæ partis huius operis.) Non tamen hoc formaco peccati fomes, & ad opus studiorum difficultas, & ad malũ propensitas adempta est, sed solum ius, & dominiũ, quod diabolus in animas hominum iure sibi vendicabat.

6 Quæritur, vtrum peccatum Adæ fuerit maximum? ℞. pro quo est notandum, quod vnum peccatũ dicitur maius alio extensione, quia pluribus nocuit; sic peccatum Adæ fuit maximum. Similiter dicitur fuisse maximum per ingratitudinẽ. Secundò modo dicitur peccatum maximum libidinæ; sic peccatum diaboli fuit maximum, quia appetijt assimilari creatori, secundum Bonauent. super secundum sent.

7 Quæritur, quis plus peccauit Adam, vel Eua? Respondetur, quod ingratitune plus peccauit Adam, quia abundantiora bona susceperat à Deo. Peccauit etiam plus occasionaliter, quia suum peccatum fuit causa transfusionis in posteros. Eua autem plus peccauit libidine voluntatis, quia appetijt assimilari Deo; etiam quia suggessit viro suo, vt ederet de ligno vetito, qui nolens contristari delitias suas, pomum momordit, sed non comedit, secundum Bonauenturam.

8 Quæritur, quare de cælestibus, & inuisibilibus nonnulli subdubitent? Respondetur, quod postquam de Paradisi gaudijs culpa exigente expulsus est primus humani generis parens, & in huius cæcitatis, atque exilij venit erumnam, vt illa cælestis patriæ gaudia, quæ primus contemplabatur videre non potuerit, nempe in Paradiso voluptatis consueuerat verbis Dei, & corpore in terra degens, cum Angelis anima diuersari per contemplationem. Sed post-

quam

quam hic cecidit ab illo, quo implebatur mentis lumine recessit; ex cuius carne nos in huius cœcitate nati, audimus quidem cælestem esse patriam, audimus eius ciues Angelos Dei, audiuimus eorundem Angelorum socios spiritus iustorum, & perfectorum; sed quia homines carnales illa inuisibilia per experientiam scire non valent, subdubitant an ne, sit, quod oculis corporalibus non vident. Quæ nimirum dubietas, primo parenti, esse non potuit, quià exclusus à paradisi gaudijs, quid viderat, quid amiserat memori mente recolebat; sed in filijs ea esse potuit dubietas, qui à primo parente audita experimento sentire non poterant.

Elegans similitudo R.P.Pol.

9 Quæritur, non poterat primus parens per aliquam similitudinem ea manifestare? Respondetur, poterat quidem, & saltem per elegantem hanc similitudinem: videlicet. Vt perinde, atque si prægnans mulier in tetrum carcerem mittatur, ibique pariens puerum natum nutriat, cui crescenti solem, lunam, stellas, montes, campos, volantes, aues, currentes equos, varietates colorum, diuersitatemq. rerum omnium mater nominet; ille verò natus, & nutritus in carcere, nihil aliud sciens, quam tenebras, dum hæc à matre audit, vera ne sint subdubitabit: vt pote, qui ea non cognoscat experimento. Haud secus in hac exilij sui cœcitate nati homines, dum summa, & inuisibilia audiunt diffidunt, an vera sint, quia sola hæc infirma, & visibilia numerant, in quibus nati sunt. Vnde factum est, vt visibilium, inuisibiliumque creator humanæ calamitatis misertus genus humanum redempturus veniret. Vt dum visibiliter Deum per ipsum factum visibilem in amorem inuisibilium raperemur, & in ipsum citra omnem dubitationem crederemus, cordibus nostris per Spiritum sanctum viuificatis, & in fide confirmatis, quatenus eius sacro spiramine afflati, ijs videremus, quæ per experimentum nondum scire possemus. Quot quot ergo hunc spiritum hæreditatis nostræ pignus accepimus de vita inuisibilium non dubitamus P.Pol.

10 Quæritur, quid si quis in hac fide non est solidus? Respondetur, debet proculdubio maiorum dictis fidem adhibere, eisque iam per Spiritum sanctum inuisibilium experientiam habentibus credere. Nam stultus est puer, qui matrem suam ideo putat de luce mentiri, quia nihil tale potuerit experiri, & nihil aliud, quam carceris tenebras nouerit.

De Redemptione humani. Generis.

11 Quæritur, quomodo facta fuit ista redemptio? Respondetur, Deus optimus maximus humanæ salutis amator, cui proprium est misereri semper, & parcere, qui iustus est simul, & misericors, qui iustitiam in misericordia, & misericordiam seruat iniustitia nolens vniuersum humanum genus æternum perire, & à Paradisi gloria, ad quam ipsum creauerat perpetim exulare, hominis vice nullam postea condidit creaturam, innuens hoc ipso redimēdum adhuc hominem; quippe quem supplantauerat aliena malitia: ideoque prodesse ei poterat charitas aliena: seruata igitur iustitia, quia diabolum hominis victorem non ab alio, quam ab homine vinci fecit, vt simile simili repararetur misericorditer, & solita sua clementia homini benè esse largiturus, cui, & esse daret, voluit citra omnem corruptionem naturam humanam sibi copulare, vt ipse qui dederat legem, daret etiam gratiam. Sed legem per seruum miserat, cum gratia autem ipse descendit iu Virginis Mariæ immaculatum vterum, homo factus, & inter Deum Patrem, & genus humanum mediator futurus. In quo tanta, & tam mirabilis facta est copula duarum naturarum humanæ, & diuinæ, in vna persona Filij, & verus Deus esset ho-

mo, & verus homo esset Deus. Ipse est Iesus Christus Creator noster simul, & Redemptor, qui olim per multa sæcula à Patriarchis, & Prophetis sacro spiramine afflatis denuntiatus, & promissus: nouissime autem, & in hac vltima mundi ætate conceptus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine natus, à Pastoribus cognitus, à tribus Regibus Orientalis plagæ adoratus, & in fidei, ac clientele, signum, auro, thure, & myrra donatus, à Simeone sene, Anna vidua, & alijs quampluribus agnitus Deus, & prædicatus à beato Ioanne Baptista eius præuio, & præcursore digito demostratus est, & in Iordane ab eodem baptizato; annos tres, plus minus legem diuinam, & orthodoxam religionem prædicauit, & docuit, eamque innumerabilibus miraculis confirmauit, quam ipse p suos ministros nobis fidelissime traditam obseruandam præcepit.

Postremò, vt nos redimeret, & exitu præstaret id, cuius causa in hunc mundum delapsus erat, sub Pontio Pilato acerbissimum, & ignominiosissimum mortis genus elegit; nempe cruci, inter duos scelestissimos latrones affigi; Sepultusque est, & tertia die resurrexit rediuiuus, & Apostolis præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei; & quadrigesimo die à resurrectione: videntibus illis Discipulis ex monte Oliueti, ad cælestiam regiam ascendit stipatus magno comitatu Patriarcharum, & Prophetarum, quos à lymbi carcere adduxerat; sedetque ad dexteram Dei Patris omnipotentis: tandem ad iudicium viuorum, & mortuorum omnium, qui tum de tubæ clangorem, in corpore, & anima reuiuissent, cum gloria venturus in consummatione sæculi assumendi, & in melius instaurandi. Tum singulis hominum mercedem mira æquitate tribuet, Iustis quidem æternæ beatitudinis gloriam, Iniquis verò pœnas nullum vnquam inuenturas exitum.

SVMMARIVM.

1 *Deus descendit de cœlo, & quomodo.*
2 *Ad bonum gratiæ non potest quis per se venire.*
3 *Gratia gratis data semper præsto est liberum arbitrium excitare.*
4 *Gratia gratum faciens à quibus est.*
5 *Anima quid habet à natura.*
6 *Gratia procedit à Deo nobis sicut radius à sole.*
7 *Gratia tripliciter distinguitur.*
8 *Gratiæ effectus est, quod excitat liberum arbitrium ad bene cogitandum.*

De Origine gratiæ. Cap. III.

1 QVæritur, quomodo Deus descendit de cælo? R. Quẽadmodũ de cælis Deus non descendit per essentiã suam incommutabilem, sed per influentiam ab ipso emanantem, ita nec spiritus rationalis eleuatur supra se per situm localem, sed per habitum deiformẽ. Ioan. 6.8.& 16. vnde necesse est spiritu rationali, si debet esse dignus æternæ beatitudinis, quod particeps fiat influentiæ bonitatis diuinæ.

2 Quæritur ad bonum gratiæ qualiter perueniendum? Respondetur, ad bonum gratiæ non potest quis peruenire, cum hoc non sit secundum limites naturæ, sed secundum influentiam largitatis diuinæ. Sicut enim creatura pro sua defectibilitate suo principio semper eget, vt sit in esse naturæ, sic idem principium pro sua bonitate influere non cessat creaturæ rationali vitam spiritualem, vt bene sit ei in esse gratię, quam habere non potest sine Deo largitore. Io. 15.

3 Quæritur, quomodo ad gratiam gratum facientem hominem se disponere contingit? Respondetur, gratia gratis data semper præsto est liberum arbitrium excitare, & commouere, cuius est huic admonitioni consentire, & hoc est, quod in est facere, quo facto potest homo ad gratiam gratum facientem se præparare, & ideo inexcusabilis est homo, si gratiam gratum facientem, non recipit Eph. 2.

Quam-

Quamuis enim gratia Dei sic habetur Dei dono efficiente, non tamen sine libero arbitrio consentiente, quia sicut ait Augustinus: qui creauit te sine te, non saluabit te sine te. Vide cap. 37. primæ partis huius.

4 Quæritur, gratia gratum faciens à quibus est? Respondetur, est a tribus, sed aliter, & aliter. Nam est à Deo efficiente à gratia gratis data liberum arbitrium excitante, & mouente, & à libero arbitrio consentiente. Quamuis enim liberum arbitrium non possit gratiam efficere in homine, potest tamen ad hoc se habilitare, & præparare, vt habeat. Sicut aliquis non potest illuminare domum, potest tamen aperire fenestras; quo facto, sol intrat, & domum illuminat. Quod autem dico de libero arbitrio consentiente, intelligo de adultis, quia in paruulis sufficit fides parentum, & sacramentum Ecclesiæ, & meritum Christi, & excusat eos impotentia.

Sciendum est etiam, quod habilitatio, siue præparatio ad gratiam, triplex est, scilicet efficiens, formalis, & materialis. Prima est à Deo; secunda à gratia gratis data; tertia à nobis. Prima namque habet facultatem, & instrumentum institutum cognoscendi, & diligendi Deum ex natura, sed non habet cognitionem veritatis, & ordinem dilectionis, nisi ex gratia. 2. Cor. 5.

5 Quid à natura habet anima? Respondetur, habet tria, quæ ad opera bona nos incitant, vt est lex naturæ, quæ scripta est in corde hominum dicens: Quæ vultis, vt faciant vobis homines, ita, & vos facite illis, &c. Ratio quæ dicit ea esse delectabilia, vtilia, & honesta. Gratia, quæ dicit seruiendum esse Deo, quia summè bonus. Subueniendum proximo, quia Dei filius, quia imago Dei, quia in beatitudine socius. Gratia non datur ei, qui se non habilitat ad gratiam. Et de hoc habes multa exempla, scilicet in illo ad largientem manum non extendit, quia Deus quantum in se est, dat omnibus affluenter, in illo, qui contra lumen oculos claudit, cum Deus facit oriri solem suum, super bonos, & malos; in illo, qui fontem reperiens, fundum vrnis sursum erigit; quia Deus, sicut ait Augustinus ingenii liberalitate, atque libertatis vbertate replet omnes creaturas pro captu earum in illo, qui ad sumendum cibum negligit os aperire, quia talis debet meritò famæ mori; in existenti etiam in ægritudine, medico contradicit, & similia.

6 Quomodo nobis à Deo gratia procedit? Respondetur, sicut radius à sole, sicut germen à radice, sicut mel à flore, sicut riuus à fonte, sicut imago ab artifice: secundum exemplar interius, & facturam exterius. Si gratiam ideo tibi dedit Deus, quia dedit gratis, gratis ama, noli ad præmium diligere Deum; ipse sit præmium tuum. Augustinus super Ioannem.

7 Quomodo gratia distinguitur? Respondetur, gratia dicitur tripliciter Primò, generaliter, & sic gratia est adiutorium sine quo nihil possumus facere, immo nec in esse durare. Secundò, dicitur gratia specialiter, & talis gratia dicitur gratis data, scilicet donum, quo se homo præparat ad suscipiendum donum Spiritus sancti. Huius enim gratiæ est reuocare liberum arbitrium à malo, & excitare ad bonum, sine qua nullus facit sufficienter, quod in se est, vt præparet se ad salutem. Tertiò dicitur gratiæ propriæ, scilicet donum. Ioan. 15. diuinitus datum ad merendum, quod quidem donum gratia gratum faciens appellatur: Sine ista gratia nullus potest mereri, nec in bono proficere, nec ad gloriam peruenire. Ista triplex gratia sumitur ex verbis Apostoli, vbi ait, 1. Corin. 15. Gratia Dei sum, id quod sum; ecce prima. Et gratia eius in me vacua non fuit; ecce secunda. Sed gratia eius semper in me manet; ecce tertia. Præter prædicta dicitur gratia gratis dans.

8 Quæritur, effectus gratiæ quid, & qui? Respondetur, effectus gratiæ est, quod excitat liberum arbitrium ad bene cogitandum, & sanat ipsum mutando effectum, ipsumque corroborat perducendo ad effectum. Item gratia Deo hominem reconciliat, à peccato liberat, & pœnam æternam in temporalem commutat. Item gratia opera nostra meritoria facit, & bona propter peccatũ amis-

raestituit, ac stabulum in palatium conuertit. Item per gratiam efficitur anima sponsa Christi, filia Regis æterni, & templum Spiritus sancti. Item gratia ipsam animam purgat, illuminat, & perficit. Item gratia mentem eleuat, Deo assimilat, & spirituali solatio cibt. Nota, quod quamuis virtus gratuita simul insit animæ, cum non tamen habet effectum suum tam cito sicut gratia, quando effectus gratiæ, est facere gratum Deo, & facere dignum vita æterna, & hic effectus statim inest puero post baptismum. Virtutis autem effectus, est elicere actum meritorium de potentia, & hic effectus, non statim inest puero post baptismum; de hoc autem non est propter defectum virtutis, sed propter impotentiam naturæ agentis. Puer enim non est aptus ad actus voluntarios. Vnde sciendum, quod triplex est perfectio. Prima, est gratiæ, & causat gratuitum. Secunda est virtus, & causat bonum actum. Tertia est operis virtutis, & causat meritum. Prima perfectio perficit animam. Secunda, perficit animæ potentias. Tertia perficit ipsos actus &c. Vide cap. 37. primæ partis huius. de iustificat. impij. num. 6. & 7. Vide num 9. & 10. cap. seq.

SVMMARIVM.

1 *Virtus est bona qualitas mentis, &c.*
2 *Virtus quomodo exprimitur ab Augustino.*
3 *Virtus dicitur quasi vis intus.*
4 *Virtus in medio consistit.*
5 *Virtutes dicuntur habilitare ad gratiam.*
6 *Facere quod in se est, quomodo intelligitur.*
7 *Opera meritoria sunt totaliter à gratia, & quomodo à libero arbitrio.*
8 *Opus, vt sit meritorium, quid requiratur.*
9 *Primam gratiam, nullus peccator potest mereri.*
10 *Vitam æternam ex condigno mereri multæ sunt causæ.*
11 *Opera, quæ non fiunt in charitate, ad quid valeant.*

De Virtutibus. Cap. IV.

1 QVid est virtus? Respondetur, secũdum Aug Virtus est bona qualitas mentis, qua benè viuitur, qua nullus malè vtitur, quàm solus Deus in homine operatur. Hæc diffinitio datur in comparatione ad agentem. Item secundum eundem Aug. Virtus est habitus mentis benè institutæ; hæc datur in comparatione ad bonum, in quo est. Itẽ dicit Philos. Virtus est habitus voluntarius in medioeritate consistens, quo ad nos, terminata ratione, prout sapiens determinabit. Hæc diffinitio datur in comparatione ad actum circa quem est. Item Philos. Virtus est dispositio perfecti ad optimum. Hæc datur secundum comparationem ad finem. Item Isidorus. Virtus est naturæ habitus, animæ decus, vitæ ratio, morum pietas, cultus diuinitatis, honor, hominis, æternæ beatitudinis meritum; hæc datur in comparatione ad effectum.

2 Quæritur, quomodo effectus virtutis exponitur ab ipso Augustino? Respondetur, exponitur sic. Virtus est bona qualitas, hic ponitur qualitas pro genere; bona verò dicitur ad differentiam malarum qualitatum animæ: Dicitur quoque bona, quoniam à bono Deo datur, & bonos tantum inhabitat, & bonos facit, ad bonum perducit. Mentis ponitur ad differentiam qualitatum, quę sunt in corpore; qua benè viuitur, ponitur ad differentiam qualitatum, quibus benè, & malè vti possumus; quam solus Deus operatur in homine, ponitur ad differentiam virtutum Cardinalium, quæ habentur per acquisitionem. Circa aliam diffinitionem Augustini, notandum est, quod ibi ponitur habitus mentis benè institutæ, & hoc est ad similitudinẽ regni, quod tũc benè instituitur, qñ rectè consulitur, & benè imperatur, & iustè obeditur. Eodem modo benè instituta est mens, si ratio rectè consulit, si voluntas benè imperat. Luc. 11.

3 Quæritur, quæ est etymologia virtutis? Respõdetur, est hæc. Virtus dicitur quasi vis intus, & hæc vis consistit in agressione

fione arduorum, intolerantia diuersorũ, & in abstinentia placitorum. Item dicitur virtus, quasi viri status. Vide infra c 6.

4 Quæritur, quæ est perfectio virtutum? ℞. cum virtus in medio consistat, secundum Philos. illud medium est in tribus, scilicet, in agendis, in habendis, & in sustinendis. In agendis, scilicet intra, supra, & citra modum, Apost. Rom. 12. Rationabile fit obsequium vestrum. In habendis, scilicet, inter superfluum, & indigentiam. Prouerb. 30. Diuitias, & paupertatem ne dederis mihi. In sustinendis, scilicet inter eleuari in prosperis, & deijci in aduersis. Vnde illud Deuter. 5. Non declinabitis ad dexteram, neque ad sinistram.

5 Quæritur, quomodo virtutes dicuntur habilitare ad gratiam? ℞. secundum quod iam dictum est; quamuis nullus, sibi mereatur primam gratiam; potest tamen peccator se habilitare ad gratiam, faciendo, quod in se est; quia nulli talium gratia denegatur. Hoc autem nõ est merito digni, vel condigni, sed congrui. Hæc autem congruitas multo magis est, ex parte Dei gratiam conferentis, quam ex parte hominis se ad gratiam habilitantis, quia in præparatione ad gratiam, & infusione gratiæ, habet se anima admodum materiæ; ipse verò Deus, vt primũ mouens, & efficiens. Alia ratione patet, quod huiusmodi congruitas magis est à Deo, quam ab hemine, quia habilitatio, quæ est ex parte hominis, solummodo dat locum diuinæ misericordiæ, vt salua iustitia possit alicui conferri gratia, quia iniuria fieret diuinæ iustitiæ, si tali daretur gratia, in quo esset obex, id est volun tas peccandi.

6 Quomodo intelligitur facere quod in se est? ℞. facere, quod in se est, tria complectitur, scilicet, vt homo actum, & voluntatem peccandi deserat, & conetur in bonum, prout est sibi possibile. Et hæc igitur habilitatio ad gratiam est, si homo facit, quod in se est. Nota, quod omne meritum, vel demeritũ acquiritur in hac vita. Item non bonum facere, sed bene facere, laudabile est.

Non enim verbis, sed aduerbijs meretur. Vnde versus.

In vitæ meritis præsunt aduerbia verbis.

7 Quæritur opera meritoria, sunt ne à gratia, vel à libero arbitrio? ℞. totaliter sunt à gratia, & totaliter sunt à libero arbitrio, licet principaliter à gratia; quia gratia comparatur ad liberum arbitrium, sicut sessor ad equum. Oseæ 13. Sicut enim sessor equum diriget, ita gratia dirigit liberum arbitrium in exercitatione virtutum. Per nos enim malum facere possumus, sed non bonum.

8 Quæritur, vt opus sit meritoriũ, quid requiritur? ℞. vt opus aliquod sit meririum, tria requiruntur. Primò, vt opus fiat in charitate, quia opera facta extra charitatem, mortua sunt, sicut carbo extinctus. Secundò, quod sit ex charitate: multa enim fiunt in charitate, quę tamen non sunt meritoria, ex eo, quod non fiunt ex charitate, id est, quia non referuntur ad finem debitum. 1. Corinth. 13. Iac. 2. & Gal. 5. Tertiò, quod idem opus sit referibile ad bonum. Hoc ideo dico, quia mala non possunt bona intentione fieri, alioquin sequeretur absurditas, quod idem opus esset meritorium, & demeritorium. Attenduntur autem tria in merito ex parte hominis, scilicet subiectum, hoc est anima. Item liberum arbitrium. Item intentio sicut finis. His tribus respondent tria ex parte Dei, scilicet gratia, virtus, charitas. Et gratia quidem reddit subiectum Deo gratum: Virtus autem habilitat liberum arbitrium: charitas verò dirigit intentionem ad debitum finem.

9 Quæritur, vtrum peccator possit mereri primam gratiam? Respõdetur, quod nullus peccator potest mereri propriè primam gratiam, & hoc multiplici ratione. Prima, quia talis non habet radicem merendi, id est gratiam. Secunda, propter status indignitatem; quia peccator non est dignus pane, quo vescitur. Tertia, quia nullius hominis opus placet Deo, nisi placet ipse prius. Vnde prius respexit Deus in Abel, quam ad munera eius, vt dicitur Gen. 4. Quarta, quia naturaliter attendit causa suum effectum, sic, & gratia cum sit causa meriti, præcedit meritum: ipsa enim secundum Augustinum, voluntatem nostram præcedit, vt velimus, & sequitur ne frustra velimus.

10 Quæritur, mereri vitam æternam ex condigno, quomodo? Respondetur, quod vt ex condigno mereamur vitam æternam, multæ sunt causæ. Prima est efficacia doni Spiritus sancti cooperantis in merito. Secunda, Dei veritas promittentis. Tertia persuasibilitas liberi arbitrij consentientis, & tandem perseuerantis. Quarta difficultas status merendi. Quinta dignitas Christi capitis nostri interuenientis, quod glorificari debet cum membris suis. Sexta liberalitas Dei tribuentis, quem non decet parua reddere. Septima, est obsequium fideliter obtemperantis, Luc. 11. Octaua, nobilitas operis, quod ex charitate procedit. Ioan. 12. quod tantum ponderat, in conspectu iudicis, quantum amor, ex quo procedit, & ideo non potest sufficienter, nisi summo bono remunerari.

11 Quæritur, opera extra charitatem, an sint inutilia, vel vtilia? Respondetur, opera, quæ non fiunt in charitate, licet non valeant ad vitam æternam, valent tamen ad alia multa. vnde versus: Apptat cor) scilicet ad susceptionem gratiæ (minuit pœnam) scilicet illam, quæ deberetur, si non fieret illud opus, non autem illam, quæ iam deberetur, (& dat bona terræ) scilicet, temporalia, (occupat) scilicet, ne sit homo interim otiosus, vel operi malo deditus, (assuescit) scilicet ad benè operandum, (delectat) scilicet mentem, (mitigat) scilicet fomitem, (arcet) scilicet fluxum peccati. Vltimo sciendum, quod nullum malum erit impunitum, & nullum bonum irremuneratum.

SVMMARIVM.

1 *Liberum arbitrium quid sit.*
2 *Liberum arbitrium vtrum cogatur?*
3 *Liberi arbitrij libertas quid.*
4 *Liberum arbitrium, vtrum sit potius in bonum quam in malum.*
5 *Liberum arbitrium quomodo est in Deo, Angelis, & hominibus.*
6 *Liberum arbitrium an sit in Diabolo.*
7 *Liberum arbitrium vtrum se habeat indifferenter in omnibus.*

De Libero arbitrio.
Cap. V.

1 QVia sæpissimè nominatum est liberum arbitrium, nunc quæritur, quid sit? Respondetur, liberũ arbitrium secundum Aug. est facultas rationis, & voluntatis, qua eligitur gratia assistente; malum gratia desistente in hac diffinitione, simul ponitur ratio, & voluntas Ratio quidem, vt consiliarius: voluntas autem, vt imperator. Nam ratio dicit aliquid esse bonum, vel malum; voluntas dicit fiat.

2 Quæritur, vtrum liberum arbitrium cogatur? Respondetur, quod libertas liberi arbitrij, est libera coactione sufficienti, sed non libera à coactione efficienti. Nulla enim coactio exterior est causa sufficiens, vt aliquid fiat, licet quãdoque sit efficiens, vt patet in multis: qui coacti sunt negare Christum per tormenta, quoniam in huiusmodi coacta voluntas, voluntas est, vt ait Aug. Quando verò peccator retrahitur à gratia, tunc nõ destruitur libertas liberi arbitrij; quia cœcus, vel fessus, vel claudus in foueam cadens, quando extrahitur, non fit hoc illo inuito.

3 Quotuplex est libertas liberi arbitrij? Respondetur, triplex, scilicet à necessitate, à peccato, à miseria. Prima libertas est naturæ; secunda gratiæ; tertia gloriæ. Item prima est bonorum, & malorum; secunda est tantummodo bonorũ; tertia est in cælo regnantium. Ex his patet, quod libertas malorum est, velle peccare, & etiam posse peccare; sed libertas in paradiso fuit posse non peccare, & etiam posse non turbari: libertas verò patriæ, & nolle, & non posse peccare, nec posse turbari.

4 Quæritur, vtrũ liberũ arbitrium sit potius in bonum, quam in malum? ℞. quòd liberum arbitrium, liberius est in bonis, quam in malis; quia in bonis est tantummodo seruitus miseriæ; in malis autem est seruitutis miseriæ, & peccati: at in patria est liberimum; quoniam talis omnibus seruitus destruitur.

5 Quæritur, quomodo est liberum arbitrium

trium in Deo, Angelis, & animabus beatis? Respondetur, quod licet Deus non possit male facere, & similiter Angelos, & animæ beatæ, tamen est eis liberum arbitrium, quia bonum eligunt, & malum declinant, non ex infirma necessitate, sed libera voluntate.

6 Quæritur, an in Diabolo sit liberum arbitrium? Respondetur, eodem modo, quod habet liberum arbitrium, bonum tamen semper respicit, & malum eligit, sed ad hoc non facit in eo violenta coactio, sed voluntaria obstinatio.

7 Quæritur liberum arbitrium, vtrum se habeat indifferenter in omnibus? Respondetur, quod indifferenter se habet ad bonum, & ad malum, vt in primis parentibus ante lapsum. In quibusdam plus se habet ad malum, quam ad bonum, vt in regeneratis post baptismum. In quibusdam plus se habet ad bonum, quam ad malum, vt in sanctificatis in vtero. In quibusdam necessario se habet ad malum, vt in infidelibus non regeneratis. In quibusdam necessario se habet ad bonum, vt in confirmatis, sicut fuit in Beata Virgine post conceptionem Filij.

SVMMARIVM.

1 *Virtutum differentiæ.*
2 *Virtutes pro regimine vitæ humanæ.*
3 *Virtus informis, & formata.*
4 *Virtutum alia differentia.*
5 *Virtutum Theologicarum, & Cardinalium differentia.*

De Virtutum differentijs. Cap. VI.

1 QVæritur, quæ sunt differentiæ virtutum? Respondetur secundum Macrobium: Virtutes dicuntur quandoque politicæ, quandoque purgati animi, quandoque exemplares. Primam, docet Salomon in Prouerbijs. Secundum Ecclesiastæ. Tertiam in Canticis. Quartam in Deo legimus.

2 Virtutes politicæ dicuntur secundum quod regunt vitam humanam, quo ad opera exteriora, & secundum quod pugnant contra vitia.

3 Virtutes purgatoriæ dicuntur, secundum quod iam sunt in victoria vitiorũ, & respiciunt partim interiora, partim exteriora.

4 Virtutes purgati animi dicuntur, quundo deuictis iam vitijs possessor virtututum, iam quiescit, rarò insurgentibus.

5 Virtutes exemplares dicuntur, quæ mente diuina consistunt. Nam ideæ virtutũ in Deo sunt, & ipse rerum omnium est exemplar.

Aristoteles diuidit virtutes intellectuales, & consuetudinales. Intellectuales in sophiam, id est, sapientiam, & intelligentiam, & phronosin, id est, prudentiam spiritus. Et hæc tria ordinant nos ad Deum, quia sophia regit affectum, intelligentia, intellectum; sed phronosis vtrinque. Prudentia enim spiritus regit cognitiones, & affectiones. Virtutes verò consuetudinales diuidit in honestatem. Hæc duo ordinant nos ad hominem, quia honestas ordinat hominem, quo ad seipsum, liberalitas, quo ad proximum.

7 Item Philosophia moralis diuiditur in ethicam, œconomicam, & politicam. Horum prima mores, quo ad ipsum hominem, siue quo ad se ipsum instruit. Secunda, familiam disponit. Tertia, Vrbes, & Regna gubernat, & regit.

2 Quæritur, septem aliæ virtutes pro regimine vitæ humanæ, quæ sunt? Respondetur, circa septem virtutes, quod tamen est tenendum cum sit vna gratia gratificans animam, septem tamen sunt, quibus humana vita regitur, tres scilicet, Theologicæ, & quatuor Cardinales: & hæ virtutes, licet sint gratiæ per informantem diuinam gratiam; possunt tamen informes fieri per culpam, & iterum informari per pænitentiam aduenìente gratia, quæ est habitum virtutis origo, finis, & forma. De hac in lege sola charitas excipitur, quæ informis esse non poterit, sicut cæteræ virtutes, cum sit virtutum forma.

3 Quæ est virtus informis, & formata? Respondetur, quod cum habitus alia-

rum virtutum habetur sine gratia, & charitate, in quibus consistit vita virtutum, tunc sunt informes. Cum autem gratia superuenerit, tunc formantur, & decorantur, & Deo faciunt acceptabiles. Vnde virtutes informes sunt sicut colores in tenebris, & sicut carbones extincti, & sicut rami aridi, & sicut alæ mortuæ, & sicut aurum obscuratum, & gemmæ conuersæ in silices. Econuerso, virtutes formatæ, sunt sicut colores in luce, visibiles quidem, & aspectui complacentes, & sicut carbones ardentes; & sicut rami virentes, & sicut alæ viuentes, & volantes, & sicut aurum fulgens, & sicut gemmæ vas aureum decorantes.

4 Quæ differentia est inter virtutes, dona, præcepta, fructus, & beatitudines? Respondetur, differentia est, quia virtutes potentias disponunt. Præcepta opera respiciunt. Dona operibus perfectionem addunt, fructus, facultatem, siue gustui saporem spiritualem apponunt. Beatitudines ipsis virtutibus, præmium siue vitæ, siue patriæ, coniugunt. Alia differentia est, quia virtutibus benè operamur, donis expeditè, beatitudinibus, perfectè operamur, sed fructibus fruimur Deo.

5 Quæ differētia est inter virtutes Theologicarum, & Cardinalium? Respondetur differentia est hæc, quia Theologicæ mouent ad finem, sed Cardinales ad ea, quæ sunt ad finem. Alia differentia est, quia Theologicarum virtutum finis, & obiectum est ipse Deus: sed virtutum Cardinalium finis est ipse Deus, & non obiectum propriè, quia virtutes Thelogicæ habentur per infusionem. Cardinalium verò per acquisitionem. Item virtutes Theologicæ mouent ad opera ex rationibus sumptis à iure diuino, sed Cardinales à iure naturali. Item virtutes Theologicæ attenduntur quantum ad actus interiores: Cardinales verò ad opera exteriora. Item virtutes Theologicæ non habentur sine donis. Cardinales verò sine donis haberi possunt. Item virtutes Theologicæ sunt discretiuæ actuum in Deum: Cardinales verò in proximum. Item in Theologicis sic est, quod habitus generat actus; sed in Cardinalibus est è contra; quia ibi actus generat habitus. Vnde Philosophus: Quales, inquit, sunt actus, tales sunt, & habitus.

SVMMARIVM.

1 *Fides quid sit.*
2 *Fides magis innititur authoritati, quam rationi.*
3 *Credere contra fidem, non licet.*
4 *Cognitio de Deo quomodo habetur.*
5 *Necessaria, vt firmiter credatur, quæ.*
6 *Fides tantum vna est, & tam in præteritis, quam in præsentibus, quam etiam in futuris.*
7 *Fidei effectus qui sint.*
8 *Laicus disputare de fide, peccat.*

De Fide, ac eius vtilitate. Cap. VII.

1 QVid est Fides? Respondetur secundum Augustinum in serm. 22. Fides appellata est ab eo, quod fit, duæ sillabæ sonant, quum dicitur fides, prima est facto, secunda à Deo. Interrogo te ergo, vtrum credas, dicis credo; fac quod dicis, & fides est. Item secundum Apost. Fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium. In hac diffinitione, fides dicitur substantia, id est fundamentū substans ædificio spirituali, quod est gratia. Ipsa namque fides facit aliqualiter res sperandas in nobis subsistere per gratiā, & faciet tandem per gloriam. Vel ideo fides est fundamentum gratiæ, & gloriæ, quia ipse est primus habitus virtutum: primus dico, non tempore, sed natura. Rerum sperandarum dicitur, quia fides, per assensum facit in nobis res sperādas. Argumentum dicitur, id est arguens mentem, quia fides inclinat intellectum ad credendum ea, quæ non apparent, & propter hoc dicitur fides, potius argumentum, quam cōclusio, quia fides probat de non apparentibus, quod sint, & non probatur.

2 Secundum sciendum est, quod fidis magis innititur authoritati, quā rationē

quia

quia secundum Greg. fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum, intellige sufficiens: Quamuis enim fides rationibus firmetur tamen, nec talibus, nec experimento sensibili debet quis credere contra fidem, sicut patet in Eucharistia, vbi, & visus, & gustus, & tactus. & olfactus dicit esse panem. & vinum, sed fides dicit esse corpus, & sanguinem Domini Nostri Iesu Christi.

3 Nota, quod credere contra fidem, non licet. Ioan. 6. Vnde August. Quod intelligimus debemus rationi, quod credimus, debemus authoritati, quod opinamur debemus errori.

4 Quomodo habetur cognitio de Deo? ℞. quod duplex est ista cognitio de Deo, scilicet, naturalis, & accidentalis, naturalis cognitio duplex est, scilicet, ante peccatum, qua homo cognoscebat apertè Deum in creaturis, & post peccatum, hoc est per speculum in enigmate. Accidentalis cognitio, triplex est, Prima est acquisita per rationes naturales, quam habuerunt Philosophi, & hæc dicitur scientia. Secunda est, quæ habetur testimonijs scripturarum, & miraculorum, & hæc cognitio dicitur fides informis. Tertia est, quæ habetur per infusionem gratiæ, gratum facientis, & hæc dicitur fides formata, & per talem cognitionem assentit anima primæ veritati propter se, & supra omnia. Vnde ea adueniente pereunt omnes aliæ cognitiones accidentales, ad minus quo ad actum. Cũ enim aliæ cognitiones veniunt in animã, tunc fides, tanquam velocior prȩoccupat motus omnium cum fides sit de non apparentibus, & difficile sit occulta credere.

5 Quæ sunt necessaria, vt firmiter credatur. ℞ Duo sunt necessaria ad hoc: Primum est illustratio veritatis animam eleuans; Secundum ratificatio authoritatis, animam firmam instruens, quorum primum, est per fidem. secundum per scripturam authenticam, & per Spiritum sanctum editam. Authoritas ergo præbet fulcimentum fidei, & fides assensit authoritati, Vtrunque vero, per Christum est, propter, quod, & splendor, & verbum dicitur, quia mentem per fidem illuminat, & veritatem per doctrinam ostendit. Hebr. 1 & Ioan. 1.

6 Hoc quoque sciendum est, quod tantum vna fides est, tam in præteritis, quam in præsentibus, quam etiam in futuris. Ephes. 4. licet magis clara sit in eis, & explicita, qui sequuntur Christum, quam in eis, qui præcesserunt eius aduentum, sicut nouum testamentum clarius est, quam vetus.

7 Qui sunt effectus fidei? Respondetur, quod fides multa bona facit, hominem saluat, vnde dictum est Mariæ Magdalenæ, Luc. 7. fides tua te saluam fecit. Mentem purgat. Actuum. 15. fide purificans corda eorum, contra mundum pugnat. Hebr. 11. sancti per fidem vicerunt regna, postulata impetrat. Vnde illud Matth. 15. O mulier magna est fides tua, fiat tibi, sicut petisti. Perseuerantiam dat. Rom. 11. Tu autem fide sta, temporalia contemnit. Hebr. 12. fide Moyses grandis effectus, negauit se filium esse filiæ Pharaonis. Iustificat. Rom. 4. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Beatificat. Ioan. 20. Quia vidisti me Thoma, credidisti, beati, qui non viderunt, & crediderunt.

8 Quæritur vtrum laico Christiano liceat disputare de fide cum Infidelibus? Respondetur, quod peccat mortaliter, sciens laicis esse prohibitum sub excommunicationis pœna de illa disputare, cap. Quicunque de hæreticis lib. 6. & l. penult. C. de summ. Trin. Caiet. in sum. verb. disputatio.

SVMMARIVM.

1 *Symbolum, quomodo, & quando composuerunt Apostoli.*
2 *Duodecim articuli debemus credere.*
3 *Symbolum, quid sit.*
4 *Articulus, quid sit.*
5 *Articuli fidei duodecim.*
6 *Pater non est idem, quod filius.*
7 *Trinitas quomodo probatur.*
8 *Trinitas ostenditur etiam in figuris.*
9 *Pater quod sit quomodo probatur.*
10 *Creare, & facere in quibus differant.*
11 *Creatura mundi quotuplex est.*
12 *Mundus triplex.*

13 Ele-

De Symboli Apostolorum expositione. Cap. VIII.

1 QVomodo, & causa, ob quam Apostoli hoc symbolum composuerunt? ℞. vt colligitur ex S. Bonau. lib. 3. sent. dist. 25. art. 1. quæst. 1. & Richar. lib. 3. sent. ead. dist. art. 2. quæst. 2. Cum post ascensionem Domini per aduentum spiritus sancti per singulos quosque Apostolos igneæ linguæ sedissent, vt loquelis diuersis loquerentur, per quod eis nulla gens extranea, nulla linguæ barbaries in accessa videretur, & inuia, præceptum eis à Domino datum hoc ad prædicandum Dei verbum ad singulas, quosque proficisci nationes Discessuri; itaque ab inuicem, normam sibi prius futuræ prædicationis in commune constituunt, ne fortè alij, ab alio abducti diuersum aliquid ijs, qui ad fidem Christi inuitabantur exponerent. Omnes itaque in vno positi, & Spiritu Sancto repleti, breuè istud futuræ, sibi (vt diximus,) prædicationis iudicium in vnum conferendo, quod sentiebat vnusquisque componunt hoc symbolum, idest Credo paruum, atque hanc credentibus dandam esse regulam statuunt, & vt in Conc. Trid. sess. 3. Et credendum est quod Beata Virgo erat præsens, & residebat in medio eorũ tanquam Magistra.

Diuiditur autem, & distinguitur hoc Symbolum Apostolorum in duodecim articulos, secundum numerum Apostolorum, qui contulerunt credenda: qui singuli singulos articulos composuerunt

2 Hos duodecim articulos debemus credere purè, syncerè. & extra omnem dubitationem, omnia superuacua, & inani, quarumlibet minutiarum abiectione. At si occurrēt difficultates debemus nos simpliciter submittere credulitati, & fidei piorum, & Deum timentium Sanctæ matris Ecclesiæ doctorum, & Antistitum, nec non sanctorum, & sanctarum qui in testimonium huius fidei orthodoxæ, vsque ad mortem fortiter dimicarunt. In hac enim exilij valle tantumodo credere possumus scriptis Apostolorum, Euangilistarum, & Prophetarum: non etiam videre, & experimento cognoscere, quæ ab ijs scripta sunt. Sed locus videndi, quæ hic credimus, & speramus. Vnde Esaias. Si non credideritis non intelligetis.

3 Nunc verò antequam aggrediamur singulorum articulorum declarationem intendimus reserare, quid sit symbolum, & quid articulus. Symbolum est omnium Apostolorum simul vna sententia. & dicitur à sym bolum, quod est simul, & bolim, sententia, quasi per vnicam Apostolorum sententiam constitutum, & totum à quolibet approbatum, secundum S. Bonau.

Tria sunt Symbola: Primum Apostorum: secundum Niceni: Tertium Athanasij: Primum factum est ad instructionem: secundum ad fidei explanationem: Tertium ad fidei defensionem.

4 Articulus est indicialis veritas de Deo arctans nos ad credendum secundum Richar. de S. Vict. Articuli sunt duodecim, si respectus habeatur ad eos, qui symbolum ediderunt, secundum numerum Apostolorum: Si autem consideremus, quæ radicaliter sunt credenda, tunc Articuli sunt quatuordecim, quorum septem spectant ad diuinitatem, & septē ad Christi humanitatem, & hæc figuata sunt in 7. stellis candelabris aureis in quorum medio filius hominis ambulabat. Apoc. 1. Item articulus secundum Isidorum est perceptio veritatis diuinæ ten-

tendens in ipsum. Item hi duodecim articuli figurati sunt secundum Alex. de Ales. in 3. par. summ. in tractatu de fide in duodecim lapidibus fundamenti muri ciuitatis Hierusalem: Apoc. cap. 21. quia isti 12. Stellarum, quæ erant in corona mulieris. Apoc. 12. Mulier enim significat Ecclesiam, corona fidem, 12. stellæ. 12. articulos ab Apostolis radicatos. Item figurati fuerunt Iosuæ, cap. 4. vbi dicitur, quod 12. Viri perfecti portauerunt de medio Iordanis alueo duodecim lapides, & posuerunt in loco, vbi eastrametati sunt. Per. 12. namque viros de singulis tribus præfigurabantur 12. Apostoli, per 12. verò lapides, duodecim articuli partes Symbolici, qui sunt firmi, & immutabiles; ex medio autem Iordanis alueo accepti sunt, idest ex sacræ scripturæ testimonio.

Hæc verba Symboli, ait Aug. in lib. de Symbolo, quod per diuersas scripturas sparsa sunt, sed tamen collecta, & ad vnum redacta, ne tardorum hominum laboraret memoria.

1 *Petrus*.

Credo in Deum Patrem omnipotentem creatorem cæli, & terræ.

2 *Andreas*.

Et in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum.

3 *Ioannes Euangelista*.

Qui conceptus est de Spiritu sancto natus ex Maria Virgine.

4 *Iacobus Maior*.

Passus sub Pontio Pilato crucifixus mortuus, & sepultus.

5 *Thomas*.

Descendit ad inferos tertia die resurrexit à mortuis.

6 *Iacobus Minor*.

Ascendit ad cælos sedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis.

7 *Philippus*.

Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos.

8 *Bartholmæus*.

Credo in Spiritum sanctum.

9 *Mattheus*.

Sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem.

10 *Simon*.

Remissionem peccatorum.

11 *Iudas Thadæus*.

Carnis resurrectionem.

12 *Matthias*.

Vitam æternam, Amen.

5 Primus articulus quem posuit S. Petrus. Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem cæli, & terræ, idest secundum Augustinum creatorem omnium visibilium, & inuisibilium. De quo primo dicit credo, quod habetur Eccles. cap. 2. Vbi dicitur. Qui timetis dominum credite illi: Secundo, dicit in Deum. Deuter. cap. 6. Audi Israel, Dominus Deus noster vnus est: Tertio dicit patrem, Hierem. cap. 3. Patrem vocabis me, & post me non cessabis ingredi. Quarto dicit omnipotentem Genes. cap. 7. ego Dominus omnipotens ambula coram me, & esto perfectus. Quinto dicit creatorem cæli, & terræ. Gen. cap. 1. In principio creauit Deus cælum, & terram: contra hunc articulum excluditur duplex error, scilicet error gentilium, qui non credunt in Deum, sed in Idolum, & error manicheorum, qui dicunt visibilia esse creata à principe tenebrarum. Inuisibilia verò à Deo, ex quo patet, quod quilibet Christianus debet firmiter Deũ credere esse creatorem omnium rerum visibilium, & inuisibilium, & quod non sit aliquis vermiculus, quod non sit creatus à Deo.

6 Quæritur vtrum sit idem Pater, qui filius? ℞. Non est idem Pater, qui filius nec idem Filius, qui Pater, nec idem Spiritus sanctus, qui Pater, & Filius: quoniã tres sunt, Pater, Filius, & Spiritus sanctus Sed ipsa Trinitas, in his Deus vnus: Patri attribuitur omnipotentia; Filio Sapientia Spiritui sancto bonitas. Præterea omne bonum est sui diffusiuum, vt dicit Diony. Vnde cum Pater sit fons bonitatis, emanatio erit ab ipso perfectissima, quæ est generatio: Erit etiam emanatio iucundissima, quæ est per modũ benignitatis, & liberalitatis hæc autẽ emanatio, amor est, qui est Spiritus sanctus à Patre, & filio procedens, & benè dicitur amor emanatio liberalitatis, quia amor primum donum est, quod à liberalitate procedit, cum sit donum intrinsecum in ipso dante, in quo scilicet amore omnia alia donantur.

Quo-

7 Quomodo probatur hæc beata Trinitas? ℞. tribus modis nobis innotescit Ipsa enim patet in scripturis ostenditur in figuris, relucet in creaturis: Primo inquam beata Trinitas, patet in scripturis. Vnde Leo papa credimus sanctam Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, Vnum Deum omnipotentem, vnius substantiæ, vnius essentiæ, vnius potestatis: Item Esaias audiuit Seraphin ter dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth propter confessionem veritatis diuinæ: Si non essent tres personæ, non diceretur in Gen. faciamus hominem ad imaginem nostram sed meam: & tunc si essent tres personæ non vna substantia, non diceretur ad imaginem, sed imagines nostras. Item Hierem. 1. Ah, Ah, Ah, Domine Deus, ecce nescio loqui; Vide quod Ah, triplicauit, & in singulari, dixit Domine Deus, quod denotat Trinitatem, & vnitatem.

8 Ostenditur etiam beata Trinitas in figuris significatur enim per tres amicos Iob, Item per tres Angelos, quos Abraham hospitio recepit; tres vidit, & vnum adorauit.

Relucet quoque in creaturis, scilicet in magnitudine creaturarum, potentia patris; Indispositione, Sapientia Filij. In ornatu; bonitas Spiritus sancti. Item in sole, videns essentiam, splendorem, & calorem. Item in animam, secundum memoriam, intellectum, & voluntatem, & sic in alijs multis.

Item dicimus ergo: omnipotens pater; omnipotens filius, omnipotens Spiritus sanctus, Sapiens Pater, Sapiens Filius, Sapiens Spiritus sanctus, bonus Pater, bonus Filius, bonus Spiritus sanctus. Secundum personam Patris: Patrem cũ audis, Filij intellige patrem. Hoc enim nomine, quo Deus pater appellatur cũ Patre pariter subsistere, etiam Filius demonstratur. Non enim est Pater sine Flio, nec Filius sine Patre, qui paternæ substantiæ, est imago per quam operante Spiritu sancto. Pater creauit cælum, & terram, idest cælos corpores, & totam terræ machinam. & omnia, quæ in eis sunt tam corporalia, quam spiritualia, tam visibilia, quam inuisibilia. Quod Symbolum Nicenum exponit dicens. Factorem cœli, & terrræ visibilium, & inuisibilium.

Patri etiam scribitur creatio, sicut, & potentia: cum tamen, & filius sit creator, & Spiritus sanctus etiam creator, Indiuisa enim sunt Trinitatis opera ad extra. Vnaque est Trinitatis operatio, sicut vna est substantia, & vna voluntas. Sed quia creare, vel creatorem esse, potius sonat potentiam, quam sapientiam, aut bonitatem; operatio enim progreditur à potentia.

9 Probatur etiam Pater, quod sit per hoc, quod cum Deus sit potentissimus, sapientissimus, & optimus, qui potest, scit, & vult se summè communicare, (vt diximus) hoc autem est alteri, maiestatis suæ plenitudinem dare. Ergo Deus Pater ab æterno Filium sibi æqualem genuit, cui diuinitatis suæ essentiam communicauit. Dicens enim Dominus, si ego, qui generationem alijs tribuo, ipse sterilis ero? quasi dicat non. Esai 66. Pater etiam multipliciter sumitur. Dicitur enim pater æterna generatione. Esai 3. Generationem eius, quis enarrabit? Prædinastione: Ephes. 1. Gratia vobis, & pax à Deo Patre, qui prædestinauit vos in adoptionem filiorum. Creatione. Deuter 32. Nunquid non ipse est Pater tuus, qui possedit, fecit, & creauit te? fecit inquam iucundum animam possedit secundum vtrumque: Redemptione. Esai. 63. Tu Domine Pater noster, & Redemptor noster, à seculo nomen tuum Sacramentali regeneratione. 1. Petri. 1. Benedictus Deus, & Pater D. N. Iesu Christi, qui regenerauit nos; Fidei instructione, Ioan. 1. Dedit eis potestatẽ Filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius: Gratiæ adoptione. Rom. 8. Accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Gloriæ collatione. ad Galatas 4. Itaque iam non est seruus, sed Filius, quod si filius, & hæres per Deum, idest per opera Dei.

10 Quæritur, quæ differentia est inter creare, & facere? ℞. inter creare, generare, & facere, est differentia, quia res de nihilo exit, in esse per creationem: Sed exit in esse de aliquo per factionem, quia facere est operari de aliena materia sed de substantia exit in esse per generationem

tionem. Deus est rerum triplex causa, scilicet efficiens, exemplaris, & finalis, sed nullo modo materialis.

Inter operari Dei, & creaturæ differentia est, quia Deus operatur in instanti. Angel' autẽ repẽte, sed natura paulatim.

11 Quotuplex est creatura mundi? ℞. triplex, scilicet corporalis tantum, vt elementa, spiritualis tantum, vt Angelus: composita tantum ex his, vt homo Corporalis quoque natura distinguitur inter corpora lucida, vt sydera; & opaca, vt terra, metallo, & huiusmodi, atque perspicua, siue diaphana. vt aer, & aqua, creaturæ, quædam secundum Greg habent esse tantum, vt lapides, quędam viuere, vt arbores: quædam sentire, vt animalia quædam intelligere, vt homines, & Angeli.

12 Distinguitur autẽ mundus triplex, scilicet, Archetypus, Marcocosmus, & Microcosmus, Archetypus, i, Deus, & dicitur Archetypus, ab Archos, ꝙ est princeps. & typus, quod est figura, idest principalis figura, quia ipse est exemplar mundi sensibilis: Item est mundus, qui dicitur Marcocosmus, i, maior mũdus, vt est iste mũdus sensibilis: Item est mundus, qui dicitur Microcosmus, i, minor mundus, vt est homo. De his tribus dicitur Ioan. 1. In mundo erat; ecce primum, & mundus per ipsum factus est: Ecce secundum: & mundus eum non cognouit; Ecce tertiũ.

13 Quæ differentia est inter elementũ, & elementatũ? ℞. differentia inter elemẽtũ, & elementatũ, est quia elementum, est primũ principiũ componibilium, non tñ compositũ, vnde nec terra, nec aqua, nec aer, nec ignis purum elemẽtũ est, & simplex apud nos, quia ista inter se commiscentur, & maxime in ea parte, vbi se cõtingunt: Elemẽtatum est quodlibet corpus compositum, ex quorum elementis.

14 Quid est quinta essentia? ℞. quinta essentia est corpus per se differẽs ab o͞ibus elementis, & elemẽtatis, tam in materia, quam in forma, tam in natura, quam in virtute, non habens in se contrarietatem vnde nec causam corruptionis.

15 Quærit̃ quomodo exponũtur opera sex dierũ? ℞. opera sex dierũ, ꝑut Moyses distinxit moraliter, sic habẽtur: significat. n. rerum creatio de nihilo, impij iustificationem. Firmamenti operatio, boni propositi confirmationem, Aquarũ congregatio, cordis adunationem. Syderũ perfectio, exemplum bonæ operationis. Hominis plasmatio rectitudinem intentionis. Postea verò sequitur septima dies æternitatis, scilicet requies.

16 Et tandẽ est locus summus, idest cælũ vbi sola lætitia est, & est infimus, idest Infernus, vbi sola tristitia est; & est medius, scilicet mundus, in quo sunt summa speranda, & infima timenda.

17 Diabolus igitur à summo corruit, & in imum detrusus est, quia reparandus non erat. Homo verò à summo non cecidit, sed in medio collocatus est, vt esset ei locus, quo ascenderet per iustitiam, vel descenderet per culpam.

Item Vgo de S. Victore dicit, quod aliquis locus est, in quo solum, & summum bonũ est, scilicet cælum, aliquis solum, & summum malum est, scilicet infernus. Aliquis solum malũ, sed non summũ scilicet purgatorium. Aliquis, in quo bonum & malum est, sed neutrum summum, scilicet mundus iste.

18 Quæritur corpus Christi, quomodo dicitur esse in pluribus locis? ℞. corpus Christi, licet non sit vbiq; cum sit creatura, nec equari possit in huiusmodi creatori. in pluribus tñ locis, est totũ sub diuersis hostijs, & hoc est propter diuersas consecrationes, vnde meritò habet amplius, quam alia creatura, scilicet, quod in locis pluribus simul, & semel possit esse, ex quo patet, quod esse vbiq. & simpliciter soli conuenit creatori, sed in loco vno esse soli, cõuenit creaturæ, In pluribus verò locis esse, sed non vbique cõuenit corpori Iesu Christi sm̃ Com. The.

19 Quæritur Deus antequã quicquã faceret à principio, si cælum, & terrã fecerat, aut tandẽ ipse Deus, fecit omnia, quæ antea non erãt, vbi erat ipse, vbi habitabat? ℞. Deus ante mundi constitutionem fuit vbi nunc est, scilicet in se, quoniam ipse sufficit sibi: Vnde Versus.

Dic vbi nunc esset, cum præter eum nihil esset.

Tunc vbi nunc in se, quoniam sibi sufficit ipse.

20 Deus ergò vbiq; est, & tñ nusq̃ est, q̃a nec abest illo loco, nec vllo capitur loco: Aug. Deus est in mundo, nõ exclusus, e x-pres-

preſſus: ex his patet, quod Deus eſt intra omnia, & hæc, quia omnia replet, & vbique præſens eſt. Item extra omnia eſt, quia omnia continet, nec vſquam valet coartari. Sed nota, quod hæc præpoſitio extra, dicit ibi non actualem præſentiam ad locum, ſed potentialem, quæ eſt Dei immenſitas, quæ infinitos mundos poteſt replere, ſi eſſent; Item ipſe eſt ſupra omnia, quia omnibus præſidet, nec aliquid ei æquatur. Item infra omnia eſt, quia cuncta ſuſtinet, & ſine illo nihil ſubſiſteret.

Dicimus etiam, quod vbique eſt, non vt indigeat rebus, quod in eis ſit, ſed potius res, cui indigeant, vt per eum ſubſiſtant. Per quod patet ſolutio ſimplicis prædicti quæſiti. Vbi Deus fuerit priuſquam mundus eſſet: Sciendum eſt ergo, quod aliquid eſt in loco circumſcriptiuè, & diffinitiuè, vt corpus, & aliquid diffinitiuè, non circumſcriptiuè, vt Angelus, aliquid nec ſic, nec ſic. vt Deus. Et hoc ideo, quia non indiuiduatur per materiam, vt corpus, neque per ſuppoſitum vt Angelus: Aliquid eſt etiam in loco, partim circumſcriptiuè, partim diffinitiuè. Eſt quoque ſic ſub hoſtia, quod non vbique, & eſt ibi, quodammodo diffinitiuè.

De Diſtinctione orbium, tam cœleſtium, quam elementorum.

21 Quæritur Machina mundi in quo cōſiſtit? ℞. corporalis mundi machina tota conſiſtit in duobus, ſcilicet in natura cæleſti, & in natura elementari, Cæleſtis autem diſtinguitur in tres cælos principales, ſcilicet, cælum chriſtallinum, & empyreum, & firmamentum. Intra firmamentum, quod eſt cælum ſtellatum, continentur ſeptem orbes planetarum, qui ſunt, Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

Nomen autē cæli chriſtallini, ſiue aquei intelligitur illa pars materiæ primæ, quæ ſecundum Philoſophum formata eſt in duos orbes, quo ſuperior eſt primum mobile.

22 Quæ natura eſt iſtorum orbium? ℞. eſt, quod omnes mouentur, excepto empireo, quod quietū eſt. Natura vero elementaris in quatuor ſpheras principales diſtinguitur, ſcilicet Ignis, Aeris, Terræ, & Aquæ: ſphera ignis tria habet interſtitia, ſcilicet ſupremum, quod vocatur Igneum, & medium, ac infimum, quod vocatur Olympium.

Similiter Aer tria habet interſtitia, ſcilicet ſupremum, quod vocatur æthereum & medium, ac infimum, quod vocatur aereum, & ſupremo eſt calor, & lux propter ſolis propinquitatem. Similiter eſt, & infimo ſcilicet, propter radiorum repercuſſionem à terra. In medio autem interſtitio ad quod non poteſt pertingere repercuſſio radiorum, eſt frigiditas, & obſcuritas, & ibi dicuntur habitare dæmones, qui detruſi ſunt in hunc aerem caliginoſum. Ibi etiam fiunt tempeſtates, tonitrua, grando, niues, & ſimilia: Ex his collige ſeptem orbes; terram, & aquam ambientes, qui omnes poſſunt vocari cæli: iſtos autem excellit Cælum Trinitatis, ipſe Deus, qui eſt in omnibus, & ſuper omnes.

Alia Diſtinctio, & circumferentia Elementorum, atque Cælorum.

23 Quomodo cælum Empyreum dicitur excedere in magnitudine omnes alios cælos? ℞. ſecundum quoddam calculum factum à quibuſdam Aſtrologis, vt refert frater Ant. Polt. in quodam ſuo opuſculo vulgari ſermone nuncupato. Della facilità ſuprema del cielo: li cui detti, & computi, referirò anchor io nella medeſima lingua vulgare per meglio poter exprimere, & eſſere inteſi con più facilità, tanti milioni de milioni di miglia, che in latino con difficultà grande eſprimer ſi potrebbono, & ſe in abaco le poneſſero, non tutti intenderebbono tanto abbaco, ſi che reſoluo eſprimerlo in detta lingua vulgare, & ſe bene non parerà ragionamento à propoſito in queſto

luoco

fuoco, non dimeno, per che si fà mentione de i cieli, me si potrà concedere, acciò intendendo ogn'vno, quanta è maggior stanza quella che il Signor Dio hà præparato alli eletti suoi là sù, che non è questa quà giù, doue al presente habitiamo con tante meschinità di queste cose terreni humili, basse, & transitorie.

Tre habitationi sono fatte da Dio, per l'huomo, la prima, il ventre di sua madre, doue è rinchiuso al più per spatio di noue mesi: la Secunda, è questo mondo, la quale come si vede, e tanto grande, che non si può far comparatione di sorte alcuna con la prima: la terza è il cielo empireo, la quale sopraauanza di gran lunga, la secunda, non solo in grandezza, ma in bellezza, felicità, e duratione.

Hora in quanto alla grandezza del Cielo Empireo, sarà più facile comînciare dalla grandezza della terra, & da ciascun elemento, & pianeta. Alcuni Astrologi antichi dissero la terra esser grande con la sua circuferenza, vintiquattro mila miglia: ma li nostri moderni più dotti, & esperri in questi computi, han detto esser trent'vna mila miglia, & cinquecento miglia: L'acqua, che la circunda tutti vnitamente dicono essere diece volte maggior della terra, L'aria cento; Il foco mille, Il Celo della Luna, diece mila volte maggior della terra; Il ciel di Mercurio, cento mila volte, il ciel di Venere, vn milione di volte maggiore: Il ciel del Sole, diece milion de volte maggiore. Il ciel di Marte, cento millioni di volte. Il ciel di Saturno, diece mila milioni di volte maggiore. il ciel stellato, cento mila milioni di volte maggiore della terra; la nona sphera: vn milion de milioni di volte maggiore: Il decimo Cielo detto christallino, & primo mobile, diece millioni de milioni di volte maggior della terra: Onde il Ciel Empireo, secondo questo computo, verebbe ad esser cento milioni de milioni maggior di tutta la terra.

Di più si può dire in altro modo; cioè la circunferenza della terra (come s'è detto) e trentunamila miglia, & cinquecento miglia: L'acqua è trecento quindici mila miglia; L'aria è tre milioni, e cento cinquanta mila miglia. Il fuoco, è trent'vn milione, & cinquecento mila miglia. Il cielo della Luna è trecento quindici milioni de miglia. Il cielo di Mercurio è tremila cento cinquanta milioni de miglia. Il cielo di Venere è trentun migliaio di milioni, e cinquecento milioni di miglia. Il ciel del Sole è trecento quindici mila milioni de miglia: Il cielo di Marte è trenta milioni de milioni, e cento cinquanta mila milioni de miglia. Il cielo di Gioue è trentuno milion de milion'di miglia, e cinquecento mila milioni di miglia. Il cielo di Saturno, è trecento quindici milioni de milioni de miglia. Il cielo della nona sphera è trent'vno migliaio de milioni, de milioni, e cinquecento milioni de miglia. Il cielo del primo mobile, che è il decimo cielo, & tutto il suo circolo, & trecento quindici mila milioni de milioni di miglia. Ne segue che'l Cielo Empireo doue stanno l'anime beate, & gli Angeli santi, con la sua rotonnità, & circunferenza, venga ad essere tre milioni de milioni di miglia, e cento cinquanta mila milioni di milioni di miglia: Si che da così fatta consideratione della grandazza de Cieli, apparisce quella del Empireo.

24 Si desidera saper anchora la distanza da i cieli alla terra? Si responde, secondo il calcolo fatto dal Piccolomini sopra li fondamenti di Alfagrano doue dice, che tra noi, & il cielo della Luna, sono miglia cento sessanta mila, & quattro cento venti sette miglia. Dopo trà noi, & il cielo di Mercurio sono trecento sedici mila, & cinquecento vintiotto miglia. Tra noi, & il cielo di Venere sono ottocento trentun migliaio. & ottocento-uentisei miglia; Fino al cielo del Sole, sono sei milioni, & cento otto milia, & quattrocento noue miglia. Trà noi, & il cielo di Gioue sono quaranta quattro milioni, quattrocento settanta due mila, e seicento vinticinque miglia. Tra noi, & il cielo di Saturno sono settanta due milioni cento settanta otto mila, & quattrocento quaranta quattro miglia. tra mundum, non exclusus supra mundum, non ælatus, infra mundum, non de-

Fino

Fino al ciel stellato,& ottaua sphera, sono cento milioni: settecento sessanta sei mila, & cento nouanta noue miglia: Fino alla nona sphera, sono ducento vn milione, cinquecento trenta sette mila, & quattro cento noue miglia. Et maggior distanza verebbe ad essere tra noi, & quelli altri doi, cioe il primo mobile, & l'Empireo, chi li volesse multiplicando annouerare, Si che grandissimi appariscono i cieli con tutta la grãdissima distanza& particolarmente l'empireo, detto anchora Paradiso. perche quanto più si vede vna cosa lontana, tanto minore appare,& pure i cieli, si mirano grandissmi, l'Illustrissimo Cardinale Frà Gioan. Domenico dell'ordine Domenicano nel suo libro di charità cap. 37. dice, che il cielo è cosi grande, che se il glorioso Dio di nuouo creasse tante terre, quanti sono li grani del arena del mare, & ciascheduna di quelle fosse grande quanto è il cerchio della terra col suo mare, non sarebbono insieme giuntamente poste, tanto grandi, quanto il cielo empireo, il christallino: ò lo stellato. Di maniera, che da queste distanze celesti,& dal moto di tutti potiamo, come per euidenti raggioni conoscere, che il loco doue godono li beati, è molto maggiore, che noi non ci potiamo imaginare, dimodo, che diuidendolo, & se ne desse à gli eletti vna parte per vno, (dice il sudetto P. Polti,) che la si guagliria quasi à questo nastro mondo inferiore, dicendo anchora, che si può comprendere, per rispetto al Sole, che se diuiso fusse in cento sessanta sei parti, ciascuna di quelle, sarebbe quanto è tutta la terra; & noi pur vedemo, che molti migliaia di Soli,& milioni anchora, potrebbono capir dentro nel gran cielo. Di più dice anchor egli, che se vna delle maggiori stelle, che si vedono in cielo, si diuisse in cento quindeci parti, ciascuna da per se, saria quanto la terra tutta,& non dimeno pur si vede di quante stelle è ripieno il cielo. Dalla qual grandezza Baruch. al cap. 3. quasi attonito disse, ò Israel quanto è grande la casa di Dio, & spacioso il loco della sua possione; grande, non hà fine, altissimo,& smisurato: Et questo hauer detdo fin qui, basti indetta materia, per non esser stato il mio pensier trattar di questo, in questo luoco.

25 Et perche si è ragionato della grandezza del Paradiso celeste, non sarà fuora di proposito raggionare ancora del Paradiso Terrestre, quanto sia la sua grãdezza: Si risponde, che è cosa molto difficile di sapere la certezza, se già il Signore ad alcuno non lò riuelasse: percioche dopo, che Adamo, priuo se ne trouò giustamente, & scacciato fuor d'ogni speranza di ritorno, niun'altro per propria virtù mai vi è potuto arriuare, non che entrare, hauendo quiui l'alto Signore à fin di ciò posti impedimenti grandissimi, significati per il cherubino con la spada di fuoco, acciò egli non vi potesse più ritornare. Con tutto ciò il dotto Gio. Inglese dice in vn certo libro da lui composto, del sito del mondo, secondo, che da vn Dottore degno di fede ci vien riferto, che il sito del Terestre Paradiso, è vguale alle circunferenze delle tre Isoli grandi, cioè Inghiltera, Sicilia, & Sardegna, le quali circunferenza (secondo, ch' egli dice) sono miglia due mile, & ottocento, perche secondo lui l'Inghilterra gira mille, & settecento miglia; anchor che secondo Tolomeo sieno mille settecento venti; la Sicilia settecento miglia, la Sardegna verebbe ad essere, (secondo il suo calcolo) quattrocento miglia; laonde secondo questo Cosmografo restarebe il Paradiso Terrestre di spatio, quasi quanto la Germania: Il che egli forse intese, ò per via d'alcuno spirito, ò pure dal mouimento, ò appirition delle stelle: In questo amenissimo loco fu collocato da Dio benedetto, Adamo, leuato dal campo Damasceno, nel quale egli fù formato di terra,& questo occorse, quasi in vn momento, dopò la sua creatione, nella sesta giornata della creatione del mondo in sul mezzo di, & quindi à poco per il peccato nell'hora di nona, ne fu scacciato, nela qual hora, Christo Saluator nostro, per tal misterio, vsci dalla presente vita in su la Croce.

SVMMARIVM.

1 *Inferni magnitudo, & locus.*
2 *Lymbus puerorum, & locus.*

3 *Purgatorij magnitudo, & ſitus.*
4 *Lymbus ſanctorum patruum.*
5 *Terræmotus, cometes, & corona ibidem.*
6 *Aetates mundi.*

De loco inferni, & eius magnitudine. Cap. IX.

1 QVæritur de inferno, ac etiam de eius loco, & quanta ſit eius magnitudo, ſiue circunferentia? ℞. quod infernus eſt infima pars terræ, & eius magnitudo eſt circiter, 7875. millia, latitudo verò eius, id eſt, diametralis, eſt tertia pars circunferentiæ, quod 2625. vel paulo minus, & ita sũt omnia corpora ſphærica: diſtat à nobis 3758. ½ millia.

2 Quæritur, vbi eſt lymbus puerorum decentium in originale peccato tantum; Reſpond. quod multi ſunt, qui dicunt eſſe ſupra ſphæram Inferni, & eſt in magnitudine 15750. milia, & diſtat à nobis 2505. ½ millia.

3 Quæritur Purgatorium vbi eſt? Reſp: quod eſt ſupra lymbum puerorum, & magnitudo eius eſt 23625. milia, & diſtat à nobis 1252. millia. Et quo ad ſituationem iſtorum locorum ſunt variæ opiniones, nam ſunt, qui dicunt iſtos circulos, ſiue ſpheras vnam alteram circundare: Alij dicunt non circulos, ſed ſolaria, & volunt illa eſſe ſuperpoſita in ordine videlicet vnum ſuper aliud, & ad iſtar piramidis cum cacumine deorſum centrum inuerſæ poſitæ, cuius baſis ſit ſuperius, quaſi ad conuexum terræ pertigens. Alij verò ea loca inter ſe ad inuicem ſeparant. & in alijs mundi receptaculis illa locant.

4 Quæritur lymbus ſanctorum Patrum, vbi inuenitur? ℞. quod ſuper Purgatorium in vltimo loco, ſeu in vltima ſphera & eſt proportionatæ magnitudinis, & attingit vſque ad conuexum terræ, & iſte lymbus ante Chriſti aduentũ vocabatur ſynus Abraæ, quem iuſtus Abel poſt eius mortem prius inhabitauit, deinde alij vſque ad reſurrectionem D.N. Ieſu Chriſti, qui eos indeliberauit.

5 Quid eſt terrę motus? ℞. vapor groſſius extractus de profundo terræ, non potens exire ſuperficiem terræ, propter illius ſolitatem, ſicque coarctus, interioribus concauitatibus, terram concutit.

9 Quid cometes ſit, & corona? ℞. cometes, licet appareat, quaſi ſtella, tamen nõ eſt aliud, niſi vapor inflammatus ex vicinitate ignis. Hic comas luminis fundit, & dicitur ſignificare mutationem Regum, aut bella, aut peſtilentias. Corona verò eſt circulus albus, qui quandoq. apparet circa ſolem, vel lunam, aut ſtellas alias, & cauſatur ex reliquis nubibus per planetarum radios attractis, & illuminatis, talis autem circulus ſignum eſt ſerenitatis.

Aetates Mundi.

6 Quot, & quæ ſunt ætates mundi? ℞. quod de iſtis ſunt variæ opiniones. Nam prima eſt ab Adã vſq; ad Noe, habens iuxta hebræos ann. 1656. ſed iuxta 72. interprætes habens 2242. Cuius veſper. i. finis fuit diluuium, & in iſta prima ætate quamquã artes eſſent, & agricultura, ſicut in Abel, & Cain patet. & Iubal, & Tubalcaim, tñ homines non comedebant carnes, ſed glandes, & fructibus naturaliter, in ſiluis, & agris ſine cultura creſcẽtibus veſcebantur, terraque erat, & facta erat. quæ ex ſuis herbis; & fluminibus, & obſonium, & potum dabat illis, vt inquit Boetius. lib. 2. de conſol. phil.

Secunda eſt à Noe vſq; ad Abrahã, habens sm̃ hebręos annos 292. ſed ſecundũ 72. Interprætes. 1072. quę argentea dicta eſt, vnde idem ait. Sub Ioue mundus ſubijt argentea proles, Auro deterior fuluo prætioſior ære.

Tertia eſt ab Abrahã vſq; ad Dauid habens ann. sm̃ Hebręos. 972. & sm̃ aliquos 949. ſed sm̃. 72. Interprætes 1130. q̃ æhenea dr̃, vñ proſequitur idẽ auctor. Tertia poſt illam ſucceſſit æhenea proles; ſeuior ingenijs, & ad horrida promtior arma.

Quarta eſt à Dauid vſq; ad tranſmigrationem Babilonis, habens annos sm̃. Hebreos 473. vel 585. ſed sm̃ aliquos 275. & sm̃ 72. Interp. 485. cuius finis fuit diſſẽtio Regum, & hanc ætatem appellauit Poeta ille Ferream, vnde ſic ſubdit; De duro eſt vltimo ferro. Felix nimiũ prior ætas contenta fidelibus aruis. Vmbras altiſſima pinus. Vnde quidã eorũ cecin it

Aurea prima fuſa eſt ætas, quæ vindice nullo ſponte ſua ſine lege fidem, rectumque colebat,

Quinta ætas à transmigratione babilonis, vſque ad Chriſtum habens annos ſecundum Hebreos. 585. ſed sm̃ 72. Interprætes. 578. Ergo ab initio mundi, vſq. ad Chriſtum, sm̃ Hieronymum fuerunt ann. 3951. sm̃ vero 72. Interpræetes, quos Greci ſequuntur 5508. Euſebius, quẽ Oroſius ſecutus eſt, inter vtroſque incedens numerat ann. 5198. quos pene omnes latini ſequuntur, & cum annis à Chriſto adhuc videlicet 1611. faciunt annos 6809.

Sexta ætas à Chriſto, vſque nunc habemus annos 1611. vt diximus, & durabit, vſque ad finem mundi.

Septima vero ætas, erit quieſcentium.

Et octaua erit reſurgentium.

Septenarius præſentis vitæ, quæ ſeptẽ dierum circulo voluitur, vel potius ſeptẽ ætatibus, quibus mũdus ipſe diſtinguitur ſicut per dies 70. ſic per ſeptem Dñicas ſancta repræsẽtat Eccl. Prima enim ætas eſt ab Adam, vſq; ad Noe: Secũda à Noe vſq; ad Abrahã, vel sm̃ quoſdam vſq; ad Moyſem: Tertia à Moyſe, vſq; ad Dauid: Quarta à Dauid, vſq; ad transſmigrationem Babilonis. Quinta à transſmigratione Babilonis, vſq; ad aduentum Domini. Sexta ab aduentu Domini, vſq; ad finem ſeculi. Septima vſque ad eundem finem concurrunt, ſed illa in vigilantibus, & laborantibus. Iſta in dormiẽtibus, & quieſcentibus, vbi requieſcũt electorum animæ, inter vbera lactentis matris ſuæ ſupernæ Ieruſalem.

SECVNDVS ARTIC. EST.

Credo in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum. Cap. X.

1 *Articulus ſecundus, reſpicit perſonam filij.*
2 *Relationes diuinæ, quomodo intelligantur.*

1 HIc ſecundus articulus, quem poſuit Ioannes, reſpicit perſonam filij, filium autem cum audis, nolim generationem carnalis natiuitatis intelligas, ſed ex Deo patre ab æterno genitum filium generatione quidem omnium humanum captum excedente. Sicut enim nulla fragilitas cogitatur in eo, quod cor generat verbum, vel mens ſenſum, vel lux ex ſe parit ſplendorem: quanto purius, & ſacratius de eorum omnium creatore cenſendum eſt? Quia vnius eſt patri filius, vt menti ſenſus, vt cordi verbum, vt ſapienti ſapientia.

Item, & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum. De quo primo dicit, & in Ieſum: quid habetur Abachuc. c. 30. Vbi dicitur. Ego autẽ in Dño gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo. Secundo dicit Chriſtũ Abachuc vltimo egreſſus eſt in ſalutẽ populi tui, & in ſalutẽ cũ Chriſto tuo. Tertio, dicit filiũ eius vnicũ Pſ. 2. Dicit ipſe Chriſtus Dñs dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Et pſ. 88. Ipſe inuocabit me, pater meus es tu, & ego primogenitũ ponam illũ excelsum præ regibus terræ. Quartò dicit Dñm noſtrũ. pſ. 23. Dñi eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarũ, & vniuerſi, qui habitãt in eo. Et pſ. 2. Dixit Deus pater filio, quem volebat mittere ad incarnãdũ, Poſtũla à me, & dabo tibi gentes hęreditatẽ tuã poſſeſſionẽ tuã terminos terræ: Reges eos in virga ferrea. Creedere itaq; debemus, quod Ieſus Chriſtus eſt vnigenitus, & verus filius Dei, & quod fuit æternaliter, & quod eſt alia perſona à Patre, & quod eſt vnius naturæ, & ſubſtantiæ, & eſt patri ſimilis, & coæternus. vnde Io. 10. Ego, & pater vnũ ſuimus, ſcilicet, sm̃ formã Dei, & pater maior me eſt ſcilicet sm̃ formã ſerui, & humanitatis.

2 Quęritur quõ relationes diuinæ intelligãtur? ℞. quum ſint correlatiua iſta noĩa pater, & filius per eaſdẽ rationes oſtenditur filiũ eſſe æternũ, per quas oſtenſũ eſt patrẽ eſſe æternũ. Præterea inter omnes emanationes perfectiſſima eſt generatio, qua penitus genitus aſſimilatur ſuo genitori, quod non faciunt aliæ emanationes Cum igitur copioſiſſimo fonti bonitatis cõpetat emanatio perfectiſſima, conſtat, quod perſona, qui pater eſt, qui eſt fons totius bonitatis, generat filium ſibi æqualem, cui communicat ſuæ plenitudinem maieſtatis.

Item

Item filius dicitur multipliciter. Aliquis dicitur filius Dei per gratiam vnionis, vt Christus homo Matt.3. & 17. Aliquis per veritatem natiuitatis, vt Christus in quantum Deus. Luc.2. Aliquis per adoptionem vt sancti gloss.4. Aliquis per creationem, vt queuis creatura. De filio Dei, dicit Athanasius in altercatione cōtra Arrium, quod ipse dicitur sensus, quo omnia cogitatur, sapientia, qua cogitata disponuntur, virtus, qua disposita perficiuntur, lumen, quo perfecta clarescunt filius ergo Dei, dicitur sapientia patris, non quod pater sit sapiens sapientia genita, sed quia filium genuit, cui appropriatur sapientia: Vnde pater dicitur omnia fecisse in sapientia, idest, in filio dei, vel cum sapientia, quæ est filius, quoniam indiuisa sunt opera Trinitatis.

TERTIVS ARTICVLVS.

Qui conceptus est de spiritu sancto natus ex Maria Virgine. Cap. XI.

1 *Articulus tertius respicit personam spiritus sancti.*

2 *Modus conuenientissimus ad reparationem humani lapsus.*

1 QVi conceptus est de Spiritu sancto de quo dicitur, Isai.63. Spiritus sāctus ductor eius fuit. Secundo, dicit Natus ex Maria Virgine. Isai. 7. Ecce Virgo concipiet & pariet filiū, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiscū Deus, vbi sciendū, quod non solū est necessariū Christiano credere filium Dei, sed etiā credere eius incarnationē, per quam nobis visibilis apparuit. Baruch.3. Post hæc in terris visus est, & cū hominibus cōuersatus est: Vnde incarnatio Christi sic facta est, quod postquam Angelus Gabriel fuit missus ad B. Virginē Mariā, vt habetur Luc. 1. & Maria credidit, & consensit, tunc Spiritus sanctus superuenit in eam, & sanctificauit eā, & formauit in instanti de purissimo sanguine Virginis Mariæ (vel vt alij dicunt) de purissimis eius humanibus corpus Christi, & in eodē instanti, in quo formatū est corpus creata est anima ex nihilo, & hæc anima in eodē instāti coniuncta est corpori organizato, & illa duo, scilicet, corpus, & anima, simul mox fuerunt diuinitati vnita in filij Dei persona, & quod dicitur de Spiritu sancto conceptus, per hoc excludūtur carnales cōmistiones: Qui Spiritus sanctus illā cōceptionē mundā ab omni peccato reddidit, quod nunquā factū est in aliquo puro homine, licet enim aliqui sint sine peccato, & sanctificati in vtero matris, sicut Io. Baptista, & Hieremias, tamen in peccato originali fuerunt concepti, & secundum rationem seminalem descenderunt ab Adam, Christus autem non solum natus est, sed conceptus fuit sine peccato à Spiritu sancto.

2 Quæritur, non poterat Christus reparare genus humanū lapsū alio modo? R. poterat, sed quia nō debebat, nisi homo; & condigne satisfacere non poterat, nisi Deus. Oportuit ergo Deū hominē fieri, qui per immeritam mortē, morti æternæ obnoxios resurgendo liberaret, essetque mors vitæ in salutē omnibus in peccato Adæ olim mortuis. Ad quod opus patrē, qui à nullo est, nullo modo missū oportuit, ne ab alio missum esse putaretur, nō etiā Spiritū sanctum, ne in simplicissima trinitate duos filios vllus cogitaret; Sed filium missum oportuit, qui ab æterno ex Deo Patre, sine matre genitus in tēpore ex homine matre, sine patre nasceretur: essetq; & Deo patri æterna natiuitate, & homini matri lege partus vnigenitus filius. Item sciēdū quod quamuis Trinitas operata sit incarnationem Christi, quia opera Trinitatis ab extra sunt indiuisa: tamen solus filius incarnatus est, vt dicit Aug. de fide ad Petrum.

Et quia Deus inquantū bonus, & benignus nostrā redēptionē operatus est per incarnationē Christi, ideo Christi incarnatio peculialiter spiritui sācto attribuitur, sicut, & bonitas. Itaq, vnigenitus Dei Patris filius, sicut in die annunciationis operatione Spiritus sancti conceptus, incarnatus, & homo factus, concipientem matrē seruauit Virginē. sic post 9. menses ex ea sine dolore nascens, ipsius Virginitatē seruauit illesam. Manet igitur Marifi post partū Virgo, & sēper Virgo, tamet a

prius tradita fuerat Ioseph in despõsationem, per quam à canibus sanctum absconderetur, à sponso Virginitatis comprobaretur, & Virginis tam verecundiæ, quam famæ prouideretur.

Desponsatio enim custodia Virginis erat salutis humanæ inimici Virginẽ obseruantis depulsio, ne misterium incarnationis Filij Dei ex Maria desponsata Ioseph, posset suspicari. Obseruabat enim Virginẽ propter Prophetiam Isaiæ dicẽtis. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus.

De Incarnatione Christi, & quomodo. Cap. XII.

2 *Christi incarnationis ordo.*
3 *Angelus missus ad Virginem, de quo ordine fuit.*
4 *Gabriel quare ad Virginem missus, & non alius.*
5 *De responsione Virginea.*
6 *De sanctificatione materna.*
7 *Conceptio Dominica quomodo.*
8 *Corpus Christi in Virginis vtero ex qua materia formatum.*
9 *Christus quare nec prius, nec posterius venerit.*

1 SIcut Deus, est rerum principiũ effectiuũ in creatione: Sic est refectiuum in redemptione, & perfectiuum in retributione, quoniam sicut Pater omnia creauit per verbum increatum, sic omnia recreauit, & renouauit per verbũ incarnatũ

2 Quæritur circa incarnationem Christi qualis fuit ordo? ℞. fuit talis. Salutatio Angelica, Responsio Virginis: Sanctificatio materna: Cõceptio diuina de quibus nũc per ordinem est agendum.

3 Quæritur de quo ordine fuerit Angelus missus ad Virginẽ, & si corporali visione apparuit, quia legitur. Missus est Angelus Gabriel? ℞. quod Angelus, qui est de ordine Archangelorum missus est ad B. Virginem, cui sensum apparuit visione corporali, quamuis ei loqueretur locutione spirituali.

4 Quare fuit talis nuncius? ℞. quod ad illud nobile Sacramentũ nuncius debuit esse Angelus propter tria, primo propter cognationem virginitatis ad naturã Angelicam. Secundo propter ordinem perditionis humanæ, quia sicut ibi venit diabolus in serpẽtẽ ad mulierẽ, ita hic Deus venit per Angelum ad Virginẽ, vt sic ex opposito medicina respõdeat morbo, & reparatio lapsui, & remediũ nocumento. Tertiò, quia sicut illa gratia fuit reparatio naturæ humanæ, sic fuit, & ruinæ Angelicæ: Vnde communi beneficio vtraque natura communiter debuit ministrare: Angelica scilicet, & humana: Dixit enim Angelus, Aue gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Secũdũ subiũxit Elisabet, cum ait: Et benedictus fructus vẽtris tui; Tertium apposuit Ecclesia, vt in reuerentia nomen Mariæ haberetur, nam Maria est de textu.

De responsione Virginea.

5 Quid fecit B. Virgo in Salutatione? ℞. fecit vtile dialogum, duos legimus in scriptura dialogos. vnum inter Euam, & diabolum: quo mors concludebatur: alterũ inter Mariã, & Archangelũ, quo vita oriebatur: Tria fecit B. Virgo in Salutatione Angeli. scilicet cogitationẽ, seu deliberationẽ, quia cogitabat, qualis esset ista salutatio: interrogationem, quia quærebat. Quomodo fiet istud? consensum, quia respondit: Ecce ancilla Dñi. Nec in deliberatione fuit subita, sicut Eua, nec interrogando dubia, sicut Zacharia, nec in consentiendo tarda, sicut Sarra. In responsione consensus B. Virginis, quatuor verba inuenies, quæ quatuor virtutes maximẽ redolẽt. Ait enim: Ecce, quod est obediẽtiæ promptæ. Ancilla Dñi, quod est humilitatis perfectę: fiat mihi, quod est charitatis inflammatæ: Secundum verbum tuum, quod est fidei indubitatæ.

De sanctificatione materna.

6 Quæritur quid sit sanctificatio? ℞. sanctificatio triplex est quædã cõis, quæ fit per sacramẽta: quædã specialis, quæ fit ꝑ gratiã Spiritus sancti, quædã specialissima quæ fit per gratiam singularem. Prima, remouet culpam, & confert gratiam, remanet tamen fomes, & pronitas ad peccan-

candum,& talis eſt in baptizatis. Secun-
da,remouet culpam, & pronitatem pec-
candi mortaliter, & talis fuit ſanctifica-
tio Ioannis Baptiſtæ, & Hieremiæ in v-
tero. Tertia, remouet culpam origina-
lem,& pronitatem ad peccandum, tam
venialiter, quam mortaliter, & talis fuit
in B.Virgine: Et licet gratia Sanctifica-
tionis in vtero ſit quantum ad eſſentiam
maior,quam Sacramentalis,tñ quantum
ad aliquos effectus, maior eſt gratia, Sa-
cramentalis,qa baptiſmus imprimit cha-
racterẽ,& aperit ianuã cæli, & habilitat
hominẽ ad alia ſacramenta, quorũ nihil
facit ſanctificatio in ytero ex ſe Veruntñ
gratia ſanctificationis in vtero præcellit
in hoc gratiã baptiſmalẽ,quia taliter sã-
ctificatus,non poteſt mortaliter peccare
& ad venalia minus inclinat eum fomes,
propter quod minora,& pauciora venia-
lia committit,& talis fuit gratia in Ioãne
baptiſtã.Et ideo ne inuanũ gratiã Dei re-
ciperet,fugit hominũ ſocietatẽ,& artiſſi-
mam in ſe pænitentiã tenuit, ne leui ſal-
tem maculare vitam famine poſſet.

Prima ſanctificatio Virginis in vtero,
habuit tres effectus, ſcilicet originalis
culpæ expiationẽ, & gratiæ infuſionẽ,&
formitis tantã reſtrictionẽ,vt nõ poſſit in
aliquod mortale peccatum duci,licet tñ
ipſe fomes maneret sm̃ eſſentiã:Secunda
ſanctificatio fuit in Spiritus ſancti obum-
bratione,& filij Dei cõceptione,quæ tri-
bus præmiſſis,duo ſuper addidit. ſcilicet
omnimodã fomitis extinctionẽ, & con-
firmationẽ in bono, ita quod quæ prius
non tantũ poterat peccare mortaliter,iã
non poſſet peccare: hos autẽ duos effe-
ctus expſſit Angelus Luc.1.Spirit⁹ sãctus
ſupueniet in te,quo ad primũ, Et virtus
altiſſimi obũbrabit tibi,quo ad ſecundũ.
Iſta cõfirmatio nõ fuit liberi arbitrij ab-
latio,ſed eius p gratiã cõpletio.Præterea
Spiritus ſanctus ſupueniet in eã non ſolũ
ad ſanctificandũ,ſed etiã ad fecundandũ
cuius virtute virgo concepit,virgo pepe-
rit,& poſt partũ virgo permanſit. Tertia
ſanctificatio fuit in filij Dei inhabitatio-
ne, q nouẽ menſibus in ntero eius mãſit.
Et his omnibus p̃dictis duos effectus ad-
dit.Vnus fuit,quod omnes diſpoſitiones
fomitis ſublatæ fuerunt'ſicut qñ morbus
eſt curatus adhuc interdum remanent,
reliquiæ curandæ.Secundus fuit dedica-
tio ad diuina, itaque quod etiam licitis
vſibus mundanis, ſcilicet matrimoniali-
bus eã aptare eſſet impoſſibile, quia tũc
non ſolum mens,ſed etiã corpus luce di-
uinitatis reſplenduit, vt ſignificatum eſt
Ezech.43.Ex prædictis collige, quod fo-
mes,& perſonã inficit,& naturã.Perſonã
quidẽ,quia ad malũ pronam facit, & ſti-
mulat ad peccatũ.Naturã verò,quia car-
nẽ inficit,prout eſt principiũ ad alteram
carnem.Sed B.Virgo in prima ſanctifica-
tione,quæ fuit in vtero, mundata fuit ab
originali peccato,in quantum fomes re-
ſpicit in perſonã ſuam,quia nihil in per-
ſona ſua purgandum remanſit.In ſecun-
da verò ſanctificatione,quæ fuit, qñ Spi-
ritus ſanctus ſuperuenit in eam, purgata
fuit à fomite, prout ipſe fomes reſpicit
naturã in cõparatione ad prolẽ propa-
gandã,non opere naturæ, ſed opere Spi-
ritus ſancti.Et tandem cũ eſſe matrẽ Dei
ſit dignitas ſuperior,quã quæ puræ crea-
ture cõmunicari poſſit, neceſſe eſt gratiã
ad hoc diſponẽtẽ eſſe maiorẽ omni gra-
tia puræ creaturæ.Oportet ergo priuile-
gium ſanctificationis ſuæ in hac parte
omnem aliorũ ſanctificationẽ excedere.

7 Mox vt Virgo beatiſſima(vt diximus)
aſſenſum Angelo præbuit dicens,fiat mi-
hi ſecundum verbũ tuũ, ſpiritus ſanctus
ſuper eã venit,ac filiũ Dei concepit.Hæc
autẽ tria ſimul fuerunt tempore,non na-
tura, tunc impleta ſunt perambula figu-
rarum, & documenta ſcripturarum, ac
deſideria Prophetarũ,propter quod etiã
aduẽtus Chriſti dicitur plenitudo tẽporis

8 Quæritur ex qua materia formatũ fuit
corpus Chriſti in Virginis vtero? Rx. sm̃
Damaſcenũ formatũ fuit,nõ ex carne,ſed
ex puriſſimo ſanguine, vel ex puriſſimis
humoribus, nã matris eſt sm̃ Philoſophũ
materiã tantũmodo miniſtrare, ſed dare
virtutem formatiuam, quæ actiue natu-
ram,ſeu materiam format, eſt patris, &
non matris.Cum igitur beata Virgo pro-
prietatẽ verè matris habeat, oportebat,
quod materiam cõtulerit, quæ sm̃ natu-
ram ſit materia conueniens humanc cor-
pori, & tamen integritatem virginalẽ nõ
polluat. Talis autem materia non eſt ca-
ro (dicit Philoſophus) quod id,quid eſt
actu pars, non eſt materia generationis,

cum non sit potentia totũ. Caro auté est actu pars, vnde non est materia generationis. Talis quoq: materia nó fuit semen virgineum, vel fæmineum, quia hoc puritati Virginis non conueniebat, nec etiã secundum Philosophum est necessarium ad generationem, quia aliquæ mulieres concipiunt sine seminatione. Talis ergo materia fuit sanguis, quia ipse secundum Philosophum, est etiam in nobis materia generationis. Quod autem dicit Apost. ad Romanos. 1. c. Qui factus est ei ex semine Dauid, intelligendum est, originaliter, non materialiter, virtus autem formatiua in beata Veirgine non fuit ex patre carnali, sed ex virtute altissimi.

9 Quæritur quare Christus, nec prius, nec posterius venerit? ℞. sunt multæ rationes. Prima est, vt ordinem vniuersi non turbaret: singula namque suis fiunt temporibus, quanto magis in maximo Dei opere, scilicet filij Dei incarcarnatione.

Secunda ne fides, & spes promissa incarnatione, & nimis tardata perirent. Si enim tardasset venire, quotidie decreuissent homines in fide, & tepuissent. sed prius venire non fuit necesse, quia non prodest medicina spiritualis, sine affectu recipientis.

Tertia est, vt supremæ infirmitati culpæ immediatè succederet melioratio, sicut summum statum acutæ febris sequitur crisis, & sanatio.

Quarta, vt homo de lege naturali, & scripta prius cõuinceretur, sicut ait Aug. quia si Christus statim venisset, diceret homo, quod per legé naturæ saluari poterat, & superflue crederet Christi aduẽtũ: Similiter dicere poterat de lege scripta, sed compertos, nec sic, nec sic saluari poterat cum omnes ad inferos descenderent, tunc venit ipse, quia tunc erat tempus miserendi eius.

Quinta, vt sicut primus homo fuit códitus sexta die ad totius mũdi cõplemẽtũ, sic Deus homo fieret sexta ætate ad totius creaturæ perfectionem. Sexta enim ætas apta est ad exercitium sapientiæ, ad remissionem culpæ, ad meritum vitæ æternæ, ad transitum de statu miseriæ, ad statum gloriæ; & ista notantur sexta ætate ratione perfectionis sanari.

Sexta, quia Christus non debuit venire in principio téporis, quia aduẽtus eius nimis fuisset festiuus: nec in fine vltimo, quia tunc nimis fuisset tardus, sed decebat Saluatorem inter tempus morbi, & tépus Iudicij, introducere tépus remedij.

Septima, quia decebat Ducem perfectum, tunc se ostendere, cum esset opportunitas currendi ad brauium, hoc est in fine temporum, & tamen ante terminum, vt per timorem Iudicij stimulati, per spem præmij attracti, & per exempli perfectionem animati, sequi possemus efficaciter Ducem nostrum.

Octaua quia decebat mediatoré quædam membrorum suorum præcedere, & quædam sequi secundum comp. Th.

SVMMARIVM:

1 *Reparatio generis humani fuit facta per verbum incarnatum, & quare.*

2 *Rationes verbi incarnati.*

3 *Per peccatum in quot inconuenientia corruit homo.*

4 *Deus quare factus est homo, cum multis rationibus.*

5 *Filius, quare sit incarnatus, & non pater, uel Spiritus sanctus.*

6 *In Reperatione fuit concursus de triplici hierarchia.*

7 *Filius Dei in missione vtrum fecerit loci mutationem.*

De Rationibus Incarnationis. Cap. XIII.

1 QVare generis humani reparatio fuit facta per verbum Incarnatum? ℞. fuit facta per verbum incarnatum reparatio, non quia aliter saluari non poterat sed quia nullus alius modus fuit ita congruus ipsi reparatori, & reparabili, ac reparationi. Congruebat inquam iste modus reparatori, quam decebat suam potiam, sapientiam, & bonitaté ostendere.

2 Quomodo prædicta ostenditur? ℞. hoc modo, quid enim potentius, quam coniungere extrema summe distantia, hoc est Creatorem, & creaturam: Magna potentia fuit in coniunctione dispariũ elementorum, maior in coniunctione illorũ ad spiritum creatum, maxime in coniunctione

ctione

ctione illorum omnium ad spiritum increatum, vbi, & maxima disparitas est.

Quid verò sapientius, quam quod ad perfectionem totius vniuersi fieret coniunctio primi, & vltimi, hoc est verbi Dei, quod est omnium principiũ, & humanæ creaturæ, quæ in operibus sex dierum fuit vltima omnium creaturarum.

Quid autem beneuolentius, quã quod creator rerum communicare se voluit rebus creatis? & hęc benignitas magna fuit in communicatione omnibus rebus per præsentiam, maior, quia communicauit se bonis per gratiam, quia cõmunicauit se homini per vnionem, & per consequẽs generibus singulorũ in vnitate personæ.

3 In quot inconuenientia per peccatum corruit homo? ℞. corruit in infirmitatem, ignorantiam, & malitiam, & ideo fuit etiam iste modus congruentissimus ipsi reparabili, quia homo per peccatum corruit in prædictis, per quæ ineptus factus est ad virtutem diuinam imitandam ad veritatem agnoscendam, & ad bonitatem diligendam. Ideo factus est homo per quod se reddidit homini mirabilem, cognoscibilem, & amabilem. Fuit etiam iste modus congruentissimus nostræ reparationi, quia Dominus in forma serui procurauit salutem serui.

4 Quare Deus factus est homo? ℞. sunt aliæ quidem rationes, quare fuit conueniens Deum incarnari. Prima est, quia præuaricator abstulit nobis Deum, vnde conueniens fuit, vt reparator redderet nobis Deum: Secunda, quia humilitas decuit eum, sed non potuit humiliari vsque ad pœnas in natura diuina, oportuit ergo, quod in alia. Tertia, vt Prophetias impleret. Isaiæ 52. Ego qui loquebar, ecce adsum, Abachuc. 2. Apparebit in finem, & non mentietur, si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet, vt scilicet, doceret potius vincere per iustitiam, quam per potentiam. Quarta, propter vitandum inconueniens, quia si Deus incarnari non potuisset, vel nesciuisset, vel noluisset, videretur in eo esse impotentia, vel ignorantia, vel inuidia, quod absit. Quinta, vt ita esset humilitas in redemptore, quanta fuit superbia, in præuaricatore; quia tanta fuit superbia, vt homo vellet esse vt Deus: vnde humilitas tanta debuit esse, vt Deus fieret homo. Sexta vt nostrum amorem excitaret, & nostram spem erigeret. Septima, vt exemplũ imitandæ virtutis nobis daret in forma visibili, & humana.

Quamuis autem opera Trinitatis sint indiuisa (vt diximus) ita quod quis quid operatur vna, operatur, & alia, tamen solus filius accepit carnẽ, & non pater, vel Spiritus sanctus. Et habemus simile in tribus domicelis induẽtibus tertiam ipsorum, de quibus potest dici, quicquid facit vna, facit alia, vna tamen solum induitur. Eodem modo dicẽdum est, quod incarnationis opus quandoque attribuitur patri, vt ibi: At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Quandoque attribuitur filio: vt ibi. Exiui à patre, & veni in mundum. Quandoque attribuitur Spiritui sancto, vt in Symbolo nostro: Qui conceptus est de Spiritu sancto. Sed hæc ideo dicuntur, quia opus incarnationis fuit maximæ potentiæ, sapientiæ, & bonitatis, quæ tribus personis attribuuntur. Com. Th.

5 Quare incarnatus sit filius, non pater, vel Spiritus sanctus? ℞. per multas rationes Prima, vt per eandem sapientiam, quæ mundum condiderat, fieret raparatio; Secunda, vt qui filius est in diuinitate, esset filius in humanitate. Tertia, ne idem esset pater, & filius, si pater de homine nasceretur. Quarta, quia congruentius mittebatur, qui est ab alio, quam qui est à nullo. Quinta propter conformitatem hæreditatis nobis promisse, ne scilicet possemus dicere patri, Domine tu habes filium, cui competit hæreditas, quam homini promisisti. Sexta, vt patris erga nos ostenderetur charitas. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Septima, vt ostendatur, quod Deus pater nihil habet, quod non sit nobis paratus dare, cum filium suum vnigenitum dederit. Octaua, vt sicut Dei filius factus est homo, sic homo fieret filius Dei Apost. ad Gal. 4. Misit Deus filium suum, vt adoptionẽ filiorum reciperemus. Nona, vt esset occasio salutis, qui dicitur occasio ruinæ, quia homo appetendo scientiam diuinam, quæ filio appropriatur, cecidit. Decima, quia imago debuit

per imaginem reparari. Vndecima, quia ficut verbum mentis, mediante grossiori natura emittitur, scilicet per vocem, sic verbum æternum perassumptionem naturæ humanæ. Duodecima, quia medius inter personas debuit asse mediator Dei,& hominum. Decimatertia, quia sapientia patris, reparare debuit appetitoré sapientiæ. Gen.2.eritis sicut Dij scientes,&c. Decimaquarta, quia decentissimè coniugitur humilitas cum sapientia. Prouer.11.vbi humilitas,ibi,& sapientia. vnde filium Dei præcipuè decuit incarnatio Decimaquinta, quia Ideæ non sunt, nisi sapientia Dei, quæ filio Dei appropriatur Vnde cũ singulæ Ideæ, singulorũ ideatorum sint causa, tunc demũ omnia perfecta,& completa erunt, cũ per vnioné ad suum principiũ redierint. Decimasexta, quia si pater fuisset incarnatus, tunc nulla persona fuisset sine principio. Decimaseptima, quia oportuit incarnatam personam tanquam sacerdotem supplicare patri, pro natura assumpta, sed magis decuit filium supplicare patri, quam econuerso. Decimaoctaua, Si Spiritus sanctus fuisset incarnatus, tunc duo essent filij. Decimanona, quia nullus magis decet reducere hominem ad diuinam cognitionem, quam verbum, quo pater se declarat, quod est vnibile carni, sicut,& verbum voci. Vigesima, quia nullus magis decet reducere hominem ad filiationem adoptiuam, quam filium naturalem.

De modo Incarnationis.

6 Quomodo dicitur fuisse concursus de triplici hierarchia? ℞. in communi reparatione omnium decens erat, vt fieret concursus trium de triplici hierarchia, scilicet Diuina, Angelica,& humaua: Vnde in mysterio Incarnationis, fuit concursus Angeli nunciantis, Virginis concipientis,& verbi Dei carnem assumentis.

7 Quæritur, quando missus fuit filius Dei, vtrum fecerit loci mutationem? ℞. cum filius Dei mittitur in mundum, non fit loci mutatio, sed naturæ humanæ assumptio, quia ipsius mitti, est esse vbi prius fuit, sed aliter ibi esse, quam prius fuit,& hæc alteritas non est ex parte eius, qui est, cum sit immutabilis, sed ex parte eius, in quo est, quia vnitur nostræ carni, vnde mutatio non fuit ex parte filij, sed ex parte assumpti. Prætereain mutatione loci exigitur nõ esse quis vbi prius erat, sed nec hoc est in filij missione quia post incarnationem, fuit in patre, sicut semper. Com. Th.

1 *Christi incarnatio à nostra, in quibus differat.*
2 *Maledictionis legis euasit Beata Virgo.*
3 *Mirabilia, quæ fuerunt in Virginis prole.*
4 *Homines in quot modis sint producti.*
5 *Virtutes, quæ concurrerunt in conceptione Christi.*

De Mirabilibus circa Incarnatione Domini. Cap. XIV.

NOn liberaretur humanũ genus, nisi sermo Dei dignaretur esse humanus, nam,& ille homo dicitur esse humanus, q se exhibet hominé,& maxime hospitio suscipit hominem. Si ergo humanus dicitur, qui in domo sua suscipit hominem, quam humanus est, qui in se ipso suscipit hominem? Aug. de verbis Apostoli. Si ergo homo non perijsset, filius hominis non venisset, ibidem.

1 Quomodo differebat incarnatio christi à nostra? ℞. In pluribus nostrã conceptioné excellebat incarnatio Christi per q̃ apparet qd ibi natura sua ꝑdidit iura, nã multa inueniũtur tã ex parte matris, quam ex parte prolis,& quam etiam ex parte modi, quæ non sunt sm̃ viam naturæ, sed secundum potentiã virtutis infinitæ, quæ solius est Dei. Mira igitur fuerunt in matre, quæ sm̃ Bern. sine pudore fecunda, sine grauamine grauida, sine dolore puerpera. Ibi portauit stella solem, palmes vitem, riuus fontem, filia patrem, creatura creatorem, fuit inquam mater patris, ac filia nati; fuit quoq. prole posterior, contento minor, mater,& virgo fuit,& cum Deo filium communem habuit.

2 Quomodo maledictiones legis euasit B. Virgo? Respond. fuerunt maledictæ Virgines,& coniugatæ, Virgines quidem

quia non genuerunt; coniugatæ verò, quia in dolore pepererunt: sed vtranque beata Virgo euasit, quia Virgo genuit,& dolorem non sensit. Augustinus speculũ non rumpit solis radius, & ita integritatem Virginis ingressus, aut egressus Dei vitiare non potest.

3 Quæ mirabilia fuerunt prolis? Respondetur, mirabilia in prole fuerunt, quia in istanti fuit ibi sanguinis separatio, consolidatio, figuratio, animatio, deificatio. Et quod ista non fuerunt successiua, patet ex scriptura Ierem. 31. Femina circundabit virum. Patet etiam ex virtute agentis, scilicet Spiritus sancti, cuius est subito operari.

Quamuis autẽ membra corporis Christi fuerint in conceptione completa, & perfecta, atque ad animæ susceptionem, ipsorum tamen membrorum distinctio: secundum Aug. tam parua,& tenuis fuit, quod humano visui vix posset obijci, quia in tanto fuit minus corpus illud, quam alius conceptus, cum formatur quãtum augeri possit in vtero infra quadraginta sex dies. Vnde miraculosum fuit, quod in tam parua corpore recepta fuit anima, sed hoc ideo factum fuit, vt conceptio Christi, quantum ad tempus manendi in vtero, non esset nostræ conceptioni dissimilis.

Præterea ab instanti suæ conceptionis, sciuit omnia etiam secundum quod homo. Item in fruitione perfecta fuit anima eius, vnde quantum ad hoc, nõ solum fuit viator, sed etiam comprehensor. Item mundus fuit ab omni peccato; sed fuit plenus omni gratia,& virtute. Et habuit in cælis patrem sine matre,& in terris habuit matrem sine patre.

Item est hic quoque notandum, quod sicut in diuinis est trinitas personarum in vir tute essentiæ, sic in Christo econuerso est trinitas essentiarum, scilicet diuinitas, anima,& caro in vnitate personę,& sicut in diuinis per diuersas personas non distinguitur essentia; sic in Christo per diuersas essentias non distinguitur persona.

4 Quibus modis homines producti fuerint? ℞. quod etiam Christi incarnatio fuit mirabilis, scilicet ex modo, quia cum cum tres modi, producendi hominem præcessissent. Primus, videlicet, nec de viro, nec de muliere, sicut in Adam. Secundus, de viro sine muliere, sicut in Eua. Tertius de viro, & muliere, sicut in omnibus cõcupiscibiliter natis, ad complementum vniuersi. Quartus modus introducitur, vt scilicet homo de muliere fieret sine viro, per virtutẽ operatoris.

5 Quæ virtutes concurrerunt in conceptione Christi? Respondetur, in conceptione filij Dei concurrerunt virtus innata, infusa, & increata. Virtus innata, materiam ministrauit. Virtus infusa, purificando ad vnionem verbi adaptauit, (adaptatione dico congruæ naturæ.) Virtus increata, subito perfecit, quod natura non potuit nisi successiuè.

QVARTVS ARTICVLVS.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus,& sepultus.

1 *Christus per mortem suam hominem Deo Patri reconciliauit.*
2 *Christus mortem accersiuit.*
3 *Christus habuit veram carnem.*
4 *Christus fuit perfectus homo.*
5 *Christi incarnationis, quæ causa præcipua fuit.*
6 *Christus quare dicitur passus sub Pontio Pilato.*
7 *Christi passio quomodo fuit.*
Christus sex vicibus sanguinẽ suum fudit.
8 *Christi passionis effectus.*
9 *Claudere, & aperire ianuas Regni cælorum, quomodo intelligitur.*
10 *Exemplum epistolæ Pilati ad Tiberium Imperatorem.*
11 *Exemplũ aliæ epistolæ ad eundẽ Tiberiũ.*

Cap. XV.

IN passione Dñi tria specialiter conuenit intueri, opus, modũ, causam. Nam in opere quidẽ patientia, in modo humilitas, in causa charitas commendatur: patientia singularis, humilitas admirabilis, sed charitas inæstimabilis. Ber. in ser.

1 Quoniam, vt prædiximus, non debebat nisi homo; & congruè satisfacere non

non poterat, nisi Deus, oportuit Christũ Deum, & hominem Deo Patri offensum genus humanum reconciliare, & primi parentis offensam grauem, graui quoque supplicio redimere. Qui carne omnia sustinuit, diuina eius natura impassibilis perdurante. Illa quidem passibilis (vt nata erat pati) patiebatur; hæc verò impassibilis existens, corpori non compatiebatur. Igitur in carne patiente, Christus nullo damno, aut iniuria diuinitatis est affectus, & per infirmitatem carnis operaretur salutem; verus Deus in mortem descendit, non vt lege mortalium detineretur à morte; sed vt per se Christus resurrecturus, ianuas mortis aperiret. Velut si quis Rex pergat in carcerem, vt ingressus aperiat ianuas, resoluat catenas, vincula, feras, & claustra comminuat, & educat vinctos in remissionem, & eos, qui sedent in tenebris, & vmbra mortis, luci, ac vitæ restituat: dicitur Rex fuisse quidem in carcere, non tamen ea conditione, qua fuerant cæteri, qui detinebantur in carcere. Hi enim carcere detinendi, ille verò carcere detentos liberaturus.

2 Christus itaque mortem accersiuit, mortem deglutiuit, nos æternæ vitæ hæredes effecturus, & pro nobis mortem (id est peccatorum nostrorum pœnam) sine peccato subire dignatus est; vt quemadmodum pro nobis sine commeritis haberet pœnam; sic nos per illum, sine nostris promeritis haberemus gratiam. Quia sicut nobis non debebatur aliquid boni, ita nec illi aliquid mali. Sed pro ijs indebitam mortem pati noluit, quibus daturus erat vitam indebitam.

Passusq. est, carne, scilicet, sub Pontio Pilato, id est, sub potestate Pontij Pilati. Estq. crucifixus, mortuus, scilicet vera morte, per dissolutionem animæ à corpore, diuinitate semper coniuncta, & corpori in sepulcro, & animæ in limbo. Et sepultus est, non tamen vt alij homines corruptus, & in cinerem redactus, quia in eo nulla fuit corruptio, & incineratio.

O bone Iesu, quid tibi est? Mori nos debuimus, & tu soluis, nos peccauimus, & tu luis? opus sine exemplo, gratia sine merito, charitas sine modo. Bernardus in quodam sermone.

3 Quæritur, vtrum Christus veram carnem habuit? ℞. quod sic, iuxta illud Luc. 24. Palpate, & videte, quoniam spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere.

4 Quæritur, vtrum Christus fuerit perfectus homo? ℞. quod sic, vt habetur in Symbolo Athanasij. Perfectus Deus, & perfectus homo, &c. Et Matth. 26. habetur, quod Dominus noster dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Non enim esset perfectus homo sine anima rationali, potentijsq. eius. Item si diuinitas fuisset ei loco animæ, non dixisset. Tristis est anima mea.

5 Quæ fuit præcipua causa incarnationis Christi? ℞. fuit reparatio generis humani, quia nisi ouem suam Deus perdidisset, de cælo ad terram non descendisset. Vnde Aug. super illud Ioannis 11. Ecce quem amas infirmatur. Si peccatores Deus non amaret, de cælo ad terras non descendisset. Et illud Matth. 18 Venit Filius hominis saluare, quod perierat. Si homo non perisset, Filus hominis non venisset.

6 Quomodo in isto quarto articulo, dicitur: Passus sub Pontio Pilato? ℞. habetur Danielis 9 Post hebdomadas 62. Occidetur Christus, quem Iudas Scarioth tradidit, & Pontius Pilatus morti adiudicauit.

De Passione Christi.

7 Quæritur, quomodo fuit ista passio Domini nostri Iesu Christi, & quomodo commendatur? ℞. commendatur in opere per patientiam insuperabilem, in modo per humilitatem, in causa per charitatem inæstimabilem. Quantum ad primum. Christus sustinuit in tactu clauorũ asperitatem; in auditu opprobriorum confusionem; in odoratu sputorum fœtiditatem; in gustu fellis, & aceti amaritudinem; in oculis lacrymarum effusionem, & in corde timorem.

Item Christus passus est passione generali, quia secundum omnia membra corporis. Isai. 80. Non est ei species, neque decor. Item passione acerba. Tren. 1. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor similis &c.

Passio

Passio enim Christi fuit maximè pænalis; tum ratione intentionis propter optimam dispositionem ipsius patientis, tum propter eius innocentiam, tum propter honorum eius excellentiam. Horribilis enim si confunditur, plus læditur, & præcipuè inter suos. Vilis autem homo de morte sua dolere non debet, cum turpitudo sua tunc finem accipiat.

Fuit enim passio Christi ignominiosa, quia crucis patibulo, quæ erat pessimorum supplicium, in consortio iniquorũ, scilicet latronum, cum quibus erat deputatus. Quantum ad tertium, scilicet in causa ostenditur charitas maxima, qua nos liberauit ab inferno, dando animam suam, qua cælum aperuit conferendo gloriam. Hæc tria notantur in titulo crucis; nam propter primum, dicitur Iesus; propter secundum, Nazarenus; propter tertium, Rex Iudæorum.

Christus sex vicibus sanguinem suum fudit, quinquies in vita, & semel in morte; in vita, in circuncisione, in oratione, in coronatione, in flagellatione, & in crucifixione, & in morte, in lanceatione. Per primum docemur peccata abijcere, per secundum mentis angustiam pro salute nostra tenere; per tertium animam nostram virtutibus ornare; per quartum carnem nostram domare; per quintum membra nostra mandatis Dei ligare; per sextum vulneratum cor, eleuatum in Dei amore habere.

8 Quis fuit passionis Christi effectus? ℞. fuit multiplex. Nam passio Christi virtutem dæmonum debilitat. Iob 40. Quasi homo capiet leuiatam, spoliat infernum. Isai. 8. Voca nomen eius accelera, spolia detrahe.

Format per exemplum. 1. Petri 5. Christus pro nobis passus est, vobis relinquẽs exemplum. Vnde Bern. Super omnia te reddis mihi amabilem, bone Iesu, calix quem bibisti, opus redemptionis nostræ est; passio Christi reparat ruinam Angelorum: ipse enim Christus lapis est angularis, qui fecit vtraque vnum, scilicet pacem inter Deum, & hominem; inter Angelum, & hominem; inter hominem, & hominem. Vnde Eccles. 44. In tempore iracundiæ, factus est reconciliatio.

Arma contra mundum, carnem, & Diabolum, quod significatur per clypeũ, quod leuauit Iosuæ contra Ha. Iosuæ 8.

Sanat, scilicet, mentis vulnera: vnde Numeri 21. Aspicientes serpentem æneũ sanabantur.

Viuificat, scilicet, spiritualiter, ad Eph. 2. Cum essemus mortui peccatis, conuiuificabit nos Christus.

Mitigat, exemplo de ligno misso in aquas amaras, Exod. 15.

Reserat, scilicet cælum. Isai. 22. Dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat; claudet, & non erit qui aperiat.

9 Quæritur, cum fiat mentio de clausione, & apersione ianuæ Paradisi, quomodo hoc intelligitur? ℞. per ianuæ cælestis clausionem, spiritualiter intelligitur prohibenda illa, propter quæ nullus poterat ingredi ad Dei aspectum, illa autem prohibenda erant à diuina iustitia iustè puniente, & à peccato primis promerente, &c.

Apertio ianuæ cælestis videtur facta fuisse in passione; quia habetur in glos. Colos. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt. Patet per passionem introitus in cælum, tam secundum Bedam supra Lucam habetur; dum ille Iordanis aquas subijt nobis cæli ianuam pandit, exponẽs illud Lucæ 4. Iesu baptizato, & orante, apertum est cælum, per quod videtur, quod per baptismum fuerit aperta cæli ianua.

Per orationem, quæ cantatur in die resurrectionis, videtur quod in resurrectione fuerit aperta, qua dicitur: Deus qui hodierna die per vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti, &c.

Super præmissis est tenendum, quod obstaculum culpę amouebat baptismus; obstaculum debiti ratione offensæ, amouit passio, vbi facta fuit satisfactio: obstaculum mortis, Christi resurrectio, & ita ianuæ apertio inchoari dicitur in baptismo, perfectionem habere in passione, complementum in resurrectione, manifestationem in ascensione. Et quoniam hæc iam facta sunt, ideo virtus baptismi; est ianuã aperire, nõ per se tantũ, sed pp hoc qđ iã facta est oblatio hostiæ veræ.

Exem-

Exemplum epistolæ Pilati ad Tiberium Imperatorem, sumptum ex The. sac.

10 Quæritur, quas literas dicunt scripsisse Pilatum ad Tiberium Cæsarem Imperatorem de Domino nostro Iesu Christo? ℞. exemplum earum inuenimus in Sacerd. Thes. videlicet. Apparuit temporibus nostris, & adhuc est, homo magnæ virtutis, si modo hominem appellare fas est, nominatur Iesus Christus, quē eius discipuli vocant filium Dei, suscitans mortuos, & sanans languores; homo quidem præ cæteris mediocris; vultum habens venerabilem, quem intuentes possunt diligere, & formidare; capillos habens coloris auellanæ præmaturæ, & planos fert vsque ad aures; ab auribus verò circinos, & crispos, aliquantulum ceruleos, & fulgentiores ab humeris ventilantibus; discrimen habens in medio capitis iuxta morem Nazarenorum, frontem habens planam, & serenissimam, cū facie sine ruga, & macula aliqua, quam robur moderatam venustat; nasi, & oris nulla prorsus est reprehēsio; barbam habens crisposā, & in similitudinē capillorū coloris, nō longā, sed in medio bifurcatā; aspectū habens simplicē, & maturū; oculis glaucis varijs, & claris existentibus; in increpatione terribilis, in admonitione placidus, & amabilis, hilaris, seruata grauitate; qui nunquam visus est ridere, flere autem sic; in statura corporis rectus, manus habens visu delectabiles; in colloquio grauis, & modestus, speciosus inter filios hominum.

Eiusdem litteræ ad eundem Tiberium, post mortem Domini nostri Iesu Christi ex dicto Thes.

13 Pontius Pilatus Tiberio Cæsari Imperatori salutem dicit. De Iesu Christo, quem tibi planè postremis meis declaraueram, nutu tandem populi acerbi, me quasi inuito, & subtimente supplicium sumptum est; verum hercle, ita impium, & seuerum, vt nulla sic vnquam ætas habuit, neque habitura sit: sed minor ipsius populi conatus, & magnus omnium Scribarum principum, & seniorum consensus, suis Prophetis, & Sybillis contra monentibus, veritatis ligatum crucifixerunt, signis etiam super naturam apparentibus, dum penderet, & orbi vniuerso Philosophorum iudicio, id impium, & scelestissimum esse iudicantibus. Vigent illius Discipuli opere, vita, & constantia magistrum nō mentientes, immo in eius noīe vbiq. vnicuiq. beneficētissimi. Nisi ego seditionem Populi, prope æstuantis exoriri pertimuissem, fortasse adhuc nobis vir ille viueret. At ego magis impiorum compulsus, quam voluntate mea adductus, pro viribus non restiti, & sanguinem iustum hominum malignitate, & & inique accusatus, in eorum (vt scripturæ interpretantur) exitium pati decreui. Vale Calendis Aprilis. 33. Hierosolymis. (ex eiusdem The. sac.

QVINTVS ARTICVLVS.

Descendit ad inferos tertia die resurrexit à mortuis.

1 *Anima Christi diuinitati coniuncta, descendit ad inferos.*
2 *Christus liberauit ab inferis omnes, qui meriti sui fuerunt capaces.*
3 *Inferni distinctio, videlicet; Infernus, Lymbus, Purgatorium, & Lymbus sanctorum Patrum.*
4 *Abrahæ sinus.*
5 *Christus quomodo dicitur surrexisse tertia die.*
6 *Descensus ad inferos, & resurrectio à mortuis sit coniunctum in vno articulo.*
7 *Christi resurrectio, quomodo probetur.*
8 *Christus surrexit à mortuis multis de causis.*
9 *Christus surrexit tertia die, & quare.*
10 *Christus qua hora surrexit.*
11 *Corpora, quæ surrexerunt cum Christo ad quid deuenerint.*
12 *Christum cognouerunt discipuli in fractione panis.*

13 *Chri-*

13 *Christum cognouerunt Discipuli in domo potius, quam in via.*
14 *Christi cicatrices vtrum Thomas viderit, aut tetigerit.*

Cap. XVI.

1 CHristus secundum animam diuinitati annexam secundum S. Thom. statim descẽdit ad inferos; scilicet, quando eius anima separata fuit à corpore; tunc anima Christi descendit ad lymbũ Patruum, & mansit ibi ab hora mortis Christi, quæ fuit sextæ feriæ nonæ, vsque ad horam resurrectionis; & hoc, fuit tempus quadraginta horarum; quia in diluculo Dominicæ diei resurrexit. Corpus enim in terra in sepulcro quiescebat, & eadem hora resurrectionis, Christus eduxit de lymbo animas sanctorum Patrum, quæ ibi detinebantur quousque debitũ primi parentis Christus morte sua solueret, eosq. inde educeret, vt eduxit. De quo habetur Oseæ 13. O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Habetur etiam Zach. 9. vbi Propheta loquitur, dicens futura, velut præterita, more prophetico, inquit. Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti victos de lacu, in quo non est aqua.

2 Quæritur, vtrum Christus liberauit omnes, qui erant in inferno? Respondetur, quod non, quia liberauit omnes illos, qui meriti sui fuerunt capaces, sicut fuerunt sancti Patres, qui non propter reatum personæ, sed tantum propter reatũ naturæ detinebantur. Damnati enim eius meriti non erant capaces &c. Anima enim Christi per illud triduum, vt supra dictum est, mortis suæ cum sanctis Patribus in lymbo fuit, & ibidem fuit anima latronis, cui dixit Dominus: Hodie mecum eris in paradiso, eo nomine paradisi, notatur Dei fruitio; quia peracta passione, tam latro, quàm alij, qui erant in lymbo, viderunt Deum per essentiam; quia (vt diximus) diuinitas semper permansit cum anima descendente ad inferna, & etiam cum corpore in sepulcro iacente.

3 Quæritur, quomodo distinguitur Infernus? quia dicitur descendit ad inferna? Respondetur, quod nomen inferni sumitur dupliciter, scilicet pro pœna, & pro loco pœnæ. Secundum primum modum dicitur, quod dæmones semper infernum secum portant: sed inquantum infernus, pro loco pœnæ. Infernus quadrupliciter distinguitur, dico, quod ante Christi passionem, quatuor fuerunt animarum receptacula.

Primum receptaculum fuit infernus damnatorum; & ad hunc locum Christus non descendit, nec ab illo aliquem liberauit; quia in inferno nulla est redemptio: & in isto loco est pœna sensus, & damni, ac tenebræ exteriores, & interiores, id est absentia gratiæ &c.

Secundum receptaculum est lymbus puerorum, id est, illorum infantium in peccato originali tantum decedentium, qui lymbus est supra infernum; & ibi est pœna damni, id est carentia visionis diuinæ, & non pœna sensus, id est, sensibilis pœna non est ibi, & sunt ibi tenebræ exteriores, & interiores, id est, carentia gratiæ visionis diuinæ. Ad illum locum Christus etiam non descendit, nec ab illo aliquem liberauit.

Tertium receptaculum est purgatorium, & est supra lymbum puerorum, in quo est ignis corporalis, in quo animæ illorum puniuntur, qui hic in vita pœnitentiam non impleuerunt, vsque ad condignam satisfactionem, & sunt ibi tenebræ exteriores, sed non tenebræ priuationis gratiæ; & ex hoc loco quando Christus descendit ad lymbum Patrum, non liberauit omnes illos, qui erant in purgatorio; sed solum illos, qui pro tunc fuerunt purgati sufficienter, vel meruerunt hoc, quo pro illo tempore, scilicet in descensu Christi, liberari debuissent. Item in dicto loco, dico, est pœna sensus, & damni ad tempus.

Quartum receptaculum, & supremum, est lymbus sanctorum Patrum, vbi fuit carentia visionis diuinæ, & nulla pœna sensibilis. Ad istum locum Christus descendit, & eum fregit, & sanctos Patres inde eduxit. Et sic infernum momordit, quia partem abstulit, partemque reliquit; mortem verò, quo ad electos Christus pænitus destru-

ftruxit, ficut dicitur in Oseæ. O mors, ero morsus tuus.

4 Hic quoque locus, synus Abrahæ dicebatur, quia ibi Abraham fuit; sed nunc cælum empyreum est synus Abrahæ; quia ibi est Abraham. Item à nullo prædictorum locorum est transitus ad aliũ, nisi à purgatorio ad lymbum sanctorum Patrum. Ex prædictis patet, quare cantat sancta mater Ecclesia: Libera Domine animas omnium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu. Vbi infernus sumitur pro purgatorio; & ita quãdo dicitur Christus descendit ad inferna, intelligitur ad lymbum sanctorum Patruum.

5 Quomodo dicitur resurrexit à mortuis tertia die, cum non fuerint tres dies completi? Respondetur, dicitur tertia die resurrexit à mortuis, vt per synedochen pars ponatur pro toto; vt videlicet, pars illius diei Parasceuen, quo mortuus est, pro vno die computatur, inde dies Sabbathi integer, post quem nox sequens, vsque ad crepusculum matutinũ diei Dominici, quo surrexit pro die tertio computetur.

6 Quare descensus ad inferos, & resurrectio a mortuis coniungantur in vno articulo? Respondetur, quia in quo totum nobis Christus sua morte meruit explicauit. Animæ enim nostræ redemptio completa est per fracturam inferni, in descensu ad inferos. Corporis autem nostri redemptio, completa est in resurrectione per gloriam corporis. Si enim Christus resurrexit, & nos resurgemus.

7 Quomodo probatur Christi resurrectio? Respondetur, probatur sic, Oseæ 6. In die tertia suscitabo eum. Et Zachar. 2, Sileat omnis terra à facie Domini, qui consurrexit de habitaculo sancto suo. Christus resurrexit tertia die à mortuis resumendo corpus, non tale quale prius habuit, sed impassibile, & immortale. Caro enim Christi, quæ in natiuitate floruit, in passione cecidit, & in resurrectione refloruit; tunc viuificatum est granum fruméti, quod cadens in terra mortuum fuerat, tamen sine corruptione corporis. vnde Psalm. 15. Non dabis sanctum tuũ videre corruptionem. Probauit enim Dominus resurrectioné esse veram per Angelos, qui non mentiuntur. Matth. 28. Respondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere, scio enim quod Iesum, qui crucifixus est quæritis, surrexit, sicut dixit. & Ioan. 20. Item probauit per inimicos, quorum validissimum est testimonium, Matth. 28. Angelus quosdã de custodibus terruit, qui venerunt in ciuitatem, &c. & nunciauerunt principibus Sacerdotum. Item probauit eam non arte magica facta, & hoc per commestioné, Lucæ 24. Et cũ manducasset corã eis. Item probauit eam esse factam in eodem corpore, & hoc per ostensionem cicatricum. Ioan. 20. Item probauit eam esse factam in corpore glorificato vnito semper diuinitati, & hoc per ingressum ad Discipulos ianuis clausis. Io. 20. Cum esset sero, & fores essent clausæ vbi erant Discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus, & stetit in medio. Item probauit eam Dominus multis alijs apparitionibus; apparuit enim ipsa die resurrectionis quinquies. Mariæ Magdalenæ, vt tenetur communiter ab Ecclesia. Item Petro, sed non inuenitur modus. Item apparuit Discipulis euntibus in Emaus. Lucæ 24. Item ianuis clausis, quando Thomas erat cum alijs Discipulis. Lucæ 24. In monte Olíueti, quando ascendit in cælum. Act. 1. Videntibus illis eleuatus est, & Marc. 16.

8 Multis de causis Dominus surrexit à mortuis. Vna, vt scripturas impleret; quoniam dixerat: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte. & sequitur: Tertia die resurget. Item vt nos spiritualiter prouocaret; quia turpe est, vt sedeat seruus, quando coram eo surgit Dominus. Item, vt futuram resurrectionem esse probaret. Item vt potentiam suæ diuinitatis ostenderet, quia mortuos viuificare, non est opus naturæ, sed potentiæ diuinæ. Non est enim regressus de priuatione ad habitum in via naturali. Item vt nos ad contemnendum terrena pro adipiscenda cælesti gloria animaret &c. resurrexit ergo tertia die: nam sicut ianuis clausis ad Discipulos intrauit, & sicut salua virginitate de vtero matris exiuit, sic eum mortuum, nec petra,

in qua

in qua iacuit, nec militum custodia potuit retinere.

9 Quare Christus surrexit tertia die? ℞. vt probaretur verè mortuus. Et sicut in ore trium testium stat omne verbum, ita de testi,& Matth.18. sic in tribus diebus experitur omne factum.1.ad Cor.15.Resurrexit tertia die. Glosa probata vera morte.

10 Quæritur,qua hora surrexit Dominus? ℞. quidam dicunt, quod media nocte, quod probantur per illud Iudicum 6. Dormiuit Sanson vsque ad mediam noctem. Glos. Sanson media nocte,non solum exiuit,sed portas tulit. Sic Saluator noster non tantum liber exiuit de inferno,sed claustra inferni confregit. Et habetur per Glos.quod Christus per Sansonem designatur, ergo media nocte. Alij dicunt, quod resurrexit diluculo, iuxta illud 1. Mach.3. Elegit Lisias Ptolomeũ. Glos.ab hora mortis Christi,vsque ad horam resurrectionis, quadraginta horæ computantur, ergo diluculo resurrexit. Nam quadraginta horæ sunt ab hora nonæ parasceues, vsque ad diluculum diei Dominicæ. Ad hoc respondent illi primæ opinionis,quod non surrexit diluculo,sed debet intelligi illud de manifestatione resurrectionis,non de tempore, & sic tenent, quod surrexit media nocte; sed eius resurrectio non fuit manifestata vsque diluculo. Mater Ecclesia videtur tenere, quod diluculo surrexit, & idem tenet B.Aug.in lib.de Trinit.Sed quia dicitur, quod multa corpora Sanctorum surrexerunt cum eo,&c.

11 Quæritur,illa corpora,quæ surrexerũt cum Christo,ad quid postea deuenerint? Respondetur, quod postea redacta sunt in puluerem. vnde Aug. Corpora Sanctorum de monumentis venientia se retraxerunt, vt vltimam resurrectionem expectent, quamuis aliqui fantastici tenuerunt: quod resurrectio eorum fuerit fantastica. contra quos Iob.6.cap. testes non essent, nisi vera esset eorum resurrectio.

12 Quare Discipuli cognouerunt Christũ potius in fractione panis, quam in alio actu? ℞. quia fractio Christi erat sicut cultelli cissio.

13 Quæritur, quare potius cognouerunt in domo, quam in via? Respondetur secundum Bonauent. quia veritas melius operando,quam audiendo intelligitur.

14 Quæritur, vtrum Thomas tetigerit cecatrices Christi, aut solum viderit? Respondetur ad suam fidem sibi sufficit videre; sed propter nostram fidem tetigit. vnde Dominus Thomæ.Io. 20 Quia vidisti me Thoma credidisti; non enim dixit: quia tetigisti.

SEXTVS ARTICVLVS.

Ascendit ad cælos sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.

1 *Christus non statim post resurrectionem cælos ascendit.*
2 *Differentia inter Ascensionem, & Assumptionem.*
3 *Mons Olíueti ab Ierusalem per mille passus distat.*
4 *Chrtstus ascendit auctoritate propria.*
5 *Christus cælos ascendit propter ianuæ apertionem.*
6 *Christus quomodo sedet ad dexterã Patris.*
7 *Quomodo intelligitur illud Christus, sedet ad dexteram Patris.*

Cap. XVII.

1 CHristus secundum humanitatem, vel in quantum homo, non statim post resurrectionem, sed flagranti amore nostrum omnium operans salutem, post quadragita dies, quibus apparuit sæpius suis Discipulis, vt fidem eorum roboraret apparitionibus, vt probaret eis gloriosam resurrectionẽ sui corporis, quod ipsi suis oculis paulo ante viderant mortuum; ad cælos per se, & Angelorum quidem ministerio, non autem obsequio ascendit.

Item Christus ascendit ad cælos,quod habetur Psalm. 46. Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in vocæ tubæ. Et Amos cap.9.Qui ædificauit in cælo ascẽsionem suam. Et Micheæ 2. cap. Ascendit iter pandens ante eos septuaginta duo.

duo. Secundò dicit: Sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Psal. 109. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.

2 Quæritur, quæ differentia est inter Ascensionem, & Assumptionem, & Eleuationem, seu Euolationem? ℞. quoniam Ascensio pertinet ad Christum, Assumptio ad beatam Virginem: Eleuatio, siue euolatio, ad alios Sanctos. Ratio huius est, quia ascensio fit propria virtute ascendentis: assumptio autem virtute Dei assumentis, quia filius obsequitur matri. Eleuatio, siue euolatio, fit ministerio Angelorum. Item est notandum, quod in loco eleuatorum, est distinctio chororum; locus assumptæ Virginis, est super omnes choros: locus Christi ascendentis supra locum assumptæ Virginis.

3 Quæritur, ex quo loco Christus ad cælos ascenderit? ℞. ex monte Oliueti, qui distat ab Ierusalem per mille passus, & præsentibus ipsis Apostolis, cum beatissima Virgine Maria, & alijs mulieribus, quæ secutæ sunt eum à Galilea, & coram septuaginta duobus Discipulis: & creditur, quia verisimile est; quia non solum prædicti Discipuli fuerint in monte Oliueti præsentes, sed etiam alij multi occulti Christi Discipuli propter metum Iudæorum.

Item sciendum est, quod Christus ascendit gaudenter, secundum illud Psal. 46. Ascendit Deus in iubilatione. Nec ipse solus ascendit, sed omnes animæ, quæ ab ipso de lymbo liberatæ fuerunt, videlicet sanctorum Patrum, Prophetarum, Patriarcharum, sanctorum Innocentium, sancti Ioannis Baptistæ, & omniũ sanctorum iustorum, qui fuerunt ab initio mundi mortui, & purgati; & singulæ hæ animæ cum Christo ascenderunt in maxima iubilatione. De quo in Psalm. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: id est illos, qui fuerunt captiui in lymbo inferni.

4 Quæritur, vtrum Ascensio Christi fuerit motus naturalis, vel violentus? Respondetur, Christus ascendit propria authoritate, vt habetur Isai. 63. Quis est iste, qui venit de Edon, & sequitur gradiens in multitudine virtutis suæ. Sed illud, quod dicit Gloss. super illud Psal. 90. Angelis suis mãdauit de te, scilicet, quod manibus Angelorum sublatus est Christus in cælum, intelligitur de obsequio venerationis: sicut Rex fertur à militibus. Papa ab Episcopis, vel similibus. Vnde Leo Papa, cum audis eleuatum agnosce militiæ cælestis obsequium. vnde Psal. 65. Currus Dei decem millibus, multiplex millia lætantium.

5 Quæritur, quare Christus ascendit? Respondetur, propter ianuæ cælestis apertionem, vnde cantat Ecclesia. Tu de victo mortis aculeo, aperuisti credentibus regna cælorum. Item ascendit, vt Spiritum sanctum mitteret. Io. 16. Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos. Itẽ ascendit, vt desiderium nostrum post se traheret. Cant. 1. Trahe me post te.

6 Quæritur, quomodo intelligitur illud: Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis? Respondetur, duo hic intelliguntur per dexteram; vnum scilicet æqualitas maiestatis, ad quam Christus sedet; secundum deitatem. De hoc Apost. Hebr. 8. Talem habemus Pontificem, qui consedit in dextera maiestatis in excelsis. Aliud quod intelligitur, & potiora bona gloriæ, in quibus Christus sedet secundum humanitatem, quia collatum est ei à Deo Patre quidquid conferri potuit. Et si dicatur, illa habuit Christus ab instanti suæ conceptionis, benè conceditur; tamen in Ascensione fuerunt manifestata, & in congruentia loci completa: secundum comp. Th. ad dexteram Dei Patris sedet, quia diù laborauit in sinistra mundi. Vnde Psalm. 87. In laboribus fui à iuuentute mea. Et alibi Psalm. 37. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis.

7 Quæritur, si Christus sedet ad dexteram Patris, quare dicebat beatus Stephanus: Ecce video cælos apertos, & Iesum stantem à dextris Dei. Act. 7. Respondetur, beatus Stephanus in tribulatione positus, vidit Iesum stantem, quem nos credimus regnantem, & quiescentem, eo, quod Iesum habebat propugnatorem, & susceptorem.

SE-

SEPTIMVS ARTICVLVS.

Inde venturus est iudicare, viuos, & mortuos.

1 *Christus in die Iudicij in carne humana veniet,*
2 *Iudicium quomodo fiet.*
3 *In iudicio quibus de rebus rationem reddemus.*
4 *Christus iudicabit viuos, & mortuos, & quomodo.*
5 *Iudicium quotuplex est.*
6 *Pater cum Filio ad iudicandum veniet.*
7 *Iudicium terribile erit ex omni parte.*
6 *Iudicij locus erit in Valle Iosaphat.*
9 *Iudicij extremi tempus.*
10 *In iudicio duæ sententiæ ferentur, vna pro bonis, alia contra malos.*

Cap. XVIII.

1 QVæritur, in die Iudicij Christus ad iudicandum quomodo veniet? Respondetur, veniet in carne humana glorificata, cum maiestate. Inde, id est, è cælis ad quos ascendit, cum nubibus cæli descendet, iudicabitq. viuos, & mortuos, id est, omnes homines, qui sunt, fuerunt, & erunt; non solum de gestis, sed etiam de cogitatis, reddés vnicuique secundum opera sua, de quo habetur Isai. 3. vbi dicitur: Dominus ad iudicium veniet cũ senioribus populi sui, & principibus eius. Et Ps. 97. Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate. Et Ioan. cap. 3. In Valle Iosaphat iudicabit omnes gentes. & in eo. c. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in Valle Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi. & in eod. cap. Consurgent, & ascendent gentes in Valle Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu.

2 Quomodo fiet istud iudicium? ℞. segregabit oues ab hœdis, id est, iustos segregabit ab iniustis; iustos quidẽ in cælestibus collocans; iniustos verò in profunda inferni ad sempiternas pœnas relegans.

3 Quæritur, quibus de rebus rationem reddere debemus in tali iudicio? Respõdetur, in isto vniuersali iudicio reddituri sumus rationem districtam. Vnde Eccl. 12. cuncta, quæ sunt adducet Dominus ad iudicium. Nam reddituri sumus rationem de cogitationibus nostris. Vnde Greg. Sicut Deus cogitationes vniuscuiusque considerat, sic cunctos gressus dinumerat, vt nec minutissimæ cogitationes, quæ apud nos vsu valuerunt in eius iudicio indiscussæ remaneant. Sap. cap. 1. In cogitationibus impij interrogatio erit.

Item reddituri sumus rationem de omnibus verbis. Matth. cap. 12. De omni verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Item de omnibus operibus nostris, quæ gessimus in corpore, scilicet de omni gressu, visu, auditu, & sic de alijs. vnde Apostolus Corinth. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque prout gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum. Item de rebus temporalibus, quomodo lucratus est illas, quomodo possedisti, & quomodo expendisti. Item quilibet de officio, & artificio suo, tam de artificijs, quam de officijs, & magistratibus, iudicibus, & sic de alijs omnibus, tam sæcularibus, quàm Ecclesiasticis. Item quilibet de statu suo, siue matrimoniali, siue viduali, aut virginali, quomodo quisque secundum statum suum vixerit.

4 Quæritur, quomodo Christus iudicabit viuos, & mortuos, quia dicitur in Psalm. 1. Impij non resurgunt in iudicio. Respondetur, quod glossa distinguit quatuor ordines futuros in iudicio. Nam quidam iudicabunt, & non iudicabuntur, sicut perfecti; quidam iudicabuntur, & non iudicabunt, sicut mali Christiani, quidam iudicabunt, & iudicabuntur, sicut mediocriter boni, quidam nec iudicabuntur, quia iam iudicati, & condemnati sunt, sicut infideles, de quibus dicitur Ioan. 4. Qui non credit iam iudicatus est. Nunc ad solutionem huius quæsiti, dico, quod Christus iudicabit viuos, & mortuos, quia omnes stabunt ante tribunal Christi, 2. ad Cor. 5.

Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt diximus supra.

5 Quotuplex est iudicium? Respondetur, duplex, particulare, & generale. Particulare contingit in morte hominis. Vnde Innocentius de vtilitate humanæ conditionis libro tertio, dicit: Quod tam bonus, quàm malus, antequam anima egrediatur de corpore, videt Christum, quasi in Cruce positum, malus ad confusionem, vt erubescat se non esse redemptum, & sua culpa sanguinem Christi fructum redemptionis non habere. Vnde de malis dicitur: Viderunt in quem pupugerunt, quod intelligitur de Christi aduentu ad iudicium, & aduentu ad idem mortis. Hæc ille. Vnde Lucæ cap. duodecimo. Estote parati, quia qua hora non putaris, Filius hominis veniet. Generale verò iudicium est, in quo omnes homines simul iudicabuntur. 2. Corinth. cap. quinto. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi &c.

6 Quæritur, vtrum Pater ad iudicandum, etiam cum Filio veniet? Respondetur quod quamuis numquam recedat à Filio Pater, ad iudicandum tamen viuos, & mortuos, non ipse dicitur, sed Filius affuturus, quia ibi nec Patris, nec Filij diuinitas, sed illa forma videbitur Filij, quam sibi per sacramentum incarnationis copulauit. In ipsa ergo erit iudex, quæ coram iudice stetit, in ipsa iudicabit, quæ iudicata est, vt videant impij eius gloriam, in cuius mansuetudine fremuerunt. Talis ergo apparebit iudex, qualis videri possit ab eis, quos est coronaturus, & ab eis, quos est damnaturus. Pater autem non apparebit, quia forma serui non est indutus; sed Filius, qui est homo etiam factus, dedit iudicij potestatem, Ioan. quinto.

7 Quæritur aliquid de qualitate iudicij extremi? Respondetur, quod vltimum iudicium erit horribile ex omni parte, Matthæi decimo tertio, & decimo quarto, quia supra erit iudex austerus, & iratus, subtus patens infernus, intus conscientia remordens, extra mundus ardens, à dextris peccata accusantia, à finistris dæmonia terrentia, contra illos boni Angeli in infernum propellentes, & omnes Sancti Iudicis sententiam approbantes, & omnes mali cum bonis peccata damnatorum cognoscentes.

Item de qualitate iudicij extremi, dico, quod erit horribile. Lucæ vigesimo primo. Virtutes cælorum mouebuntur. Intolerabile. Iob decimo quarto. Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, &c. Ineuitabile, Apost. 2. ad Corinth. quinto. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi. Inopinabile. 1. Thes. 5. Quia dies Domini sicut fur nocte ita veniet. Inexorabile. Prouerb. 6. Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ. Erubescibile. Apost. Rom. 6. Quem fructum habebitis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?

Prædicta verò erubescentia erit in duobus. Primò in veniendo ad iudicium, quia mali cum habeant corpora ponderosa, oportet eos illuc portari ab Angelis; sicut Abacuch portatus fuit ad lacum leonum in Babylonem Dan. 14. Secundo in stando coram Iudice, quia peccata eorum omnibus erunt manifesta. Vnde illud Num. 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua &c.

8 Quæritur, quo in loco celebrandum est iudicium? Respondetur, locus iudicij erit in Valle Iosaphat (vt supra dictum est) & hoc multiplici ratione.

Prima, quia locum iudicij oportet esse communem, sed Ierusalem, & terra adiacens videtur esse communis, cum sit quasi medius nostræ habitationis locus.

Secunda, quia debet esse publicus, sed locus prædictus est famosissimus propter opera nostræ redemptionis, quæ ibidem gesta sunt.

Tertia, competit locus ille ratione negotij, quia tractandum est ibi opus misericordiæ, & iustitiæ. Mons Oliueti, qui est apud illam vallem, in quo Christus ascendit in cælum, designat misericordiam; Iosaphat autem, quod interpretatur iudicium, designat iustitiam.

9 Quando erit iudicium istud extremum? Respondetur, tempus extremi iudicij erit in fine sæculi. De die verò, & hora incertum est. Matth. cap. 25. De die autem illa innotescit. Vnde sciendum

dum est, quod certam, & determinatam horam nemo scire potest, nisi cui solus Deus voluit reuelare. Quidam enim dicunt, extremum iudicium fieri in media nocte, iuxta illud Matth. cap. 25. Media nocte clamor factus est; ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Quidam dicunt fieri de mane, scilicet in aurora, allegantes illud Psalm. In matutino interficiebant omnes peccatores terræ. Sed Aug. quia veniet quando non sperabitur. Vigilate ergo, quia nescitis diem, neque horam. Matth. 24.

10 Quæritur, quæ sententia ferenda est in iudicio? Respondetur, quod in iudicio duæ sententiæ ferentur; vna pro bonis, alia contra malos. Sententia pro bonis continet septem clausulas. Prima est amabilis vocatio, ibi, venite. Secunda, diuina benedictio, ibi, benedicti. Tertia, paterna dilectio, ibi, patris mei. Quarta est, remunerationis retributio, ibi, percipite. Quinta est, regni assignatio, ibi, regnum. Sexta est gloriæ præparatio, ibi, quod vobis paratũ est. Septima est, æterna prædestinatio, ibi, ab origine mundi.

Sententia contra malos continet in ipsa sex clausulas. Prima à Deo separationem, cum dicitur, ite. Secundò, maledictionem, ibi, maledicti. Tertiò incarcerationem, per hanc præpositionem, in, designatam. Quartò, pœnæ acerbitatem, ibi, ignem. Quintò liberationis desperationem, ibi, æternam. Sextò, dæmonum associationem, ibi, qui paratus est diabolo, & Angelis eius.

OCTAVVS ARTICVLVS.

Credo in Spiritum sanctum.

SVMMARIVM.

1 *Spiritus sanctus procedit à Patre, & Filio, & quomodo.*

Cap. XIX.

1 HIc articulus, tertiam Trinitatis personam exprimit, Spiritum sanctũ, qui est persona à Patre, & Filio ineffabiliter, & æternaliter, æterna processione procedens; Patri, Filio perfectione, virtute, & maiestate per omnia æqualis, eademq. adoratione cum ipsis colenda. Et quum sit substantia vna, & simplex, eadem in tempore à Patre, & Filio procedendo ad sanctificandum animas mittitur. Fons, vitæ, & sanctificationis. Nam sicut vita corporis anima est, ita moritur anima, si deserat eam Spiritus sanctus.

Item credere debemus in Spiritum sanctum; de quo habetur Ioel. cap. 2. vbi dixit Deus de Spiritu sancto, quem debebat mittere in die Pentecostes. Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri &c. & Egeæ cap. 2. Spiritus meus erit in medio vestri.

NONVS ARTICVLVS.

Sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiam sanctam catholicam credere debemus, quæ significata est per arcam Noe.*

2 *Ecclesia sancta in tres partes diuisa.*

Cap. XX.

1 CRedo sanctam Ecclesiam esse vnã Deo congregatam per totum mundum, cap. 1. §. vna verò, de sum. Trinit. & fide cathol. in qua est vna fides, vnum baptisma; in qua vnus Deus creditur Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Et extra quam Ecclesiam nemo potest saluari. De quo habetur Siph. cap. 2. Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia, quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me non est alia. Et Siph. cap. vltimo. dicit Spiritus sanctus: Reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nemine Domini, & seruiant ei humero vno. Nam omnes Christiani dicuutur esse vnum corpus Ecclesiæ,

iuxta illud Pauli ad Roman. cap. 12. licet per alia verba. Mali etiam eius membra sunt, sed putrida, & per peccata mortua. Quæ Ecclesia est vnica, & non plures; sicut vna fuit arca Noe, in qua tantum salui facti sunt homines à diluuio. Alijs verò, qui extra arcam Noe erant, aqua diluuij obrutis sic extra vnam Ecclesiam, non est salus. Catholica enim est, id est. vniuersalis, quia omnes, vt de ea sint, obligantur: eadem sancta est, non habitura in futuro sæculo maculam, nec rugam, quoniam Christi dilecti sui sponsi sanguine ab omni peccati inquinamento in hoc sæculo semper mundatur, vt tandem in futuro hæc consumetur mundatio. Aug. lib. 1. de nuptijs, & concupiscentia, ad Val. cap. 34. Eadem Apostolica est, id est, Apostolorum prædicatione fundata, & stabilita, qui post Christum fuerunt ipsius Ecclesiæ fundatores. Credo Sanctorum communionem, id est, credo, quod iusti Dei indulti, & gratia, & inuicem communicant, in quantum sunt participes omnium bonorum spiritualium, quæ fiunt in vniuersali Ecclesia. Psalm. 118. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Et Sap. cap. 7. dicitur, sine inuidia communico; dicit quilibet sanctus. Item sciendum, quod ille articulus sic intelligitur. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam sanctificantem. Item Ecclesia est congregatio fidelium, & quilibet in gratia existens, est membrum Ecclesiæ sanctæ, & Christus est caput. Vnde Apostol. ad Ephes. cap. 5. Vir est caput mulieris, sicut Christus est caput Ecclesiæ.

2 Est autem Ecclesia sancta in tres partes diuisa. Vna est in mundo, quæ adhuc est in timore, & expectatione. Secunda est in cælo, quæ est sine timore, & sine expectatione. Tertia est in purgatorio, quæ medio modo se habet, quia est in expectatione, cum adhuc gloriam vitæ non habeat; & tamen sine timore, quia habet liberum arbitrium in bono confirmatum.

Istas tres partes Ecclesiæ representant tres partes Sacramenti Eucharistiæ, quæ in altari fiunt.

DECIMVS ARTICVLVS.

Credo remissionem peccatorum.

Cap. XXI.

1 Remissionem peccatorum Ecclesia potest remediare.

Credo remissionem peccatorum, id est, credo, quod quantuncunque, & quotiescunque homo peccauerit; tamen per integram contritionem, confessionem, & satisfactionem, ex Dei misericordia consequetur in Ecclesia peccatorum remissionem. Quando quidem nulla peccata infinitam Dei bonitatem vincunt, quorum numerus est finitus, & Dei misericordia est infinita: de qua remissione habetur Soph. 2. Hæc est ciuitas gloriosa habitans in cōfidentia, quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me nō est alia, & sequitur pro eodem articulo. Matth. 2. Cum odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Israel. Per hunc articulum, vltra pænitentiæ sacramentum, etiam alia sex sacramenta Ecclesiæ possunt intelligi: vt sacramentum Baptismi, Confirmationis, Ordinis, sacrosanctæ Eucharistiæ, Matrimonij, & extremæ Vnctionis; quoniam ipsa sacramenta peccatorū remissionem, & gratiæ impetrationē mirificè, & efficienter cōferunt ritè suscipientibus, & quibus aliunde nullum est impedimentum.

Item remissionē peccatorū, vt habetur Ezech. cap. 36. vbi dicit Deus de aqua baptismali: Effundā super vos aquam mundam, & mūdabimini ab omnibus inquinamentis vestris. & Zach. cap. 9. Suscitabo filios Syon. Et Ezech. c. 27. ossa arida audite verbū Dñi: Hæc dicit Dñs Deus. Ecce ego intromittam in vobis spiritum, & viuetis. Et Isai. c. 26. viuent mortui tui, & interfecti tui resurgent. Expergiscimini, & laudate, qui habitatis in puluere, pro quo sciendū etiam, quod sacramentorū cōio, est bonorum spiritualium per sanctos acquisitorum congregatio.

item breuiter tenendum, quod omne peccatum siue actuale, siue originale in Ecclesia potest remediari, & mereri. Nam per baptismum tollitur omne peccatum in baptismo non fictè accedente, siue ille baptizatus sit adultus, siue paruulus.

Item post baptismum quotiescunque quis lapsus fuerit in peccatum, siue sit mortale, siue sit veniale, poterit per veram pænitentiam reparari. Ergo firmiter credere debet quilibet, quod in Ecclesia Catholica est remissio omnium peccatorum: & in nulla alia septa, quia extra Ecclesiam non est salus: & contra istum articulum faciunt omnes desperati, qui propter magnitudinem peccatorum se desperant, quod est maximum peccatum; & quod mederi non potest, ergo credere debemus remissionem peccatorum quantumcunque magnus sit peccator; ac etiam si mille millia peccata mortalia commisit, in quocunque die quis, tamen desperare non debet. Vnde August. super Ioannem. de nemine est desperandum in hac vita. Bernard. Maior est Dei pietas, quam quæuis iniquitas.

VNDECIMVS ARTICVLVS.

Carnis resurrectionem.

SVMMARIVM.

1 *Carnis resurrectionem credere debemus.*
2 *Corpus in fine sæculi, non autem anima resuscitabit.*

Cap. XXII.

1 CRedo carnis resurrectionem, de quo habetur Zach. 9. Suscitabo filios tuos Syon. Et Ezech. cap. 37. Vbi dicitur à Domino mortuis resurrecturis. Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulcris vestris; & dabo spiritum in vobis, & viuetis. Et Daniel. cap. 12. dicit. Qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt. Et Abdiæ cap. 1. Et erit Dominus regnum. Et Daniel. cap. 7. Suscipient autem Sancti Dei altissimi, & obtinebunt vsque in sæculum, & sæculum sæculorum. Vbi sciendum, quod credere debemus, quod omnes homines simul resurgent in die nouissimo tam mali, quàm boni, & quilibet resurget in eodem corpore, quo viuit, quãuis enim corpora in cinerem, & puluerem redacta sint; tamen omnia ista, quæ spectant ad complementum corporis redibunt, & idem corpus resurget, & omnes resurgemus in illa ætate, in qua Christus fuit, quando mortem pro nobis sustinuit, & tam senes, quàm iuuenes.

2 Quæritur, vtrum resurgant animæ? Respondetur, in fine, & in consummatione sæculi, fit resurrectio corporum, non autem animarum (vt diximus supra) qui in nouissimo die. id tantum resurget, quod per mortem interiecit. Animæ verò humanæ post mortem corporis, manent superstites, non sustinent interitum; sed sola hominum corpora sentiunt obitum, & dissolutionem in puluerem: & ideo ea sola resurgent ad eandem animam, quam prius habuerint redeundo. Et quæ nunc mortalia, & corruptibilia sunt, resurrectionis gratia immortalitatem, & incorruptionẽ induunt; sic vt corruptionem non passura sint vltra, nec mortem, non natura carnis abiecta (semper enim caro erit) sed conditione eius, & qualitate mutata, quia non erit corruptibilis, vt prius; non solum iustorum, sed etiam iniustorum. Iustorum quidem non iterum in terra cum pecudibus viuat, sed vt in cælo cũ Christo, & Angelis permanere possit. Iniustorum verò non iterum in terra suis voluptatibus indulgeat: sed vt in inferno absque interitu suo in æternum debitas luet pœnas. Iusti enim in gloriæ perpetuitatem in corporibus, sicut sol fulgentibus, resurgent. Iniusti verò ad confusiones, & pœnæ perpetuitatem in obscenis, & immundis corporibus, vt dicunt Theologi in 3. sent. dist. 25.

DVODECIMVS ARTICVLVS.

Credo vitam æternam. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Animæ viuent immortales post corporis mortem.*
2 *Articuli quare dicuntur duodecim.*
3 *Articuli pertinentes ad diuinitatem.*
4 *Articuli pertinentes ad humanitatem.*
5 *Articulis credere tenentur oēs Christiani.*

Cap. XXIII.

1 CRedere vitam æternam quilibet debet, id est, quod post corporis mortem animæ viuent immortales: boni enim habebunt (vt diximus supra) gaudium sempiternum, mali autem pœnam. Vnde Matth. cap. 25. Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. De quo Abdiæ 1. Et erit Dominus regnum. Et Daniel 7. Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi, & obtinebunt vsque in sæculum, & sæculum sæculorum. Et ante diem Iudicij sine corpore, post diem Iudicij etiam cum corpore. Nam sicut Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Sic omnes resurgent, non, vt iterum morituri. Præcipitabit enim Dominus mortem in sempiternum.

Istos autē articulos non omnes Theologi attribuunt eo ordine, quem assignauimus ipsis Apostolis; sed quod nos attribuimus Andreæ, ipsi attribuunt Ioanni, vel Iacobo maiori, & sic de alijs. Sed hoc nihil refert, quia de hoc in scriptura authentica non habetur, nisi glos. in cap. vnic. de reliq. & vener. Sanctorū §. duodeno. vbi ponuntur nomina duodecim Apostolorum. Vbi notandum, quod isti sunt duodecim articuli Fidei Catholicæ, quos quilibet Christianus scire, & in nullo eorum errare tenetur. Nam Iacob. cap. 2. dicitur, qui seruauerit totam legem, offenderit autem in vno, scilicet, Fidei articulo, & secundum S. Bonau. Factus est omnium reus. Et Salomon. Ecclesiast. cap. 9. ait. Qui offenderit in vno, scilicet, articulo, multa bona perdet. Aug. etiam in lib. de moribus Ecclesiæ dicit, etiam si perseueraueris in omnibus fidei bonis, deficies autem in vno, iustitia Dei iudicabit te, ac si nullum cunque fecisses bonum. Et ideo, inquit Athanasius in Symbolo suo. Quicunque vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat catholicam fidem, quam nisi quisque integram, inuiolatamq. seruauerit, absque dubio in æternum peribit.

2 Quæritur, quare dicuntur duodecim articuli, cum comprehenduntur in eis quaturdecim sententiæ? Respondetur secundum Rich. lib. 3. sent. dist. 25. art. 2. quæst. 1. quod si respectus habeatur ad eos, qui Symbolum ediderunt, tunc articuli sunt duodecim, secundum numerum duodecim Apostolorum. Si autem consideremus, quæ radicaliter in eis cōprehendunt in se quatuordecim veritates; quorum septem spectant ad diuinitatem, & septem ad Christi humanitatem. Et hæc signata sunt in septem stellis, & septem candelabris aureis, in quorum medio filius hominis ambulabat, vt habetur Apoc. 1.

3 Qui sunt articuli pertinentes ad diuinitatem? Respondetur, quod primus est vnum Deum esse, id est, credere diuinæ essentiæ vnitatem, & notatur ibi: Credo in Deum. Et in symbolo Niceno, additur vnum.

Secundus est credere in personam Patris. Quantum ad hunc articulum, dicitur in vtroque Symbolo: Patrem omnipotentem.

Tertius est, credere in personam Filij. Quantum ad hunc articulum, dicitur in Symbolo Apostolorū: Et in Iesum Christum Filium eius vnicum Dominum nostrum. In Symbolo verò Niceno: Et in vnum Dominum Iesum Christum Filiū Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum consubstantialem Patri per quem omnia facta sunt.

Quartus articulus, est credere Deum Spiritum sanctum esse, id est credere in perso-

personam Spiritus sancti. Quantum ad hunc articulum, dicitur in Symbolo Apostolorum: Credo in Spiritum sanctum. In Symbolo autem Niceno: Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioq. procedit, qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & cum glorificatur, qui locutus est per Prophetas. Sic patet, quod prædicti quatuor articuli sunt de vnitate diuinæ essentiæ, & trinitate personarum.

Quintus est credere Deum omnium creatorem. Quantum ad hunc articulū, dicitur in Symbolo Apostolorum: Creatorem cæli, & terræ. Et in Symbolo Niceno: Factorem cæli, & terræ visibilium omnium, & inuisibilium.

Sextus est credere remissionem peccatorum his, qui sunt in Ecclesia. Quantum ad hunc articulum dicitur in Symbolo Apostolorum: Sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionē, remissionem peccatorum. In Symbolo autem Niceno: Vnam sanctam catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum.

Septimus articulus est credere resurrectionem mortuorum. Quantū ad hunc articulum dicitur in Symbolo Apostolorum: Carnis resurrectionem, vitā æternā Amen. In Symbolo autem Niceno: Et expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen. In hoc articulo exprimitur remuneratio bonorū, & intelligitur etiam punitio malorum.

Et isti tres articuli pertinent ad diuinitatem, quia virtute diuinitatis, fit peccatorum remissio, quæ est animæ viuificatio, & corporum resurrectio, atq; corporis simul, & animæ glorificatio.

4 Qui sunt articuli pertinentes ad humanitatem Christi? ℞. sunt alij sequētes. Primus est credere Filium Dei esse conceptum de Spiritu sancto, ibi, qui conceptus est de Spiritu sancto.

Secundus est credere filium Dei natū ex Maria Virgine. Quantum ad hos duos articulos, dicitur in Symbolo Apostolorum: Qui conceptus est de Spiritu sancto natus ex Maria Virgine. In Symbolo autē Niceno: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis: & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est.

Tertius est credere Dei filium passum, crucifixum, mortuum, & sepultū. Quantum ad hunc articulum dicitur in Symbolo Apostolorum: Passus sub Pontio Pilato crucifixus, mortuus, & sepultus. In Symbolo Niceno: Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus, & sepultus est.

Quartus est credere filium Dei descēdisse ad inferos secundum animam, ibi in Symbolo Apostolorum. Descendit ad inferos.

Quintus est credere filium Dei resurrexisse à mortuis. Quantum ad hunc articulum dicitur in Symbolo Apostolorū. Tertia die resurrexit à mortuis. In Symbolo autem Niceno: Et resurrexit tertia die secundum scripturas.

Sextus est credere filiū Dei ascendisse in cælum. Quantum ad hunc articulum, dicitur in vtroque Symbolo: Ascendit in cælum, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.

Septimus est credere filium Dei iudicaturum viuos, & mortuos. Quantum ad hunc articulum dicitur in Symbolo Apostolorum: Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos. In Symbolo autē Niceno: Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis.

Et sic patet, quod quantum ad veritatem in se contentas Symbolum fidei habet quatuordecim articulos; sed dicuntur duodecim respectu duodecim Apostolorum componentium. Et iste numerus duodenarius, qui constat ex numero ternario quatuor vicibus cumulato, significat fidem Trinitatis in doctrinam quatuor Euangeliorum. Ideo hæc collectio, & compositio, duodecim articulorū appellata est Symbolum. Vnde hæc collectio facta est, vt omnes nationes in vnā religionem, & fidem conuenirent. Et dicit Alex. de Ales. in 3. par. sum. in tractatu de fide, quod omnes Christiani post aduentum Christi tenentur credere omnes articulos.

5 Quæritur, quomodo omnes tenentur credere omnes articulos, cum inueniātur multi rustici, & ignorantes, qui cum pe-

corum,aliorumq. animalium custodia in agro,vel nemore viuunt,& raro in Vrbē, siue Castrum, & similibus, se conferunt? ℞. quod peius est,quia sunt multi in ciuitatibus, castris, & villis, vbi Doctrinam Christianam possent facile ediscere, & nolunt, ac illam penitus ignorant; dico igitur, quod tripliciter articuli fidei possunt credi,scilicet, aut omnes implicitè, & quosdam explicitè, aut omnes explicitè. Credere omnes implicitè,& in cōfuso, est fidei diminutæ, quia non sufficit sic solum in generali credere, quod sancta Mater Ecclesia credit,vt quidā ignorantes faciunt peiores infidelibus, & Iudæis,qui non ignorant legem suā. Adeo enim clara est quorundam articulorum notitiā, quod nullus habens vsum rationis, potest illos ignorare, nisi per maximam,& crassam ignorantiā,& culpā, qū inter Christianos est enutritus. Et ideo de tali fide implicita,quilibet verus fidelis tenetur habere de Deo magnam fidē, & de Domino Iesu Christo, nec debet habere paruam; quia apud Deū,& Christum, quod paruum est non reputatur. Credere quosdam implicitè, & quosdā explicitè, & fidei ad salutem necessaria; potest, enim ad supplicium salutem sufficere.

Ad illos autem articulos explicitè credendos tenentur, quos manifestat eis. prædicatio,aut vsus Ecclesiasticus, sicut est de vnitate essentiæ diuinæ, & Trinitate personarum,quæ omnia possunt cognosci ex actu signationis,scilicet: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Dum dicitur in nomine, & non in nominibus, vt significetur vnitas deitatis,& postea nominantur tres personæ.

Similiter articulus de Incarnatione Christi,& Natiuitate,Passione, & Resurrectione,atque Ascensione eius,potest cognosci ex solemnitatibus, quas celebrat Ecclesia. Articuli etiam de remissione peccatorum, potest quilibet cognoscere ex sacramento pænitentiæ, & confessione. Et similiter ex baptismo, quod videt in Ecclesia frequentari. Articulum etiā de Spiritu sancto,potes aliqualiter intelligere ex solemnitate Pentecostes. Alios autem articulos sufficit simplicibus, & alijs communibus personis credere implicitè,ita quod nulli dissentiant.

Credere autem omnes explicitè est fidei distinctè,& iam perfectè. Et hoc non est de generali fidei veritate, sed tantum ad illos pertinent, qui officium prædicandi in populo habent, vel curam animarum suscipiunt. Tales enim debent esse periti.36. distinct. cap. qui Ecclesiasticis, & cap. si quis. & distinct. 38.cap. ignorantia.

Illi ergo, qui habent curam animarum, vel prædicandi officium, tenentur ad fidem explicitam; quia debent scire omnes articulos fidei declarare. Vt etiā inquit S. Thom.2.2.quæst.2.art.6.Vbi dicit, quod sicut reuelatio diuina fit inferioribus Angelis, per superiores, vt inquit Dionysius 4. cap. cælestis hierarch. ita explicatio fidei debet peruenire ad minores homines, per maiores, id est, Prædicatores, & Prælatos, ex sententia Alex.de Ales.in 3.par.sum.in tractatu de his, quæ pertinent ad rectitudinem intentionis,quæst. antepenul. & allegat illud 1. Petr. 3. cap, Parati ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ vobis est fide, & spe. Vnde multi sunt Prædicatores, animarumq. rectores,qui cum teneantur alios instruere de articulis fidei, ipsi eos ignorant, aut non bene intelligunt. Et ideo dicit Celestinus Papa in cap. ordinatos. 59. dist. Debet ante esse Discipulus quisquis Doctor esse desiderat, vt possit docere, quod didicit.

5 Omnes ergo Christiani debent Symbolum Apostolorum scire. Præcipit enim Ecclesia curatis, vt doceant subditos suos orationem Dominicam, & Symbolum,cap.Deus,qui iuxta glos.de pænit.& remiss.& de vita,& honest. cleric. cap. vt quisquis, & ibi glos. Ergo etiam ex consequenti præcepit subditis,vt adiscant,& tenentur obedire. cap. si quis presbyteri. 81. dist. Similiter illis, qui leuauerunt puerum de baptismo præcipit, vt eum doceant Symbolum, & orationem Dominicam, quam, & ipsi tenentur scire, cap. nos ante omnia, de consec. distin. 4. Item præcipit omnibus adultis baptizatis,vt ipsum Symbolum addiscant,in c. baptizandos,ead.dist.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vitia fidei opposita.*
2 *Infidelitas, quæ sit.*

De Vitijs fidei oppositis. Cap. XXIV.

1 QVæ Vitia opponuntur fidei? ℞. infidelitas, heresis, & apostasia; Nam aut aliquis nunquam suscepit fidem, & ita est infidelitas, aut suscepit fidem, & deseruit, & quidem si à tota fide discessit, est apostasia à fide: Si in aliquo, vel vno articulo tantum, aut aliquibus, est hæresis: Vt scribit Brulif. dist. 39. q. 1. lib. 4.

2 Quid est infidelitas? ℞. est dpplex, altera negatiua, scilicet, cum quis omnino ignorat fidem, nec prædicantem animo audiuit. Altera contraria, prauæ scilicet, dispositionis; cum audiuit, quid est fides veruntamen repugnat, nec eam vult recipere.

Accipitur autem Infidelitas aliquando generaliter lato sumpto vocabulo, vt sub se etiam comprehendat hæresim, & apostasiam, ac tūc nil aliud erit, quam fidei negatio. Et vt inquit Gers. par. 2. in regulis moralibus, ab infidelis venit Infidelitas, cuius species sunt tres, vt dicit S. Tho. 2. 2. q. 10. art. 5. & 6. scilicet Paganorum, quæ grauis est, Iudeorum, quæ grauior: Hæreticorum, quæ grauissima.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis quid sit.*
2 *Error quomodo differat ab Hæresi.*
3 *Obstinatio, & pertinacia in quib⁹ differāt.*
4 *Dubius in fide quis dicatur.*
5 *Hæreticorum pœna quæ.*
6 *Hæresis tantum mentalis non incidit in excommunicationem.*
7 *Hæretici, schismatici, & apostatæ quomodo reconciliandi.*
8 *Negans ore, sed mente fide intactam seruans non est hæreticus.*
9 *Papa solus potest decidere quæstiones dubias de hæresi.*

De Hęresi. Cap. XXV.

1 QVicunq. aliter scripturam intelligit quā sensus Spiritus sācti efflagitat, à quo scriptura est, licet ab Eccl. nō recesserit, tñ hæreticus appellari potest Hyer.

1 Quid est hæresis? ℞. est error cum pertinacia, quantum vnusquisq. elegit disciplinā, quā putat esse meliorē sm̄ Hyeronimū in Epistola al Galat. & habetur 24. q. 3. c. Hęresis, & Hęresis ratione pertinaciæ est species peccati in Spiritū sanctū, scilicet impugnatio veritatis, sm̄. S. Tho. 4. sent. dist. 14. q. 2. art. 2. & ab eo, venit hæreticus tamquā concretum ab abstracto. Vide Ocham in dialogo part 1. qui multa scribit de hæreticis, & de hæresi, & idem lib. 2. partis primæ dialogi. c. 6. & post eū, Gabr. dist. 13. q. 2. lib. 4. ac etiam Hyero. qui dicuut quod hæresis est dogma falsū fidei contrarium orthodoxæ, idest error contrarius catholicæ veritati; Magister errotis est, qui nō vult esse discipulus veritatis, & tali non est contrariandum, sed euitandus est post primā, & secundā correctionē, vt 24. q. c. qd autē, nisi esset dānatus de hæresi, quia tūc post vnā monitionem vitabiur, vt in gl. c. 1. de hæreticis.

2 In hoc autem differt error ab hæresi, quia in hæresi est animi pertinacia, non quæcūq. sed contra Ecclesiam In errore autē est sola falsitas, tamen cū obedientia Ecclesiæ, ita vt si sciret contrariū Ecclesiam tenere, idem ipse cū Ecclesia sentiret. Vnde meritò Aug. in Ench. c. 20. dicebat. Errare potero, sed non ero hæreticus, & idē etiā dicit Hyeronimus. Cum ergo aliquis sit paratus ad obediendum Ecclesiæ, & credendum, sed ex ignorantia est deceptus; esset error, non autem hæresis, nisi tantum marerialiter, sed ille, qui est fidei ortodoxæ contrarius, adiuncta pertinacia. i. obstinatione, quod velit persistere in errore, ille est hæreticus, ita text. in c. dicit, & c. qui in Ecclesia 34. q. 3. vbi Aug. ibi inquit. Qui in Ecclesia Dei morbidū aliquid, prauūq. sapiunt si correpti, vt sacrū rectūq; sapiant, resistunt contumaciter, suaq; pestifera dogmata emēdare nolūt, sed defendere persistant, hæretici sunt. S. Th. 2. 2. q. 11. art. 2. ad idem; est etiā clem. vnica. §. porrò de

summ.

summ. Trinit. glos. extrauag. Ioann. 22. in princ. cum inter nonnullos, vers. pertinaciter.

3 Notandum autem est aliud esse obstinationem, & aliud pertinaciam: nam pertinaciam intelligimus si fit vnico actu dumtaxat contra Ecclesiæ determinationem. Nam dum, quis sciat Ecclesiam definiuisse, & sentire contrarium etiam vnico solo actu contra Ecclesiam in hæresim incidit, & erit hæreticus, quãtumuis fortè non sit obstinatus in eo, sed admonitus, & correptus, fortè resipisceret, obstinatus autem est, qui firmus, & costans in malo, seu errore, quod cognoscit, eum etiam admonitus in eo perseuerat.

Differunt, Dogma, Error, Temerarium. Impium, Scandalosum, Malesonans, Periculosum, suspectum de hæresi, & hæreticum, vt vi, & energia ipsorum verborum poterit colligi.

4 Quæritur dubius in fide est ne infidelis dicendus, vel hæreticus? ℞. duplex est dubium, aut affirmatiuum, cum quis affirmat esse dubium, quod Ecclesia credit vt v.g. transubstantiationem, & hoc esset hæresis. Alterum est dubium negatiuũ nihil affirmans, cum scilicet, fluctuat eius mens, nil tamen statuendo, & hæc non est hæresis, sed fidei solum infirmitas.

5 Quæ pœna est hæreticorum? ℞. multiplex, sed primo qui manifeste in hæresi depræhensi sunt, si mox arbitrio Ecclesiæ satisfaciant, si sint laici, statim, si sint clerici, prius à suis ordinibus degradati, debent exponi iustitiæ seculari animaduersione debita puniendi, ne ouis morbida totum inficiat gregem. Item sunt ipso facto excommunicati, Irregulares, & priuantur bonis, & dignitate omni iurisdictione, & officio, & beneficijs, & subditi liberantur ab eorum subiectione, seruitio, iuramento, ac fidelitatis debito, nec sepelliuntur in loco sacro, nisi resipuerint, & absoluti fuerint ante mortem & denique possunt non solum iuste puniri pœna pecuniaria, vel exilij, sed etiam capitis, & ignis. Dei enim potestas, vt ait Paulus, non sine causa gladium portat, & Io. 15. si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescent, & colligẽt eos, vt in ignẽ mittent, & ardet lex etiam humana imponit supplicium, vt l. Arriani. C. de hæret. quod alia lex interpretatur pœnam capitis. ff. de pœn. l. capitalium: nec etiam solum hæretici sunt excommunicati, sed etiam eis credentes fauentes, receptores, defensores, & legentes eorum libros, vel tenentes, aut imprimentes, ac quomodolibet defendentes. Credentes autem hæreticis dicuntur, qui licet in particulari nesciant hæreses, quos alij affirmant, tamen in genere credunt, quod alij explicitè credunt, ergo dicuntur, & habendi sunt omnes, qui verbo, vel facto ostendunt se credere etiam nutu, quod alij credunt, dummodo ita etiam mente sentiant.

6 Quæritur vtrum, quis incidat in excommunicationem propter solam mentalem hæresim? ℞. non neque propter solam exteriorem tantum, si interius nõ consentit in hæresim exterius, quouis signo manifestaret, etiam occulto esset excommunicatus.

7 Quomodo sunt reconciliandi hæretici, vel schismatici, vel Apostatæ reddientes ad Ecclesiam? ℞. quod iuxta formam Ecclesiæ Romanæ, quam exercent Pœnitentiarij summi Pontificis, vt scilicet errorem abijciant, & cum iuramento promittant se amplius id non commissuros, & obedituros mandatis Ecclesiæ Romani Pontificis: Si vero manifestus esset hæreticus, multosque scandalizasset publicè hæresim, tunc omnino cogendus esset publicè hæresi abiurare, quantum pro manifestis criminibus, publicè iniungenda esset pœnitentia: cap. veritas de pœn. dist. 1.

8 Quæritur negans ore, sed mente intactam fidem seruans, vtrum hæreticus dicatur? ℞. si timore, aut cupiditate victi, si mente veram credunt, non sunt hæretici cap. satius 32. quæst. 4. cap. potest, & ibi Turrec. de pœnit. dist. 1. glos. in cap. non solum 11. q. 3. Caiet. 22. quæst. 12. art. 1. Hinc Marcellinum cum idolis timore victus sacrificasset, peccasse quidem, sed non peccato hæresis, fortissimis argumentis sustinet. Turrec. in d. c. potest & cap. nunc autem 21. dist. peccat igitur tantum mortaliter, quamuis sit metus cadens in virum constantem, & ratio est, quia potius quis debet conseruare vitam ani-

animæ, quam corporis. ſed committendo peccatum mortale, moritur anima, ſuſtinendo verò gladium, moritur corpus.

9 Quæritur, quis poteſt decidere quæſtiones dubias, quæ oriuntur de fide, aut religione? ℞. Papa ſolus, & non alius inferior, cap. maiores de baptiſmo, cap. frater noſter 6. quæſt. 1. cap. quoties. 24. q. 1. & in Exodo. cap. 18. id clare colligitur. Vbi Ietro Moyſi dixit prouide de omni plebe viros prudentes, & timentes Deũ, in quibus ſcit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis in tribunos centuriones, decanos, qui iudicent populum omni tempore, maiora autem referant ad te, ideſt legis præcepta, & alia huiuſmodi, vt optimè declarat. Abb. in cap. ad abſoluendam. 2. colum. de hæret. & Alphonſus Guerrero in Theatro Religionis Christianæ, num. 24.

SVMMARIVM.

1 *Schiſma idem eſt, quod ſciſſura.*
2 *Hæreſis, & ſchiſma inter ſe quomodo differant.*
3 *Schiſmaticus quis propriè dicatur.*
4 *Schiſmatici pæna eſt excommunicatio.*
5 *Hypocriſis ſpecies ſuperbiæ.*

De Schiſmate. Cap. XXVI.

1 Quæritur, quid eſt ſchiſma? ℞. ſchiſma latine, ſciſſura à ſchizo græcè quod eſt ſcindo? Hinc diuiſionem Eccleſiæ ſchiſma dicimus: Et ſchiſma eſt ſeparatio propria ſponte, & intentione ab vnitate Eccleſiæ renuens ſubeſſe Papæ, & communicare membris Eccleſiæ S. Thom. 2. 2. quæſt. 39. & ſchiſma, vt notat Gabr. diſt. 13. q. 2. art. 3. dub. 3. lib. 4 propriè acceptum eſt illicita diuiſio per inobedientiam ab vnitate Eccleſiæ facta, & hoc eſt aliquando cum hæreſi. Vt in Græcis ſe ab Eccleſia ſeparantibus cum cæteris erroribus de proceſſione Spiritus ſancti, & alijs. Aliquando eſt ſine hæreſi, ſicut ſunt, qui credunt Romanam Eccleſiam, nec aliam volunt conſtituere, ſed eam eſſe credunt apud ſe, vt contingit, quando plures intendunt de Papatu: Secundo modo accipitur largius, ſcilicet pro his, qui ſe diuidunt à proprio Epiſcopo, eum eijcientes, ſedem Epiſcopalem ſibi vſurpantes, & presbyteros ſibi ordinantes. Tertio modo largiſſimè accipitur pro omni exiſtente in peccato mortali, quia diuidit ſe à charitate Dei, & ſecundum hoc patet differentia eius ab hæretico, & per conſequens ſchiſmatis, quæ eſt in obedientia, qua quis diuiditur à ſuo ſuperiori, vel ab Eccleſia, &c.

2 Quæ differentia eſt inter hæreſim, & ſchiſma? ℞. Hyeronimus ſuper Epiſtola ad Galatas explicat dicens. Inter hæreſim, & ſchiſma hoc eſſe arbitror, quod hæreſis peruerſum dogma habet. ſchiſma poſt Epiſcopalem deceſſionem ab Eccleſia pariter ſeparat.

3 Quid eſt ſchimaticus? ℞. ſchimaticus, vt dicit Petr. de Pal. diſt. 13. quæſt. 3. lib. 4. propriè eſt, qui ab vnitate totius Eccleſia ſe diuidit, vel qui ab obedientia Romanæ Eccleſiæ ſe ſubſtrahit.

4 Quæ pæna eſt ſchiſmatici? ℞. eſt excõnicatio, & ſuſpenſio ordinatorum ab eis, & annullatio alienationum factarum ab eis, & huiuſmodi, & ſunt priuati iuriſdictione, etiam temporali, & pecuniaria, præterea pæna, & ſi opus etiam ſit, manu puniuntur armata.

5 Quid eſt hypocriſis? ℞. hypodriſis eſt ſpecies ſuperbiæ. vel hypochrita eſt, omnis, qui peccatum ſuum excuſat, & negat: de pænit. diſt. 1. taciturnitas, & ideo iſti hæretici apoſtatæ reiudaizantes, bene poſſunt dici hypochritæ. Qui enim hypochrita eſt, mortuus eſt, vt 12 quæſt. 1. nolo. Item hypochriſis; eſt vitium iactantiæ ſecundum. S. Tho. 12. q 3. art. 2. & poſt dici diſſimulatio, quia hypochrita eſt alius in verbis, & alius in factis, & ſecundum Iſidorum lib. Etym. hypocrita, vocatur deluſor, & diſſimulator, & ita Gerſ. tract. 7. ſuper Magnificat.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtaſia quid ſit.*
2 *Apoſtatæ à fide, qua pæna debetur.*
3 *Serui fugitiui pede amputato debilitantru.*

De Apostasia. Cap. XXVII.

1 QVid est Apostasia? R. Apostasia est græcum vocabulum. quod latine dicitur desertor, vel transfuga propriè dici potest. Apostasia est defectio vel discessio ab eo, quod iure quis tenebatur Apostasia est triplex, vt inquit Petr. de Pal. dist. 13. quæst. 3. art. 3. lib. 4. Prima à fide. Secunda à clero, vel obedientia, seu lege Dei. Tertia à religione: Apostasia à fide, est discessio à fide, cum quis susceptam fidem, omnino deserit. Apostasia ab obedientia Dei, est cum quis recedit à Deo, & preceptis eius nollens ei vllo modo seruire, quod quidem ex parte in omni peccato reperitur; sed tunc esset propria, & perfecta, si quis à tota lege, & præceptis in omnibus Dei, ex electione recederet, vt recessit Dæmon. Est autem superbia initium apostatandi à Deo, Apostasia à Religione, est à Religione discessio, sed hæc vel latius patens à clericorum, & sacerdotum Religione, Apostasia à clericatu, à sacerdotio, est cum quis, scilicet, rediret ad vitam laycalem, & secularia negotia, deposítio habitu, & tonsura, ac officio, & factus denique laycus ex sacerdote contra statum sacerdotalem, vel potius, & strictius Apostasia à religiosorum ordine, vbi consilia euangelica ex voti obligatione seruantur est discessio, cum religionis ordinem deserit, & hæc propria Apostasia vocatur, & idem dicit Gerson. par. 2. in regulis moralibus, quod est recessus à vera religione.

2 Quæ pæna debetur Apostatæ? R. Pæna, quæ debetur Apostatæ à fide, est eadem, quæ debetur hæreticis, & modus eos recipiendi in paucis differens: Apostata à religione ipso facto est excommunicatus, si habitum reliquit, & requirendus, & reperiendus est, nisi sit tale crimen, propter quod posset expelli quia cui damus actionem multo magis exceptionem. Vide cap. 11. 2. part.

3 Quando autem inuitè reducitur incarceretur, ne fugiat, sicut dicit lex, serui fugitiui pede amputato debilitentur. Qui autem spontè rederunt, nequaquam. Bona verò in Apostasia acquisita, sunt monasterij, quod non eos expulit, nec recipere recusauit: hæc Paludensis, vbi supra.

SVMMARIVM.

1 *Spes quid sit.*
2 *Spes, & fides, quomodo inter se differant.*

De Spe. Cap. XXVIII.

DIcit fides; parata sunt magna in excogitabilia bona à Deo fidelibus suis: dicit spes, mihi illa seruantur, nam tertia quidem charitas: curro ego, ait, ad ad illa. Bern. serm. 9. super qui habitat.

Spes est duplex, vel est effectus, scilicet erga bonum futurum desideratum, & arduum, sicut timor erga futurum malum, vel est Theologiæ Virtus, de qua videamus, quid sit, quod eius obiectum, & actus.

1 Quid est spes? R. quod est virtus infusa, per quam spectamus à Deo vitam æternam, & media ad illam, ex Christi, quidem primum gratia, deinde ex nostris meritis, quæ ex ipsa gratia in nobis pariter perueniunt. Vel ita breuiter, est virtus, qua spiritualia, & æterna bona sperantur, idest cum fiducia expectantur. Item Mag. sent. lib. 3. dicit, quod spes est certa expectatio futuræ beatitudinis ex Dei gratia. & meritis proprijs perueniens.

2 Quid differt inter fidem, & spem? R. fides est bonarum rerum, & malarum, spes est tantum bonarum, fides etiam est rerum præteritarum, præsentium, & futurarum. Spes tantum futurarum. Item fides est rerum propriarum, & alienarum. Spes est solummodo propriarum. Vnde obiectum proximum, & materiale est, id quod speramus, videlicet Beatitudo, & media ad illam. Speramus autem hanc per Dei gratiam, & mediantibus meritis, seu operibus, sed & hæc etiam speramus, & omnia à Deo danda, & ita vltimum obiectum spei, Deus ipse est, in quem speramus, & à quo hæc accepturi confidimus.

Virtutis spei actus haud dubiè, est sperare in Deo. Duplex autem est spes, seu

spei

spei actus, altera mercennaria spes, altera fidelis, sicut, & timor, alter seruilis, alter fidelis. Mercennaria est, quæ ob præmium solum adipiscendum Deo seruit, vt mercennarius, at seruus Domino fidelis, qui tanquam filius à patre se habiturum hæreditatem ingenue enim, & liberaliter patri suo seruiens Fiducia vero sperandi est quidam actus euidens, vt fuit in prophetis, & sanctis, qui reuelationem veritatum scripturæ à Deo receperant creduntur notitias tantæ certitudinis, & euidentiæ habuisse, quo omnem dubitationis motum pœnitus excluserunt. Ita sentit Ocham & Gabr distinct. 24. art. 2. conclus. 7. lib. 3. Vide latius Bonauent. Vide de augumentatione fidei Gabr. distinct. 25. quæst. vnica artic. 3. dub. 2. lib. 3. Illa tamen certitudo non fuit euidens ex euidentia rei causata per demostrationem, sed à Deo immediatè reuelante, & ideo nec fuit scientia, fuit tamen euidentia, idest certitudo maior, quam fidei, imo æqualis scientiæ, quia fides non excludit omnem motum leuem dubitationis, sed dubitationem pertinacem.

De Vitijs contrarijs: Desperatione, & Præsumptione.

SVMMARIVM.

1 *Desperatio quid sit.*
2 *Desperare nemo debet de Dei misericordia.*
3 *Desperatio omnis an sit peccatum in Spiritum sanctum.*
4 *Præsumptio quid sit.*

Prima salus est declinare culpã, secunda, non despensare veniã, quia ipse se in æternũ punit, q apud verũ iudicẽ ad pęnitentiã non recurrit Hug. lib. de vera Sap.

De Desperatione. Cap. XXIX.

SPei virtuti opponuntur vitia duo, alterum in defectu, scilicet desperatio: alterum in excessu, scilicet præsumptio, seu vana, & falsa spes, vanaque fiducia.

1 Quid est desperatio? R. est vitium, quo se consequi posse, quod sperandum est, vel quando ex falsa æstimatione propter peccata, quæ fecit, vel bona, quæ omisit, desperat de Dei misericordia, & diffidit de eius gratia, credẽs Deũ nolle, vel non posse sibi parcere, vel in gratiã recipere. Et sm̃ S. Th. non importat solum priuatione spei, sed recessum à re desiderata, propter impossibilitatem existimatam.

Potest desperatio capi dupliciter, vt scribit D. Car. Cam. q. 12. art. 3. lib. 1. Vno modo impropriè pro firma credulitate, qua quis credit se esse damnandum, vel diffidit se esse saluandũ. Alio modo propriè pro firma credulitate, qua quis credit, quod si faciat, quod in se est pro statu viæ ad habendum beatitudinem, adhuc non habebit eam. Vnde talis actus est directè oppositus actui spei, & non primus, & vt idem vult propter nullum signum extrinsecum, à quocunque factum potest viator de communi lege obligari ad credendum se damnandum, sed debet semper indubitanter sperare, quod si faciat, quæ sunt legis Christi saluabitur, & ad hoc debet laborare, & diuinum auxilium implorare.

2 Nemo ergo desperare debet de Dei misericordia quantuncunq. etiã grauiter, & innumerabiliter peccauerit, sed toto corde, vt scribit Gers. par. 3. tract. pro deuotis simplicib. doleat, quia tam dulcissimum Dominum inhonorauit propter sua peccata, & in futurum cauere proponat, & sic dubitare non habet, quin diuina pietas secum misericordiã faciat. Vide latius ibi Gers. magnũ conscientiæ consolatorem. Lactant lib. 6. diui. instit. c. 24. ait. Nec tamen deficiat aliquis, aut de se desperet, si aut cupiditate victus, aut libidine impulsus, aut errore deceptus, aut vi coactus ad iniustitiæ viam lapsus est. Potest enim reduci, ac liberari, si eum pęniteat actorum, & ad meliora conuersus, satis Deo faciat.

3 Quæritur vtrum omnis disperatio sit peccatum in Spiritum sanctum? R. nõ vt dicit Gabr. dist. 43. q. vnica lib. 2. & S. Bonau. ead. dist. Non enim illa, quæ venit ex pusillanimitate, sed illa quæ oritur ex certa, & diffinitiua malitia, in qua vult vitam finire, & præferens iniquitatẽ suã diuinæ misericordiæ, contemnens misericordiam Dei, sed quod dicit sapiens. Impius cum in profundũ venerit contẽnit qñ tanta profunditate malitiæ absorbet

& non

& non velit Dei misericordia sibi subuenire secundum quod fecit Cain, qui dixit. Ecce à facie tua eijcies me hodie,& maior est iniquitas mea, &c. Vnde tales desperatissimi homines frequēter sibi ipsis mortem conciscunt, vel inferunt.

De Præsumptione.

4 Quid est præsumptio? ℞. aliquando capitur in bono, qua præ alijs sumptio: & nonunquam in malo.secundum S. Th. 2.2.q.29. art.2. Præsumptio in malo, est vana, & falsa spes confidens se sine medijs à Deo constitutis ad ipsam gloriam peruenturum. videlicet sine pænitentia & bonis oporibus,vel sine Dei gratia, & auxilio. Vtrunque autem vitium est contra Spiritum sanctum,ne alterum scilicet desperatio, est contra diuinam misericordiam, alterum, scilicet præsumptio, est contra diuinam iustitiam.

Item præsumptio est duplex, secundum S.Bonau.dist.1.lib. 1. in dub. litera-lib.est præsumptio confidentiæ de diuino adiutorio. Et præsumptio superbiæ,quæ est de proprio ingenio. Prima, non est peccatum,sed virtutis indicium. Secuda verò est peccatum. De prima loquitur Magister cum dicit: opus vltra vires nostras agere præsumpsimus, vel aliter est præsumptio secūdum veritatem, & præsumptio secundum propriam æstimationem. Prima est repræhensibilis,quia superbiæ;secunda laudabilis, quia humilitatis, nec est culpabilis, qui in omnibus operibus suis se reputat indignum, & qua præsumptuosum, & hæc secundum Gersonem in regulis moralibus.

SVMMARIVM.

1 *Charitas quid sit.*
2 *Charitas quotuplex sit.*
3 *Charitas infusa.*
4 *Charitas acquisita.*
5 *Charitas creata.*
6 *Charitas,super naturalis est habitus.*
7 *Charitas,dicitur vita spiritualis.*
8 *Charitas in quo consistat.*
9 *Charitatis ordo,in quo consistat. Proprium & primum obiectum est ipse Deus.*
10 *Charitatis præcepta,quæ sint.*
11 *Charitatis motus.*

De Charitate, & eius dignitate,obiecto, & actibus. Cap. XXX.

NEscio quid maius in laude tua dicere possum,ò benedcta charitas quam vt Deum de cælo traheres, & hominem de terra ad cælum eleuares, magna virtus tua,vt perte vsque ad hoc humiliaretur Deus, & vsque ad hoc exaltaretur homo.Hugo de laude Charitatis.

1 Quid est Charitas? ℞. quod est virtus infusa à Deo, qua Deum propter seipsum super omnia diligimus, & reliqua omnia propter Deum; Item secundum Mag.sent.lib.3.dist.27. quod est dilectio, qua Deus diligitur propter se, &, propter Deum,& in Deum,& Aug.idem dicit,& in soliloquio, inquit. Charitas est virtus, qua Deum videre, eoque perfrui desideramus.Idem de spiritu, & anima: Charitas est vita copulans amantem cum amato, vt dicit etiam idem. 8. de Trinit. Et dicitur vita charitas beata animarum, & Angelorum, sine qua nec anima,nec Angeli viuunt: Dicitur copulans amantem,cum amato,quia charitas vnit Deo per gratiam, & gloriam Apost. 1.Timot.dicit Charitas est finis præcepti de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, vbi tanguntur radices ordinis charitatis. Oritur nanque ex bona conscientia in præceptorum impletione,ideo dicitur finis præcepti. Secundo,ex corde puro:scilicet à vitijs. Tertio ex conscieutia bona.Glos.ibi dicit, quod conscientia accipitur pro spe in bono opere. Quarto oritur ex fidei veritate, ideo dicitur, fide non ficta, quia iustus ex fiide viuit.

2 Quæritur quotuplex est charitas? ℞, triplex,scilicet:prima,increata; secunda. infusa;tertia acquisita. Charitas increata est ipse Deus,vnde quicquid est charitas vel dilectio increata,est ipse Deus, indiuinis ergo solum reperitur, charitas ita-

que increata, est voluntas diuina, sine qua nullus est Deo gratus, vel acceptus, nec actus quicunque meritorius.

3 Charitas infusa, dicitur illa, quæ ab increata charitate, diuinis influxibus solum in voluntates, aut Angelicas, aut nostras mittitur, hoc est à Deo infunditur, & habet tria nomina de communi. Dicitur enim charitas infusa, quasi intus fusa inquantum à Deo infunditur mentibus. Item dicitur effusa, quasi extra fusa: in quantum ad interiora bona opera diffunditur.

4 Charitas verò acquisita est, quæ ex dilectione Dei frequenti acquiritur ex naturalibus, quam etiam multi gentium habere potuerunt: vt inquit Guil. Scotista Vnde sicut fides distinguitur in infusam, & acquisitam, ita de charitate dicendum est.

5 Charitas creata, sumitur dupliciter. Vno modo pro habitu quodam absolutè, vt significat illam qualitatem, & sic aliquis potest esse charus sine charitate Alio modo sumitur pro termino connotatiuo: vt est abstractum illius concreti charus, vt scilicet connotat aliquem esse gratum Deo, & sic sine charitate nemo potest esse charus Deo. Esse autem charum, siue acceptum, siue dilectum Deo, nihil aliud est, quam velle diuinum, quo vult aliquem beatificare, si manserit in statu perfectionis, non ponens obicem per peccatum, & illo modo omnis paruulus post baptismum, priusquam actualiter peccet, est charus, seu acceptus Deo (quia tali vult, si non impediet persequens peccatum mortale) dare vitam æternam: non autem sic est acceptus ante baptismum, quia illum non vult beatificare, si manserit in statu illo, sine baptismo. Gabr. dist. 17. q. 1. art. 1. lib. 1. Sic per oppositum oditus à Deo dicitur, qui est ordinatus ad pœnam, nisi pœnituerit. Et vt ibidem scribit art. 2. quanuis de potentia absoluta possit esse acceptus Deo, & charus sine omni forma inhærente sibi. Nullus tamen potest esse charus Deo, ad vitam de lege ordinata, non habendo in se qualitatem aliquam infusam quæ sit charitas, vel gratia: Et paulo post dicit: Deus, quemcumque beatificat mere contingere, libere, & misericorditer beatificat, ex gratia sua, & nō ex forma, vel dono collato. Huic Petrus de Aliaco. q. 9. art. 2. lib. 1. ait. Impossibile est placere Deo, sine gratia.

6 Charitas, vt scribit Brulifer dist. 17. q. 1. lib. 1. est habitus supernaturalis inhærens formaliter naturæ beatificabili, per quē ipsa acceptatur à Deo ad vitam ęternam tanquam digna tanto præmio, & per quem ipsa est amica Dei, & sibi grata, & chara, & per quem actus eius licitus secundum inclinationem talis habitus est meritorius vitæ æternæ.

7 Charitas cōmuniter ab omnibus doctoribus dicitur vita Spiritualis: quamobrem omnis existens in peccato mortali, est mortuus. Nam ideo dicitur peccatum mortale, quia demeritoriè, priuat vitam spiritualem, & vt scribit Schot. dist. 27. lib. 2. Charitas est, habens eam, habet Deum charum, ita quod respicit Deum, non in ratione diligentis, sed in ratione diligibilis.

De Ordine Charitatis.

8 Quæritur in quo consistit Charitas? ℞. consistit in hoc, quod homo totum studium suum deputet ad vacandum Deo, omnibus alijs prætermissis, nisi quantum necessitas præsentis vitæ requirit.

9 Quomodo seruandus est ordo charitatis? ℞. ordo charitatis secundum Aug. est diligere, primo, quod supra nos est, idest Deum: deinde, quod nos sumus, post hoc, quod iuxta nos est, id est proximus, vltimo, quod infra nos est, idest corpus nostrum proprium. In eodem gradu contineri debet corpus proximi, quia vtrunque tenet rationem inferioris boni respectu spiritus nostri. Item secundum Ambrosium sunt sex, primo, Deum, secundo, nosmetipsos, Tertio, parentes, deinde filios, & fratres; postea domesticos, demum amicos, & inimicos diligamus Matth. 5. Vnde primum, & proprium obiectum est ipse Deus, qui primo, & summæ diligendus est, & ratio quia diligendus est, quia summa bonitas est, & perfectio diligenda, quamobrem immediatè & proximè quatenus vltimus finis in eum tendit. Hinc fit, vt sit

om-

omnium perfectissima virtus, non solum moralium, Intellectualiũ, sed etiá Theologicarum Vnde Paul ad Hæbreos: Nũc manent fides, spes, & charitas, tria hæc maior autem horum est charitas, finis præcepti, vt idem ait, de corde puro, & fide non ficta. Hinc etiam fit, vt sit omnium regina virtutum, omnibusq. imperans, quia omnes alias virtutes, & earum actiones, refert ad finem suum vltimum, scilicet, Deum, quem summe diligit, sic etiam principium, & efficiens ipsarum ex se oẽs virtutes generãtur ex Dei scilicet amore, & cũ omnibus postea in omnibus actibus pariter cooperans ipsarũq. dicantur, & sit forma virtutum, quia omnibus præscribit agendi modum propter Deum videlicet, & finem vltimum, ita vt ad illum oportet, & conuenit, & ita facit omnes ex humanis actibus diuinas, & æternæ vitæ meritorias.

Actus ergo charitatis, alij sunt eliciti, & proprij amorque Dei, & quæ ex amore nascuntur: vt Gaudium, & pax in Spiritu sancto, & complacentia in Deo, & Dei zelus, ac varij denique interni mentis affectus diuini erga Deum, ex eius amore nati, deinde etiam amor creaturarum Dei: & quia Dei sunt, & nostri proximi tanquam nos ipsos propter Deum.

Alij sunt imperati actus charitatis omnium videlicet aliarum virtutum, vt religionis ad cultum ipsius Dei, qualis est laus Dei, adoratio, Veneratio, cum cæteris, aut erga proximum, vt eleemosynæ, & misericordiæ, & beneficentiæ cum cæteris.

10 Quæ sunt præcepta charitatis? ℞ sunt duo maxima, & summa scilicet, Diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus. Et alterum ei simile proximum tanquam nos ipsos, propter ipsum Deum: In his duobus tota lex pendet, & prophetæ. Saluator noster sapientissimè edixit, Matth. cap. 22.

Item ordo charitatis in dilectione, vt inquit Aug. lib. 1. de Doct. Christ. Primo, Deus diligatur Secundo, anima nostra, Tertio anima proximi. Quarto corpus nostrum. Quinto, Corpus proximi, inter proximos autem plus diligendi Angeli, & Beati, quia Deo sunt coniuctores, & fideles, deinde, etiam infideles, & non solum amici; sed etiam inimici.

11 Quæritur vtrum motus charitatis sit prior in Deum, quam in proximum? ℞. secundum Bonau. Motus charitatis in Deum prior est in dignitate, & origine. Charitas enim facit Deum diligi propter se, & proximum propter Deum, vnde dicitur Matth. 22. Diliges Dominum Deũ tuum tuum, &c. & sequitur, hoc est maximum, & primum mandatum, secundũ simile est huic, scilicet diliges proximum tuum sicut te ipsum. Motus autem dilectionis in proximum, prior est in exercitatione. Qui enim vult perfectus Dei amator esse, prius debet exerceri in amore proximi. Vnde prima Ioann. 4. Qui fratrem suum, quem videt, non diligit, quomodo potest diligere Deum, quem non videt.

Item omnis benè ordinata charitas, incipit à se ipso l. præses. C. de seruit. & aqua, c. 1. de supp. negli. prælat. lib. 6. 12. dist. quiescamus.

SVMMARIVM.

1 *Amor quotuplex sit.*
2 *Amor naturalis nec laudabilis, nec vituperabilis.*
3 *Amor vitiosus vituperabilis.*
4 *Amor dilectio, & charitas, quomodo inter se differant.*
5 *Charitas quare dicatur habitus.*
6 *Dilectio vera quomodo cognoscitur.*
7 *Charitatem vtrum quis habeat, quomodo potest sciri.*
8 *Dissolui, & esse cum Christo, vtrum sit perfectæ charitatis.*
9 *Corpora nostra vtrum sint ex claritate diligenda.*
10 *Amor beneficentiæ.*
11 *Parẽtes vtrum sint magis diligendi, quam filij.*
12 *Parentes debent thesaurizare filijs, non e conuerso.*
13 *Diligendi quomodo sunt inimici.*
14 *Dilectis signa quomodo tenemur ostendere inimicis.*
15 *Diligendi, an sint inimici quantum ad effectum.*
16 *Diligendi an sint mali homines ex charitate.*

17 Di-

17 *Diligendi an sint dæmones, & damnati ex charitate.*
Charitas an euacuetur in patria.

Differentia inter charitatem, & alios amores. Cap. XXXI.

1 QVæritur quotuplex sit amor? R. triplex, scilicet, gratuitus, naturalis, & vitiosus. Amor gratuitus est laudabilis, quia virtus est, & habet finem principalem bonum incommutabile. Et hic diuiditur in amicitiam, & concupiscentiam; Secundum amicitiã diligit quis Deum purissimè non respiciens vtilitatẽ suam, sed bonitatẽ amati. hoc modo homo diligit plus Deum, quam seipsum. Secundum vero concupiscentiam dlligit, quis Deum, quia remunerationem in eo expectat.

2 Amor naturalis, nec laudabilis est, nec vituperabilis, & habet finẽ indigentiã, vel vtilitatem propriam; Iste similiter diuiditur in amicitiam, & concupiscentiã. Secundũ amicitiã diligim⁹ hoc amore, nos, & nostrã perfectionẽ, nostrãq; conseruationẽ, & magis ea, quæ sunt plus necessaria, vt caput pro quo totum corpus exponimus, hic cõis est nobis, & brutis.

Secundum concupiscentiam verò diligimus Deum, quia necessitati nostræ subuenit, quia hoc amore non diligitur res propter se, sed propter vsum eius. Vnde hoc modo plus diligit homo seipsum dilectione naturali, quam Deum.

3 Amor vitiosus vituperabilis, quia peccatum est, & habet finem voluptatẽ, siue delectationem in creatura; hic amor diuiditur etiã in amicitiã, & cõcupiscentiã. Secundum amicitiã diligimus hoc amore creaturam, siue delectationem, creaturæ propter se, quãuis in nobis non habeatur, Secundum cõcupiscentiam verò diligimus voluptatem creaturæ pp nos.

Amor iterũ multiplex est, scilicet naturalis erga se: pius erga parentes, iucundos erga socios, iustos erga amicos: violentus erga inimicos. Sanctus erga Deum.

4 Quæ differentia est inter amorẽ dilectionẽ, & charitatem? R. quod amor proprie est naturæ, & dicitur amor, quasi animorum vnio, quia quietat appetitum in re amata: Dilectio est amor proximi, & dicitur dilectio, quasi duo ligans, sociat. enim amantem cum amato in amore, vt se mutuo diligãt. Charitas est amor in Deum, hæc amicum determinat, & iudicat omnibus chariorem, vnde dicitur charitas, quasi chara vnitas, vel quasi charum faciens Deo. Alia differentia est inter prædicta, quia amamus Deum propter se, diligimus eum super omnia, propter sua beneficia, quia dilectio est diuersorum electio, charitas vtrunq. complectitur, scilicet, super omnia, & propter se, diligere Deũ in hoc differt à dilectione proximi, quia diligere Deum est velle ei bonũ quod habet, scilicet, quod sit omnipotens, & summe bonus, & huiusmodi.

Item diligere Deũ est velle præcepta eius seruare cum intentione fruendi eo, item diligere Deum est eum velle possidere, & ab ipso possideri: item diligere Deum est voluntatem eius voluntati nostræ in omnibus præferre.

Diligere verò proximũ est velle ei bonũ nõ per essentiã, sed per gratiã. Itẽ diligere proximũ, est idẽ velle, & idem nolle in bono. Itẽ diligere proximũ, est successum bonũ ei optare, & quærere. Item diligere proximum est ei velle, quod sibi.

Item differentia iterum inter dilectionum Dei; & proximi, quia Deum diligimus in se, & propter se, proximum verò diligimus in Deo, & propter Deum. Quando autem dicimus duplicem esse charitatem, scilicet Dei, & proximi, hæc duplicitas non intelligitur, quantum ad actus, quia vno habitu charitatis diligitur Deus, & proximus.

5 Quare charitas dicitur habitus, quandoque motum, quandoque signũ? R. charitas dicitur quandoque habitus Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Quandoq; motũ, Corinth. 2. ornauit in me charitatem. Quandoq; signũ. Vnde Io. 15. Maiorem charitatem nemo habet idest maius signum charitatis. Quandoque tertiam personam in trinitate i. Ioan. 4. Deus charitas est, & sic sumitur personaliter. Quandoque sumitur essentialiter, & sic tota Trinitas dr̃ charitas. Quãdoq. sumitur pro feruore charitatis; Vñ Luc. 7. dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

6 Quomodo cognosci potest vera dilectio? ℞.à signis, qa amicus amicũ libẽter audit libenter de ipso loquitur, sæpe de illo cogitat, sine tedio illi obsequitur cor pᵒ, & res ꝑ illo exponit, offensã cauet offensũ placat, cõgaudet prosperitate, condolet aduersitate. Gaudet de illius psẽtia dolet de absẽtia, diligit, & odit hoc, ꝙ ille conatur ei placere, timet displicere. Trahit alios ad eius amicitiã, munera ab eo data non alienat. consilijs illius acquiescit, petit ab eo fiducialiter.

7 Qũo, vel qualiter poterit qs scire vtrũ habeat charitatẽ? ℞. quod quidã sciũt se nõ habere charitatẽ, ij quidem facile sũt, qa sunt in actu peccẽdi, aut in proposito Quidã dubitãt se habere charitatẽ, quia rationes habẽt ꝑ vtràq; parte, vt sũt illi, q incipiũt facere, quod in se est. Quidã putãt se habere charitatẽ, sicut q multa fecerunt. & diu abstinuerũt à peccato adhuc, tñ sustinẽt motus tẽtationũ, & imaginãtur turpia. Quidã experiũtur se habere charitatẽ, vt illi, q gustãt diuinã dulcedinẽ, in qbus fomes ferè extinctus est, & quasi sẽper, vel bona faciũt, vel affectãt. Quidã certi sũt se habere charitatẽ, vt qbus Deus reuelauit qualis fuit Paulus, cui Dñs dixit, sufficit tibi gratia mea.

8 Quęritur vtrũ sit ꝑfecte charitatis, qui cupit dissolui, & esse cũ Christo? ℞. si desideriũ asscendi cũ Christo, & ꝑꝑ contẽptũ terrenorũ, & habundantẽ pergustationẽ cælestiũ: tũc est signũ ꝑfectionis, qa perfectus amator Dei, vix potest sustinere interpositionẽ corporalis parietis inter se, & Deũ. Qui autẽ cupit esse cũ Christo propter tediũ malorũ præsentiũ, hoc est signum inperfectionis sm̃, S. Bonau.

9 Quæritur vtrũ corpora nostra sint diligẽda ex charitate? ℞. omne illud, quod est beatificabile est diligẽdũ ex charitate Deus autẽ est beatus ꝑ essentiã, spiritus rationalis ꝑ influentiã, corpus vero est beatificabile per redundantiã, in quantũ gaudiũ redũdat per coniunctionẽ sui ad animã beatã. Et si obijciatur, quod Dñs hortatur nos ad vitã carnalẽ odiendã Io. 12 qui amat animam suam, idest vitam carnalem in hoc mundo perdet eã. Dico igitur, quod in corpore nostro est bonũ nature, & hoc diligendum est. Et est vitiositas concupiscentiæ, & hæc est odiẽda, quia caro non repugnat spiritui per conditionem naturæ, sed propter vitiositatẽ concupiscentiæ contractæ Bonau.

10 Quæritur vtrum mali parentes sint præferendi bonis extraneis in dilectione ℞. magis debeo curare, vt pater meus sit bonus, & in charitate permaneat, & hic amor dicitur amor beneficentiæ, facta tñ patris mei non debeo approbare, quam diu est in statu peccati, & sic amore cõplacentiæ debeo magis diligere bonum extraneum, quam patrem meum malũ.

11 Quæritur vtrum magis diligendi sint parentes, quã filij? ℞. maiori effectu diligendi sunt plus filij, quã parentes tñ magis indigenti est succurendum, quantum ad maiorem gratiam, sic magis sunt diligendi, qui magis te ad gratiã habilitant, ad maiorẽ gloriam, sic diligendi sunt secum gradus participandi bonũ gratiæ.

12 Quæritur quare ergo dicit Apost. 2. ad Corint. 12. c. quod filijs debent thesaurizare parentes, non è conuerso? ℞. quod hæc dicitur de naturali dilectione sm̃, quã magis inclinatur ad filios, quã ad parentes. Ratio huius est, quod natura appetit conseruari in suo simili sed sm̃ ius diuinum magis tenemur procurare salutem parentum, quam filiorum. Ratio huius est, quia amor gratuitus facit memorare causæ beneficiorum; propterea Dominus præcepit honorare parentes, quia plura beneficia recipimus, à parentibus, quam à filijs.

Quatuor modis super hoc à Doct. sup 3. lib. sent. & per S. Aug. in lib. de Doctr. christ. dr̃ aliquis magis diligendus; Vno modo maiori affectu secundo maiori effectu, tertio ad maiorẽ gratiã, quarto ad maiorẽ gloriã; maiori affectu magis diligẽdi sunt parẽtes, quã filij, cũ naturalis ratio considerat, quod tot beneficia suscepit filiᵘ à parẽtibus, & quod tot passi sũt parẽtes ꝑ filijs. Maiori effectu magis diligendi sunt filij, qa filij nascũtur paruuli, & ideo magis indigent exterioris beneficij exhibitione. Vñ in extrema necessitate positis patre, & filio, cęteris paribus, si nõ possũ vtriq. subuenire, teneor subuenire potius filio, quã patri, quantũ ad maiorẽ gratiam omnes æqualiter sunt diligendi, quantũ ad maiorem gloriam, magis boni diligendi sunt. Tamen quidem sunt effectus

effectus, quos debemus exhibere parentibus quam filijs, vt puta, timor, reuerentia, & huiusmodi.

13 Quæritur vtrũ teneamur diligere inimicos ex charitate sub præcepto? ℞. distinguendum est, sm̃ S. Th. 2. 2. q. 15. videlicet. In his est peccatũ, & natura, itaque quatenus sunt Inimici, nõ sunt diligendi, q̃ peccatũ ipsorũ, & malũ in eis est diligere: quatenus sunt homines, & creaturę Dei, non tenemur etiã, & eos diligere in speciali, scilicet actu expresso dilectionis Nã neq; alios hominesfic obligamur diligere, nisi in ꝑparatione animi, vt scilicet simus adhoc parati, vbi necessitas, sic diligere actu postularet, extra necessitatem autẽ etiã diligere sub præcepto quantum ad naturã in vniuersali scilicet diligẽs, & proximũ à generalitate dilectionis proximi inimicos non excludat, & sic cõtraria Doctorũ, dicta conciliantur, quorom aliqui dicũt esse præcepti, aliqui verò esse tantum consilij, diligere inimicoc ad diuersa respicientes.

14 Quæritur vtrũ teneamur etiã effectus & signa dilectionis exhibere? ℞. ex eodẽ S. Th. quod sicut homo eos tenetur diligere in cõmuni, & in actu speciali, nisi sm̃ præparationẽ animi. Ita in signis, & beneficijs dicendũ, tenemur eis exhibere effectus, & signa dilectionis, quæ tñ cõi proximo exhiberi consueuerunt, vt cũ quis orat ꝓ oĩbus fidelib⁹, vel ꝓ toto populo vel cũ aliquod beneficiũ impendit toti communitati non debet inimicos ab illis excludere, quod si aliter fiat pertinet ad liuorẽ vindictæ, specialia verò beneficia, vel signa dilectionis, q̃ qs aliquibus particulariter exhibet, inimicis exhibere, nõ est necessariũ, nisi sm̃ præparationẽ animi, vt scilicet si iuuent in articulo necessitatis, extra quam necessitatem eas inimicis elargire, esset perfectionis.

15 Quæritur vtrũ oẽs teneãtur diligere inimicos quãtũ ad affectũ? ℞ sm̃ S. Bona. quod duplex est affectus, vnus à charitate elicitus alius à charitate imperatus. Primo affectu, tenemur omnes diligere etiã ipso actu inimicãtes, glos. super illud Matt. 24. diliges proximum tuũ, sicut te ipsum sm̃ S. Aug. nomine proximi, & amici intelligitur omnis homo; quia non te persequitur, quod fecit Deus, sed malitia: Secundo affectu non tenemur diligere, sed sufficit non odisse. Hos duos affectus exprimit Ambr. dicens, sufficit, quod inimicos diligamus, & non odio habeamus. Vnde ad obediendum inimicis, nec gaudendũ malis eorũ oẽs tenemur. Prou. 15. Cum ceciderit inimicus, ne gaudeas, & Eccl. 9. Noli de inimico tuo mortuo gaudere: Diligere inimicos quo ad vtrunque affectum perfectionis est Luc. 5. Diligite inimicos vestros glos. hoc est perfectorũ. Item glos. super illud psalmi. Reuela opera mea nihil mirabilius in mandatis quã diligere inimicos.

16 Quæritur vtrum mali homines sint diligendi ex charitate? ℞. odiendi sunt ratione inordinationis culpæ. Vnde psal. 138. Nonne, qui oderunt te Dñe oderam sed ratione naturæ, diligendi sunt, quia sunt ad beatitudinẽ ordinati. Vnde sapiẽtiæ. 11. Nihil odisti Dñe eorum, quæ fecisti & Matt. 6. Diligite inimicos vestros, &c. constat enim, quod inimici iustorum sunt mali, & hoc quod dicit Greg. si indignationem debemus vitijs, compassionem debemus naturæ. Et Isid. Totum Christũ non diligit, qui hominem odit, bonũ est non odire naturam, sed culpam. Vnde glos. super illud psal. 138. Perfecto odio oderam illos, idest iniquitates eorum odi non naturam.

17 Quæritur vtrum dæmones, & dãnati sint ex charitate diligendi? ℞. sicut irrationales creaturæ non sunt diligendæ ex charitate eliciendæ, quia non ordinatæ ad assecutionẽ illius summi boni, sic etiã dæmones, & dãnati. Charitas enim nullos facit elicitiuè diligere, nisi eos, quos optat ad futurã beatitudinẽ peruenire. Si verò ex charitate diligere accipiatur large prout actus diligendi est ex charitate imperante, sic sunt diligendi ratione naturæ sunt enim imago Dei, sed odiẽdi sũt ratione culpæ. Verũtamen quia culpa inseparabiliter adhæret ipsorum naturæ, & possidet eam: ideo charitas magis affectum naturalem habet ad diligendum irrationalia, quã dæmones, vel dãnatos.

18 Quæritur vtrum charitas euacuetur in patria? ℞. quod prima ad Corint. 13: Charitas nunquam excidet: glosa, nec in hoc seculo, neque in futuro, & si opera eius cessent.

SVMMARIVM.

1 *Eleemosynam quis tenetur, & cui tenemur dare.*
2 *Ecclesiastici quantum tenentur dare in Eleemosynam.*

De Eleemosyna actu charitatis erga proximos. Cap. XXXII.

VAlde male diligit is, qui bene audit & male operatur. Si potes dare da, si nõ potes affabilẽ te fac, coronat Deus intus bonitatẽ, vbi non inuenit facultatẽ. Nemo dicat non habeo, charitas de sacculo non erogatur Aug. super ps. 103.

Inter alios charitatis actus erga proximũ, vnũ expræcipuis, est misericordia, & inter misericordiæ opera, valde celebris, & necessaria est eleemosyna erga eos, qui necessitatem patiuntur, de cuius obligatione non nulla dicemus.

1 Quis tenetur, & cui tenemur dare eleemosynã? ℞. distinguendũ est, necessitas est triplex, extrema, arcta, seu grauis, & cõmunis. Existenti igitur in extrema necessitate, vel in graui, & arcta, oĩs tenetur (qui potest) ei occurrenti dare. In communi verò necessitate, est consilij, & non sẽper præcepti. At vero omnis diues in genere tenetur dare aliquãdo, & aliquibus aliquã saltẽ eleemosynam indeterminate quidem cui, & quando volet, Sed tamen aliquando, quare etiam si nõ aliæ occurrent necessitates maiores, quã cõmunes, quæ tamen, vix vnquam desunt: deberet tamen aliquid dare.

2 Quantum tenentur dare Ecclesiastici? ℞. quæ illis supersunt vltra decentiã status, & officij, tenentur dare, vel pauperibus, vel in pios vsus erogare.

Tenentur ne ad restitutionem si ecclesiasticos fructus male expẽderint? ℞. aliq Doctores male putant eos esse Dños, vel omniũ, vel partis, & ita nõ teneri eos, ad restitutionẽ, sed dare possent cui velint, vt verè Dñi temporales: Alij contra esse aiunt, non Dominos, sed dispensatores, & ideo si malè distribuant teneri eos ad restitutionẽ, veriorẽ tamen opinionẽ putamus esse mediã inter vtrãq. videlicet esse dispensatores, & non absolutẽ Dños, & ideo in opera pia debere distribuere, nec dare cui velint, sed si secus fecerint, non teneri ad restitutionem. P. Ledes. vide sup. c. 40. de eleemosyna. 1. part.

De Vitijs charitati contrarijs. Cap. XXXIII.

1 CHaritati vitia contraria sunt, primò, quidem per singulos charitatis actus; odium Dei, vel proximi Amori contrarium. Inuidia ex maleuolentia, opposita beneuolentiæ: bellum, ac rixa, opposita paci, atque concordiæ, & tristitia spiritualis, Gaudio, & ita in cæteris charitatis actibus, vitia semper reperiuntur contraria.

Ceterum in genere erga Deum, duo vtrinque vitia videri poterunt. Alterum in excessu diligendi Deum imprudenter, ex causa, & ob causam indebitam, nec propter ipsum, sed propter alia. Alterum in defectu, scilicet à recta dilectione Dei deficiens; Deum condens, vel negligens, vsque ad vltimum odium Dei.

De operibus extra charitatem factis. Cap. XXXIV.

1 QVæritur vtrum valeant opera extra charitatẽ facta? ℞. non merentur quidẽ gratiam, nec vitã æternã, sed valent tñ inter alia ad hæc septẽ, videlicet Primò ad præmia temporalia, & prosperitatẽ impetrandam, Secũdo, vt inducamur in cognitionẽ peccati, & ad pænitentiã, & vt Deus ad id auxilium magis largiatur, atque adeo præparant, (licet remote) ad iustificationẽ. Tertio, vt idem acquiramus bene operandi consuetudinem: Quartò, vt expleamus interim preceptum bonis impositum, & non id trãsgrediamur, vel etiam consilium, Quinto cum quis saluus fuerit perpetuo gaudebit se talia fecisse, Sexto, quia sic minorẽ in eũ demon potestatẽ habebit, Septimo tandem valet ad reddendũ tolerabilius futurum iudicium, siue ad sit quod impediuerunt peccata alia commissionis, vel omissionis, quæ alias fecisset, vel vt alij

alij dicunt, quia aliqua ratione pro pæna tẽporali, peccatis debita, sic aliquo modo satisfacit diuinam misericordiam ad aliquid condonandum inclinet.

SVMMARIVM.

1 *Virtutes Cardinales quæ sint, & quæ agunt in anima.*
2 *Prudentia quæ sit, eius partes, quid memoria, intelligentia, & prouidentia, quid circumspectio, cautio, docilitas.*
3 *Prudentia in quo consistat: quare politica, & humana.*
5 *Cardinaliũ virtutum, quæ. Quare politicæ.*
6 *Quare Purgatoriæ. Quare purgati animi.*
4 *Quare exemplares.*

De Virtutibus Cardinalibus in genere. Cap. XXXV.

1 QVæ sunt virtutes Cardinales? ℞. sunt istæ quatuor, videlicet prudẽtia: iustitia: fortitodo, & temperantia.

Quare dicuntur Cardinales? ℞. quia sicut hostium vertitur in cardine, sic in his vertitur, & regitur vita hominis.

Quid agunt in anima virtutes Cardinales? ℞. virtutes cardinales animam rectificant in suis viribus. Nam prudentia rectificat rationalem, fortitudo irascibilem, Temperantia concupiscibilem: iustitia verò rectificat omnes vires prout natura iustitiæ compræhendit, non solum specialem iustitiam, quæ est in commutationibus, vel distributionibus, sed etiam legalem, quæ est omnis virtus, prout eius actus pertinet ad debitum obedientiæ præceptorum. Ipsa enim iustitia generalis comprehendit virtutes ordinantes ad proximum, vt est æquitas, & liberalitas, & ordinantes ad se ipsum, sicut innocentia, & pænitentia, & ordinantes ad Deum, sicut est latria, & obedientia. Propter hoc iustitia dicitur circuire omnes virtutes, & quod non tantum est virtus specialis, sed etiam generalis comprehendens totius animæ rectitudinem, cum ipsa dicatur rectitudo voluntatis.

Item per virtutes Cardinales instruitur homo in operibus, & contra vitia armatur. Primum fit dupliciter, quia instituitur quo ad se per prudentiam, & quo ad proximum per iustitiam: Secundum etiam fit dupliciter, quia homo armatur in prosperis per temperantiam, & in aduersis per fortitudinem. Item Aug. dicit, quod prudentia est in eligendis, fortitudo in tolerandis, temperantia in vtendis iustitia in distribuendis. Item dicit, quod prudentia est in præcauendis insidijs, iustitia in subueniendis miserijs, fortitudo in præferendis molestijs, temperantia in coercendis delectationibus prauis.

2 Nunc in particulari, quid est prudentia? ℞. secundum Tull. in Reth. quod est rerum bonarum, atque malarum, & vtrarumque scientia. Item secundum eundẽ in libro de requie mentis, quod est rerum bonarum, & malarum cum aliarum dilectione, & reliquarũ detestatione scientia. Item secundum eundem in lib. de officijs, quod prudentia est appetendarum rerum, fugendarumque scientia.

Quot sunt partes prudẽtiæ? ℞. sm̃ Tul. in Reth. quod sunt tres, scilicet, memoria, intelligentia, & prouidentia.

Quid est memoria? ℞. quod est, per quã animus aspicit ea, quæ fuerunt.

Quid est intelligentia? ℞. quod est, per quam perspicit ea, quæ sunt.

Quid est prouidentia? ℞. quod est per quam futurum aliquid videtur, antequam factum est.

Quot sunt species prudentiæ? ℞. quatuor, scilicet, prouidentia, circunspectio cautio, & docilitas.

Quid est prouidentia? ℞. quod est præsens notio futurorũ per tractans euentũ.

Quid est circumspectio? ℞. quod est contrarium vitiorum cautela.

Quid est cautio? ℞. quod est discernere à virtutibus vitia, virtutum speciem præsentia.

Quid est docilitas? ℞. quod est prudentia erudiendi imperitos.

3 In quo consistit prudentia? ℞. consistit in hoc, quod quisque sciat inuenire medium secundum rectam rationem in his, quæ sunt ab homine facienda, vt videlicet quis sciat seipsũ, & alios regere. Vnde prudentia perficit intellectum ad dirigẽdum totam vitam humanam. Et Senec. de quatuor virtutibꝰ dicit. Si prudẽs.

esse cupis in futura pro suspectum intende,& quæ possunt contingere animo tuo cuncta propone, nihil tibi subitum fit, sed totum ante prospicias, nam qui prouidens est,non dicit, non putaui hoc fieri. & Cicer·etiam dicit. Turpe est dicere hoc non putaram.

Quare dicuntur politicæ? ℞.vocantur etiam politiæ, quia ordinatur in his vita ciuilis,& hominem poliunt,& ornant.

Quare dicuntur humanæ? ℞.quia humano studio acquiruntnr nisi diuinitus infundantur.

4 Quæ officia sunt cardinalium virtutum? ℞. quod Prudentiæ est scire, quid possit.Temperantiæ est non præsumere, quod non possit, Iustitiæ est velle in omnibus quod æquum sit;Fortitudinis, est velle plus,quam possit.

Istæ virtutes habẽt suos gradus perfectionis, secundum quos aliter possident incipiẽtes,alter perficiẽtes,alter perfecti.

Quare dicuntur virtutes politicæ? ℞. dicuntur quandoque etiam virtutes politicæ,sm̃ quod regunt vitã hominis,quo ad opera exteriora,& prout pugnant cõtra vitia,& hoc modo sunt incipientium.

Quare dicuntur Purgatoriæ?℞.Purgatoriæ, sm̃ quod iam sunt in victoria vitiorum, & cõsistunt partim intra,partim extra,& sic sunt proficientium.

Quare dicuntur purgati animi? ℞.sm̃ quod iam deuictis vitijs, quiescit homo, ita quod ratio primi motus insurgunt, & hoc modo pertinent ad perfectionem.

Quare dicuntur exemplares?℞.dicuntur exemplares,prout sunt mente diuina Nam sicut omnium rerum Deus exemplar est,ita,& ideæ virtutum in ipso consistunt.

Rectus est ille, qui ad terrena non curuatur, qui ad celestia totus erigitur, qui diuinæ voluntati humiliter subijcitur,cuius medium non exiens ab extremis; paupertate, & patientia regulatur Bern. In Epist.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia quid ac partes eius.*
2 *Religio quid, pietas, gratia, vindicatio, obseruantia.*
3 *Veritas quid.*
4 *Iustitiæ effectus, & species.*
5 *Seueritas, & Iustitia.*
6 *Iustitia in quo consistat.*

De Iustitia. Cap XXXVI.

1 QVid est iustitia?℞.sm̃ Tullium.i.Reth quod est habitus animi cõmuni vtilitate seruata suam vnicuiq.tribuẽs dignitatem.Item sm̃ Macrob.quod iustitia est vnicuique seruare,quod suum est. Item iustitia (sm̃. Iustian.)est constans,& perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens.

Quot sunt partes iustitiæ? ℞. sm̃ Tull. quod sunt sex, scilicet, Religio, Pietas, Gratia,Vindicatio, Obseruantia, & Seueritas.

2 Quid est Religio? ℞. quod est virtus, quæ superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam vocant;curam,ceremoniamque affert.

Quid est Pietas?℞.est virtus,per quam sanguine coniunctis,patrięque beneuolis officium,& diligens tribuitur cultus.

Quid gratia?℞.est virtus in qua amicitiarum, & beneficiorum alterius memoria,& remunerandi voluntas continetur.

Quid est Vindicatio? ℞. est virtus per quam vis,& iniuria, & omne, quod obscurum est defendendo, atque vlciscendo propulsatur.

Quid est obseruantia?℞. est virtus per quam homines in aliqua dignitate antecedentes,culto quodam,& honore dignantur.

Quid est veritas?℞.est virtus per quam immutata ea,quæ sunt, aut fuerunt, aut futura sunt dicuntur.

Sciendum est quod iustitia non tam est virtus specialis, quam generalis, vt habes supra de virtutibus Cardinalibus in genere.

Iustitia vt dicitur in lib.Sapient. 1. est perpetua multiplici ratione. Primo quia perpetuat animam stabiliendo eam in debito loco, scilicet sub Deo, & supra corporales creaturas.

Secundo, quia manebit in patria, secundum essentiam,& vsum.

Aliæ autem virtutes Cardinales, & si manent in patria, secundum essentiã,nõ tamen

tamen sm̃ omnem vsum. Nam temperātia in patria non refrenabit motus illicitos, & prudentia non cauebit ab insidijs nec fortitudo aggredietur Terribili.

4 Effectus iustitiæ qui, & quot? ℞. effectus iustitiæ est, quod beatificat. Matth. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: primò Petr. 3. Si quid patimini propter iustitiam beati. Quod exultat. Ecclesi. 4. Qui operatur iustitiam, exaltabitur: Appetitum concupiscentiæ refrenat. Isai. 11. erit iustitia cingulum lumborum eius: Locum Deo præparat psal. 88. iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ. A morte æterna liberat: Prouer. 10. Iustitia liberabit à morte: Corinth. 2. ad Timoth. 4. Reposita est mihi Corona iustitiæ: Remunerat. psal. 17. Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam.

5 Quod sunt species iustitiæ? ℞. sunt, sex, scilicet. seueritas, æqualitas: veritas: obedientia: liberalitas, & benignitas.

Seueritas est virtus debito supplicio coercens iniuriam: æquitas, est iustitiæ dulcore, misericordiæ, rigorosa temperans: veritas de ea dictum est supra: obedientia, est virtus, quæ legitima superiorum præcepta exequitur: liberalitas, est virtus beneficiorũ erogatrix: benignitas, est virtus ad benefaciendum exposita.

6 In quo consistit iustitia? ℞ quod consistit in hoc, quod seruatur æqualitas inter homines communicantes ad inuicem, quantum ad res exteriores, quibus vtuntur. Vnde iustitia perficit voluntatem, ad reddendum vnicuique, quod suum est; Et Ansel. in lib. cur Deus homo ait. Iustitia, & animi liberalitas tribuens vnicuique suam propriam dignitatē; maiori reuerentiam, pari concordiam, minori disciplinam: Deo obedientiam sibi sanctimoniam, inimico patientiam egeno operosam misericordiam.

SVMMARIVM:

1 *Fortitudo quid, ac eius partes.*
2 *Magnificentia, quid.*
3 *Fiducia quid.*
4 *Patientia quid.*
Perseuerantia quæ.
Constantia quæ.

De Fortitudine. Cap. XXXVII.

1 QVid est fortitudo? ℞. fortitudo sm̃ Macrob. prout est virtus politica, est animum supra periculi metum agere nihilque nisi turpia timere, tolerare fortiter aduersa, vel prospera. Item secundum Tul. est considerata periculorum susceptio, & laborum perpensio: Item fortitudo est firmitas animi contra molestias seculi. Et secundum Glos. super illud Matt. c. 14 Quatuor nulla hominum. &c. Quod fortitudo est firmitas animi. Item secundum S. Th. 2. 2. q. 129. art. 5. & q. 136. art. 2. Fortitudo moderatur timorem: patientia, & perseuerantia tristitiam mansuetudo iram: Idem super Epistolam ad Hebr. 11. Fortitudo est virtus moderatiua timoris, & audaciæ propter bonum reipublicæ, & vt inquit frater Pelbartus lib. 4. Rosarij Theologiæ. Fortitudo vera est, per quam quis mediocriter timet, & audet ad hoc inclinatus ex habitu propter bonum finem, qui est cõseruatis boni cõmunis in periculo mortis. Et secundum Greg. lib. 8. mor. fortitudo iustorum est; carnem vincere, proprijs voluptatibus contrahire, delectationem vitæ præsentis extinguere huius mundi aspera pro æternis præmijs amare, prosperitatis blandimenta contemnere, aduersitatis metum in corde superare.

2 Quæ sunt partes fortitudinis? ℞. sm̃ Tul. sunt quatuor. Magnificentia, fiducia, patientia, perseuerantia; magnificentia secundum eundem Tul. in Reth. est magnarum, & excelsarum rerum, cum ampla quadam, & splendida animi proportione cogitatione, atque administratio. Et secundum Arist. lib. 1. Rethor. Magnificentia est virtus magnitudinis sumptuum effectiua, cuius contrarium est modicitas. & secundum S. Th. 2. 2. q. 144. art. 1. Magnificentia est virtus factiua: & est virtus generalis, si sumatur facere communiter scilicet pro omni opere. Si verò propriè scilicet pro operatione exteriore, est virtus specialis. Paulus Cortes lib. 3. suarum sententiarum dist. 9. dicit Magnificentiam ex fortitudine nasci, quę est magnorum operum confectrix cum

decentia sumpturum collocandorũ Magnificus, vt inquit Gerson tract. 4. super Cantic. Mariæ non de honore, & gloria curam habet, sed de operibus præclaris, quæ gloria digna sunt, & honore colit lucem, spernit vmbram, gloria sua est, sicut dicit Apost. Testimonium conscientiæ suæ non de alieno pendet iudicio, cui modicum est, si iudicetur ab hominibus vel ab homine, vel ab humano die, nam qui iudicat Dominus est; sit humilis perinde infuga gloriæ: fit magnanimus in operatione magnorum cum dignitate meritorum. Denique cum gloriatur in Domino, gloriatur Gers.

3 Quid est fiducia? ℞. est virtus per quã in magnis, & honestis rebus multum ipse animus cum certa spe fiducię in se collocauit.

4 Quid est patientia? ℞. est honestatis, & vtilitatis causa rerum arduarum, atque difficilium voluntaria, & diuturna possessio.

5 Quid perseuerantia? ℞. est virtus in ratione bene considerata, stabilis, & perpetua permansio.

6 Quid est constantia? ℞. est stabilitas animi firmi in proposito perseuerans.

In quo consistit fortitudo? ℞. consistit in hoc, quod mens hominis sit firma ad toleranda aduersa, & ne resiliat ab eo, quod ratio dictauerit faciẽdum propter aliquid difficile, quod incumbat. Vnde fortitudo, perficit irascibilem circa difficilia aggredienda, vel sustinenda, maximè circa pericula mortis.

SVMMARIVM.

1 *Temperantia quid.*
2 *Temperantiæ partes.*
3 *Temperantiæ species.*
4 *Modestia quid.*
5 *Non verbis, sed aduerbijs meremur.*

De Temperantia. C. XXXVIII.

MVnus Temperantiæ est in coercẽdis, sedandisq. cupiditatibus, quibus contrariamus in ea, quæ nos auertũt à legibus Dei, & à fructu bonitatis eius, cuius efficium est cõtemnere omnes corporeas illecebras, laudemq. popularem Aug. in lib. de morib. Ecclesiæ.

1 Quid est temperãtia? ℞. secundũ Tull. lib. 1. Reth. quod est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma, & moderata dominatio. Item secundum eundem in lib. de officijs, quod, temperantia est dominium rationis in libidinem, & in motus alios importunos. Item secundum Macrobium temperantia prout est Virtus politica, est nihil appetere, pænitendum in nullo legem moderationis excedere, sub iuga rationis cupiditatem domare. Item secundum Glos. Matth. 15. quod Temperantia est refrenatio cupiditatis ab his, quæ temporaliter delactant.

2 Quot sunt temperantiæ partes? ℞. secundum Tull. sunt tres, scilicet, continentia, clementia, & modestia. Continentia, secundum eundem Tull. est virtus per quam motus animi in odium alicuius temeritate concitati comitate, vel hilaritate continentur. Modestia, est virtus per quam pudor honestus charam, & stabilem authoritatem comparat.

3 Quot sunt species temperantiæ? ℞ sũt octo, scilicet, modestia, verecundia, abstinentia: moderantia: Honestas: parcitas, sobrietas, & prudentia.

4 Quid est modestia? ℞. est quæ facit cultum, & motum, & omnem naturalẽ occupationem, vltra defectum, & citra excessum sistere. Verecundia est ingestu, & verbo seruare honestatem. Abstinentia est statutum tempus cibandi non preuenire. Moderãtia est minimum ciborum appetitũ rationis imperio reuocare. Honestas, est nec lautiores cibos quærere, nec in appetitu operam dare. Parcitas est mensuram refectionis non excedere. Sobrietas est excessum in potu cohibere. Pudicitia, & moderamine rationis petulantiam domare.

Habet enim homo vehementer appetitum conseruãdi se in esse indiuidui per nutrimentum, & conseruandi se in esse speciei, per generationem. Isti autem appetitus restringuntur per sobrietatem, & continentiam.

Item Temperantia consistit in dictis, & factis, factum autem prout hic accipitur, perti-

pertinet ad tres sensus circa proprias eorum materias, scilicet, visum, auditum, & olfatum. Pertinet etiam hoc factũ ad tactum, non quidem, qui est in generatiuã, sed ad alios, quorum organa sunt manus ad percutiendum, vel capiendum, & pedes ad ambulandum. In omnibus istis modum ponit modestia.

Temperantiæ dignitas, in quo, & cui assimilatur? Respondetur, dignitas Temperantiæ in hoc est, quod animã decorat; quia sicut in naturis forma est decentior materia, sic & in moribus plus cõmendatur modus, quã ipsa actio. Propter hoc, temperantia cõparatur soli, qui medius planetarum est, & decentior inter omnes. Meritum cumulat, quia medium tenuere beati.

5 Quomodo dicitur: non verbis meremur, sed aduerbijs? ℞. id est, quod verbis nõ meremur, sed aduerbijs, id est, non eo, qđ aliquid facimus, sed in eo quod benè facimus. Illud patet in illa Vidua, quæ obtulit duo minuta, & magis commendata est, quam qui magna dona miserunt in gazophylatium. Vitiosos appetitus refrenat, sicut supra dictum est, vnde comparatur freno, & remo, & limæ, quæ superfluum rubiginis tollit de ferro. Actiones informat, secundum quod Apost. instruit, dicẽs ad Rom. 12. Rationabile obsequium vestrum. Medium seruat Bern. Tene medium, si non vis perdere modũ. De hoc medio dicitur. Medio tutissimus ibis. Illud medium voluit Dominus nos tenere, quando fecit Euam, non de capite, vel de pede, sed de costa: & quando fecit hominem partim corporalem, & partim spiritualem, vt dignitate naturæ, sub natura esset Angelica, & super corpoream naturam. Christo assimilat, qui stetit in medio Discipulorum, sedit in medio Doctorum, suspensus est in medio latronum, locatus est in medio duorum animalium, visus est à Ioanne in Apocalypsi in medio candelabrorum aureorũ. Naturam conseruat, quia natura in medijs delectatur, & per extrema corrumpitur. Vnde Philosophus excellentia Senatorum corrũpitur sensus. Ferculis æter nis cibat. Vnde tẽperantia cõparatur ligno vitæ, quod erat in medio Paradisi, & tandem medium tenuere beati.

SVMMARIVM.

1 *Dona Spiritus sancti.*
2 *Dona Spiritus sancti septem, quare.*

De donis in communi. Cap. XXXIX.

1 Quot sunt dona Spiritus sancti? ℞. quamuis omnes habitus diuinitus dati, dona Dei generaliter dici possint, specialiter tñ & appropriate, septem sunt dona Spiritus sancti; quæ Isai. 11. enumerat à summo incipiens vsq; ad vltimum descendendo, 1. Spiritus sapientiæ. 2. Intellectus 3. Consilij. 4 Fortitudinis 5. Scientiæ. 6. Pietatis. & 7. Timoris Domini. De his ait Paul ad Rom. 5. Diffusa est charitas in cordibus nostris per Spiritum sanctum. A timore Domini gradatim ad sapientiam accenditur.

Primò, Timor Domini, donum est Spiritus sancti, quo excitati Dominum nostrum, vt pijssimũ patrem, filiali affectu reueremur, & anxiè metuimus, ne quoquo modo cũ offendamus, & ne ab eius charitate, qua nos diligit vlla ex parte excidamus.

Secundò, Pietas, est donum Spiritus sancti, quo imbuimur ardenti, & placito affectu ritè, & syncerè colendi Deum, & benefaciendi proximo, etiam de nobis malè merito, propter Deum.

Tertio, Scientia, est donum Spiritus sancti, quo hoc consequimur, vt sciamus quomodo in hoc maligno sæculo prudenter, & sine offendiculo vitam nostram transigamus.

Quartò, Fortitudo, est donum Spiritus sancti, quo accensi roboramur, vt vel illecebris, vel aduersitatibus huiusmodi, à pietate abduci nos, nullo modo patiamur.

Quintò, Consilium, est donum Spiritus sancti, quo docemur benè consulta, & deliberata ratione expedire eligere, præsertim in rebus difficilioribus id quod non solum nobis, sed, & proximo ad perpetuam salutem in primis commodat, Deiq. gloriam quam maximè illustrat.

Sextò,

Sextò, intellectus, est donum Spiritus sancti, quo illustrante, rectam, veram, & catholicam intelligentiam diuinorum aliquorum, & mysteriorum assequimur.

Septimò, sapientia est donum Spiritus sancti, quo imbuti. animum à terrenis, & temporalibus rebus subducimur, & Dei contemplationi vacamus.

2 Item septem igitur sunt dona multiplici ratione. Primò, scilicet, vt per hæc septem expellantur vitia septem, ita scilicet, vt timor expellat superbiam, pietas inuidiam, scientia, iram, quæ est quasi quædam insania; fortitudo acediam; cōsilium, auaritiam; intellectus, gulam; sapientia, luxuriam.

Item dicuntur esse septem dona propter expediendas vires naturales. Nam irascibilis indiget expediri tam in prosperis, quam in aduersis; in prosperis quidem per timorem; in aduersis autem per fortitudinem. Concupiscibilis indiget expediri quantum ad effectum respectu Dei, qui fit per gustum sapientiæ, etiam quantum ad effectum respectu proximi, qui fit per pietatem. Ratio indiget expediri in veritatis speculatione, quod fit per donum intellectus, & veritatis electione, quod fit per donum consilij, atque in electi executione, quod fit per donum scientiæ. per hoc enim donum rectè conuersamur in medio nationis prauæ, & peruersæ.

Item dicuntur septem dona propter regimen actiuæ, & contemplatiuæ vitæ: contemplatiua siquidem tria dona debet habere, scilicet, timorem ad reuerentiam maiestatis; intellectum ad intelligentiā veritatis; sapientiam ad gustum bonitatis. Actiua verò vita debet habere pietatem ad agendum; fortitudinem, scientiam ad discretionem pietatis, consilium ad directionem fortitudinis.

Plurima ergo dona sunt ad intellectū spectantia, quia lux cognitionis multum valet ad rectè viuendum propter eandem causam fit donorum obuiatio, vbi quasi semper adiungitur vnum directiuum cum alio, quod spectat ad actionem, vel passionem: vnde Gregorius super Ezech. dicit, quod sumus per sapientiam maturi, per intellectum prouidi, per consilium cauti; per fortitudinem animosi; per scientiam discreti; per pietatem misericordes; per timorem humiles.

SVMMARIVM.

De Timore in communi. Cap. XXXX.

Stultum est timere, quod vitari non potest, iustissima res est nihil timere præter Deum. Timidum non facit animum, nisi reprehensibilis vitæ conscientia mala. Senec. in Prouerb.

1 Quid est timor? Respondetur, secundū Aug. super Ioan. est fuga animi, ne perdat, quod diligit. Idem lib. de ciuit. Dei Timor est affectio, vel amor fugiens, quod ei aduersatur.

Timor, secundum Damascen. est expectatio futuri mali, & in hoc differt à tristitia, quia hæc est de malo præsenti, timor verò de futuro. Vel timor est metus mali impendentis. secundum Tull. lib. Tuscul. quæst. Vel secundum Arist. lib. 3. Et hic timor est expectatio mali, vel, vt idem dicit lib. 2. Rethor. Timor est ex imaginatione futuri mali corruptiui, ac dolorem inferentis perturbatio quædam, ac dolor. Et secundum S. Tho. 1. 2. quæst. 41. art. 1. & 2. Timor inter cæteros animi motus post tristitiam, magis obtinet rationem passionis, & est specialis passio, & diuiditur in sex. Secundum Damasc. lib. 2, cap. 15. scilicet in segnitiam, erubescentiam, verecundiam, admirationem, stuporem, & angoniam.

2 Quot, & quæ sunt species timoris? ℞. species timoris sunt sex, primus timor est naturalis, quo quilibet naturaliter, timet nocu-

nocumentum naturæ. Iſte non eſt meritorius, neque demeritorius, quia non ſubiacet libero arbitrio, & dicitur naturalis, non à natura inſtituta, ſed deſtituta; quia iſte timor eſt pro peccato primorũ parentum inflictus hoc timore Chriſtus naturaliter mori timuit.

3 Item timor naturalis ſecundum Gerſon. in compend. Theol. de ſeptem donis Spiritus ſancti, eſt quo quis timet naturaliter mortem, ſiue horribile aliquid ante deliberationem rationis, qui timor vitioſus non eſt, & dicitur etiam timor naturalis, vt dicit Gabr. diſt. 35. quæſt. vnica, art. 1. lib. 3. non per reſpectum ad Deum, ſed per reſpectum ad naturam, cuius eſſe ſeruatio naturaliter appetitur, & eius diſtructiuum timetur. Secundus eſt timor humanus, quo quis nimis timet pelli ſuæ. Iſte timor naſcitur ex nimio amore præſentis vitæ, & eſt quandoque mortalis actus eius, cum potius quis peccaret mortaliter, quam amitteret vitam ſuam. Quandoque eſt venialis, vt cum quis faceret potius peccatum veniale, quam permitteret ſe occidi.

4 Tertius eſt timor mundanus, quo quis nimis timet rebus ſuis ſpoliari. Hic naſcitur ex nimio amore rerum temporalium, & eſt quandoque mortalis, quandoque venialis penitus eodem modo, quo dictum eſt de humano. Item ſecundum Gabr. 35. quæſt. vnic. art. 1. lib. 3. Timor mundanus eſt alicuius diſconueniẽtis temporalis, propter cuius fugam deſeritur Deus, hoc eſt, actus, vel habitus quo eligit appetitus deſerere Deum per tranſgreſſionem præcepti, ne deſerat bonum temporale, ſeu ne incidat in periculum amiſſionis vitæ, aut delectationis corporalis, aut rerum mundanarum. Ex quo ſequitur, quod deformitas eſt de ratione timoris mundani; nam voluntas deſerendo Deum, & bonum æternum propter bonum temporale habendum, vel conſeruandum incurrit ruinam ſpiritualem. Et ideo dicit Mag. quod timor malus eſt, qui in primo gradu conuerſionis cum modo deſeritur, quem Deus prohibet dicens: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt. Matth. 10. Vel timor mundanus, vt inquit Bruliſer diſt. 18. lib. 1. eſt quando timemus ſic pericula carnis, vel perdere bona temporalia, vt peccemus mortaliter, iſte timor inutilis eſt, & malus, nec donum Spiritus ſancti. Vel timor mundanus, vt ſcribit Gerſon in comp. Theol. de ſeptem donis Spiritus ſancti, eſt quo quis timet amittere, quæ mundi ſunt, & ideo non peccat; ſi ea amittat, ſed timor humanus ſecundum eundem eſt, quo quis ex deliberatione tantum timet pœnam ſui corporis.

5 Item eſt timor ſeruilis, quo quis timet peccare principaliter propter pœnam. Item eſt timor initialis, quo ſcilicet timet quis pœnam, & Dei offenſam. Vnde quaſi duos habet oculos, vnum ad gehennam alium ad Deum, & hic eſt principalior. Item eſt timor filalis, quo quis timet offenſam Dei, vel ſeparationẽ à Deo. Numerus prædictorum timorum, ſic accipitur. Aliquis timor eſt à Spiritu ſancto, & cum Spiritu ſancto, ſicut timor initialis, & filialis. Aliquis à Spiritu ſancto eſt, & non cum Spiritu ſancto, ſicut timor ſeruilis. Aliquis eſt cum Spiritu ſancto, & non à Spiritu ſancto, ſicut timor naturalis. Aliquis nec à Spiritu ſancto, nec cum Spiritu ſancto, ſicut timor humanus, & mundanus, quos nec Spiritus ſancti gratia ſecum compatitur, nec per Spiritum ſanctum datur.

Eſt tandem adhuc alius timor reuerentiæ, qui ſolus inter omnes timores erit in patria, vt in Pſal. 18. Timor Domini ſanctus permanet in ſæculum ſæculi.

6 Quid eſt reuerentia? Reſpondetur, reuerentia eſt reſilitio à conſiderata magnitudine Dei in propriam paruitatem. Item reuerentia eſt honor exhibitus in teſtimonium virtutis. Vel eſt timor initialis, & caſtus. Item reuerentia poteſt capi etiam in bono, & in malo, ſicut etiã confuſio, id eſt, erubeſcentia ſecundum S. Thom. ſuper Pſal. 34. Et reuereri eſt actus timoris, & vt debetur Deo eſt actus latriæ ſecundum S. Thom. 2. 2. quæſt. 81. art. 2.

Item reuerentia eſt honorare. A quo reuerentia honor, quem tam in verbis, quam in factis alicui exhibemus: quare rem aliquam turpem nominaturi, ſolemus dicere: ſalua reuerentia, ſaluo honore. A quo Reuerendus, dignus reuerentia.

tia,& reuerenter cum reuerentia. Et cōponitur reuereri ex re,& vereor. Est autem vereri, timere cum pudore quodam erga eum,quem metuimus. Quidam tamen hæc separant, sic quod vereri,sit hominis liberi,timere serui, quod ille pudoris,hic pœnæ metus teneatur. Et secundum Iacob.de Valent. super illud Psalm. 28. Afferte Domino gloriam,& honorē. Ista quinque se habent per ordinem, scilicet,reuereri, honorare, laudare, glorificare, & adorare. Reuereri est reputare aliquod bonum maius in altero, quam in se ipso. Honorare est exhibere reuerentiam in testimonium virtutis, quam in altero reputamus. Laudare,est honoratum alijs commendare. Glorificare autem, est laudes honorare largè, latèque præconizare. Adorare verò est reuerendum,honorandum, laudandum, glorificandum colere propter eminentiā omnipotentiæ,& sanctitatis, & omni spe, & fiducia post posita, se totum illi subijcere. Ideo adoratio dicitur diuinus cultus, omnia quatuor supradicta comprehendens; & sic tale obsequium exhibetur cum oblatione, & confessione laudis, & protestatione. vt inquit Valent·Episcopus Chrisopolitanus.

7 Qui. & quod sunt effectus timoris Domini? Respondetur, Tinor Domini multa bona facit. Primo expellit peccatum Eccles. 1. Timor Domini expellit peccatum sapientiam gignit. Eccles. 1. Qui timet,nihil negligit; mentem stabilit.Eccles. 27. Nisi in timore Domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Spiritualiter ditat,Psal.33:Non est inopia timentibus eum. Bona opera cumulat. Eccles.15. Qui timet Deum faciet bona. Cor delectat. Eccles. 1.Timor Domini delectat cor. Vitam prolungat. Prouerb. 19. Timor Domini apponit vitam. Deuotionem irrigat. Prouerb.15. Timor Domini fons vitæ: Aeternaliter remunerat Eccl.1.Timenti Deum bene erit in extremis.

De Timore seruili.

8 Quid est Timor seruilis? ℞. Timor seruilis potest accipi dupliciter. Vno modo, vt includit deformitatem seruilitatis peccati. Et sic est habitus, vel actus declinandi malum culpæ propter euasionem pœnæ futuræ cum actuali promptitudine,non declinando malum, si pœnæ non sequerentur, vt cum quis timet pœnas,ac timendo dolet,& quod tales pœnæ affliguntur pro culpa, & actu vellet peccare, si non essent illæ pœnæ, vt inquit S.Bonau.dist.34.q 2.art.2. & Aug.dicit. Inaniter putat se esse victorem peccati,qui timore non peccat.

Item dicitur seruilis,quia sicut seruus, qui non amore operatur, non curat de hæreditate, & sic contristat Dominum, quia non diligit eum, nec amet offendere timore pœnæ, & ne feriatur, aut mulctetur aliqua pœna. vt scribit Valent. Episcopus Christopol. Psal. 2. Et dicitur idem timor seruilis adulter secundū eundem; quoniam sicut mulier adultera timet offendere virum timore pœnæ, sic aliquis timet formidine pœnæ. Vnde Horatius.

Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.
Oderunt peccare boni,virtutis amore.

Alio modo accipitur timor seruilis, vt scribit Gabr.dist.35.lib.3. & non includit huiusmodi deformitatem,scilicet voluntatem peccandi si pœna non sequeretur, & sic est habitus, vel actus declinandi peccatum propter pœnam peccato debitam,si quis apprehendit per fidem pœnas æternas debitas mortali peccati; & ideo elicit propositum non peccandi, timens pœnas ibi sistendo, non habendo propositum conditionale peccandi,si nō sequærentur pœnæ. Iste timor,& si non sit bonus meritoriè, quia non procedit ex amore boni æterni, sed ex amore sui, est tamen bonus, & vtilis per quem fit paulatim consuetudo ad actus bonos de genere exercendos, & malos vitandos, quo præparatur locus charitati, vt dicit Aug. & Magist. & quem succedit timòr initialis. Hinc Brulifer.dist.18.lib.2. q.1. dicit. Timor seruilis mouet, & disponit ad bonum; cum illo autem timore nunquam stat Spiritus sanctus. Hunc enim timorem foras mittit charitas. & dist.15. quæst.vlt.lib.4.idem ait. Multum reprehensibiliter, & vituperabiliter prædicatur in Ecclesia sancta Dei timorem seruilem.

uilem esse vanum, & inutilem. Est enim præparationis ad gratiam, nam facit cessare à peccatis. vnde Psalm. Initium sapientiæ timor Domini.

Item seruilis timor secundum Gersonem de septem donis Spiritus sancti, est quo quis offendere timet tantum ne incurrat pœnam gehennæ. Iste aliquantulum habet vtilitatem; quia frequenter inducit charitatem sicut seta, introducit filum sutoris, vt perhibet Augustinus. Et de hoc videre potes Gabr. distinct. 14. quæst. 2. articulo tertio: quod hic timor inducit charitatem, & succedentem timorem filialem, & est dispositio, sed remota ad gratiam &c. Hic timor non distinguitur à timore naturali. secundum Sanctum Thom. distinct. 34. quæst. 8. articulo secundo. quo quis nociuum omne naturaliter refugit, quãuis timor seruilis illo modo specialiter respicit pœnam futuram peccato debitam. Timor verò naturalis generaliter est respectu cuiuslibet nociui apprehensi, vt possibiliter futuri, siue sit temporale, siue perpetuum, siue spirituale, siue corporale.

De Timore initiali.

9 Quid est timor initialis? Respondetur, Timor initialis sic dictus est, quia est incipientium. primò, pænitere. vnde Isai. 26. Domine à timore tuo concepimus, & peperimus spiritum salutis. Vel potest dici sic, quod timor initialis sit quasi medius inter seruilem, & castum, seu filialem, vt scribit Gabr. distinct. 35. libro tertio. Medius per participationem extremorum. Iste enim timor, vt dicit Magister, nec ex toto est seruilis, nec ex toto castus, sed est tanquam medius, quia habet aliquid de seruili, & aliquid de timore casto. Facit enim partim seruire timore pœnæ, partim amore iustitiæ, per quem timemus damnari, & timemus offendere. Vnde timor initialis sic describitur. Est actus, vel habitus seruiendi Deo propter cauere Dei offensam, & simul pœnam diuinæ legis transgressoribus debitam, vt dum quis apprehendit indignitatem diuinæ offensæ, eius malitiam & horret eam: similiter, & pœnam offensorbus præparatam, & elicit nolle offendere Deum, propterea verè vtrunque, scilicet, Dei offensam, & pœnam. Actus ille similiter, & habitus ad ipsum inclinans, est timor initialis. Hinc timor oritur ex amore Dei simul, & ex amore sui. Propter primum timet offendere dilectum. Propter secundum cauet pœnam, & sibi malum. Nonnunquam tamen, vt dicit Magister, vterque timor dicitur, quandoque in scriptis, initialis, & vterque similis; quia, initialis, qui est in charitate inchoata, aliquid habet de seruili, scilicet, angorem pœnæ, & aliquid de casto, scilicet, quod timet separari, ac offendere: sic & seruilis communicat cum initiali, quia attendit pœnam, quam etiam licet non sôlum, attendit initialis; vnde vterque dicitur: Initium sapientiæ.

Alia tamen, & alia ratione seruilis, quia præparat locum sapientiæ, & ducit ad sapientiam. Initialis, quia inchoata sapientia, quem cum quis habere incipit, sapientiam, & charitatem habere incipit. Timor initialis, secundum Bruliferum distinctione decima octaua, quæstione prima, libro primo. est ille, qui incipit amare illud, quod sibi videbatur durum, & hoc non solum propter timorem pœnæ, sed etiam propter amorem Dei. Et dicitur initium, vel principium sapientiæ, vt dicit Sanctus Bonauentura distinctione trigesima quarta, libro quarto, circa textum, pro eo, quod disponit suscipiendam sapientiam, & recedendum à culpa. Non discrepat à prædictis Gerson par. 2. in compend. Theol. de septem donis Spiritus sancti.

Timor initialis est, qui quasi duplicem habet oculum, seu respectum. vnum ad fugam pœnæ, alium ad amorem gloriæ: seruit enim Deo partim timore gehennæ, partim amore gloriæ, vel iustitiæ. Amor iste est duplex, scilicet, fidelis, quo Deum diligimus propter se tantum, & mercennarius, quo non diligimus principaliter, sed secundario, habito respectu ad mercedem. Huic duplici amori respondet

det duplex timor, scilicet initialis, & filialis. Nam filialis timor respondet amori initiali; initialis verò respondet amori mercennario.

De timore filiali.

10 Quid est timor filialis? ℟. quod filialis, siue amicabilis, vel castus, quod idem est, dicitur amicabilis, quia causatur ex amore Dei, qui est amicitia filialis, quia est respectu offensæ Dei, qui est Pater noster. Et dicitur castus, quia Deus Metaphoricè, sponsus animarum nostrarum dicitur. Hic timor est habitus, vel actus cauendi Dei offensam, & reuerendi Deũ propter offensæ malitiam, & diuinæ dignitatis amorem, vt cum quis apprehendit summam Dei dignitatem, quam diligit, & summam malitiam offensæ huius dignitatis, quam horret, vt contrarium dilecto. Hinc elicit actum reuerendi Deum, & cauendi offensam. Hic actus, & habitus ad ipsum inclinantes, est timor castus, accipiendo timorem, secundo, & tertio modo. Iste timor planè oritur ex charitatiuo amore Dei, & eius dignitas reuerentiam ardenter desiderat.

11 Timor castus, vt inquit Brulifer distin. 18.q.1.lib.1. est ille, quo homo timet offendere Christum suum sponsum, ne derelinquat spiritum; & amor filialis stat cum perfecta charitate. Gerson de septem donis Spiritus sancti, ait: Timor filialis, siue castus est quo timemus, ne Christus animæ nostræ sponsus, aut tardet, aut discedat, aut aliquatenus offendatur. Hic est timor sanctus, de quo, & supra dictum est, qui permane t in sæculum sæculi, qui alio nomine, vt inquit Gerson, dicitur reuerentialis. Et secundum eundem: Timor initialis, & castus propriè dicitur donum Spiritus sancti. De prædictis timoris speciebus, scilicet de timore seruili, initiali, & filiali scribit S.Bonau.dist.34.quæst.vlt.lib.3 vbi dicit: Timoris est intueri tria, videlicet pœnã, vt fugiat, offensam, vt illam caueat, maiestatem suam, vt illi subiaceat exhibendo reuerentiam. Et secundum hoc triplex est doni timoris differentia. Vnus, qui principaliter aspicit pœnam, & iste est seruilis, alius verò, qui vnum oculum habet ad pœnam; sed tamen principaliter habet ad offensam vitandam: & hic est initialis. Tertius autem, qui vnum oculum habet respectu offensæ vitandæ, aliũ verò respectu reuerentiæ exhibendæ, & hic est filialis.

12 Timor mercennarius est, qui fit timore amissionis æternæ mercedis, siue beatitudinis, pro quanto est maximum commodum, & eius amissio maxima pœnarum.

Amissio autem beatitudinis, dupliciter timeri potest. Vno modo, vt est separatio à Deo sponso super omnia dilecto, cui ex amore iungi desiderat ad laudem, & reuerentiam dilecti; & hic timor pertinet ad timorem castum, & filialem. Alio modo, vt amissio beatitudinis, & priuatio summi commodi, & maxima pœnarum, & sic pertinet ad timorem mercenarium, qui est species timoris seruilis. Et secundum hanc distinctionem oportet intelligere verba S. Aug. per Magistrũ allegata, vbi dicit: quod timoris separationis à sponso, attribuit timori casto, & filiali. Patet ergo, quod timor mercennarius, est timor seruilis, quia est timor pœnæ, scilicet amissionis regni, & summi commodi, quæ est magna pœna, Gabr. dist.25.quæst.vnic.art.1.lib.3.& art.2. dicit: quod timor naturalis, neque repugnat charitati, neque coexigit eam sibi. Timor enim ille oritur ex amore naturali sui ipsius, sed ille nec repugnat charitati, nec eam coexigit, cum ille sit in omnibus hominibus. Vide latius Gabr. & S. Bonau. & Gerson.

SVMMARIVM.

1 *Pietas quid.*

De dono Pietatis Cap. XLI.

1 Quæritur, quid est Pietas? ℟. vocabulum pietatis multipliciter accipitur secundum S.Bonau. dist. 35.quæst.6.lib. 3. secundum quod innuit Aug. 10. de Ciuit. Dei. Donum pietatis consistit in Dei cultu, in veneratione sa-

ctæ scripturæ,& in honore proximi. Cultus Dei consistit in professione diuinæ Maiestatis, quam Græci Theosesebiam vocant. Veneratio sacræ scripturæ consistit in hoc, vt ei firmiter credatur, solicitè custodiatur, & fideliter dispensetur. Honor proximi consistit in reuerentia Superiorum, in conformitatem æqualium, & in subuentione inferiorum.

SVMMARIVM.

1 *Scientia quid.*
2 *Scientiæ,& sapientiæ differentia.*

De dono Scientiæ. Cap. XLII.

PRima sapientia est, vita laudabilis apud Deum pura mens, per quam puri puro iunguntur, & Sancti Sancto sociantur Greg.Nazian.in prolog.

1 Quid est Scientia? ℞.Scientia,vt est donum Spiritus sancti, sic diffinitur à Gers. par. 2. de septem donis Spiritus sancti. Scientia est lumen spirituale acceptum à Deo, in quo videntur rationes operabilium pertinentium ad vitam, per quas sanctè, & meritoriè viuamus: sic dicit Apost.ad Titum 2. Abnegantes omnem impietatē,& sæcularia desideria, sobriè, iustè,& piè viuamus in hoc sæculo. Vnde sicut fides est illuminatio quædam ad credibilia,ita donum scientiæ,est illuminatio quædam ad operabilia; & differt dono sapientiæ, quando sapientia est cognitio quædam diuina per gustum: scientia autem est lumen quoddam diuinum ad operabiliapertinentia ad hanc vitam; vnde sic dicit Magist.in lib.sent. Scientia docet benè conuersari in medio huius prauæ,& peruersæ nationis. Aug consonat, qui dicit: sapientia est de æternis, scientia verò de temporalibus.

2 Quæ differentia est inter scientiam, & sapientiam legis? ℞.secundum Iacob.de Valent. super Psal.110. Nam scientiam legis dicit solam cognitionem, & intelligentiam; sed sapientia dicit intellectum cum operatione, nec prodest, nec vtilis est scientibus. Sed intellectus legis cum operatione est bonus, & vtilis facientibus,& operantibus eum,id est,operantibus secundum intellectum legis. Vnde scientes legem, & facientes, semper laudabuntur à Deo,& hominibus. Per oppositum autem scientes, siue intelligentes legem, & non facientes, nec operantes, semper vituperabuntur,& accusabũtur. Nam seruus sciens voluntatem Domini sui,& non faciens, plagis vapulabit multis.Luc.12.

Item scientiæ donum, quod idem est in essentia,prudentia, quæ est virtus politica,sed differt in ratione agendi. Prudentia enim procedit ex principijs iuris naturalis: scientiæ verò donum ex principijs fidei proprius actus scientiæ doni, est docere,rectè conuersari in medio nationis prauæ, & peruersæ. Ad quod requiruntur tria; primum est,quod habeat rationes, quibus se defendat ab impugnantibus fidem suam. Secundum est, quod à malo abstineat. Tertium, quod benè, & prudenter temporalia administret.

Præterea scientiæ donum est denique opera ad normam rationis,& ad conformitatem Dei. Item per scientiæ donum scitur ne sub specie boni malum lateat. Item donum scientiæ regit pietatē, propter quod etiam hæc duo combinantur. Item per donũ scientiæ, scit homo quod sit,& à quo sit,& ad quid sit.

Scientiæ donum est scientia faciendorum, & ideo ratione scientiæ consistit in cognitione secundum quam non est virtus; sed ratione faciendorum consistit in operatione,secundum quam est virtus.

SVMMARIVM.

1 *Fortitudo quid,& vt sequitur.*
2 *Fortitudo, prout dicitur spiritus sancti donum.*

De Fortitudine. Cap. LXIII.

1 QVæritur,quid est Fortitudo? ℞. vt scribit Cortesius lib.3.sent. dist 8. est adamas omnium virtutum, ac tã expultrix formdiinis, quam moderatrix audaciæ dicitur,nullo modo à bonorum genere metu, aut periculorũ magni-

gnitudine auocatur, eiq. maximè est cõiuncta magnanimitas, quatenus, scilicet in rerum magnarum difficultate versetur, nec longius (vt idem dicit) patientia ab eadem fortitudine abest, quæ est rationis contra tristitiam tutatrix. Gabr. dist.34.quæst. vnic. art.1. lib.3. astipulatur, qui ait duas esse species Foortitudinis immediatè, quarum vna est fortiter sustinere terribilia, quæ vocatur patientia, quæ est nobilissima fortitudo. Hæc est, quæ inclinat ad non repellendum tristia, seu terribilia, & illud non repellere, est quidam actus positiuus, scilicet velle non impedire, quod est nolle impedire aduersa terribilia, seu velle pati talia.

Alia fortitudo est in aggrediendo, & repellendo terribilia, & aduersa, quæ retinet fortitudinis; vterque vincit, sed longe nobilius patientia, quam repellens fortitudo. Hæc Gabr. Fortitudo, vt est virtus, moralis est, vt scribit Gerson par. 4.in descriptione terminorum ad Theologiam vtilium, qua inclinatur habens eam tendere in bonum, arduum, & magnificum, sub ratione qua tale est, aut non cedere malo, sub difficultatis, & aduersitatis, ratione proposito. Cuius species est magnanimitas, de qua ibidem Gerson, & de qua etiam dictũ est supra.

2 Fortitudo verò, prout dicitur, Spiritus sancti donum, fit quando Spiritus sanctus infundit animum ipsum firmans cõtra quæcunque pericula in audacia, & excludens timorem. Rich.etiam ab his non dissentit lib.3.distin.34.quæst.6. qui dicit: quod duplex est fortitudo, politica, & gratuita; vnde martyrium propriè loquendo, non est actus fortitudinis politicæ, hoc est, fortitudinis ordinatæ ad istam ciuilitatem inferiorem, quæ est infra facultatem naturæ, sed actus est fortitudinis gratuitæ, quæ ordinatur ad ciuilitatem ciuium supernorum. Est enim actus charitatis, & iustitiæ &c.

S.Bonauen.dist.35.quæst.5. lib.3. vult, quod fortitudinis doni actus, consistat circa passionum tollerantiam, secundum imitationem Christi: & hic est actus principalis. Vnde Luc.9. dicitur: Qui vult venire post me, abneget semetipsum &c. Hinc est, quod actus fortitudinis doni attenditur circa promptam, & expeditam passionum tollerantiam, per hoc quod quodammodo nos mundo, & mundus nobis crucifixus est; iuxta illud, quod dicit Apost. ad Gal. *6.* Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Et fortitudo, vt est donũ, sic notificetur à Gersone par.2. de septem donis Spiritus sancti. Fortitudo est affectio animi, qua cupiditas terrena deprimitur, nullaque aduersitas formidatur, & differt fortitudo, vt est virtus, & donum, vt ibidem ostendit, & ex dictis modo patet.

SVMMARIVM.

1 *Consilium quid.*
2 *Consilij conditiones.*
3 *Consilium pro deliberatione.*
4 *Consilium etiam pro prudentia.*

De Consilio. Cap. XLIV.

1 QVid est Consilium? Respondetur, Consilium dicitur dupliciter, sicut & consulere, vt inquit S. Bonauent.distin.*6.*lib. 1. in dubijs literalibus. Vno modo, consulere dicitur accipere consilium, & sic dicit ignorantiam; & similiter consilium ad hoc. Alio modo, consulere dicitur dare consilium, & hoc modo dicit scientiam, & potest transferri ad diuina. Deus enim nullo modo accipit consilium aliunde. Vnde notandum, quod in cõsilio duo sunt, vt inquit idem S.Bonau. Est ibi cognitio rei occultæ, & est ibi dispositio firma. Quoniam ergo in Deo est verissima cognitio occultorum, & inuariabilitas; ideo rectè in ipso dicitur esse consilium. Vnde Gregorius. Deus mutat sententiam, sed non consilium.

2 Consilium debet habere tres conditiones, vt refert Gerson part 4.serm.1.de S.Antonio. Prima, vt is, qui petit consilium, se ostendat talem, cui libere, & absque timore dare possit consilium, & illi credat. Secunda, quo ad rem, de qua quæritur consilium, vt quæratur ab his qui secundum artem eorum illud nouerunt. Cuilibet in sua arte experto credendum est. Tertia, vt cognoscantur tales

les consultores Deo fideles esse, quoniam si sint infideles Deo, infideles erũt, & hominibus. Et prouerbium est multum consilium consultori pessimum in eos, qui cum consulentibus se malè consulant, huius subinde dolosi consilij pœnas expendunt. Auctor Polidorus, de quo & Magister Varro lib. 3.cap.2. de re rustica, mentionem facit.

Vocamus quandoque consilium minus propriè monitionem generalem, vt dicit Sanctus Bonauentura distinctione quadragesima prima, quæstione tertia, libro secundo, quæ viam expedit ad perueniendum in salutem, sicut sunt admonitiones Salomonis in libro Prouerb. & consimiles hortationes ad bonum. Et vt scribit Gerson part. 3. de vita spirituali animæ, lect. 5. Consilium quod lex dicitur, nam quod liget ad obseruationem sui, eam quippe deferens pœnam non incurrit, impletio tamen eius præmium meretur, & coronam. Eam præterea legem consiliorum diuinorum nihil pendere velut inutilem, & tanquam obseruatores, non inde perfectiores fiant improbare, damnationem non euadit. Vnde Scotus in quarto, distinctione tertia, quæst. 4. ait. Contemptor consilij, peccat mortaliter.

3 Consilium quoque sumitur tribus modis: quandoque enim dicitur consilio deliberatio de rebus valentibus ad finem, ad quem tendimus, tale consilium pertinet ad prudentiam, vel idem est, quod prudentia. Quandoque dicitur consilium persuasio rerum excellentium, ad quas non tenemur, secundum quod dicitur hoc esse consilium. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Matthæi 19.

4 Quandoque dicitur consilium prudentia valde exercitata in medio contemplatiuorum, & actiuorum donorum, & deliberatio, de quibusdam operibus arduis, siue teneamur ad ea, siue non, & secundum hoc sumitur consilium donum; & ita consilium, & prudentia, sunt idem in essentia; tamen consilium abundat supra prudentiam in vno accidente, secundum quod eius est imperare.

Notandum est, quod sicut ad scientiæ donum pertinet reprobare malum, & eligere bonum; pertinet ad consilium cauere pericula, quæ sunt in hoc exilio. Isai. 7. Item sicut scientiæ donum habet regere pietatem, ita donum consilij habet regere fortitudinem. In hoc autem differunt consilium, & scientia; quia scientia est circa bonum, & malum, sed consilium est circa difficile, & arduum.

SVMMARIVM.

1 *Sapientia quid.*
2 *Sapientia quomodo diffinitur ab Augustino.*
3 *Sapientia quomodo diffinitur ab Aristotele.*

De dono sapientiæ. Cap. XLV.

1 QVid est Sapientia? Respondetur, vt notat S. Bonauent. dist. 35. quæst. 1. lib. 3. quæ dupliciter consueuit accipi tam à Philosophis, quàm à Sãctis, videlicet communiter, & minus communiter, & propriè, & magis propriè communiter accipiendo sic: Sapientia dicit cognitionem naturalem, secũdum quod diffinit eam Aug. & Philos. quod sapiẽtia est cognitio rerum, & humanarum, & Philos. in prima Philosophia dicit: quod sapiens est, qui omnia nouit, secundum quod conuenit.

Secundò modo: Sapientia minus cõmuniter dicitur; & sic dicit cognitionẽ non quancũque, sed cognitionem sublimen, videlicet rerum æternarum. Et sic accipit Apost. 1. Corinth. 12. Alij datur per spiritum sermo sapientiæ; alij sermo scientiæ, secundum quod exponit Aug. dicens: quod sapientia est cognitio causarum altissimarum.

Tertiò modo accipitur Sapientia propriè, & sic nominat cognitionem Dei secundum pietatem: & hæc quidem cognitio est, quæ attenditur in cultu latriæ, quæ exhibemus Deo per fidem, spem, & charitatem; secundum quem modum accipit August. 14. de Ciuitate Dei, exponens illud Iob: Ecce pietas ipsa est

ſapientia, dicens ibidem, quod pietas, & ſapientia eſt, quod theoſebia, & theoſebia idem eſt, quod cultus diuinus.

Quartò modo, dicitur ſapientia magis propriè, & ſic nominat cognitionem Dei, & experimentalem, & hoc modo eſt vnum de ſeptem donis Spiritus ſancti, cuius actus conſiſtit indeguſtando diuinam ſuauitatem, & actus præcipuus doni ſapientiæ propriſſimè dictæ eſt ex parte affectionis. Et iſtius ſapientiæ, ſecundum Dionyſium, eſt amantem eſſe; propter hoc, quod melius afficiuntur circa Deum præuia cognitione, quæ eſt per ablationem, & negationem, quàm per affirmationem, vt docet in lib. de miſtica Theol. De illa ſapientia latius ſcribit Sanctus Bonauentura, vbi ſupra. Et ſecundum eundem differunt ſapientia, & intellectus, ſcientia, & conſilium, vt dictum eſt in ſuis locis. Nam ſapientia in cognitione, & affectione æternorum conſiſtit. Intellectus verò eſt cognitio veri æterni, ſecundum conditiones creaturarum, id eſt, ſecundum quod ex conditionibus creaturarum naſci poteſt.

Differt itaque à ſapientia, quia intellectus ad ſolum intellectum pertinet, ſapientia autem ad intellectum, & effectum.

Secundò, quia ſapientia eſt cognitio & amor Dei ſecundum proprias conditiones communes Deo: intellectus verò ſecundum conditiones Deo, & creaturæ communes &c. Vide latius Bonau. diſt. 35. lib. 3.

2 Sapientia tandem Philoſophi ſicut diffinierunt, eſt & habet Aug. 14. de Trinit. Sapientia eſt diuinarum, humanarumque rerum cognitio ſtudio benè viuendi coniuncta, vel ordinata; ex quibus verbis diffinitionis patet, quæ requiruntur ad veram ſapientiam, in qua eſt ſalus vera, ſcilicet: Primò diuinarum cognitio per veram fidem. Secundo eorum ad hominis ſalutem ſunt neceſſaria cognitio. Tertiò bona vita.

3 Sapientia, ſecundum Ariſtot. lib. 1. Rethoricorum, eſt multarum, & mirabilium rerum ſcientia. Et lib primo Metha. Sapientia eſt cognitio primarum, & vltimarum cauſarum, ſecundum Alpharabium, Cicer. in lib. Tuſcul. quæſtionum, ita ſapientiam diffinit: Sapientia eſt rerum diuinarum, & humanarum ſcientia, cognitioque, quæ caſus cuiuſque rei ſit, ex quo efficitur, vt diuina imitetur, & humana omnia virtute inferiora ducit, ſecundum Sanctum Thomam 2. 2. quæſt. 23. Sapientia, qua formaliter ſapientes ſumus, eſt quædam participatio diuinæ ſapientiæ, quæ Deus eſt. Et omnis ſapientia, eſt ſcientia in quantum eſt de concluſionibus: ſed differt à cæteris ſcientijs in quantum eſt de principijs, ſecundum Sanctum Tho. 1. 2. quæſt. 57. artic. 3.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus quid.*
2 *Intellectus eſt quoddam lumen ſpirituale.*
3 *Intellectus pro notitia.*

De Intellectu. Cap. XLVI.

1 QVid eſt intellectus? Reſpondetur, Intellectus, Græcè νοῦς, dicitur, & eſt vis animæ, quæ inuiſibilia percipit, ſecundum Auguſtinum lib. de ſpiritu, & anima. & ſecundum Ariſtotelem ſexto Ethicorum. Intellectus eſt habitus principiorum. Et libro magnarum moralium. Intellectus eſt habitus circa principia intelligibilia.

Intellectus dicitur multipliciter, vt habet Pelbartus, & Guil. Scotiſta in prima ſententiarum diſtinctione tertia, parte ſecunda, articulo primo. & Pelbartus libro ſecundo Roſarij Theologiæ in dictione intellectus. Vno modo eſt donum Spiritus ſancti Iſai. 11. Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ, & intelligentiæ, ſic intellectus ſecundum Lyram capitur pro dono infuſo, quo perficitur ſpeculatiua ratio ad apprehenſionem veritatis, ſicut ratio practica habet perfici in apprehenſione veritatis per donum conſilij, & diffinitur ſic ab Aug. in ſerm. quodam de timore. Intellectus vocatur, quo ab omni infirmitate carnali corda mundantur, vt puta intentio dirigatur in finem ſuum, ſcilicet, Deum.

2 Intel-

2 Intellectus est quoddam lumen spirituale, vt scribit Gerson par. 2. de octo beatit. infusum in cognitionē Dei in creaturis. Et differt à dono sapientiæ, vt idē vult, quod sapientia est cognitio per gustum. Est enim quoddam lumen sub quo, vel in quo videntur, & gustantur diuina per experimētum. Vnde sapientia, prout est donum, est propriè gustus Dei in donis suis. Intellectus autem non est per gustum, sed potius est lumen quoddam datum à Deo ad cognitionem Dei in creaturis illis, in quibus resultat Deus per gratiam, vel in illis in quibus habet resultare per gratiam, & gloriam. Vnde intellectus est donum, quo gratuite cognoscimus dispositiones cælestium per eas tendimus in Deum sic disponentem. Hæc Gerson vbi supra.

3 Secundò dicitur. Intellectus notitia principiorum (de quo Philosophus 6. ethic. dicit, & supra dictum est) quod intellectus est habitus principiorū, quæ per se nota habentur, statim cum ab intellectu percipiuntur, vt quod omne totum est maius sua parte.

Tertiò modo capitur intellectus pro actu intelligendi, sicut, cum dicitur. Hic est intellectus meus, vel tuus, & illius intellectus est syllogizare, discurrere regulas artium, sibi formare generales, & infallibiles ad exemplar partis patriæ, de quo videatur latius Gerson parte tertia de consolatione Theologiæ, lib. 2. prosa 4.

Quartò modo accipitur pro potentia intelligendi animæ, &c.

Et intellectus hominis non potest intelligere pro statu isto, nisi concursus ad phantasma; vnde nullam cognitionem habere potest, nisi eam, ad quam mediatè, vel immediatè concurrunt phantasmata; de quo videatur Gabr. distinctione nona, quæstione secunda, art. 3. lib. 2. sententiarum.

SVMMARIVM.

1 *Sensus quot.*
2 *Visus.*
3 *Gustus.*
4 *Auditus.*
5 *Odoratus.*
6 *Tactus.*
7 *Sensus spirituales.*

Gerson de Gustu.

Gustus, olefactus, auditus, visus, tactus.
Per te claudantur, ne sordes ingrediātur.

De quinque sensibus. Cap. XLVII.

1 Quot sunt sensus? ℞. sunt quinque, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Hos quam diligentissimè custodire oportet, ne à lege Dei deflectant: per illos enim tanquam per fenestras quosdam peccatum, & per peccatum mors in animam ingreditur, inquit B. Hieronymus.

2 Quid est visus? ℞. secundum S. Thom. visus non est forma oculi, sed animæ, secundum quod ab ea fluit visus. S. Tho. super lib. de anima. Et tamen visionis ostēditur ad significandum omnem cognitionem sensuum, & intellectus propter dignitatem visus, & certitudinem eius, secundū eundem. par. 1. q. 67. art. 1. Quomodo autem fiat visio tam interior, quā exterior; vide apud Philosoph. & Gersonem par. 3. tract. de oculo.

Gerson de visu.

Noli respicere, quæ possint visa nocere,
Auertas visum, tibi ne tollat paradisum.
Intrat mors animas peruisus sæpe fenestras,
Tu clausis portis euita vulnera mortis.

De Gula.

3 Quid est gustus? Respondetur, gustus, siue gula est immoderatus vsus ciborum. Et committitur quinque modis, vt inquit Richar. dist. 15. art. 3. quæst. 6. lib. 4. in solu. argu. & habetur de consec. distinct. 5. Quinque aliquando enim homo indigentiæ tempora præuenit. Aliquando tempora non præuenit, sed cibos lautiores quærit, id est, pretiosos. Aliquando quæ sumenda sunt, expetit accuratius, id est, cum nimia solicitudine præparandi. Aliquando, & qualitas ciborum, & tempus congruit, sed quantitate intemperata sumendi, mensuram refectionis excedit non minus abiectius est, quod si dederat, & tamen ipso esu immensi desiderij deterius peccat. Quodlibet autem

prædictorum modorum potest esse gula peccatum veniale, & sic per eam non frangitur ieiunium; & in quolibet potest esse tantus excessus, quod est peccatum mortale, & sic per illam frangitur ieiunium. Rich. Gula primos parentes de paradiso eiecit. Genes. 3. & de consec. dist. 4. cap. firmissimè.

Gerson.

Astringe tuum gustum. qui vult consumere multum,
Plurima gustare vult ventrem sæpe grauare.
Si gustũ sequeris nũquã bene proficieris
Si tibi credideris, non sobrius efficieris.

Bernardus.

Non tibi sit Deus vẽter, sed viue decẽter,
Parcus vescendo, parcissimus esto bibẽdo.
Vino mutatur sensus mens infatuatur,
Vinum nudauit Noe sanctum, Loth maculauit.

De auditu.

4 De refrenatione auditus, & visus, habetur Isai. 33. Qui ambulat in iustitijs, & loquitur veritatem, qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus, suas ab omni munere. Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum, iste in excelsis habitabit. Visus, & auditus videntur habere curiositatem, quasi insatiabilem. Eccles. 1. Non satiatur oculus visu, nec auris auditu impletur.

Gerson.

A verbis vanis, mendacibus, atq; prophanis.
Aures auertas, ipsas ad commoda vertas.
Audi sermones, horas, missas, rationes.
Sic te dispones ad rectas conditiones.

Bernardus.

Si cupis pacẽ, linguã compescere loquacem,
Qui scit refrenare linguã, sensumq; domare.
Fortior est illo, qui frangit viribus vrbes.

De odoratu.

Odoratus, siue olfactus est temperandus à suauitate odorum, cum scriptum sit. Isai. 3. Erit pro suaui odore fœtor, vna pœna infernalis.

Non sit odoratus vnquã tuus immoderatus,
Christ⁹ odor tibi sit, cũ plusquã cætera prosit.

De tactu.

6 Tactus est sensus eorum, ex quibus cõponitur animal, & per quę corrumpitur, secundum Sanctum Thom. in quæst. de veri. quæst. 26. art. 3. Omnis autem tactus, siue attactus, vel amplexus, oscula, & consimiles attactus, principaliter ex luxuriosis cogitationibus (vbi est consensus plenarius, & deliberatus procedentes) sunt grauia delicta, tantoq. grauiora, si personæ fuerunt affines, aut religiosæ, vel eiusdem sexus, & quod enormius est, si in talibus attactibus, vel osculis talis non seruetur honestas, qualis in publico seruaretur. Hæc Gerson parte secunda in tripartito, de præceptis decalogi capite decimo, de nono præcepto.

De sensibus spiritualibus.

7 Per sensus spirituales percipit anima spiritualia, quæ in sponsi sui pulchritudine percipere fas est. Sub ratione splendoris audit amœnissimam harmoniam: sub ratione verbi incarnati, gustat summam dulcedinem, sub ratione sapientiæ, comprehendentis vtrunque, scilicet verbum, & splendorem, odorat summam fragrantiam, sub ratione verbi inspirati in corde tangit summam suauitatem, sub ratione verbi incarnati, & inter nos corporaliter habitantis reddentis se nobis palpabilem, & osculabilem percipit ardentissimam charitatem.

Ex prædictis patet, quod sensus spirituales dicuntur conceptiones mentales circa veritatem contemplandam, quæ quidem contemplatio incipit à sensu, & peruenit ad imaginationem, & de imaginatione ad rationem, & de ratione ad intellectum, & de intellectu ad intelligentiam, & de intelligentia ad sapientiam, siue notitiam excessiuam, quæ incipit hic in via, & consumatur in gloria.

SVMMARIVM.

1 *Beatitudo quid.*
2 *Beatitudines quot.*
3 *Integritati perfectæ, quid requiratur.*
4 *Beatitudines istæ quomodo excludant peccata mortalia.*
5 *Paupertas spiritus quæ.*
6 *Paupertas quotuplex.*
Humilitas est quasi clauis regni cælorum. ibid.
7 *Paupertas, seu mititas, quid.*
8 *Luctus quid.*
9 *Esuries iustitiæ, quid.*
10 *Misericordia quid, & quomodo in Deo.*
11 *Opera misericordiæ.*
12 *Munditia cordis.*
13 *Pax, quid.*
14 *Patientia quid.*

De Beatitudinibus in genere. Cap. XLVIII.

Beatus dictus, quasi benè, scilicet ab habendo, quod vellet, & nihil patiẽdo, quod nollet. Ille enim verè beatus, qui habet omnia, quæ vult, & nihil vult malè. Isid. in Etym.

1 Quid est Beatitudo? Respondetur secundum Theologos, ac etiam Physicos, vt inquit Gabr. dist. 24. q. vnic. art. 2. lib. 2. est optimum hominis bonum. Et vt ait Brulifer. Beatitudo est bonum gloriosum, copiosum, & delitiosum, quod omnis homo naturaliter appetit dist. 22. q. 1. lib. 2. Item Boetius. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et secundum S. Thom. 4. sent. dist. 43. art. 2. est summum bonum, & vltimus finis rationalis naturæ tantum. Idem 2. par. quæst. 26. art. 1. & 2. & 1. 2. quæst. 3. art. 2. Beatitudo est vltima perfectio hominis. Item Aug. in 5. de Ciuit. Dei, dicit: Beatitudo est omnium rerum optandarum plenitudo. Item in Enchiridion, inquit. Ille beatus est, qui omnia, quæ vult habet, nec aliquid vult, quod non decet.

2 Quot sunt Beatitudines? Respondetur secundum distinctionem graduum sunt septem, quamuis sint octo secundũ essentiam, quæ enumerat in sermone de monte. Matth. 5. scilicet: Beati pauperes spiritu, &c. & sunt istæ. Paupertas spiritus, mititas, luctus, esuries, iustitiæ, misericordia, munditia cordis, pax, & patientia: harum beatitudinum numerus accipitur secundum perfectionis integritatẽ.

3 Quæ requiruntur ad perfectionis integritatem? Respondetur, requiruntur tria, scilicet, recessus à malo, & processus in bono, & perfectus status in optimo. Nam omne malum procedit aut ex tumore superbiæ, aut ex rancore malitiæ, aut ex languore concupiscentiæ, contra hæc tria, sunt tres beatitudines; scilicet, paupertas spiritus, contra malum superbiæ. Mititas contra malum rancoris; luctus contra malum libidinis. Item processus in bono attenditur secundum diuinam imitationem, quæ est secundum duas vias Domini. Misericordia, & veritas, de quibus in Ps. 24. Vniuersæ viæ Domini, misericordia, & veritas. Item secundum istas duas sumuntur duæ beatitudines, scilicet esuries iustitiæ, & affectus misericordiæ. Præterea status in optimo attenditur in duobus, scilicet, in limpida cognitione, & tranquilla affectione, & secundum hoc sumuntur duæ vltimæ beatitudines, scilicet, munditia cordis ad Deũ videndum, & pax mentis ad Deum perfectè fruendum.

4 Quomodo beatitudines istæ excludãt peccata mortalia? Respondetur, per has septem beatitudines excluduntur septẽ vitia capitalia. Paupertas spiritus, excludit superbiam, mititas iram, luctus inuidiam, quoniam qui luget pro peccatis aliorum, non inuidet illis; esuries iustitiæ, accidiam; misericordia, auaritiam; munditia cordis, gulam; quia cordis munditia, non seruit ventri ad modum bruti animalis; pax, excludit luxuriam; quia gustato, spiritu, desipit omnis caro. Et sicut in enumeratione donorum est ordo artificialis, quo primo ponuntur digniora, & ita in beatitudinibus est ordo naturalis, quia digniores ponuntur vltimo.

De Prima beatitudine. Paupertas spiritus.

Hi sunt pauperes spiritu, qui quando faciunt aliquod bonum, Deum laudant, quando aliquid mali se accusant Aug. de verbo Domini.

5 Quid est paupertas spiritus? ℞. quod ponitur hic paupertas spiritus pro abstinentia ab amore mundi, id est, ab amore voluptatum carnalium, & delitiarum propriæ excellentiæ. Hæc tria complectitur amor mundi. Vnde dicitur super Lucam. Pauperes sunt, qui non quærunt illecebrosa. Et Greg. super Matth. Pauperes spiritu sunt humiles, & timentes Deum. Alia glossa 2. Cor. 6. dicit, quod pauperes sunt, qui nihil habent, & omnia possiden.

6 Quæritur, quotuplex sit paupertas? ℞. quod reperitur paupertas triplex: quædam coactione, seu necessitate, & illa reperitur in illis, qui sunt pauperes, sed vellent ditari si possent. Alia est paupertas dissimulatione, vt in hypocritis, qui fingunt se esse pauperes, vt aliquid eis porrigatur. Alia est paupertas voluntaria, quæ est in affluentia bonorum temporalium, erga Deum humilia recognitiuè, & erga proximum largitiuè, & illa est meritoria, de qua dicitur Matth. 5. Beati pauperes spiritu &c. Item pauperes sunt mundi contemptores, & humiles; qui verò contendunt mundum, habent eum sub pedibus, & sunt supra mundum.

Humilitas est quasi clauis regni cælorum, contra quam non valet aliqua clausura, Apoc. 3. Ecce dedi ostium apertum coram te, quod nemo potest claudere. Ergo facile est pauperibus spiritu intrare regnum cælorum, qui sunt supra mundum, & habent clauem tam efficacem. Paupertatem nobis Christus insinuauit in suis operibus. Luc. 2. Pannis eum inuoluit mater sua, & in præsepio reclinauit eum, &c. Vnde Trenor. 3. Recordare paupertatis meæ, absinthij mei, &c. Et sunt etiam exempla omnium Sanctorũ, qui abrenunciauerunt omnibus terrenis.

De Secunda Beatitudine. Mititas.

Qui didicerunt à Domino Iesu Christo mites esse, & humiles corde, plus cogitando, & orando proficiunt, quam legendo, & audiendo. Aug. in Epist. ad Paulinum.

7 Quid est mitis, seu mititas? ℞. sicut ait Arist. qui nec patitur, nec educitur. Est autem mititas eadem cum mansuetudine, vt habetur in glossa super Matth. quod mansuetus est, qui nullam amaritudinẽ animi sentit; ex quo patet, quod mansuetudo est purgati animi. Homo enim mitis, & mansuetus habet cũ proximo pacem, & societatem, & cum ijs, qui oderunt eum, habet pacem: sic est pacificus. Quia vir mitis frangit iram, & impetum indignationis opponendo mollitiem responsionis. Vnde dicitur Prouerb. 15. Responsio mollis frangit iram. Differunt mãsuetudo, & patientia: quoniam patientia est substinentia molestiarum corporalium, mansuetudo verò substinentia contumeliarum. De mansuetis loquitur Psalm. 36. dicens: Mansueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in mansuetudine pacis.

De Tertia Beatitudine. Luctus.

8 Quid est Luctus? ℞. Luctus est lugere pro peccato, & ipsum odire, ita quod insurgamus ad destructionem ipsius. Lugere verò de malo, vt fugiamus ipsum, in quantum auertit ab amato, & solius charitatis. Lugere autem de aliquo speciali malo, est cuiuslibet virtutis; nam quælibet virtus, luget de suo contrario. Luctus autem pro beatitudine est gratia vehementer dolendi de malo, quod accidit, vel de bono, quod deficit, & illo modo luctus sumptus non est in ijs, qui adhuc sunt in peccatis suis. Greg. in moralibus: nisi à reatu culpæ, quo nos ligauimus, nisi à reatu culpæ, quo nos ligauimus, misericorditer dimittamur perfectæ flere non possumus.

De quar-

De quarta Beatitudine. Esuries Iustitiæ.

9 Quid est Esuries iustitiæ? ℞. Esuries iustitiæ, est vehemens desiderium iustitiæ, siue summi boni. Item iustitia potest sumi hic pro rectitudine vitæ. Vnde glos. super illud. Qui edunt me adhuc esurient, dicit. Amatores veri boni sunt, quibus non satis est, quod iusti sint, sed semper sitiunt opus iustitiæ. Alio modo potest dici iustitia, prout ad eam pertinet reddere vnicuique, quod suum est; vnde glos. Iustitia est sua vnicuique tribuere, sibi, proximis, & Deo. Alio modo sumitur, prout attenditur in afflictione pœnarum. Vnde Bernar. Alij verò tam vehementer contra aliorum delicta zelant, vt videri possent esurire, & sitire iustitiam, si esset apud eos de suis quoque peccatis iudicium idem. Item iustitia, prout hic sumitur, comprehendit fidem, spem, & charitatem, quæ immediatè coniungunt nos Deo. Esuries enim propriè est respectu nutrimenti, & refectionis: ideo, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, id est, vitæ rectitudinem, seu bonitatem reficientur; quia saturabuntur in futuro, adepto illo, quod desiderant glos. super illud Matth. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam saturabuntur, & hoc quo ad primam acceptionem iustitiæ, qui esuriunt, &c. tunc saturabuntur totaliter á Deo se reddendo cæteris satisfactione sufficienti præstitæ. Quo ad tertiam acceptionem. Beati, qui esuriunt &c. quia saturabuntur, quia tunc nullum malum relinquitur impunitum; tunc implebitur illud Psal. 57. Lætabitur iustus cum viderit vindictam, ergo qui esuriunt, & sitium iustitiam beati. Esurientes iustitiæ adaptatur dono fortitudinis, ne in via labescat.

De quinta Beatitudine. Misericordiæ.

10 Quid est Misericordia? Respondetur, est ægritudo animi ob alienarum miseriarum specimen secundum Senecã lib. de Clementia. Misericordia secundum Damasc. lib. 2. cap. 14. est tristitia in alienis malis. Vel misericordia est ægritudo extrinseca alterius iniuria laborantis. Nemo enim patricidæ, aut proditoris supplicio misericordia commouetur, secundum Cicer. Tuscul. quæst. Misericordia est alienæ miseriæ in nostro corde compassio, qua vtique si possumus subuenire, compellimur, secundum Aug. lib. 9. de Ciuit. Dei, & S. Tho. 1. par. q. 21. art. 3. Misericordia, secundum Paluden. dist. 46. lib. 4. dupliciter accipitur. Vno modo pro passione, per quam aliquis compatitur alterius patiẽti, quasi partem passionis alterius in se ferens. Alio modo accipitur pro actu, vel habitu volũtatis, quos aliquis vult subleuare miseriam alterius, accipiendo miseriam primo modo, ipsa non est in Deo, quia misericordia, vt dicit passionem claudit in se tristitiam, & pœnam, sed nec tristitia, nec pœna possunt esse in Deo; ergo nec misericordia, vt est passio. Sed accipiendo secundo modo misericordia pro voluntate releuandi miseriam alterius, sic est in Deo; quia Deus nihil agit circa nos, nisi volens. Sed Deus per sua beneficia miserias nostras frequenter releuat, ergo in ipso est voluntas tales miserias releuandi, & per consequens misericordia secundo modo. Paludensis. Vnde misericordia duo importat, vt inquit Richard. distin. 46. art. 2. quæst. 1. lib. 5. Vnum tanquam essentiale, aliud tanquam accidentale. Primum est promptitudo voluntatis ad subueniendum miseris, in quo cõsistit tota virtutis misericordiæ essentia: Aliud est passio tristitiæ, quæ oritur in appetitu ex cognitione miseriæ alterius. Quãtum ad primum, summè est in Deo, sed nõ quantum ad secundum. Nec propter hoc minus est in Deo essentia misericordiæ, quia illa tristitia est ab ea separabile accidens, quamuis ab illo accidente imponatur nomen misericordiæ ad significandum; vnde secundum etymologiam vocabuli potest dici misericordia, quasi miseria cordis ex cognitione alterius miseriæ generata. Vnde ad hoc Scot. dist. 46. q. 2. lib. 4.

11 Quot sunt opera misericordiæ? ℞. sunt quatuordecim, scilicet, septem corpora-

 lia,

lia,& septem spiritualia. Corporalia sunt hæc; Visitatio infirmorum, Potatio sitiẽtium, Cibatio esurientium, Redemptio captiuorum, Vestitio nudorũ, Collectio peregrinorum, Sepultura mortuorum. Prima sex de istis habemus in Euangel. Matth. 35. Septimum in Tobia. Opera misericordiæ spiritualia sunt hæc: Delinquenti ignoscere, Peccatum corrigere, Ignorantem docere, Tribulanti consulere, Mæstum consolari, Pro salute proximi exorare, Iniurias sustinere, & hoc vltimũ propriè dicitur opus misericordiæ, quia responsio mollis, & humilis frangit iram, & hoc proprium est furorem irati mitigare. Prouerb. 15.

Item hæc opera alio modo duobus metris complexa sunt, videlicet.

Colligo, poto, cibo, tego, sano, visito, condo.
Corrige, duco, cela, doceas, solare, fer, ora.

Et secũdum Palud. dist. 15. q. 3. art. 4. sunt posita in isto modo, videlicet.

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora,
Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, cõdo.

Consule dubitanti, doce ignorantem, castiga delinquentem, cõsolare tristem, remitte iniurias in te peccanti, fer patiẽter aliorum infirmitates, ora pro omnibus.

Visito infirmum, poto sitibundum, cibo famelicum, redimo captiuũ, tego nudum, condo defunctum, de quibus etiã latius Gabr. dist. 16 q 4. art. 1. lib. 4.

De sexta Beatitudine. Munditia cordis.

12 Quid est mũditia cordis, & quomodo accipitur? ℞. Munditia cordis est, qua clarificatur cor, & mundatur ad videndũ Deum, & ardentissimè diligendũ. Accipitur autem hic munditia cordis, nõ pro virtute, sed pro statu quodam, qui est purgati animi. Item munditia est vtriusque hominis integritas diuini amoris, intuitu obseruata. Vel alio modo, munditia est puritas animi omnem abhorrens immũditiã; & diuiditur munditia superficialis, vt illa Pharisæorũ, de quo Matth. 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisæis hypocritæ, qui mundatis, quod deforis est calicis, & parapsidis; intus autẽ pleni estis rapina, & immunditia. Et subditur: Pharisææ cæcæ, munda prius quod intus est calicis, & parapsidis, vt fiat, & id quod foris est mundum. Munditia vera est de puro corde. Et diuiditur in munditiam intellectus, & affectus; vnde Bernar. Duo inquit sunt, quæ in nobis purganda sunt, scilicet intellectus, & effectus. Intellect⁹ vt nocuerit affectus, vt velit. Intellectus purgandus est à tribus, scilicet, à falsis, ab otiosis, & à vitiosis. Falsitas intellectum obtenebrat; otiositas intellectum impedit; vitiositas inquinat; affectus purgandus est à superaspersione, ab infectione, & admissione sordiũ. Superaspersio est in primis motibus, infectio in desiderio morosо, admixtio in amore; amor enim est vnio amantis ad amatũ, ideo purgandus est affectus ab amore terrenorũ à rubiginæ iræ, vel alterius malitiæ. Itẽ cor mũdũ est, vt speculum; & sic Deo in spectori faciẽ suã purã reddat. Abluendũ enim est hoc speculũ, qđ est cor: primò aquæ sapientiæ salutaris, videlicet, quod homo libenter audiat verbũ Dei, libenter studeat in sacra scriptura. Io. 14. Vos mundi estis pp sermonẽ, quem locutus sum vobis. Illud figuratur per lauatoriũ tabernaculi, de quo legitur in Exodo. In quo tabernaculo erant duo specula alterius, in quibus egrediẽtes tabernaculũ, immũditiam suã videre poterãt, & intus aqua, vnde illã maculã lauabãt. Scriptura sacra ostendit maculã cordis, & sic hoc dr̃ speculũ. Secundo scriptura sacra dat aquam gratiæ. Prouerb. 13. Doctrina bona dabit gratiã; sapientiæ studiũ ad munditiã valet, quia tollit otiũ, quod est occasio immunditiæ. Bern. Omniũ tentationum, & & cogitationum malarum, & inutilium sentina est otium. Secundum ad munditiam cordis contritio, ex qua est aqua lachrymarum. vnde Psal. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, &c. Tamen notandum est hic, quod ad hoc, quod lachrymæ faciant cor mundum, debent esse calidæ per deuotionem, amarę per contritionem, cinereæ per mortis recordationẽ, sicut apparet de aqua, cui administrantur cineres, vt fiat lixiuium, quod efficaciter mundatiuum est sordium. Aliud valens ad munditiã cordis, est eleemosynarũ largitio. Luc. 11. Date eleemosynã, & ecce omnia mũda sunt

vobis.

vobis. Item valet ad hoc scopa confessionis. 1. Machab. 4. vbi legitur, quod Iudas, qui interpretatur confitens, mundauit templum. i. conscientiam à gentibus. i. à vitijs inquinatam. i. maculatam. Et 4. Regum. 5, vade, & lauare in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. gloss. Septies in Iordane lauatur, qui humiliter septem peccata mortalia confitetur.

Aliud valens ad talem munditiam, est vita austeritas in victu, & vestitu. Sicut absterſio cum panno aspero solet valere ad munditiam Cyphi, sic vitæ austeritas valet ad munditiam spiritualem. De hac asperitete exemplum habemus in Ioan. Baptista Io. 3. ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis Camelorum, & Zonam pelliceam circa lombos suos; esca autem eius erant locustæ, & mel muscarum syluestrium.

Aliud valens ad munditiam cordis, est Oratio 2. Machab. 14. Tu Domine vniuersorum, qui nullius indiges, voluisti téplum habitationis tuæ fieri in nobis, & nunc Sanctæ Sanctorom omnium domine conserua domum istam impollutã, quæ nuper mundata est. Item ad hoc valet ignis tribulationibus. Vnde gaudere debet homo cum videt se in igne tribulationis positum. Iac. 1. omne gaudium æstimate fratres mei cũ in tentationibus varijs incideritis; scientes, quod probatio fidei vestræ patientiam operatur: patiétia autem opus perfectum habet. Ille n. qui in igne tribulationis per impatientiã exuritur, paleam se esse ostendit, non aurũ, vel argentum, contra quos illud Matt. 3. Paleas comburit igni in extinguibili: Mundos corde Deus recipiet in sua societate, & in præsenti, & in futuro. Vnde ps. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, & subditur, qui ingreditur sine macula. Et Prouer. 22. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorũ suorum, habebit animum Regem: ideo scribitur Matth. 5. Beati mundo corde.

De Septima Beatitudine Pax.

Si dei vocantur filij, qui pacem faciũt, proculdubio Satanæ sunt filij, qui pacem confundunt Greg. in past.

13 Quid est Pax? ℞. est status virtutum, in quo est delectatio in Deo sine contradictione carnis, mundi, & diaboli, vel si est alia efficax est, vnde patet quod pax est status animi purgatissimi.

Quare pacificis attribuitur esse filios Dei, quam alij? ℞. quia licet misericordia maximè assimilet hominem Deo quantum ad opera exteriora, tamen quantum ad interiora, magis assimulat pax.

Pax describitur à S. Aug. 19. de Ciuit. Dei. c. 13. Est tranquilitas ordinis. i. quieta, & suauis concordia debitum ordinem seruans, vbi enim non est ordo, ibi confusio, vbi confusio, ibi pacis perturbatio:

Est autem quędam pax malorum: quę opponitur paci bonorum. Pax homini vera est ordinata hominis ad Deum in fide sub æterna lege obedientia: & hæc est pax hominis ad Deum, ex qua oritur pax hominis ad seipsum. Est enim pax hominis ad seipsum ordinata cognitionis, actionisque consensio, vt quod recta ratio distat efficaciter voluntas imperet, vnde sequitur actio ordinata.

Pax ad proximum est cum omni homine ordinata concordia, vt scilicet nulli noceat, & cum possit prosit, vt inquit Gabr. lect. 81. canon.

Diuiditur pax in pacem spiritualem, ac internam pectoris, ac pacem externam, & terrenam temporis, & pacem supernam, & cælestem æternitatis, quæ diuisio non multum differt à priori. Nã pax temporis requirit pacem cum proximo. Pax interna spiritualis, aut pectoris, exigit pacem cum seipso. Pax cælestis æternitatis complectitur pacem perfectam cum Deo. Hæc est, de qua dicit Apostolus. Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum. Finis autem politicæ Ecel. & cuiuslibet legis, causa regulantis, est pax salutifera, vt dicit Gerson par. 1. de pace considerat. prima. Hoc satis expræssit Apost. qui finem legis, & præcepti, nunc dilectionem esse dixit, nunc Iesum, Intelligens in dilectione parem, in Iesu salutem, vt sit finis pax salutaris, & tantum est bonum pacis salutiferæ (vt idem dicit considerat,) vt pro eius adoptione. neque mundanus honor

neque

neque status, neque gradus, neque propria vtilitas debeant aliquem deterrere, & nihil prorsus nisi peccatum contra legem Dei æternam multa ibidem de pace, & alias. & pax est bonum, quod omnia appetunt, vt idem vult. Et est pax conscientiæ, quod est tale bonum quod aliquod ei, comparari nequit, vt idem dicit par. 3. de monte contemplationis, & sermone habito coram Papa Benedicto. Marsiliæ, vbi ait. Pax est tranquilla bonorum concordia. Non enim est pax impijs, dicit Dominus, &c. Alia de pace apud alios legito. Si enim singula, vel quædam, quæ omitto scribere vellem, volumen fieret magnum, quod paruum semper esse decreuerim, quod non doctis, sed adhuc rudibus scribere volui.

De octaua Beatitudine Patientia.

Magna virtus est, si non lædas, à quo læsus; magna est gloria, si cui nocere potuisti parcas. Nobile vindictæ genus est ignoscere victo. Hug lib. 3. de anima.

14 Quid est Patientia? ℞. est virtus contumeliarum, & omnis aduersitatis impetus æquanimiter portans, secundum Ciceronem in Rethor, & ibidem Patientia est honestatis, & vtilitatis causa rerum arduarum, & difficilium voluntaria, ac diuturna perpensio. Vel Patientia est suas, & suorum iniurias, ac cætera mala æquanimiter ferre, vt habetur 23. q. 1. §. 1.

Ista octaua beatitudo est de qua dicitur Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quia ipsorum est regnũ cælorum. Hæc virtus, scilicet sustinentiæ persecutionis propter iustitiam, annexa est paci. Cum enim pacificus sit absque contradictione carnis, mundi, & diaboli patet, quod idem paratus est superare mortem, & tentationem mortis. Vnde sustinentia mortis pro Christo in eodem gradu est cum pace, propter hoc diximus, quod octo sunt beatitudines, quantum ad essentiam, sed tantum septem, quantum ad distinctionem graduum. Et sciendum est, quod supra pacem, non est alia virtus. Dicit enim Aug. Pax est finis & consumatio omnium virtutum.

Octaua beatitodo dicitur redire ad caput duobus modis. Primo quia idem præmium sibi promittitur, quod primæ beatitudinis, scilicet, regnum cælorum: Secundo, quia omnes probant à prima, vsque ad vltimam, vtrum verè sint, sicut ait Aug. Qualis vnusquisque apud se lateat illata contumelia probat. ex prædictis colligitur, quod habitus virtutum cardinalium principaliter disponunt ad exercitium actiue habitus verò donorum disponunt ad actus contemplatiuè, habitus autem beatitudinum disponunt ad perfectionem vtriusque.

Partis Quartæ Finis.



SVM-

SVMMA COMPENDIOSA DE VLTIMIS TEMPORIBVS IDEST DE FINE MVNDI.

PARS QVINTA.



DE FINE MVNDI.

SVMMARIVM.

De Purgatorio. Cap. I.

1 IN fine Mundi ante Iudiciũ vniuersale. Quædam sunt, antecedentia quædam concomitantia quędam sequentia. Antecedentia iudicium sunt tria, scilicet pæna purgatorij, Suffragia Ecclesiæ, & persecutio Antichristi. Concomitantia iudicium, sunt duo, scilicet conflagratio Mundi, & resurrectio corporum. Consequentia iudiciũ sunt duo, scilicet pæna infernalis, & gloria cælestis, de quibus per ordinem dicemus.

2 Quæritur vtrum inueniatur purgatorium? ℞. quod sic, & probatur, quia Ecclesia, quæ non errat, nec aliquid facit frustra: orat pro fidelibus defunctis: non pro illis, qui sunt in paradiso, quia non egent, nec pro illis, qui sunt in inferno, quia ipsis Suffragia non prosunt; ergo suffragia fiũt ꝓ illis, q̃ sunt in purgatorio.

Sunt multæ rationes, quare oportet esse purgatorium? Dicit Aug. quod sunt tria genera hominum; Quidam sunt valde mali, quibus nõ prosunt Ecclesiæ suffragia. Quidam valde boni, quibus non sunt necessaria. Quidam nec valde mali, nec valde boni, qui habent venialia. & his debetur pæna purgatorij: Secunda est, quia sicut summa bonitas non patitur, quod bonum remaneat irremuneratum: Ita, & summa iustitia non patitur, quod malum remaneat impunitum. Tertia est quia diuinæ lucis tanta est dignitas, quod eam soli mundi oculi cernere possunt. Vnde oportet, quod quilibet veniat ad munditiam baptismalem antequam diuino conspectui præsentetur. Quarta est, quia culpa est offensiua diuinæ maiestatis, & damnosa Ecclesiæ, & deformatiua in nobis imaginis diuinæ Sed offensa requirit punitionem, propter quod necesse est quod peccato pæna, vel hic, vel alibi respondeat Quinta, quia contraria, contrarijs curantur. Sed peccatum oritur ex delectatione, vnde debet pæna deleri. Sexta est, quia nulli debet negligentia suffragari, sed si non puniretur talis videtur in futuro commodum reportare de negligentia pænitentiæ dilatæ. Septima est, quia iustum est, vt spiritus, qui contempto summo, subiecit se infimo, i. peccato subiciatur postea inferioribus. i. pænis.

Item Concilium Trid. in decreto de purgatorio sess. 25. ita inquit. Cum catholica Ecclesia Spiritu sancto edocta ex sacris litteris, &c. & sequitur Purgatoriũ esse; animasque ibi detentas fidelium suffragijs, potissimum verò acceptabili altaris, sacrificio iuuari, præcepit sancta Synodus. Episcopis, vt sanam de purgatorio doctrinam à sanctis Patribus, & sacris Concilijs traditam à Christi fidelibus, credi teneri, doceri, & vbique prædicari diligenter studeant. Purgatorium negare mortale est, qui contra diuinam iustitiam, & erroneum, & à fide alienum est secundum S. Thom. 4. sent. distinct. 21. quæst. 1. art. 1. ql. 1.

3 Quare ergo dicitur in Apocal. 14. vt requiescan à laboribus suis? ℞. quod illud intelligitur de labore, qui est in operando, non de dolore, qui est in patiendo, quia sequitur opera enim illorum sequũtur illos. Ad hoc Greg. Dogma veritatis sequentes: credimus purgatorium post hanc vitam esse purgandis, hoc etiã vniuersalis Ecclesia tenet, & orat, vt à peccatis soluantur, quod non potest intelligi nisi de illis, qui sunt in purgatorio. Ecclesiæ autem authoritati quicunque resistit hæresim incurrit, idem affirmat Aug. & S. Tho. supra quartum sentent.

4 Quæritur vtrum pæna purgatorij sit voluntaria? ℞. secundum S. Bonau. pæna dicitur tripliciter. Vno modo voluntaria, quia sumitur à voluntate imperante, sicut est pæna pænitentialis. Alio modo dicitur voluntaria, quia sustinetur à voluntate acceptante, sicut pæna martyrum, quæ adeo placet eis, quod ab ea liberari non vellent. Alio modo dicitur pæna voluntaria, quia sustinetur à volũtate tolerante, si aliquis infirmans, sustinet patienter infirmitatem, tanquam pænam diuinitus inflictam; attamen ab ea liberari procurat & hoc minime habet rationem voluntarij: hoc modo pæna purgatorij est voluntaria. Vehementer autem desiderant alios sibi auxilium præbere, & ad patriam venire.

5 Et quia hic fit mentio de pænis purgatorij, est etiam notandum, quod in purgatorio duplex est pæna, scilicet pæna damni, & pæna sensus. Pæna damni est carentia visionis diuinæ, pæna sensus, est afflictio pænalis varia, & secundum Comp. The. quantum ad vtranque pænam; minima pæna purgatorij, maior est maxima pæna mundi. Vnde Aug. Ignis ille durior erit, quam quicquid in hoc seculo pænarum, aut videre, aut sentire, aut cogitare quis possit. Oportet ergo nos concedere vt dicit Mag. ac Sancti, & Bonau. & alij multi, etiam si non appareat alia ratio, quod pæna purgatoria grauior est omni temporali pæna, quam modo sustinet anima coniuncta carni in huiusmodi, aut magis adherendum est authoritati, quam rationi, pro eo, quod illud

illud eſt, & rationem, quam ſecundum naturam,& rationem, & adhunc locum deſcendunt animę illorum,qui in peccato veniali ab hac vita decedunt,vel quæ de ſuis peccatis, etiam mortalibus vere contriti,non tamen ſatisfecerunt.

6 De purgatorio latius videre potes Richar.diſt.21.art.1.q.1.art.2.3.lib.4.Vbi in fine concludit animas ex aliquibus ſpecialibus cauſis in locis purgari, in quibus deliquerunt. Vide etiam Palud.diſt.21. quæſt.1. art.1. lib. 4. & de loco ibidem. In legenda aurea poteris etiam videre, quod animæ purgantur in illis locis in quibus peccauerunt, & hoc fit propter ſuam reuelationem per ſuffragia eorum quibus apparent in illis locis,vel propter aliquam viuentium ædificationem.

7 Quæritur in quo loeo eſt purgatorium ℞.in primis, quod eſt infernus damnatorum,in quo eſt pæna ſenſus, & pæna dãni. Supra hunc locum eſt lymbus puerorum,qui deceſſerũt ſine baptiſmo, & ibi eſt pena damni,& non ſenſus.Super hunc locum eſt Purgatorium, in quo eſt pæna ſenſus,& damni ad tempus,& ſunt ibi tenebræ exteriores, & non interiores, quia habẽt gratiã. Supremus locus eſt lymbus ſanctorum Patrum,vbi fuit pæna damni, & non ſenſus, ibi fuerunt tenebræ exteriores,ſed non interiores,quia non priuabantur gratia, & adhunc locũ deſcendit Chriſtus,qui locus vocabatur ſinus Abrahæ,nunc vero ſinus Abrahæ vocatur cælũ Empireum,quia illic manet Abraham.

Eſt tamen in purgatorio cũ afflictione ſolatiũ ex certa ſpe beatitudinis Ex Eccl. ſpiritualibus ſubſidijs, & pijs amicorum ſuffragijs, & quia charitas in eis congaudet veritate correctionis, vt inquit Gerſ. par.3. tract.3. de canticis, & ſolatio; Et licet euaſionis ſpem habeant,quia ſciunt ſe non eſſe in Inferno, & tamen propter pænarum magnitudinem,hoc aliquando non aduertant.

8 Quæritur quomodo animæ deſcendãt in purgatoriũ?℞. quod dæmones animas in purgatorium ducunt, vel etiã aſſiſtunt vt communiter dicitur, ſed eas non puniunt. Et ex permiſſione Dei, Dæmones etiam in hac vita bonos quandoque affligunt,& ratio eſt hæc,quia in præſenti durat pugna inter dæmones, & hominem, quia dæmon habet in eo poteſtatẽ exercitij; ſed poſt hanc vitam non ſic. Vnde aer iſtæ caliginoſus eſt aſſignatu dæmonibus, magis propter tentandi officium,quam propter ſupplicium.

9 Quæritur vtrum ignis infernalis, & purgatorij ſit idem? ℞ vt inquit Greg. quod idem ignis eſt, quo electus purgatur, & reprobus damnatur. Sed in purgatorio eſt certitudo ſaluationis, ſed in inferno nulla eſt ſpes ſalutis.

18 Quæritur vtrum animæ in purgatorio habeant maiorem, vel minorem certitudinem de gloria,quam in hoc mundo?℞. omiſſis multis alijs opinionibus, dico, quod in purgatorio eſt certitudo expectationis,& euacuatio timoris,quia ſic ſe ſciunt peccare non poſſe. In via verò eſt certitudo mixta timori, nam quilibet labi poteſt,dum eſt viator. At in patria eſt certitudo tentionis euacuans timorem & expectationem,ait S.Bonau.

11 Quæritur quouſque detinentur animæ in purgatorio? ℞.detinebuntur quouſque fuerint reductæ ad illam Innocentiam,& puritatem, in qua erant immediatè poſt Baptiſmum. Nam priuſquam facies Dei videatur,oportet,quod lignũ, fænum,& ſtipula, ideſt maiora, ſiue mediocria, & minima venialia, quod metaphoricè intelligitur diuerſitas pænarum purgatorij, nam ſit ignis de lignis, qui plus durat,quam de fæno, & ignis de fæno,pluſquam de palea, ita in purgatorio aliqui ſtant diu, ſecundum grauitatem peccatorum,aliqui non tantum,& aliqui modicum, qui omnes per cremationem totaliter conſumẽtur. Deinde poſtquam animæ fuerint ſufficienter purgatæ, ſtatim euolant ad gloriam.

12 Quæritur quomodo poteſt probari,vt animæ ſufficienter purgatæ ſtatim ad gloriam euolent? ℞. quod multiplici ratione poteſt probari. Prima qa poſt purgationem nulla remanet in anima diſſimilitudo ad gloriam,ideo illi meritò debet iungi. Secunda quia ianua cæli ſuper illis eſt apta, qui obſtaculum nullum habent. Tertia, quia neceſſe eſt illos ſpiritus, in quibus eſt charitas ſurſum eleuans,& nihil retardans ad gloriam eleuari: Quarta,quia cum Deus ſit pronior ad miſerandum,quam ad puniendum,meri-

to de-

to debet purgatos coniungere gloriæ, quos purgandos subiecit pœne: Quinta quia Deus non punit bis in idipsum; ideo, cum aliquis sufficienter satisfecerit in pœnis iuncta diuina misericordia, non debet amplius puniri in dilatione præmiorum. Sexta, quia post Purgationem, talis purgatus non debet esse in purgatorio, & hoc est satis notum: nec in limbo, quia est non de numero illorum puerorum, nec in inferno, quia non habet mortale, ergo oportet ipsum esse in cælo, quia post mortem non sunt alia receptacula animarum. Septima, quia efficacior est charitas, quam iniquitas, sed iniquitas statim ducit ad supplicium, ergo charitas statim debet ducere ad præmium; cum iam obstaculum sit remotum per purgationem purgatorij. Octaua ratione, quia sicut cessante impedimento, grauia corpora fecerunt deorsum & leuia sursum; sic spiritus malorum, remoto carnis onere, feruntur statim ad locum supliciorum, propter peccati grauitatem. Spiritus vero bonorum, si non sit impedimentum alicuius culpæ venialis, vel pænæ debitæ pro peccatis confessis, statim feruntur ad locum præmiorũ.

13 Quæritur vtrum ab igne purgatorij liberetur citius vnus quam alius, vel vnus ante alium? ℞. secundum Aug. qui respondit ad istam quæstionem, vt sequitur. Post hanc vitam incredibile non est nonnullos fideles, quanto magis minusuè bona præsentia dilexerunt: tanto citius tardiusque saluari. In illo enim igne purgatorij, citius purgatur vnus, quam alius: qui enim plura debet, maiorem sustinebit pænam.

14 Quæritur, vtrum per alios existentibus in purgatorio, possint subueniri? ℞. quod nos viatores possumus iuuare existentes in purgatorio, & releuare ab illis pænis, aut in parte, aut in toto. Sicut enim spectat ad seueritatem diuinæ iustitiæ propter venialia bonos in purgatorio puniri, ita pertinet ad bonitatem diuinæ misericordiæ eosdem per suffragia posse releuari. Nam possunt suffragia defunctis fidelibus non ad meritum vitæ æternæ, sed ad solutionem pœnæ, & hoc autem ad pænarum mitigationem, aut ad celeriorem liberationem.

15 Quæritur defunctis in purgatorio per quæ possunt subueniri? ℞. per missas, per orationes, eleemosynas, ieiunia, &c. possunt releuari animæ, quæ detinentur in purgatorio, vt dictum est supra. Indulgentiæ Papales etiam prosunt defunctis.

16 Quæritur vtrum Papa possit absoluere defunctos à pænis purgatorij? ℞. quod non propriè per modum iurisdictionis, sed quasi pro eis, de communi thesauro Ecclesiæ soluit. Sicut aliter liberat creditor debitorem dum à debito eum absoluit, & aliter amicus debitoris dum pro eo debitum soluit. Sed viuentes vtroque modo Papa soluit.

17 Quæritur vtrum ignis infernalis comburet, & cõsumet? ℞. quod non, quia pabulum non requirit, vt inquit S. Bonau. dist. 44. art. 3. quæst. 1. lib. 4. Infert passionem, & non mortem. Iste ignis, vt inquit Tho. argent. agit in spiritum damnatum sicut diuinæ voluntatis instrumentum Dei ad cruciandum. Illo autem dæmones etiam affliguntur, vt dicit Palud. dist. 44. q. 7. lib. 4. per quandam similitudinem, & adoptationem: Animæ vero dãnatorum magis etiam cruciantur per veram tristitiam, quam concipiunt de hoc, quod sciunt se resumptis corporibus in illo igne æternaliter cruciandos.

Qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis, prius purgabitur igne purgationis, hic ignis, & si non sit æternus, miro tamen modo grauis est, superat enim omnem pænam, quam homo vnquam passus est in hac vita, vel pati potest. Aug. in ser. de igne purgatorio, & ponitur. 25. dist.

SVMMARIVM.

1 *Suffragium quid.*
2 *Suffragia quibus prosint.*
3 *Suffragia quæ iuuant defunctos.*
4 Funera, *&* curatio *sepulturæ an iuuent.*
5 *Suffragia à peccatoribus facta, an prosint defunctis.*
6 *Missa dicta de aliquo Sancto, an prosit defuncto.*
7 *Suffragium viui, prosit etiam defuncto. Et in lib. 2. huius habebis multa cap. 42.*

De

De Suffragijs. Cap. II.

1 QVid est suffragium? ℞. suffragium aliquando idem est quod auxilium: nonunquam significat illas voces, quæ in comitijs dicebantur, & in tabellis describebantur, quibus vnusquisque volūtatem suam de aliquo magistratu eligendo declarabat. Theologi verò accipere solent suffragium, quo animabus in purgatorio subuenitur.

2 Quibus prosint suffragia? ℞. quod dānatis non prosunt suffragia: quia in inferno nulla est redemptio. Vnde de quibus est certum, non est orandum, sicut nec pro dæmonibus. Reputatur autem certum de hæreticis, paganis, & iudeis: Sed de christianis non potest, ita esse certum. Vnde quamuis peccatum sit manifestum, & non pœnitentia, potest oratio fieri pro eis in secreto: & debent reddi suffragia, siue se occiderint, siue in bello iusto, duello, vel torneamento mortuus sit, aut cum meretrice: inquit enim Aug. Pro omnibus regeneratis debet fieri oratio, sed non publicè propter scandalum: & similiter pro suspensis, & iuste damnatis, quia latro in morte pœnituit. Sed si inueniatur mortuus, subito, qui prius fuit bonæ vitæ, in publico oratio pro eo fieri debet, quia iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

Prosunt insuper suffragia omnibus, qui sunt in purgatorio, qui possunt per alios satisfacere, qui non possunt per seipsos: sicut patet per multa exempla, vt inquit Petr. de Palud. dist: 45. & latius hanc rem prosequitur.

3 Quæ suffragia iuuant defunctorum animas? ℞. præces sacerdotum, idest Missæ, quæ inter cætera plus valent ad educendum de carcere: Item præces sanctorum animæ non solum qui sunt in patria, qui orant pro socijs suis, sed etiam præces iustorum viatorum, & præcipue. Oratio Dominica 1. Pater noster. Item psalterium, quod est oratio etiam spiritus sancti, qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Item charorum eleemosynæ: ieiunia cognatorum, prosunt vigiliæ, ieiunia, & corporales afflictiones: sicut faciebat B. Dominicus, q̃ disciplinā accipiebat pro illis, q sunt in purgatorio.

4 Quæritur vtrum iuuent curatio funeris, & conditio sepulturæ, ac exequiarum pompa, sunt magis ad viuorum solatia, quam subsidia mortuorum, equus etiam phaleratus, homo ornatus, quod solum ad ostentationem, & pompam offeratur nec redimatur, nec largiatur mendacium est, & non prodest. Vide latius Petr. de Palu q. 1. lib. 4.

5 Quæritur vtrum prosit suffragia defunctis à pecccatoribus facta, idest ab illis, qui sunt in peccato mortali? ℞: suffragia, à peccatore facta, prosunt defunctis, quātū ad ipsū opus operatū i. quantū ad efficaciā, quam habent ex se, & quantū operās operatur in persona Ecclesiæ, vel vt alterius instrumentum: Inter suffragia pro mortuis magis proficit missa. cap Nihil de conf. dist. 2. & S Tho 4. sent. dist. 45. quæst. 2. art. 1. quol. 2. & Petr. de Palu. Secundo, Eleemosyna. Tertio, oratio: Quarto, ieiunium: cap animæ defunctorum. 13. quæst. Conc. Trid. Præcipit Episcopis, vt fidelium viuorum suffragia, missarum, scilicet, sacrificia, orationes, eleæmosynæ, aliaque pietatis opera, quæ à fidelibus, pro alijs fidelibus defunctis fieri consueuerunt, secundum Ecclesiæ instituta, pie, & deuote fiant. Et quæ pro illis ex testatorum fundationibus, vel alia ratione debentur, non perfunctoriè, sed à sacerdotibus, & Ecclesiæ ministris, & alijs, qui hoc præstare tenentur, diligenter, & accuratè persoluantur, hæc idem sess. 25. in decreto de purgatorio.

6 Quæritur vtrum dicens missam de aliquo sancto prosit defuncto? ℞ quod ita prodest defunctis missa de aliquo sancto ac si de mortuis diceretur, quo ad sacrificium, quo autem ad orationes, magis prodest ea, quæ pro defunctis est, tamen huic defectui facit satis maior deuotio, vel affectio eius, qui missam de sancto celebrat, secundum S. Th. 4. sent. dist. 45. q. 2. art. 3. quolibeto. 1. ad 4. Itaque dicere missam de mortuis, vel de aliquo sancto, non multum refert, sed bene deuotio rogantis, & offerentis: Ideo qui volunt dici facere missam, consulerem eis, vt dicerent Sacerdoti, vt dicat illam, ad quam maiorem habet deuotionem, vel talem, ad quam ego habeo deuotionem,

& va-

& valet, quo ad liberationem à pæna ei tantum pro quo fit secundum Petr. de Palud.

7 Item suffragium, quoque viui prodest mortuo propter charitatis vnionem, & sic omnia bona bonorum prosunt mortuis, etiam si fiant pro viuis, sicut Missa; de celebrat.Miss.cap.3. vbi dicit. De eadem die Missam audiant pro salute viuorum,& defunctorum,item propter intentionem, quia viuunt in memorijs viuorum, & sic omnes missæ eis prosunt in quibus est vnum memento pro mortuis: Non sic autem alia bona, in quibus non fertur intentio ad defunctos.

SVMMARIVM.

1 *Regni Romanorum destructio, & quare.*
2 *Antichristi vita.*
3 *Antichristus quatuor modis decipiet.*
4 *Miracula Antichristi.*
5 *Iudæi Antichristum an statim suscipient.*
6 *Gog, & Magog.*
7 *Enoch, & Elia.*
8 *Antichristus regnabit tribus annis cum dimidio.*
9 *Antichristi mors.*
10 *Mundi confl gratio.*
11 *Resurrectio mortuorū fiet terminato igne.*

De Antichristo. Cap. III.

Antequam Dominus veniat ad iudicium, Regni Romanorum fiet destructio. Nam sicut dicit glos. super Apocalypsin. Prius erit discessio ab vtroque imperio, qua completa aderit Antichristus, vt testatur Apost. 1. Timot. 2.Nascetur Antichristus de tribu Dan. vt inquit Franch. Maro, & refert frater Osuald.lib.4.Rosarij Theol.iuxta illud Genes.49.Dan.Coluber.&c.Nascetur in Babilonia,& lubricus,& infestus turpitudine vitiorum, sed eius sugestione peccata virtutes computabuntur, & fictione Sãctus dicetur:dæmonum insuper ministerio ex moniali, seu meretrice generabitur per incubum sicut legitur de merlino. Sed videtur tamen melius dicere Damasc.in 4.quod generabitur ex adulrio,& modo naturali,& secundum Cõp. The.ex parentum seminibus concipietur sed post conceptum descendet spiritus malignus in matris vterum,cuius virtute, & operatione deinceps puer nascetur, aletur,adolescet, propter quod, & filius perditionis vocabitur. Alij dicunt quod generabitur ex adulterio, & modo naturali eritque verus homo,non diabolus incarnatus.2.Thesal. 2. Donec releuatus fuerit homo peccati filius perditionis. Greg.tamen dicit. Corpus eius intrabit Satanas,non ad informandum,sed ad inhabitandum, & instigandum ad opera mala,& ille dæmon erit lucifer. Post hoc veniet in Ierusalem, & circuncidit se, dicens Iudæis se esse christum illis promissum. Iudea specialiter ei adherebit, sicut dicit Aymo super Apocalyp. donec. Enoch.& Elias prædicantibus, qui ex illis fuerint saluandi ad Christum reuertantur Angelus bonus deputabitur primo Antichristo ad custodiam,sed quando ita ostianbitur in peccato, quod dicet se esse Deum, & extollet super omne id,quod dicitur Deus, aut colitur, sicut dicit Apost. Tunc primo deseret eum Angelus ex toto, nec habebit eum postmodum ad protectionem, sed accusationem.

De Vita Antichristi.

2 Antichristus erit Rex potentissimus, & Monarcha auxilio Gog, & Magog, vel vndecim tribuum,licet dicat, Aug. Gog, & Magog, certum non designare populum: Erit luxuriosus, & in concupiscentijs fœminarum, vt habetur Daniel. 11. In aperto tamen per hypocrisim simulabit sanctitatem, vt facilius decipere possit. Cor suum per superbiam magnificabitur sicut dicitur Daniel.8.cap. contra Principem principum consurget, id est contra Deum. Et vt dicit glos. super Daniel. cap. 8. in tantum eleuabitur superbiam,quod leges,& cæremonias mu tare conabitur, vel cursum temporum. Tantæ quoque præsumptionis erit,quod non putabit se à Deo puniendum, propter hoc, quod iudicium differtur psal. 10. Auferuntur iudicia tua à facie eius. Erit etiam blasphemus, sicut Apocalyp. 12.di-

12. dicitur. Vnde Daniel. 11. Aduersus Deum Deorum loquetur magnifica Itẽ ad maiorem Dei contumeliam faciet imaginem suam adorari, & omnes suo charactere signari in manu dextera, & & fronctibus suis, sicut habetur in Apocalyp. 13. Confitebitur enim verum filiũ Dei, & filium hominis, ita vt in templo Dei sedeat tanquam ipse sit Deus, & se faciet adorari. Iudæi nanque templum, quod Romani destruxerunt, rehædificabunt. Affirmabit ante se nullum fuisse Christum, sed Antichristos, vt dicitur in glos. 2 ad Thes. 2. qa sicut in Christo omnis plenitudo diuinitatis habitat, ita & in Antichristo plenitudo omnis iniquitatis, quia in ipso erit caput omnium ma lorum diabolusr

De quatuor modis quibus decipiet.

5 Antichristus, vt habetur Gen. 49. comparatur cerasti, qui est serpens cornutus, quia quatuor cornibus armabitur scilicet callida persuasione, miraculorũ operatione donorum largitione, & tormentorum exhibitione. Primus igitur modus erit callida persuasio subuertendi homines. Prædicabit enim legẽ nouã prauam esse, & legẽ Christi pro posse destruet, nã Prædicatores sui discurrent per vniuersũ mũdum. Impedient quoq. Discipuli eius, ne scriptura secundum veritatem exponatur à catholicis doctoribus, vel à fidelibus audiatur, sed solum ipsi simulabunt bonos, & tamen mala suadebunt. Secundus modus erit per falsa miracula, quia per artem magicam, vel vt inquit Alex. de Ales in tractatu de miracul. faciet per mittente Deo, sed ad malum finem. Ideo 2. Thes. 2. dicitur, quod veniet in signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis. Vnde Gers. part. 1. tract. de distin. verarum visionum à falsis ait, Quod miracula Antichristo nonnulli vera contendunt ad probationem electorum, & reproborum subuersionem, licet tamen Antichristus minister miraculi mendacissimus erit, & in vita sceleratissimus. Sed Deus ipsi, suisque miraculis ne crederetur per suas, aliorumque prænunciationes innumeris reclamauit, atque contradixit, propter quod in excusabilis erit sibi credens, vt latius scribit Gerson.

4 Quæ miraculorum genera faciet? ℞. ea omnia, quæ fecit Christus Iesus saluator noster, ipse fallaciter per artem magicam facere conabitur. Vnde Gerson super Apocalyp. 13. magica arte statuam faciet loqui, & futura prædicere, & faciet, sicut dicit Apocalyp. 13. ignem de cælo in terram descendere Gloss. idest malignum spiritum faciet descendere, super discipulos suos, vt loquantur varijs linguis. Spiritus enim malignus in eos descendet in conspectu hominum, sicut Spiritus sanctus descendit in Apostolos Christi. Item per artem magicam simulabit se mortuum, & feretur à dæmonibus in aera, quasi ostendat, ascẽdere in cælum, & sic putabitur ab hominibus resurrexisse, q prius mortuus putabatur, & tunc mirabuntur populi, & ado rabunt eũ, atque laudabunt (Eccl. Sancta nostra catholica non faciet tunc miracula) facietq; arbores cito florere, & arescere, mare turbari, naturas in diuersas figuras mutari, mortuos etiã in cõspectu hominũ suscitabit. Habebit autẽ is multos discipulos prædicãtes sectã suã, & faciet se prædicare esse Deũ: Tertio decipiet p munera: Ipse nanque Antichristus inueniet thesauros absconditos, per quos ad sequendum se inclinabit multos: Ditabit n. bonis diuites huius seculi, & tunc eorũ falsam fælicitatem ad decipiendũ alios ostendit. Quarto compellet per minas, & tormenta, quos aliter vincere non poterit. Et dicit Greg. quod tunc erunt inclytissima martyria, & alia, quæ antea non fuerunt. Tantaque verò, sicut ait Dominus, tunc erit tribulatio, vt in errorem ducantur (si fieri potest) etiam electi, & hoc innuitur Apost. 1. Vbi dicitur, Pedes eius similes aurichalco, sicut in ca mino ardenti. Per pedes intelliguntur vltima Christi mẽbra: per caminũ vero vehemens tribulatio designatur. Exhibebit. n. cuncta, quæ præcedẽtibus martyribus impleta sunt genera tormentorum, sed in illis regionibus, idest in Ierusalem tũc fideles maximè sunt vexandi, & vehementius vbi Dominus noster Iesus Chri-

stus fuit Crucifixus. Et dicit Aymo super Apocal. quod illa tentatio, non per partes, sed simul totum examinabit mundũ.

Soluentur enim dæmones, qui modo sunt ligati, vt possint nocere quantum vellent. Fideles quoq. illo tempore non prædicabunt, quia tunc boni tanquam excommunicati habebuntur. Nihil vendetur eis, nec emetur ab eis, nisi habeant characterem idest signum aliquod ad literam, vt adherentes sibi cognoscantur, & alij interficiantur. Aut nomen bestiæ, idest confessionem oris, aut numerũ nominis eius, idest multiplicationem operum, vt habetur Apocal. Antichristus autem sicut erit crudelior omnibus persecutoribus, ita sancti, tunc temporis fortiores erunt omnibus retro martyribus.

Prædictis quatuor modis Antichristus multos ad se trahet bonos, & malos, vnde Apoc. 12. Cauda eius trahebat tertiã partem stellarum cæli, & misit eas in terram. Attrahet autem malos per munera, & bonos per tormenta, simplices per prædicationem, & miracula. Nam qui iusti, & sancti credebantur adherebunt ei pro suæ arbitrio voluntais. Habebit magos, & maleficos, reges quoque, & principes. Vnde Apoc. 13. Vidi de Mari bestiam ascendentem, glos. idest Antichristum habẽtem capita septem, idest principes vniuersos, & cornua decem idest eos, qui impugnant Decalogum.

5 Quæritur vtrum iudæi Antichristum suscipient? ℞. quod Antichristus primo veniet in benignitate, & miraculorum, & tunc à iudæis suscipietur, qui ei specialiter adherebunt, ad quorum conuersionẽ venient Enoch, & Elias, & tũc Antichristus in apertam persecutionem cõsurget.

6 Qui dicuntur Gog, & Magog, ℞. quod sunt diuerse opiniones. Quidam dicunt, quod sunt decem tribus intramontes capios clausæ, non ita tamen quin exire possent, si permitterẽtur à Regina Amazonum, sub cuius regno, & ditione viuũt Has dicunt iudæi in fine seculi exituras, & venturas in Ierusalem, & cũ suo Messia Ecclesias destructuras? Ezech. 38. Alij dicunt, quod per Gog, & Magog intelligitur exercitus Antichristi, qui in fine seculi veniet ad expugnandam Ecclesiam. Apocal. 20. Per Gog, & Magog enim secundum Glos. Illi per quos latenter diabolus persequentur fideles designantur per Magog. illi per quos aperte Ecclesia opprimetur, vel idem, qui tempore Antichristi prius occultè, & postmodum aperte Ecclesiam persequentur Secũdum Aug. Gog. refertur ad gentes, Magog ad diabolũ, quia Gog interpraetatur occultatio, & Magog, deiectio, vel destitutio.

De Enoch, & Elia.

7 Quomodo venient Enoch, & Elia? ℞. inter occultum aduentũ Antichristi, qui est per natiuitatem, & manifestum eius aduentum, qui est per prædicationem, & apertam persecutionem, venient Enoch, & Elias insurgentes cõtra eũ; De Enoch dicitur. Eccl. 44. Enoch. placuit Deo, & translatus est in Paradisum voluptatis, vt det gentibus sapientiam: De Elia Matth. 17. Elias venturus est, & restituet omnia. Et sicut dicitur Malac. vlti. conuertent corda patrum in filios, glos. ad instructionem præteritorum de fide Saluatoris, in quantum, & ipsi crediderunt, & corda filiorum ad patres eorum; Gloss. quia suscipient fidem, quam illi habuerunt. Vnde, & christiani, & iudæi tunc in Christo pari religione consentient. De eorum prædicatione, & sancta conuersione, dicitur Apoc. 11. Dabo duobus testibus meis, scilicet Enoch. & Elias, & prophetabunt, idest prædicabunt tribus annis, cum dimidio, sicut ipse Christus prædicauit, amicti Saccis. Gloss. prædicantes pænitentiam, & exemplum ostendentes. Aliqui dicunt, quod interueniet etiam Ioannes Euangelista, & sic contra Antichristum de qualibet lege. Vnus scilicet, Enoch de lege naturæ, Elias de lege Moysi, & Ioãnes de lege gratiæ. Sic enim Apoc. 10. dicitur. Iterum te oportet prophetare gentibus multis. Tandem Antichristus occidet eos in Ierusalem, & iacebunt corpora eorum insepulra in plateis tribus diebus, & tribus noctibus cũ dimidio, quia nullus audebit corpora eorum sepellire propter metũ Antichristi. Occisores autem eorũ erunt valde læti propter mortem eorum, post dies autem tres, & dimidium resurgent, & eorũ occisores audient

dicent vocem talem; Enoch, & Elias ascendite huc, & ascendunt in cælum in nube. Regnabit autem Antichristus post mortem illorum diebus quindecim.

8 Regnabit verò Antichristus tribus annis cum dimidio, sicut dicitur Apoc. 12. per tempus, & tempora, & dimidium têporis. Vnde, & Daniel etiam 12. c. iurauit Angelus per viuentem in æternum, quod in tempus, scilicet vnius anni, & têpora scilicet duorum annorum, & dimidium temporis, idest dimidij anni, Gloss. hoc spatio dicitur duratura desolatio sub Antichristo. Sed vt dicitur Matt. 24. nisi breuiati fuissent dies illi, non fuisset salua omnis caro. Sed Gloss. dicit super Matth. Hæc tribulatio quanto cæteris grauior, tanto breuitate moderator.

De morte Antichristi.

9 Quæritur quomodo morietur Antichristus, & vbi? ℞. subiugato sibi quasi toto modo. ipse cum exercitu suo ad monté veniet Olïueti, vt propria virtute in cælũ ascendat, & Christus visibiliter descêdit, & interficiet eum per se, siue per Michaelê ante extremũ iudiciũ. Vnde Ezec. 38. dicitur Pluam super eum, & exercitum eius ignê; & sulphur, & tunc totus mũdus conuertetur ad fidem Christi, nec statim post eius obitũ erit dies iudicij, sed post mortem Antichristi, secundum Gloss. super Danielem, concedentur quadraginta quinque dies ad refrigerium Sanctorum, & conuersionem, & pænitêtiam subuersorum. Et secundum Osualdum; relaxabitur mundus ad peccãdum per multos annos, & ipsis ignorantibus, veniet Christus. Quia ministri Antichristi post mortem eius gaudebunt, ducêtes vxores dicentes: licet princeps mortuus sit, habemus tamen potestatem, pacem, & securitatê, & cum talia dixerint repentinus eius superueniet interitus. Matth. 24. Thes. 8. Hier. 33.

De Conflagratione mundi.

Mundani homines dicebant apud se, si bene fecerimus cũ pauperibus, quis nos videt, & si viderint, non multi vident, & si multi vident pro têpore vident, transit têpus, & cũ tempore beneficij memoria. Melius ergo ædificia facere, quæ aspiciãt homines, non in hoc têpore solũ, sed etiã in posterũ. O insipiês qd tibi prodest ista memoria, si vbi es torqueris, & vbi nõ es lauderis? Christo supra Matt. & Vgo primo de anima. Dic mihi vbi sũt amatores mundi, qui ante têpora nobiscũ erãt? nihil ex eis remãsit, nisi cineres, & vermes; Attende diligenter quid sunt, vel fuerũt? homines: fuerunt sicut tu, comederũt, riserunt, biberunt, duxerunt in bonis dies suos, & in pũcto ad inferna descenderũt. Hic caro eorũ vermibus, & illic anima ignibus deputatur donec rursus infelici collegio colligati sêpiternis inuoluantur incendijs, qui socij fuerunt in vitijs, socij erunt in pænis. Vna nãq; pæna implicat quos vnus amor in crimine ligat. Quid ergo psoficit illis inanis gloria? breuis letitia, mundi potentia? carnis voluptas? & plenæ diuitiæ, magna familia, & mala cõcupiscentia? De tanta lætitia, quanta tristitia, post tantã voluptatê, tã grauis miseria? de illa exultatione, ceciderunt in magnã ruinã, & magna tormenta. Quicquid ergo illis accidit, tibi accidere potest, quia homo es, homo de humo, limus de limo, de terra es, & de terra viuis, & in terrã reuerteris, quãdo veniet dies vltima, quæ subito veniet, & forsitan hodie erit, certum est, quia morieris, sed incertũ est quando, vel vbi, quoniam mors vbiq; te expectat, tu quoque si sapiens fueris, vbique eam expectabis.

10 Quæritur quomodo fiet ista mundi conflagratio? ℞. vt dicitur in ps. 96. ignis ante ipsum iudicê præcedet, quia virtute diuina non solum ignis, qui est in sphera sua, sed etiã omnes ignes, qui in terra, & super terram sunt, concurrent ad mundi conflagrationê, vt habetur etiam Isai 66. Dicitur quod ignis iste habebit officium quatuor ignium: scilicet ignis infernalis, puniendo reprobos, & ignis purgatorij, purgãdo bonos, à venialibus, & ignis terrestris consumendo vegetabilia, atque sensibilia, & corpora omnium hominum incinerando: & ignis elementaris elemêta subtiliando, eaq; ad innouationem, disponendo. Per illum igitur ignem, ita facies terræ exuretur, quod figura huius mundi peribit, sicut olim factum fuit per

 dilu-

diluuium. Et meritò primum Dei iudiciũ fuit per aquam cõtra odorẽ luxuriæ, qui tunc viguit: Vltimum verè Iudiciũ erit ꝑ ignẽ contra torporẽ chritatis, quæ tunc quaſi ſeneſcente mũdo, refrigeſcet; Actio erit ſucceſſiua, nã habebit initiũ, mediũ, & finem, primò, namq; iudicis aduentum præueniet & quaſi ſimul per illum fiet purgatio iuſtorum, & punitio malorum, & incineratio corporum cum conſumptione terræ naſcentium, ſicut dictũ eſt.

11 Quæritur terminato igne, quid fiet? ℞. ſtatim erit reſurrectio corporũ cũ aduẽtu iudicis ad iudicium, & tunc inflãmabitur totus orbis terrarũ ꝑ circuitũ. Terminato autẽ iudicio tota illius ignis caliditas iudicis ſentẽtiã exequetur. Nã peccatores inuoluet, & trahet in infernum, & ita patet, ignis ille iudicis aduentum præueniet, & præcedet, & comitabitur. Poſt prædicta fiet innouatio.

SVMMARIVM.

1 *Reſurrectio quid ſit.*
2 *Reſurgendi modus.*
3 *Reſurrectio mortuorũ quibus in locis fiet.*
4 *Reſurrectio eorum, qui ſtatim moriuntur in aduentu Chriſti, quid.*
5 *Reſurrectionis tempus an ſit notum iuſtis.*
6 *Reſurrectio bonorum, & malorum, an ſit differens.*
7 *Reſurgere ad maiorem ſtatum, an quis poſſit per pænitentiam.*
8 *Peccare debet nemo in ſpe correctionis.*

De Reſurrectione Mortuorum. Cap. IV.

RESurgẽt ſanctorũ corpora ſine vllo vitio, ſine vlla deformitate; ſine vlla corruptione, ſine difficultate, in qbus tãta facilitas, quãta fælicitas. Aug in Enchi.

1 Quid eſt reſurrectio? ℞. eſt copulatio rurſus animæ, & corporis, & ſecunda eius quod diſſolutũ eſt, & cæcidit animalis reſurrectio. Vel reſurrectio eſt iterata ſurrectio, quod cæcidit. In qua reſurrectione credendũ eſt idẽ corpus, quod per mortẽ cæcidit, ad eundẽ ſpiritũ, i, eundẽ animã rediturũ, vt inquit Gerſon in expoſitione vndecimi articuli fidei. Reunitio enim animę, & corporis reſurrectio dici poteſt

2 Quæritur quomodo erit hic reſurgẽdi modus? ℞. in reſurrectione conſideranda ſunt tria, vt inquit Rich. diſt. 43. art. 5. q. 2. lib. 4 ſcilicet. Præparatio ad corporum reformationẽ, & corporũ reformatio, & corporũ reformatorũ cũ ſuis animabus proprijs iterata vnio. Primũ fiet creata virtute, quia puluerũ collectio, fiet miniſterio Angelico. Vox tubæ precedet à Chriſto in quantũ eſt homo, quamuis ab ipſo in quantũ eſt Deus, ſit ſpiritualẽ virtutẽ ſupernaturalẽ habitura, & iſta fient in tẽpore: Alia duo erunt per virtutẽ diuinam & fient in eodẽ inſtãti, ordine tñ naturæ. Vnio animarũ ad opera ſequitur ipſorũ reformationẽ, q̃ eſt diſpoſitio ad animarũ ſuſceptionẽ. Hæc Rich. Conſonat Argẽtinus cũ vult. diſt. 43. lib. 4. quod, & ſi corporalis, nõ fiet ſubito, vel inſtanti, cũ nulla virtus creata poteſt aliquid corpus de loco, ad locũ transferre in inſtanti, fit. n. miniſterio Angelorũ, vt dictũ eſt, tñ corporũ ex iã dicto puluere formatio, & diſpoſitio, ac eorũdẽ corporũ animatio fiet in inſtanti. Sola. n. virtus diuina de prædicto puluere poteſt humanũ corpus formare, & reformatã animã, quæ quidẽ virtus eſt ſimpliciter infinita, vt patet lib. 1. diſt. 43. Igitur propter diuinæ virtutis ꝑfectionẽ huiuſmodi corpora, & formabũtur, & animabuntur in inſtanti. Non diſcrepat Scot. diſt. 43. q. 5. lib. 4 vocat autẽ pulueres Scotus, quibus eſt vltimate facta reſolutio. Vnde Matth. 24. dicit ſaluator. Mittet filius hominis Angelos ſuos cũ tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis à ſummis cælorũ, vſque ad terminos eorũ, quod eſt dictũ (vt inquit Sot.) quocunq; diſperſæ fuerũt partes materiæ corporis, & in elementa, ſiue in ignẽ, ſiue in terrã, a ſũmis cęlorũ vſq. ad terminos eorũ, ſiue in quocunq; corpus mediũ, aqueũ aereũ, vel imperfectè mixtũ à quatuor ventis oẽs materiæ partes recolligentur, & reuniẽtur.

3 Quæritur in quibus locis reſurgẽt mortui? ℞. reſurgent in illis locis, in quibus tẽpore reſurrectionis erit principalior corporis, ſiue ibi à principio fuerant ſepulta eorũ corpora, ſiue non. Vel reſurgẽt in illo loco, in quo Deus cũ reſurgere voluerit, & hoc vltimũ dicitur ꝑpter hoc, ſi æq. plures partes principaliores corporis reperiũtur in vno loco ſicut in alio, de quo videatur Rich. diſt. 43. art. 5. q. 3. lib. 4.

4 Quæ-

4 Queritur quid de illis, qui nuper mortui ſunt in aduẽtu Chriſti, vel de illis, qui reperiuntur viui? ℞. Reſurrectioq. omniũ illorum, qui tũc ſtatim in aduentu Chriſti inuenientur mortui, erit in vltimo inſtanti temporis propriè dicti, quod ceſſabit ceſſante motu cæli. Et illi qui reperiũtur viui in aduentu eius, quaſi ſtatim poſt ceſſationem motus cæli morientur, & parum reſurgent: vt in mora inter media purgentur electi, qui aliquid purgabile habebunt, vt Richar latius art. 6. quæſt. 1. vbi ſupra.

5 Quæritur vtrum notum ſit iuſtis tempus reſurrectionis? ℞. quod nec Angelis, nec hominibus eſt notum ſub certitudine virtute naturali, vt inquit Rich. q. 3. vbi ſupra, qui multa etiam de reſurrectione ſcribit art. 7. q. 1. 2. & 3. diſt. 43. lib. 4. & S. Bonau. art. 2. q. 1. 2. & 3. eadem diſt.

6 Quæritur vtrum bonorum, & malorũ reſurrectio ſit differens? ℞. reſurgent oẽs, nulla in eis exiſtente differentia, quantũ ad ordinẽ dignitatis. Nam mali reſurgent deformes, & paſsibiles, in bonis autẽ natura ſaluabitur, & vitia detrahentur: Sed omnes tam boni, quam mali reſurgẽt integri corpore, debita ſtatura, ſm̃ ætatem plenitudinis Chriſti: quia reſurrectio tua corrigit in natura, ſcilicet defectum, ſicut in pueris. & mutilatis, ſiue in diminuta membrorum ſuperfluum ſcilicet, vnguiũ crinium, & huiuſmodi errorem. ſicut in monſtruoſitate membrorum. Reſurgent quoque corpora eadẽ natura, quæ prius erãt, & eodẽ numero, & ex eodẽ puluere in quẽ reducta fuerant, ita quod in quaſcunque auras, vel ſinus puluis illis diſperſus fuerit, vt ſupra diximus ad eandem animam redeat, quem ipſum primitus, vt viueret, & creſceret, animauit.

Non ſolum reſurgent corpora quantũ ad membra principalia, ſed etiam ſaluis capillis, & cæteris membris, quæ faciunt ad decorem, vt habetur Luc. 12. Reſurgent etiam homines, quantum ad eſſe, & quantum ad decorẽ eſſe, & reſurget vnũ quodque corpus in optimo ſuo eſſe.

Et quia duplex eſt mors, animæ, ſcilicet per culpam, & corporis per pænam, his reſpondet duplex reſurrectio, ſcilicet animæ per gratiam, & corporis per gloriam. Et ſicut in primis parentibus, mors culpæ intulit mortem pænæ, ita reſurrectio animæ per gratiam, cauſabit reſurrectionem corporis per gloriam.

In reſurrectione concurrent quatuor cauſæ, ſcilicet, efficiens, ipſe Deus, materialis, ſcilicet pulueres, formalis, ſcilicet coniunctio corporis, & animæ, finalis, ſcilicet, vt recipiat vnuſquiſque prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.

Reſurgent tunc homines velociter integraliter, ſocialiter, æternaliter, & ita reſurrectio iuſta, quantum ad Deum, perfecta, quantum ad reſurgentes, miraculoſa, quantum ad ipſam reſurrectionem.

7 Quæritur vtrum, quis poſſit per pænitentiam poſt lapſum reſurgere ad maiorem ſtatum? ℞. ſurgere ad æqualem ſtatũ, maiorem, vel minorem, poteſt tripliciter intelligi. Vel de ſtatu dignitatis, vel de ſtatu gratiæ, vel de ſtatu gloriæ. Status dignitatis attenditur ex varijs prærogatiuis. Vnde ſic ſtat⁹ virginitatis, eſt dignior ſtatu coniugij, ſic ſtatus iuſtorũ ideſt sẽper permanentium in innocentia baptiſmali, nobilior eſt ſtatu iuſtificatorũ ideſt reſurgentiũ à culpa mortali per pęnitẽtiã Et hoc modo reſurgens per pænitentiã, non reſurgit ad eundẽ, vel æqualẽ ſtatum dignitatis, in quo fuit ante lapſum. Vnde Hugo lib. 2. de ſacramentis par. 14. c. 4.

8 Nemo in ſpe correctionis peccare debet, quia quicquid ſemel amittitur, amplius ipsũ nõ recuperatur. Si virgo es, cuſtodi diligenter quod habes. Noli in ſpe peccare. noli cadere, quaſi melior ſurrecturus ſis. Quicquid poſtea feceris, facere tamen non potes, quin melior eſſes, ſi hoc faceres, vt virgo eſſe, ſequitur. Si magnum eſt aliquando ſurgere, magis eſt vtiq; nunquam cecidiſſe. Si bonum eſt ſanatum eſſe, melius eſt nunquã corruptũ eſſe. Hæc Hugo, quem latius refert Gabr. diſt. 14. q. 3. art. 3. dub. 3. lib. 4. Ex quo ſequitur, quod reſurgẽs poſt lapsũ nunquã cõmodũ reportat, ex lapſu, etiã ſi reſurgat melior, quã fuerat ante lapſum, quia ſemper perdit tẽpus illud, quo fuerat in peccato, in quo multa merita comparare potuiſſet, ſi nõ cecidiſſet, & cũ hoc omne meritũ, quod reſurgens ſibi acquiſiuit. Et ꝑ hoc patet, quod lapſus in peccatũ, nũq̃ reſurgit ad ſtatum eiuſdẽ dignitatis, in quo fuit ante lapſum, licet etiam melior

resurgat, sicut stat virginem lapsam per pœnitentiæ feruorem ad maiorem gratiam resurgere, quam habuit ante lapsum, & sic meliorem post lapsum, & pænitentiam, quam ante; tamen ad statum virginitatis non potest resurgere. Sic quicunque lapsus ad statum non sic lapsi, non potest resurgere. Plura vide de hoc Gabr. opiniones recitantem. Et post alia in fine infert. Sicut omnis verè pænitens ad maiorem gratiam, quam perdiderat, resurgit: ita resurgens plura merita, & maiorem gloriam acquirit; quia resurgenti omnis gratia perdita restituitur, & omnia merita mortificata viuificantur, & vltra acquirit nouum gradũ gratiæ correspondentem actui pænitentiæ, & nouum meritum per nouam gratiam, per quam perficitur, & continuatur actus pænitentiæ, per quem ordinatur ad vlteriorem gradum gloriæ. Et subdit: Quamuis omnis verè pænitens resurgat melior, quam fuerat, dum cecidit in culpa, non tamen melior, quam futurus erat si stetisset in gratia. Patet primum, quam habens maiorem gratiam melior est, sed resurgens, habens maiorem gratiam, & plura merita: ergo probatur secundum. Si enim stetisset in gratia tempore, quo in peccatis dormierat, multa merita conquisiuisset, quia non est otiosa charitas, secundum Greg. Magna enim operatur si est, & per illa merita aucta fuisset charitas, & gratia; & per consequens correspondens gloria. Ad hoc autem, quod liberum arbitrium resurgat à culpa necessaria est gratia, non solum quod gratia dicitur gratuita voluntas Dei; nec etiam secundum quod dicitur liberalis passio Christi, sed etiam secundum quod dicitur habitus animi, vt vult S. Bonau. dist. 28. lib. 2. q 1. &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium quid.*
2 *Iudicium an possit peruerti.*
3 *Iudicium quotuplex.*
4 *Iudicium extremum quid.*
5 *Christ⁹ in qua forma in iudicio apparebit.*
6 *Iudicium extremum in quo consistat.*
7 *Angeli tam boni, quã mali iudicabuntur.*
8 *In iudicio hoc, de quibus interrogabimur.*
9 *Iudicium vniuersale ad quid, cum sit quisque iudicatus in particulare.*
10 *Iudicium ex omni parte horribile.*
11 *Iudicium finale dicitur occultum.*
12 *Iudicij locus.*
13 *Iudicij signa, quæ præcedent.*
14 *Sententiæ ferendæ in iudicio.*

De Iudicio extremo. Cap. V.

IN extremo iudicio ille Iudex, nec gratia præuenitur, nec misericordia; iam flectitur, nec pecunia corrumpitur, nec satisfactione, vel pænitentia mitigabitur. hic dum tempus habet agat anima pro se, quandiu locus est misericordiæ, quia ibi erit locus iustitiæ. Aug. lib. 3. de Symbolo.

1 Quæritur, quid est iudicium? ℞. secundum Scotum. dist. 47. q. 1. lib. 4. generaliter accipitur pro quacunque certa notitia, & illo modo sensus atiam distinctè apprehendens obiectum, vel distinguẽs obiectum ab obiecto, vbi requiritur fortè magis distincta apprehensio, dicitur iudicium; vnde 2. de anima, dicitur sensus communis iudicare de sensibilibus diuersorum sensuum. Alio modo dicitur iudicium certa apprehensione intellectualis, etiam quæcunque, & hoc modo diffinitiua cognitio de aliquo potest dici iudicium de veritate illius. Iuxta illud. 1. Ethic. Vnusquisque bene iudicat, quæ cognoscit, & hic est bonus Iudex. Adhuc magis propriè dicitur de aliquo vero complexo; quia secundum Aug. 3. de libero arbitrio, nullus iudicat de regulis æternis, sed secundum eum de alijs. Vnde omne verum complexum apprehenditur esse verum per aliud, quia si est immediatum, adhuc iudicatur verum per rationes terminorum, secundum Philosophum. 1. poster.

2 Quæritur, vtrum possit peruerti iudicium? ℞. quod Iudex peritiam habere debet &c. Iudicium bonum peruertere possunt passiones, vt inquit Gers. par. 3. de passionibus animi, quare periculosum esse dicit homini dimittere se nimis labi, & profundari in imagines, vel phantasias, præsertim vitiosas, & circa peritura semper habentia, vt sunt beneficia, honores, & diuitiæ. Nam cum generentur habi-

tus

tus ex actibus frequentatis, & habitus causent, naturaliter fit, vt pondere suæ inclinationis, sic immutent imaginatiuã virtutem, & ex consequenti totum hominem, quod necessitate quadã trahitur homo velut brutũ, vt quemadmodũ fit in illis, quos Philosophus bestiales appellat. Sic vtique verũ est, quod omnis imaginatio profundata habet suam insaniã, vel ebrietatem, & quasi dæmoniacã passionem, sicut dicit Orig. Lædit quoque notabiliter, seu peruertit totaliter iudiciũ rationis, patet in Philocaptis, patet in ambitiosis, in auaris, in inuidis, in impatiẽtibus, in quibus verificatur illud prouerbium. Furor fit læsa sæpius patientia.

3 Quotuplex est iudiciũ? ℞. duplex, scilicet approbatiuum, & condemnatiuum, vt inquit Scot. dist. 47. q. 1. lib. 4. Nam iudici possunt esse manifesta, ex quibus sequitur in particulari illum esse præmiandum, puta, quia bene meruit, vel puniendum, quia malè meruit: & prima sententia est approbatiua; secunda condemnatiua, iuxta ista, quandoque in nobis feruntur duæ alienæ sententiæ, puta si pro aliquo proponantur digna meritò, vt iudex inueniat proposita non esse vera, sequitur sententia propulsiua à præmio.

Similiter si contra aliquem proponantur aliqua digna supplicio, & inueniãtur non esse vera, sequitur sententia absolutiua, seu absoluens, puta talem coram nobis accusatum, pronunciamus innocentem. Scotus.

Iudicium secundum S. Bonau. dist. 47. q. 3. lib. 3. dicitur tripliciter, scilicet cõmuniter propriè, & appropriatè. Iudicium communiter collectio manifesta meriti ad præmium. Iudicium propriè dicitur discussio meritorũ, & prolatio cũ quadã discussione, & sententiæ diffinitione. Iudicium dicitur appropriatè ipso iudicio, vnde iudicatus dicitur condemnatus. Primo modo oẽs iudicabuntur in extremo iudicio, quia omnes cõuenient, & patebit, quomodo Deus omnibus retribuet secundum merita, & hoc est, quod dicit Apost. Omnes manifestare oportet &c. Secundò modo, prout dicitur, iudicium discussionis, non omnes iudicabuntur, & erunt quatuor ordines, vt distinguit B. Greg. & Mag. dist. 47. lib. 4. Tertiò modo secundum quod dicitur iudicium condemnationis iudicabuntur mali solũ, & illud iudicium incipit in præsenti per executionem infidelibus, & per expoliationem in dæmonibus, & consumabitur in futuro; vnde iudicium non iterabitur, sed consumabitur. Hæc Bonau. & concordat Scot. Et adhoc vt iudicium sit firmum, concurrit authoritas, & potestas. Authoritas in sententiando, & potestas in retribuendo præmium secundum meritum: si alterum eorum deficiat, non est iudicium; hæc duo principaliter sunt in Deo, vt inquit S. Bonau. dist. 48. q. 1. art. 1. lib. 4. Nam in ipso est authoritas ad sententiãdum, quia Dominus omnium est, nos, & omnes serui eius. Est etiam potestas ad retribuendum; quia potentissimus, & nõ est qui contra eum se valeat erigere, vel eius sententiam irritare, hæc duo cõmunicauit Deus Trinitas homini Christo, authoritatem dando, & dominium, sicut dicitur Act. 2. Dominum fecit Deus hunc Iesum. Potestatem etiam habet sibi cætera subijciendo. Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas, & ideo ipse est, qui cõstitutus à Deo Iudex viuorum, & mortuorum, sicut dicitur Act. 10. Et secundum vtranque naturam habet authoritatem, sed seruãdum diuinitatem principalẽ, & naturalem secundum humanitatem cõmissam, de quo latius ibi S. Bon. & infra.

Item iudicium est duplex, vt dicit S. Bonau. dist. 18. lib. 4. circa textum. Vnum in præsenti, & hoc est iudicium in pænitentiæ foro, & hoc magis est misericordiæ, quam iustitiæ, quia modo est tempus misericordiæ. Aliud est iudicium postremum, & illud est iustitiæ, quod signanter dicitur in Psalmo. Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo.

4 Quid est iudicium extremum? ℞. est vltimum, siue finale, & erit vniuersalis separatio bonorum à malis, vt dicit S. Tho. 4. sent. dist. 47. q. 1. art. 1. de quo Psal. 95. iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua. Et Eccles. 12. Cuncta, quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit. Isai. 3. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui, & principibus eius. Et Lucæ 21. Videbunt filium hominis venientem in nube. De quo Matth.

25. & 26. cum venerit filius hominis in in sede maiestatis suæ, & Marc. 13. Ioan. 5. & 2. Corint. 5. omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq. propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Et 1. ad Thes. 4. & 1. Petr. 4. & alias in multis locis sacræ scripturæ tractatur de iudicio illo extremo. Præterea. Aug. Hieron. Greg. Chrys. Lactan: qui, & plura de hoc iudicio scriptis reliquerunt. Videatur etiam Gabr. serm. 1. dominicæ. 2. Aduentus Domini. Et dies huius iudicij variè nominatur, in scriptura, propter effectus illius diei ineffabilitatem generali, tamen vocabulo, dies iudicij nominatur, quæ alias dies iræ, dies caliginis, dies calamitatis, & miseriæ nominari solet, de quo vide Gab. serm. 2. vbi supra. Dicitur hæc dies amara valde, peccatoribus, dicitur, & dies iudicij octauus, vt scribit Aug. Psal. quod iam post finem huius seculi, accepta æterna vita, tunc non erunt animæ iustorum obnoxia temporalibus, vel dicitur octauũ iudicium, quod post duas generationes, est futurum. Vna, quæ ad corpus, quæ ad animam pertinet. Et in illo iudicio sm̃ Thom de Argent. dist. 47. lib. 4. quamuis Iudex principalis sit tantum vnus tamen iudices assessores cõtigit esse plures. Nullus enim purus homo, sed solus Christus potest iudicare propria authoritate, qui iudicabit, vt vult Palud. dist. 48. lib. 4. in forma humana, & gloriosa. Vnde Ioan. 5. dicitur Pater omne iudicium dedit filio, vt modo dictum est, & ille, qui fert sententiam est iudex principalis, & talis est solus Christus, vt scribit S. Bonau. dist. 47. q. 1 lib. 4. Assessores autem erunt Apostoli, & alij perfetti Christi imitatores in extremo iudicio, tanquam veri iudices iudicabunt. quia Matth. 19. super illo verbo Vos qui reliquistis omnia, dicit Glos. qui reliquerunt omnia, & secuti sunt Dñm, hi iudices erunt, & loquitur de iudicibus quantum ad extremum iudicium. Et de iustis hominibus dicitur cap. 3. Quod iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. Et loquitur ibi scriptura de extremo iudicio. & tales sunt Apostoli, & alij pfecti homines Christi imitatores iudicabunt per modũ assessorũ, & tunc perfecti omnes, qui erũt assessores Christi habebunt plenam notitiã omniũ peccatorum, tunc iudicandorum, nec latebit eos aliqua circunstantia iudicanda, & quamuis naturali cognitione cognoscent. Hæc Th. Argent. quod tam gens. Apostolus. 1. Corint. 14. ait Nolite ante tempus iudicare quoadusq; veniat Dominus, qui illuminabit abscundita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Videatur Richar. 47. dist. lib. 4. art. 1. q. 1. qui ait quod ad hoc, vt clare omnibus manifestetur diuinæ iustitiæ perfectio in operibus suis, ordinauit diuina prouidentia esse venturum vniuersale iudicium, quod erit omnibus manifestum in quo electi sui præmij, & reprobi sui supplicij respicient complementum. Tunc enim augebitur supplicium reproborũ, & gaudium electorum. Vide latius (si placet) eundẽ, vbi supra, & Palud. dist. 47. qui dicit iudicium generale futurum omnium, sm̃ fidẽ iuxta illud Apostoli: Omnes stabimus ante tribunal Christi. Cuius iudex erit Christus, assessores Apostoli, & perfecti. Assistentia autem illa, vt inquit S. Bonau. non erit ad consuleudum, quia Dominus consilio non indiget, sed erit tanquam ad quændam honorem, & approbandam sententiam iudicis.

5 Quæritur Christus in illo iudicio, in qua forma apparebit humana, vel diuina ℞. beatis sub vtraque forma: Damnatis verò apparebit secundum humanam naturam, vt satis benè declarat Thomas argent. duabus conclusionibus dist. 48. lib. 4. & secundum Scot. à beatis videbitur in forma gloriosa, sed damnati nullam formam gloriosam videbunt, vel videbunt in corpore glorioso, sed nec ex hoc sequitur aliqua delectatio, at Scot. dist. 48. q. 7. lib. 4. in solut. argum.

6 Quæritur in quo consistit hoc iudiciũ? ℞. sm̃ Th. Argent. dist. 47. lib. 4. quod consistit in duob⁹ actibus principaliter, quorum vnus erit discussio meritorum, alius retributio erit præmiorum, & sic erit iudicium disceptationis, alter retributionis videatur etiam Palud. dist. 47. quarti. Et quo ad præmiorum retributionem omnes iudicantur, vel ad pænam æternam, vel ad gaudinm æternum.

7 Quæritur vtrum Angeli iudicabũtur? ℞. Angeli etiam tam boni, quam mali iudica.

dicabuntur iudicio remunerationis quãtũ ad præmium accidentalẽ. Boni quidẽ remunerabuntur de ministerio hominis impenso, quod tunc finietur. Mali verò punientur pro sua nequitia, qua homines seduxerunt, & ad peccatum adduxerũt, etiam boni Angeli, tunc magis gaudebũt de noua societate hominum beatorum; Et econuerso mali aliquo modo, tunc punientur de noua super eos conculcatione malorum damnatorũ. Vide latius Tho. Argent. Bonau. & Rich. & alios.

8 Quæritur, in hoc iudicio quid interrogabimur? ℟. secundum Gers. par. 1. consider. 9. q dicit: quod non interrogabimur quantum fuerit intellectus noster acutus, & eruditus, & an monachus pro studio, possit negligere officium, & similia. Sed qualis fuerit affectus noster ad Dominum Deum nostrum, hoc est, quã simplex, quam rectus, quam pius, humilis, & deuotus, quamque spontaneus, & fidelis in Dei seruitio, secundum eam vocationem, qua vocatus fuerit diuinitus. Vnde plura, & deuota apud eundem part. 4. serm. Dominicæ 2. Aduentus.

9 Quæritur, ad quid iudicium vniuersale cum sit quisq; iudicatus particulariter in fine vitæ suæ? ℟. quod vniuersale iudicium erit notoriũ propter quatuor. Primum ad manifestandũ veritatem personæ Christi omnibus gentibus, & populis, & linguis. Secundò, veniet Christus ad manifestandum occulta. Tertiò, veniet Christus ad iudicandum malè iudicata. Quartò, veniet Christus ad iudicandum non iudicata. Hæc declarantur fusius à Iac. de Val Psal. 2.

10 Quare dicitur iudiciũ esse horribile ex omni parte? ℟. quia supra erit Iudex austerus, & iratus, subtus patens infernus, intus conscientia remordens, extra mundus, à dextris peccata accusantia, à sinistris dæmonia terrentia, extra illos boni Angeli in infernum propellentes, & omnes Sancti Iudicis sententiam approbantes, & omnes mali, cum bonis peccata damnatorũ cognoscentes. De qualitate autẽ iudicij diximus, quod erit horribile, Luc. 12. Virtutes cælorum mouebuntur. Intolerabile. Iob. 14. Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, &c. Ineuitabile. Apost. 2. Cor. 5. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi. Inopinabile. Quia dies Domini sicut fur de nocte, ita veniet. Inexorabile. Prouerb. 6. Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ. Erubescibile. Apost. Rom. 6. Quẽ fructum habebunt tunc in illis, in quibus nunc erubescunt. Prædicta verò erubescentia, erit in duobus. Primò, in veniendo ad iudicium, quia mali cum habeant corpora ponderosa, oportet eos illuc portari ab Angelis, sicut Abacuch portatus fuit ad lacum leonum in Babylonem. Secundò in stando corã Iudice, quia peccata eorũ omnibus erunt manifesta. vnde illud Naum 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua &c.

11 Quare iudicium finale dicitur occultum? ℟. dicitur occultum in quantum est nobis ignotum, vt dicit Iacobus de Valentia Psal. 9. & alias dicitur, & habetur sæpæ in scriptura. Vnde Marc. 13. De die autem illo, & hora nemo scit, neque Angeli in cælo, neq; Filius, nisi Pater &c.

12 Quæritur, quo in loco celebrandum est iudicium? Respondetur, vt scribit Scot. dist. 47. quæst. 1. lib. 4. & distinct. 42. quæst. 5. lib. 4. probabiliter æstimatur in terra promissionis, siue Vallis, vel pars Iosaphat determinata ibi, vel tanta pars quanta sufficiet pro reprobis. Vnde Ioelis 3. dicitur. Adducam omnes gentes in Vallem Iosaphat. Non autem omnes erunt in illa valle, sed sæpius electi erunt in aere, & maximè perfecti cum ipso iudice, secundum gradus suæ dignitatis, & excellentiæ notabiliter collocati, & vt vult Scotus, electi non erunt in rerra, sed rapientur Christo obuiam in aere. Item probatur multis rationibus, quod valle Iosaphat erit iudicij locus. Primò, quia locum iudicij oportet esse communem, sed Ierusalem, & terra adiacens, videtur esse communis, cum sit quasi medius nostræ habitationis locus Secundò, quia debet esse locus publicus; sed locus prædictus est famosissimus propter opera nostræ redemptionis, quæ ibidem gesta sunt. Tertiò, cõpetit locus ille ratione negotij, quia tractandũ est ibi misericordiæ, & iustitiæ. Mons Olíueti, qui est apud illam Vallem, designat misericordiam. Iosaphat autem, quod interpretatur iudicium, designat iustitiam.

13 Quæ-

13 Quæritur, quæ signa præcedent iudicij diem? Respondetur, quod Hieronymus, vt refert Richard. dist. 48. art. 1. quæst 3. lib. 4. enumerat quindecim signa futura ante iudicium, quæ tamen non affirmat, sed dicit ea legisse in annalibus libris Hebræorum, & sunt hæc. Prima die maria omnia exaltabuntur quindecim cubitis super montes. Secunda omnia æquora prosternent in profundum, ita vt vix possint videri. Tertia redigentur in statum antiquum. Quarta omnes belluæ, & animalia, quæ mouentur in aquis congregabuntur, & eleuabuntur super pelagus more contentionis inuicem mugientes. Quinta omnia volatilia cæli congregabuntur inuicem in campis plorantes, non gustantes, neque bibentes. Sexta, flumina ignea surgent ab accensu solis contra faciem firmamenti vsque ad ortum corruentia. Septima, omnia sidera errantia, & fixa spargent ex se igneas comes, sicut cometæ. Octaua, magnus terremotus erit, ita vt omnia ædificia alta prosternantur. Nona, omnes lapides, tam magni, quam parui in in quatuor partes diuidentur vnaquaque petra aliam collidente. Decima, omnes planetæ fluent sanguineum rorem. Vndecima omnes montes, & colles, & ædificia in puluerem redigentur. Duodecima omnia animalia veniunt ad campos de filuis, & montibus rugientia nihil gustantia. Decima tertia omnia sepulcra ab ortu solis vsque ad occasum patebunt cadaueribus, ad resurgendum. Decima quarta, homines de habitaculis suis recedentes, non intelligentes, neque loquentes, sed discurrẽtes. Decima quinta omnes morientur, & resurgent cum mortuis longè ante defunctis: & quamuis, inquit Richard. incertum sit vtrum signa prædicta præcessura sint iudicium, vt narratum est, cum ibi sint quædam, quæ parum habent verisimilitudinis: tamen certum est, quod aduentum iudicis aliqua signa sint præcessura, & propter iudicis reuerentiam, & vt homines ad iudicium præparentur, quorum signorum aliqua ponuntur in Euangelio. Et ideo dicitur dies magnus, eo quod magna ibi fient, vt inquit Mag. dist. 48. lib. 4. Hæc ostensa signa refert etiam S. Bonau. dist. 48. lib. 4. circa textum, & in fine dicit. Hæc vtrum ita se habeant, Deus nouit, & de his parum præscribit Paul. Cort. lib. 4. suarum sententiarum. distin. 7. Ista enim signa, vt scribit etiam ipse S. Bonau. erunt sicut quædam peremptoria citatio, & terribilis cum executione sententiæ, sine vlla excusatione ad iudicium vocatio, & præconizatio; vnde dicit Apost. 1. Thesal. 3. quia Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo. De ista terribili citatione dicit Hieron. siue comedam, siue bibam, siue aliquid aliud faciam, semper videtur sonare illa terribilis tuba in auribus meis. Surgite mortui, venite ad iudicium Et Iob 38. Quid faciam cum resurgam ad iudicium.

14 Quæritur, quæ sententiæ ferendæ in iudicio? Respondetur, vt inquit Petr. de Pal. dist. 47. lib. 4. Erit vniuersalis separaratio bonorum à malis, & remuneratio bonorum, & punitio malorum, non solum in anima, sed in corpore. Duæ sententiæ in iudicio ferendæ sunt: vna pro bonis, vbi dicitur Matth. 25. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Alteram contra malos, vbi dicitur: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & angelis eius, &c. Prima sententia pro bonis, continet septem clausulas, amabilis vocatio, ibi: Venite. Secunda, diuina benedictio, ibi; benedicti. Tertia, paterna dilectio, ibi: patris mei. Quarta est remunerationis retributio, ibi, possidete. Quinta, est regni assignatio, ibi, regnum. Sexta, est gloriæ præparatio, ibi, quod vobis paratum est. Septima est æterna prædestinatio, ibi, ab origine mundi.

Secunda sententia contra impios, cõtinet in se sex clausulas. Prima à Deo separationem cum dicitur, ite. Secunda, maledictionem, ibi, maledicti. Tertia, incarcerationem, per hanc præpositionem in designatam. Quarta pœnæ acerbitatem, ibi, ignem. Quinta, liberationis desperationem, ibi, æternum. Sexta, dæmonum associationem, ibi, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Horribilis malorum sententia, sed bonorum delectabilius, & iucunda &c. Et per Iudicis sen-

ſententiam ſeparabuntur boni à malis. Vnde Scotus diſt. 47.q. 1.lib. 4. ait. Et ſi extremum iudicium generale ſit futurū, adhoc tamen non poteſt haberi demonſtratio, quia minus notum eſt, quam reſurrectio. Sed ad iſtud benè ponuntur congruentiæ; quia congruum eſt omnes malos finaliter ſeparari ab omnibus bonis. Item vnuſquiſque aut aſcribitur regno, vel carceri, tota multitudo præuiſa ad regnum debet aliquando determinari; ad poſſidendum illud, & tota alia multitudo relinqui carceri, vt ſic ſit ſequeſtratio duarum familiarum, ſed duarum ciuitatum, ſicut tractat Aug. per totum de Ciuit. Dei. Hæc autem ſequeſtratio fiet per iudicium generale. vide alias congruentias, & latius per Scotum.

SVMMARIVM.

1 *Mundi innouatio.*
2 *Mundus quod innouetur probatur.*
3 *Sydera an innouentur.*
4 *Elementa renouabuntur.*
5 *Cælum, & terram tranſire, quomodo intelligitur.*

De Innouatione mundi. Cap. VI.

1 QVæritur quomodo innouatur mūdus? ℞. terminato iudicio, ſtatim erit innouatio mundi, quæ non cōplebitur quandiu peccator eſt in mundo, id eſt, quouſque detrudatur in infernum. Sicut enim ille maximus ignis elementa purgabit, cum habeat virtutem expulſiuam formæ extrinſecæ, ſic mundum innouabit, vt habeat virtutem ſubtiliatiuam.

2 Quomodo probari poteſt, quod mundus innouetur? ℞. mundum innouari, id eſt, pulchriorem formam accipere debere oſtenditur multiplici ratione. Primò, quia ſicut dignum fuit, quod elementa purgarentur, pro eo, quod infecta erant, pp peccatū hominis, ita dignum eſt, vt mundus innouetur, propter glorificationem hominis. Secundò, vt crearuræ remunerentur pro labore, quo homini ſeruierunt. Tertiò, vt totus mundus, prout eſt poſſibile conformetur homini glorificato. Quartò, quia mundus factus eſt, vt homo per ſpeculum creaturæ Deum cognoſcat, quem in ſua natura videre nō potuit. Vnde in futuro oportet ſpeculū meliorari, & purgari, vt in pulchritudine creaturarum amplius refulgeat ſpecies creatoris, hoc autem erit ad neceſſitatem, quaſi Deus aliter videri non poſſit, ſicut modo, ſed ad iucunditatem, vt ſcilicet delectationi viſionis intellectualis addatur delectatio viſionis ſenſualis.

3 Quæritur, vtrum ſydera innouentur, vel purgentur? Reſpondetur, quod orbes cæleſtes, & lydera propter impermixtionem nulla indigebunt purgatione, ſicut elemunta, ſed tantummodo motus ceſſatione, & ideo innouabuntur. Innouatio autem in illis duo requirit, ſcilicet motus ceſſationem, & claritatem ſplendoris ampliorem, qñ ſtabit ſol in Oriente, & luna in Occidente, vbi creati ſunr. Huius dicti hæc eſt ratio, quia corpora ſuperiora facta ſunt ad vſum hominis dupliciter. Vno modo propter neceſſitatem corporis, ſcilicet ſtatum generationis, & corruptionis; & ideo ceſſante illo, ceſſabit motus. Alio modo propter delectationem in pulchritudine creaturæ, & propter cognitionem Dei in illis, ideo lux illorum non ceſſabit, ſed magis augebitur.

4 Quæritur, elementa quomodo renouabuntur? Reſpondetur, circa elementa, quod terra erit ſicut chriſtallus, & complanabitur; aer erit clarior, nec habebit impreſſiones, quas modo habet; quia nō erunt nubes, neque venti, neque pluuia, neque ros, neque nix, neque tonitua, t neque fulgura. Ignis etiam, & aqua fienpuriores, & manebunt nō ſolum sm̄ ſubſtantiam, ſed etiam ſecundum qualitates, quas habebunt quantum ad habitū, ſed non quantum ad vſum, quia cum in his duobus elementis magis vigeât qualitates actiuæ, ſcilicet frigiditas in aqua, & caliditas in igne, magis ſunt generationis, & corruptionis principium, & talis effectus illorum, non erit amplius, & propter hoc dicuntur interire. Vel ideo, ſecundum aliquos, dicuntur hæc duo elementa interire, quia Dominus tunc intercidet in illis, teſte Baſilio ſuper Pſ. 28.

Vxo-

Vox Domini intercidentis flammã ignis, ita quod calidum æstiuum, & frigidum glaciale tendent inferius, perspicuum autem in aqua, & lux in igne manebunt, quia de omnibus elementis ignobile tendet deorsum, sicut grossum, & terrenum, & opacum, ac tenebrosum, & huiusmodi.

5 Quomodo dicitur cælum, & terram transire? Luc. 21. Respondetur, dicitur transire quantum ad formam, sed non quantum ad substantiam. Patet etiam ex prædictis terminari transmutationes elementorum eorum, & generationes animalium, & plantarum, quia causæ illorum cessabunt, & propter ista dicuntur elementa interire, non quantum ad substantiam, sed quantum ad actiones, & passionem. Corpora verò cælestia habita quiete, & lumine clariori, dicuntur renouari. Veruntamen illa, quæ sicut dictũ est, intereunt in homine, saluabuntur, qui similitudinem habet cum omni genere creaturæ, & propter hæc in hominis innouatione, & glorificatione, possunt dici omnia renouari.

SVMMARIVM.

1 *Saluari an possit aliquis decedens in peccato mortali.*
2 *Infernus damnatorum vbi sit.*
3 *Inferni pœnæ particulares.*
4 *Infernalis ignis vtrum æqualiter omnes cruciet.*
5 *Damnati an videant gloriam beatorum?.*
6 *Damnati tristantur videntes gloriam beatorum.*
7 *Damnati an scient quid agatur inter viuos.*
8 *Animæ in purgatorio an torqueantur à dæmonibus, & an ab eis illuc portentur.*
9 *Dæmones an possint bonos affligere in hac vita.*
10 *Punitio damnatorum in inferno, an sit sine intermissione.*
11 *Damnati an vellent non esse.*
12 *Damnatis an displiceat peccasse.*
13 *Damnati an pæniteant, & damnatorum pœnæ variæ.*
14 *Corpora damnatorum, quomodo in igne ardebunt, & non consumentur.*
15 *Dæmones corporali igne ardent.*
16 *Animæ sine corporibus sentiunt ignem corporalem.*
17 *Lux in inferno erit ignis comburens.*
18 *Infernus quomodo sit.*
19 *In fine mundi animæ mediocriter bonæ, quibus suffragijs iuuentur.*
20 *Sancti in patria, quomodo audiant preces supplicantium.*

De Pœnis Inferni. Cap. VII.

NOn est dubium, quod post mortẽ sequitur vel gloria, vel pœna. De gloria tractabimus infra cap. sequenti. De pœna verò alia pœna purgans, alia damnans. Pœna damnans sequitur illum, qui in peccato mortali decedit. &c.

Quis putas tunc mœror erit, quæ tristitia, quum separabuntur impij à consortio Sanctorum, & à visione Dei, & traditi in potestate dæmonum, ibunt cũ ipsis in ignem eternum, ibique semper erunt sine fine, in luctu, in gemitu, vbi erit dolor intolerabilis, timor horribilis, mors corporis, etiam animæ, sine spe veniæ, & misericordiæ, vbi nec qui torquet aliquando fatigatur, nec qui torquetur aliquando moritur, sed sic morientur, vt semper viuant, & sic viuent, vt semper moriantur. Hug. lib. 1. de miseria inferni.

Ad stricti iudicij iustitiam pertinet, vt nunquam careat supplicio, quorum mẽs in hac vita nunquam voluit carere peccato, & nullus detur iniquo terminus vltionis, quia quandiu potuit, habere voluit terminum criminis. Greg. in moral. & ibidem. Horrendo modo fit miseris mors sine morte, finis sine fine, delectus sine delectu; quia & mors semper viuit, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit. Mors perimit, & non extinguit, dolor cruciat, sed nullatenus pauorẽ fugat, flamma comburit, sed nequaquam tenebras excutit.

1 Quæritur, vtrum possibile fit saluari aliquem decedentem in peccato mortali? Respondetur secundum S. Bonauent. quod Diuina potentia posset talem saluare, sed Diuina iustitia iustè, & rationabiliter oppositum decreuit. Et si alicui in pecca-

peccato mortali decedenti vnquam dedit Deus saluari; iste non erat damnatus per sententiam diffinitiuam. Et pro maiori declaratione dico, quod patet Diuina potentia in creando, sapientia in gubernando, & clementia in reparando, sic patebit eius iustitia in puniendo. Dignum est enim, vt non remaneat dedecus peccati, sine decore iustitiæ. Nã quãuis peccatũ sit transitorium; tamen pœna erit æterna, aut perpetua pluribus rationibus. Vna, quia homo peccauit in suo æterno, ideo punietur æternaliter. Alia ratio est, quia materia ignis infernalis est æterna, scilicet peccati macula, ideo, & pœna debet esse perpetua. Alia ratio est, quia peccatum est contra illum, qui est infinitus; ideo pęna debet esse infinita, non quidem acerbitate, sed duratione. Vnde Chrisost. Omnis iniuria talis est, qualis fuit persona patiens iniuriam. Tamen nulla actio Dei ad extra est infinita propriè, quare non punit extremo suæ potentiæ, etiam patiens cum sit finitum, non sufficeret accipere illam actionem Dei, si infinitum puniret &c. Quare Deus citra condignum punit, & vltra cõdignum præmiat. Alia ratio est, quare pœna erit perpetua, attenditur ex ipso statu peccantis mortaliter, qui per peccatum gratia non possit fieri remissio culpæ, si in peccato mortali, decedat semper culpa in eo remanebit cum alterius non sit gratiæ susceptibilis: manente autem culpa, semper est obnoxius pœnæ: alias remaneret aliquid inordinatum in vniuerso; & ideo talis in perpetuum punietur. Alia ratio est, quia mala voluntas reproborum æterna est. Nam vellent in peccato, si possent, perpetuò delectari, ideo perpetuò debent puniri. Istas, & alias rationes, quas omitto causa breuitatis, tractant Doct. super 46. dist. quarti sent. & in comp. Theol. lib. 7. vnde Gregor. in Dialogo. Ad magnam iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui nunquam carere voluerunt peccato. Et de hoc possunt dari plura exempla; nam videmus, quod vulneratio momentanea inducit mortem perpetuam. Item casus in foueam est temporalis; & tamen detentio est perpetua, scilicet seruitus. Item emptio momentanea est, & tamen dat ius possidendi in perpetuum.

2 Quæritur, infernus damnatorum vbi est? ℞. secundum S. Thom. 4. sent. dist. 45. quod probabiliter est in medio terræ, & vt ipsum nomen sonat, dicitur quasi inferus, vel infernus, quia inferius iacet; vt dicit Palud. distin. 44. q. 6. vel secundum Isid. in lib. Etymol. Infernus dicitur quasi intus furnus, id est, niger; nam fumus idem est quod niger. Est enim infernus, vt idem S. Thom. dicit 2. sent. dist. 6. q. 3. horridus, tenebrosus, & pœnalis locus dæmonum.

Infernus, secundum Theolog. est quadruplex & S. Tho. dist. 22. quæst. 3. art. 2. lib. 3. Primus profundissimus, & est damnatorum, in quo sunt tenebræ, & quantum ad carentiam diuinæ visionis, & quantum ad carentiam gratiæ: & cũ hoc pœna sensibilis. Et secundum dist. 45. lib. 4. propriè est locus damnatorum, qui tam pœna sensus, quam pœna damni perpetuò puniuntur, quem locum nullus descendit, nisi qui cum mortali in hac vita personaliter perpetrato sine vera pænitentia ab hac vita decedit, & dicit Thom. Argent. dist. 45. lib. 4. Et iste locus secundum communiorem opinionem habet esse in medio terræ, vel sub terra. Rationabile enim videtur, quod immundis, & vilissimis peccatoribus pro carcere perpetuò, correspondeat locus vilissimus; talis est in medio terræ, vbi tanquam ad sentinam fœces totius mundi coguntur descendere: qui quidem locus habet multas qualitates læsiuas. Et secundum Sanctum Bonauenturam. Infernus creditur esse maximam concauitas: ac per hoc, & maximæ capacitatis. Prædictis subscribit Brulifer. distinctione 6. quæst. 3. lib. 3. sententiarum, vbi dicit: Sicut Deus ex pijssima sua misericordia præparauit locum quendam amœnissimum, clarissimum, & iucunnissimum, & pulcherrimum, & altissimum electis suis; ita ex seueritate iustitiæ parauit locum turpissimum, nefandissimum &c. veluti carcerem perpetuum puniendis transgressoribus mandatorum suorum, & est infernus localis. & lib. 4. cap. 6. nu. 1. de distinctione orbium videbis magnitudinem eius.

3 Quæ-

3 Quæritur, quæ particulares pœnæ sunt in inferno? Respondetur secundum sanctos Doctores, quod sunt, ignis supernaturalis, qui non extinguetur, & erit instrumentum diuinæ iustitiæ, stridor dentium, stigus, tenebræ, fumus, lachrymæ interiores, aspectus dæmonum, clamor, improperia, ariditas, sitis, fœtor sulfuris, vermis conscientiæ, vincula carcerum, inuidia, rancor, carentia visionis Dei, tristitia, ablatio omnis salutis. Ipsum etiã esse, quod omnis creatura appetit, pœna erit eis. Et sicut ait Dionysius, proterua fantasia, dæmones, concupiscentia, & furor irascibilis, & quicquid denique opponitur dotibus corporis, & animæ beatorum.

Item pœnæ etiam infernales, secundũ peccata sunt diuersæ. Prima est ignis: Senunda, frigus. Vnde: Ibi erit frigus, & stridor dentium. Matth 25. cap. Tertia est fœtor; vnde de his tribus Propheta, ait: Ignis, & sulfur, & spiritus procellarum. Psal. 10. Quarta, vermis indefinenter. Isai. cap. 1. Vermis eorũ non morietur. Quinta, impatientium mallei percutientes. Prouerb. 19 Parata sunt decisoribus inuidia, & percutientes mallei stultorum corporibus. Sexta tenebræ palpabiles exteriores, & interiores. Iob. Terram miseriæ, & tenebrarum. Et alibi: Vadam ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, vbi in æternum non videbo lumen. Septima confusio peccatorũ, erunt libri aperti, & cõscientiæ hominum omnibus manifestæ. Daniel cap. 7. Octaua horribilis visio dæmonum, qui videbuntur in executione scintillarum de igne accendentium. Nona igneæ cathenæ, id est, anxietates, quibus impij singulis mẽbris accinguntur. Prima, est concupiscentium. Secunda maleficorum. Tertia luxuriosorum. Quarta inuidiosorũ. Quinta est eorum, qui in hoc sæculo per flagellum non meruerunt castigari. Sexta, eorum, qui in tenebris ambulantes, ad lumen verum, scilicet Christum, venire cõtempserunt. Septimum, confitentiũ peccata sua, & pænitentiam contemnentiũ. Octaua illorum, qui in malo delectantur, & in suo peruerso opere, & sermone. Nona eorum, qui ambulant in desiderijs suis, & eunt post concupiscentias suas. Sicut patet Dei omnipotentia in creando, (vt diximus supra) sapientia in gubernando; clementia in reprehendendo; sic patebit iustitia in puniendo. Dignum est enim, vt non remaneat dedecus culpæ sine decore iustitiæ.

4 Quæritur, vtrum ignis infernalis æqualiter omnes cruciet? Respondetur, vt diximus, cũ in damnatis sit diuersitas peccatorum, erit diuersitas pœnarum. Vnde cum in peccato sit auuersio à creatore, & conuersio ad bonum commutabile, & deordinatio voluntatis contra dictamen rationis, merito pœna variabitur propter ista. Vnde propter auersionem erit carentia visionis diuinæ, sed propter conuersionem erit pœna materialis incendij: propter deordinationem autem rationis, & voluntatis erit pœna vniuersalis, quæ consistit in afflictione varia, acerba, & æterna. Ignis autem infernalis non omnes æqualiter cruciabit, sed ab eodem igne alij plus, alij minus torquebuntur, secundum quod plus, aut minus peccauerunt; sicut ab eodem igne aliter palea, & aliter lignum. Quamuis autem ignis ille sit corporeus, nec possit agere in spiritum, ipsum calefaciendo, aget tamen in ipsum, vt instrumentum diuinæ iustitiæ, ipsum lædendo, & ille dolor est maximus, tum propter potentiam diuinæ manus ipsum ignem mouentis, tum propter sensibilitatem patientis, tum propter immediationem coniunctionis.

5 Quæritur, vtrum damnati videant gloriam beatorum? Respondetur, lumen cũ sit delectabile, tamen lumen ignis infernalis ingerit tristitiam per accidens, scilicet in quantum ostendit aliquid triste. Vnde in inferno est aliquid obscuri luminis, quo damnati videre possint vnde doleant, & non vnde lætentur. Damnati vident vsque ad diem iudicij gloriam beatorum in vniuersali, non in particulari, quia vident eos in magna gloria, sed non in quali.

6 Quæritur, quare damnati in inferno non lætantur, sed tristantur videntes gloriam beatorum? Respondetur, de huiusmodi visione non lætantur damnati, tum propter inuidiam alienæ felicitatis, tum propter carentiam propriæ beatitudinis. Post iustum, & vltimum verò iu-

dicium hoc eis subtrahetur in pœnam eorum, cum videbunt etiam hoc aspectu indignos se reputari. Luc. 16. & Sap. 5. de impijs. Videntes turbabuntur timore horribili &c.

Attende ergo hæc, ô serue male, & emendare stude, quia nunc est tempus emendationis, & laboris, postea erit tribulationis, & mercedis.

7 Quæritur, vtrum damnati sciant quid agatur inter viuos, aut viatores? Respondetur, quod relatione eorum, qui descendunt ad inferos, possunt damnati scire quid agatur in hoc mundo inter viuos: & hoc verisimile est, non tamen pro certo haberi potest.

8 Quæritur, vtrum animæ in purgatorio torqueantur ministerio dæmonum, vel per Angelos bonos? ℞. quòd de hoc sunt variæ opiniones. Quidam enim dixerunt, quod ministerio dæmonum, cum dicitur: illos habebunt tortores &c. Greg. in suo Dialogo dicit: Quod animæ ordinatione Diuina, per se descendunt ad infernum, vel ad purgatorium. Alij autem tenent, quod dæmones deportant animas damnatorum ad infernum, & eas torquent. Ad purgatorium verò animas non deportant dæmones, & hoc probāt pluribus rationibus. Prima ratione sic: Dæmones abhorrent purgationem, & liberationem animarum, ergo eam nō administrant. Item Aug. Si Diabolus cognouisset patientiam Iob, & quod pro eius tentatione debuisset Iob proficere, nequaquam ipsum tentasset: ergo cum animæ meliorarētur ex purgatione, diabolus eas non purgat. Non enim videtur probabile, quod illud fiat ministerio dæmonum, cum ibi purgetur peccati scoria, quam diabolus non vult purgari. Nec etiam videtur probabile, quod hoc fiat ministerio Angelorum, quamuis Iacob læsus fuerit ab Angelo cum emarcuit neruus fœmoris eius; quia illud magis fuit ad repressionem concupiscentiæ, quam ad grauem afflictionem. Vix enim aut nunquam legitur bonos Angelos, bonos homines vexasse; & ideo videtur qđ nec boni, nec mali angeli puniant animas in purgatorio; sed quod boni deducant animas bonas ad purgatorium; & purgatione facta, eas ducunt ad paradisum. Et ita potest probari, quod in purgatorio purgantur diuina ordinatione, tunc ad illam authoritatem quando arguitur, illos habebunt tortores in pœna &c. Dicendum est, quod intelligitur de æternaliter damnatis, & non de illis, qui sunt in purgatorio, & hæc refert Gerson.

9 Quæritur, vtrum dæmones possint bonos affligere in hac vita, & quare? ℞. ex permissione Diuina, quandoque dæmones possunt bonos affligere, vt patet de Iob, & S. Antonio, & alijs pluribus: & ideo est, quia in hac vita durat pugna inter homines, & dæmones, vnde aer iste caliginosus est assignatus dæmonibus magis propter officium tentandi, quam propter supplicium, & hoc ad nostrum maius meritum, si vincamus &c.

10 Quæritur, vtrum punitio damnatorū in inferno sit sine intermissione? ℞. quod nulla est intermissio, quia cum nulla sit interpellatio in culpa, non erit in pœna, secundum quod dicitur Apoc. 14. Ascendet fumus tormentorum eorum in sæcula sæculorum, & non habebunt requiem die, ac nocte. Et si arguatur de illo quod dicitur Iob 24. Transibunt ad calorem nimium &c. respondeturq. ibi, non loquitur de transitu successione; ita quod in medio in terminum à quo, & terminū ad quem, sit relaxatio pœnæ; sed in tali transitu, notatur varietas pœnarum cum confusione.

11 Quæritur, vtrum damnati vellent non esse? Respondetur, quod non esse potest dupliciter considerari: vno modo secundum se, & sic nullo modo potest esse acceptabile, cum non habeat aliquam rationem boni, sed sit boni pura priuatio. Alio modo potest considerari non esse in quantum est ablatiuum miseriæ, & sic non esse accipit rationem boni. Nam carere malo est, & quoddam bonum, vt dicit Phil. in moral. & per hunc vltimum modum melius est damnatis non esse, quam miseros esse, & sic damnati possunt eligere non esse secundum rationem deliberatiuam. De illa materia legitur Iob 20. vbi dicitur: Maledicta dies, in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. Maledictus vir, qui annunciauit patri meo, dicens: Natus est tibi puer masculus, & quasi gladio

læti-

lætificauit eum, fit homo ille, vt sunt ciuitates quas subuertit Dominus, & non pænituit eum; audiat clamorem mane, & vlulatum in tempore meridiano: qui me non interfecit à vulua, vt fieret à me mater mea sepulchrum,& vulua eius cõceptus æternus. Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem, & dolorem, & consumentur in confusione dies mei. Et Matth. 26. Bonum erat illi, si natus non fuisset homo ille.

12 Quæritur, vtrum damnatis displiceat peccasse? ℞. secundum S. Bonau. voluntatem peccandi habent in habitu, quia, vt dicit Aug. bonam voluntatem habere nullatenus possunt, sed dolor pœnarum impedit ne mala voluntas exeat in actũ volendi. Et secundum hoc dicitur Sap. 5. Intra se gementes, & pænitentiam agentes, non quod displiceat eis peccatum, nisi quod displicet eis pœna iusta.

13 Quæritur, vtrum damnati pæniteant? ℞. secundum S. Tho. supra 4 senten. quod pænitere de peccato potest dupliciter intelligi. Vno modo per se. alio modo per accidens. Per se quidem de peccato pænitet, qui peccatum in eo, quod est peccatum abominatur. Per accidens verò pænitet, qui peccatum non abominatur, nisi ratione alicuius adiuncti, vt poꝛte pœnæ: ideo damnati non pænitent per se loquendo de peccatis, quia voluntas malitiæ peccati in eis remanet, sed pœnitent per accidens in quantum affliguntur de pœna, quam pro peccatis sustinent. Vnde Mag. senten. in fine quarti. Apparet reprobos in inferno sic pæniten tiam gesturos,& per eam prauam voluntatem non deserant, & illa maligna voluntas erit eis ad cumulum pœnæ per quam tamen non merebuntur, quia nullus miseretur, nisi in hac vita.

Item de pœnis inferni secundum S. Bonau. in quodam opusculo vbi notantur quinque. Primò pœnarum acerbitas. Secundò, pœnarum diuersitas. Tertiò, pœnarum diuturnitas. Quartò, pœnarũ vniuersitas. Quintò pœnarum inutilitas. Primò igitur pœnæ reproborum erunt acerbissimæ, & intolerabiles. Grauissima enim pœna, quæ in mundo potest tollerari, minor est pœna purgatorij, vt inquit S. Aug. in quodam sermone, quanto magis pœna inferni? insignum huius vehementis doloris, dicit Saluator in Euangelio. Ibi erit fletus,& stridor dentium.

Secundò, pœnæ inferni erunt diuersæ, & in sacra Scriptura inueniuntur nouem pœnæ. Prima est pœna ignis. Secunda pœna est vermis, ignis ardebit carnem; vermis corrodet mentem. De istis duobus simul dicitur Isai. vlt. Vermis eorum non morietur, sic ignis non extinguetur. Tertia pœna est fœtor, vt dicitur in Psal. Ignis, sulphur, & spiritus procellarũ pars calicis eorum, id est, pœnæ eorum. Quarta pœna est frigus, quia dicitur Ioan 24. Transiunt ab aquis niuium ad calorem nimium, quia erit maxima pœna mutatio subita, quia natura mutationis non patitur repentinas, vt dicit Hipocrates. Quinta pœna erit fames maxima, iuxta illud Isai. 65. Serui mei comedent, & vos exurietis. Ibi namque est tanta inopia, quod neq; guttam aquæ poterunt habere, vt legitur Luc. 16. de Diuite epulone sepulto in inferno. Vnde Greg. Guttam aquæ petijt, qui micam panis Lazaro negauit. Maxima pœna erit fames, quæ ibi erit, & magis mortalis est carentia visionis Diuinæ. Vnde Greg. Immortalis sibi fames interfecit; quia faciem suam eis Saluator abscondit. Sexta pœna est tortor, vel potius tortores, quia dicitur Matth. 18. Tradidit eum tortoribus, donec redderet vniuersum debitum. Septima pœna est horror. vnde Iob 9. vbi nul lus ordo, sed sempiternus horror inhabitat: & ista erit maxima pœna. Quia videmus si nunc appareret nobis vnus solus diabolus, magnus horror,& quasi intollerabilis esset, quid ergo erit tunc cum tot horribiles apparebunt? Octaua pœna erunt tenebræ in quibus detinentur, & ligabuntur reprobi: quia dicitur Matth. 22. Ligatis manibus, & pedibus eius proijcite eum in tenebras exteriores: & talis ignis infernalis, vt inquit Gregor. in moral. concremationem habet, & non lucem. Nona pœna,& quasi principalis erit dolor, quia in illis pœnis non solum erit acerbitas, sed contrarietas. Vnde dicit Gregor. in moral. lib. 9. Horrendum enim erit reprobis ibi dolor, cum formidine flamma cum obscuritate mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu

fectu, quia & mors viuit, & finis semper incipit, & defectus deficere nescit. Mors perimit, & non extinguit, & dolor cruciat, & pauorem non purgat. Et ratio est, quia cum peccator, & diabolus in culpa consentiant, iustum est, vt creaturæ in reproborum pœna conueniant; & notandum, quod à diuersis causis ipsis reprobis in est dolor.

Sunt etiam quatuor causæ doloris.

Prima, quia omiserunt bona temporalia mundi huius. vnde Psal. Cum interierit homo non sumet omnia, nec descendet cum eo gloria eius.

Secunda causa est, quia tempus perdiderunt. vnde Ierem. 1. Transijt estas, & facta est messis, & non sumus saluati. Dánati namque darent libenter totú mundum pro vno momento temporis, si possent habere ad pænitendum.

Tertia causa est, quia visionem, & gloriam Dei perdiderunt. vnde dicit Chrisost. quod omnes gehennę cruciatus, sunt carentia visionis Dei.

Quarta causa est, quia inferni vilitaté, & miseriam acquisierunt. Est enim locus infernalis tenebrosus, & penuriosus, quod erit maxima pœna diuitibus, & hominibus voluptuosis, & magnatibus; quia in vita habuerunt domos sine fumo, & ibi erit fumus continuus; quia dicitur Isai. 45. Fumus erit in futuro meo. De istis pœnis dicit Bern. in serm. de negotio spirituali. O gehennalis regio fugienda, vbi ignis ardens, frigus vrens, vermis immortalis, fœtor intollerabilis, mallei percutientes, tenebræ palpabiles, confusio peccatorum, innodatio vinculorum, horribiles facies dæmonum, totus tremor ad huius regionis memoriam. Tertiò, est ibidem pænarum diuturnitas. Pœnæ enim infernales erunt diuturnæ, immo sempiternæ, quia dicitur Isai. 33. Quis ex vobis poterit habitare cum ardoribus sempiternis? Et Matth. 25. Discedite à me maledicti in ignem æternum. Dicit Gregorius, quod ad magnam iustitiam iudicis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui nunquam (dum viuerent,) voluerunt carere peccato. Et illud est summæ horrendum in ista pœna. Si enim damnati singulis diebus flerent, & in fletu emitterent modicam lacrimam plus de aqua per processum temporis de oculis vnius damnati exiret, quam sit aqua totius mundi. Cuius probatio est, quia illa aqua est infinita; aqua verò totius mundi est finita.

Quartò, est in inferno pœnarum vniuersitas. Sicut enim quidam dicere volentes, quod in inferno vniuersæ partes hominis tam corporis, quàm animæ post diem iudicij, erunt in igne; quia dicitur Matth. 10. Timete eum, qui postquam occiderit, potest corpus, & animam perdere in gehennam ignis. Nunc autem videmus, quod homo non posset sine maximo tormento ignem in parte vnius digiti sustinere per vnam horam, quantus ergo erit dolor, quando totus homo ardebit in igne? Vnde in signum istius maximi doloris, dicit Saluator noster frequenter in Euangelio. Ibi erit fletus, & stridor dentium.

Quintò, & vltimo. Istæ pœnæ infernales erunt inutiles, & infructuosæ; sed pœna præsentis vitæ breuis est, & leuis, & fructuosa: futura verò longhissima, grauissima est, & infructuosa; quia si damnatus flendo, de lacrymis tantum emitteret, quantum est de aqua in mari, non sufficeret ad lauandum maculam vnius peççati mortalis. Erunt tamen intra se pænitentiam agentes, & præ angustijs spiritus gementes, vt dicitur Sapientiæ quinto. & tamen infructuosæ; quia in inferno erit stimulus pænitentis, & nulla tamen erit correctio voluntatis.

14 Quæritur, quomodo damnatorú corpora in igne ardebunt, & non consumentur? ℞. secundú Aug. de Ciuit. Dei lib. 21. cap. 1. & 3. qui varijs exemplis astruit, & sempiternis ignibus, & ardere, & non cósumi illa combustione, sicut anima præsentia, corpus viuit, & dolorem pati potest, mori auté non potest. Hoc enim erit tunc corporibus damnatorú, quod nunc esse simus in animis omnium.

15 Quæritur vtrum dæmones corporali igne ardeant? Respond. secundum Aug.

de Ciuit. Dei super Genes. lib. 21. cap. 10. qui ait: Cur non dicamus quamuis miris tamen modis etiam spiritus incorporeos pœna corporali ignis affligi si spiritus hominum etiam incorporei, & nunc potuerunt includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari? Gehenna illa, quæ stagnum ignis, & sulphuris dicta est, corporibus ignis erit, & cruciabit damnatorum corpora, vel hominum, vel dæmonum, sed solida hominum, aerea dæmonum. Vnus enim vtrisque ignis erit, vt veritas ait.

16 Quæritur, vtrũ animæ sine corporibus sentiant ignem corporalem? ℞. vt iam diximus, sed etiam adhoc secundũ Iulianũ Tolet. Ecclesiæ Ep̃m, qui secutus est dicta Greg. Dial 4. cap. 18. ibidem paulo post, qui ita scripsit, si viuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore cur nõ post mortẽ etiã corporeo igne teneatur? Teneri autẽ per ignem spiritũ dicimus vt in tormento ignis videndo, atq; sentiendo puniatur. Quod autẽ non solũ videndo, sed etiã experiendo anima ignis tormentum patiatur, ex Euang. colligitur de epulone diuite Luc. 16. Dum ergo peccatorem diuitem damnatum in ignibus veritas perhibet, quis sapiens reproborũ animas teneri ignibus neget.

17 Quæritur, vtrum in inferno sit lux aliqua, vel si ignis inferni lucebit miseris? Respondetur secundum Isidorum lib. 1. de summo bono, quod ignis gehennæ lucebit miseris ad augumentum pœnæ, vt videant vnde doleant, & non ad consolationem ne videant vnde gaudeant.

18 Quæritur, quomodo sit infernus? Respondetur secundum Vgonem lib. 4. de anima, quod infernus lacus est sine mensura, profundus, sine fundo, plenus ardore incomparabile, plenus fœtore intollerabili, plenus dolore innumerabili; ibi miseria, ibi tenebræ, ibi ordo nullus, ibi horror æternus, ibi nulla spes boni, nulla desperatio mali. Infernus etiam quantocunque deuorauerit, numquam dicit satis est.

In præsenti quidem vita, inquit Aug. in quodam serm. Delectationes temporales dulces sunt, & tribulationes amaræ; sed quis non bibat tribulationis poculũ metuens ignẽ infernalem? aut quis nõ contemnat delectationem sæculi inhians vitæ æternæ? Aug. etiã de vtilitate agendæ pænitentiæ, inquit. Quia impunitum non debet esse peccatũ, puniatur te, ne tu pro illo puniaris peccatũ tuum Iudicem te habeat, non patronum.

Caueamus fratres, ne in inferno detrudamus, & emendemus hic in mundo dũ tempus habemus acceptabile, aliter infernus deuorabit nos valde, & acriter Auerni, siue inferni doloribus cruciabimur, & ad pœnam, & damni, & sensus condemnabimur. Est autem Auernus teterrimus, & obscurissimus carcer, vbi perpetuò, & inextinguibili igne damnatorum animæ cum immundis spiritibus torquentur, qui etiam gehenna, & abyssus, & propria significatione infernus vocatur, & dicitur auernus ab a, quod est sine, & ver veris; quod est delectatio, quasi sine vere, id est, sine delectatione, Vnde Bern. ait.

Semper in æternũ nox obscurabit auernũ,
Est ibi densarũ magna cõgeries tenebrarũ
Nec sol, nec luna, nec stella videbitur vna
Sunt ibi serpentes flãmas ex ore vomentes
Difformes nigri, sed non ad verbera pigri.
Nunc semel ingressus nullos habet inde regressus,
Hoc lucrũ feret, qui mundi sordibus hæret.

19 Quæritur, quibus suffragijs iuuabuntur mediocriter boni, qui in fine mundi inuenientur, quia pro eis non offertur alterius sacrificium, vel oratio, vel eleemosyna, nec habebunt tantæ perfectionis merita, quæ his suffragijs non egerent, vtrum saluabuntur? ℞. secundum Mag. sent. Existimo eos quasi per ignem transeuntes saluari meritis, & intercessionibus cælestis Ecclesiæ, quæ pro fidelibus semper intercedit, voto, & merito donec impleatur Christus.

20 Quæritur, quomodo Sancti in patria audiunt preces supplicantium, & intercedant pro nobis ad Dñm? ℞. sicut Angelis, ita, & Sanctis, qui Deo assistunt petitiones nostræ innotescunt in verbo Dei, quod contemplatur: vnde & dicuntur Angeli orationes, & vota nostra offerre Deo non, quia eum doceant, sed quia eius voluntatẽ super eis consulunt. Vnde Aug. in lib. orando ad Deum, & in exemplum

plum Thobiæ, inquit: Angelis, qui sunt apud Deum innotescunt petitiones nostræ, vt quodam verbo eis offerant Deo, & de his consulant, & quod Deo iubente implendũ esse cognouerint, hoc nobis euidenter, vel latenter reportent.

Vnum quodque tanto perfectus est, quanto magis coniungitur essendi principio. Homo autem, qui perfectum esse expectat, duplicem habet finem vltimum. Vnum extrinsecum, qui est beatitudo creata; quæ nos in patria beatificabit formaliter. Alium habet finem intrinsecum, qui est beatitudo increata, quæ nos beatificat effectiuè, scilicet ipsum Deum. Prima, scilicet beatitudo creata, est tanquam finis in quo speratur. Secunda verò, scilicet increata tanquam finis in quo quiescitur. Alio modo iudicabant Philosophi de beatitudine, sed malè. Dicebant enim Stoici beatitudinem in virtute animi consistere. Peripatetici verò in cognitione veritatis. Epicurei autem in voluptate. Nos autem dicimus duplicem esse beatitudinem, sicut dictum est: Deus enim remunerat suos secundum merita. Apost. 1 ad Corinth. 3. Vnusquisque proprium mercedem accipiet secundum laborem suum. Propter merita, Ioan. 1. Gratiam pro gratia. Matth. 20. Ite, & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis. Supra merita, vnde illud Luc. 6. Mensuram bonam, & confectam, & coagitatam &c.

SVMMARIVM.

1 *Gratia quid sit.*
2 *Dos animæ quid.*
3 *Dotes quot sint.*
4 *Dotes animæ in speciali.*
5 *Deum quomodo videbimus.*
6 *Iusti quid videbunt.*
7 *Deum an possimus sine medio videre.*
8 *Impiorum medium quid.*
9 *Dotes corporis, ac eius claritas.*
10 *Obscuritatem corporis quid causat.*
11 *Corporis beatorum claritas, vtrum erit æqualis.*
12 *Pueri decedentes post baptismum, vnde gloriam habebunt.*
13 *Corporis dos secunda.*
14 *Sanctorum impassibilitas, & Adæ in statu innocentiæ, & puerorum differentia.*
15 *Corporis dos tertia.*
16 *Corporis dos quarta.*
17 *Corpora quare modo tarda, & tunc erunt agilia.*

De gloria Sanctorum, quod est hominis finis. Cap. VIII.

TAnta est pulchritudo iustitiæ, tanta est iucunditas lucis æternæ, hæc est incommutabilis sapientiæ, vt etiam si non liceret, in ea amplius manere quam vnius diei mora propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni delitijs & circunfluentia bonorum temporalium rectè, meritoq. contemnerentur, Aug. lib. de moribus.

1 Quid est Gloria? R. quod gloria, quæ Græce dicitur δόξα, est frequens de aliquo fama cum laude, secundum Ciceron. in Rethor. vel secundum Amb. super Epist. ad Rom. Gloria est clara notitia cum laude. Vnde Apost. 2. Corin. 1. Nam gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ.

Gloria verò æterna, quam Sancti habent, & magna quintupliciter. Est enim intensa, extensa, æterna perfecta, & integra, ex S. Tho. super Isai. cap. 34. in fine, de qua Psal. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Psalm. 149. & Psal. 83. Beati, qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Et secundum Brulifer. dist. 10. lib. 1. Gloria vita æterna, beatitudo visio clara, & fruitio sequens illam claram visionem omnibus idem sunt: & dicitur vita æterna à parte post, non à parte ante. Et gloria, & beatitudo stat in animæ potentia. Et vt dicit Sanctus Bonauentura, quod stat in duabus potentijs, scilicet intellectu, & in voluntate. Sed contrarium dicit Scotus, quod nullus habitus est simul, & semel in intellectu, & volũtate, sed dicit, quod beatitudo principaliter est in voluntate, qua tenetur Deus per amorem amicitiæ. Sed de hoc dicetur inferius nu. 4.

Item gloria secundum nominis interpretationem, vt scribit Gerson part. 3. de

verbo, & hymno gloriæ, est quasi clara scilicet, cum laude, vel honore lætitia. Est autem honor exhibitio reuerentiæ insignum virtutis, soli autem Deo honor, & virtus, & per consequens gloria cui, & soli debetur exhibitio supræma reuerentiæ insignum virtutis infinitæ, & de hoc diffuse scribit Gerson, vbi supra.

De dotibus Animæ.

2 Quid est dos? ℞. dos secundum Bruliferum, capitur tripliciter, dist. 49. par. 3. art. 2. q. 1. lib. 4. Primo modo iuridicè, & ciuiliter, & nihil aliud est, quam illud, quod dat sponsus suæ sponsæ, quando nubit, & hoc ante consumationem matrimonij; Secundo modo capitur naturaliter, & Physicè, sic nihil aliud est, quam proprietas, & virtus alicuius rei, sicut dicitur. Iste est bene dotatus in fortitudine in prudentia, sic virtutes dicuntur dotes. Tertio modo accipitur Theologicè, & super naturaliter, & sic diffinitur à S. Th. in 4. dist. 49. dos est ornatus, & perpetuus datus corpori, & animæ vitæ sufficiens in æterna Beatitudine consistens.

3 Quot sunt dotes? ℞. sunt septem, scilicet tres ipsius animæ, scilicet clara visio Dei, fruitio sequens visionem Dei, & tentio. Sunt, & quatuor dotes corporis, scilicet agilitas, impassibilitas, subtilitas, & claritas, & istæ dotes notantur Sapien. 3. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arudineto discurrent. In fulguræ notatur claritas, in scintilla, impassibilitas, in arudineto subtilitas, & in discursu agilitas. Et de his eadem scribit Gerson in expositione duodecimi articuli fidei, & tractatu tertio, & quinto super cantico Mariæ.

4 Quæ sunt dotes animæ in speciali? ℞. prima dos animæ est cognitio, qua diuina essentia videbitur tota ab omnibus, sed non totaliter prout est infinita. Videbitur tamen diuina essentia lympidius ab vno, quam ab alio, & iste defectus erit ex parte videntis, non visi, quia idem erit visum.

Beatitudo autem consistit in perfecta operatione potentiæ altissimæ scilicet intellectiuæ, & circa obiectum altissimũ, scilicet Deum. Ex parte igitur obiecti, cum sit vnum simplicissimum, nulla potest esse diuersitas, sed ex parte potentiæ. Nam in quantum vna potentia magis erit perfecta lumine gloriæ, quam altera, tanto perfectius operabitur circa vnum, & idem subiectum, siue obiectũ, sicut idem sol diuersimodè à diuersis aspicitur, vel eadem litera à diuersis legentibus, secundum quod est oculus magis, vel minus dispositus.

Tribus modis cognoscitur aliquid secundũ quod est, vel sicut est, vel quid est. Primo modo cognoscitur Deus in via, etiã à malis. Secundo modo videbitur in patria à bonis, vnde 1. Io. 3. Similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est, id est suam maiestatem, claritatẽ, & bonitatem. Tertio modo, nec à bonis videbitur, nec à malis, nec in via, nec in patria, quia finitum nunquam capiet infinitum.

5 Quæritur, quomodo Deũ videbimus? ℞. videbimus Deum in se, & Deũ in nobis, & nos in Deo, & Deũ in creaturis, & creaturas in Deo. Cognoscere autẽ Deũ in sua essentia, est visio meridiana; cognoscere verò creaturas in verbo, est visio matutina; sed cognoscere creaturas in se, hoc est in proprio genere, appellatur visio vespertina.

6 Quid videbunt iusti? ℞. quod vnusquisque videbit cogitationes alterius, prout vult ipse cogitans manifestare. vnde Gregorius. Vnusquisque mentem ab alterius oculis corpulentia non abscondet. Videbunt itaque iusti Deum, vt gaudeant, videbunt gloriam Sanctorum, vt congaudeant, videbunt quoque pœnas reproborum, vt de euasione periculorum gratias agant.

7 Quæritur, vtrum possimus Deum sine medio videre? Respondetur, ad sciendum qualiter Deus sine medio videatur; nota, quod triplex est medium, scilicet differens, obnubilans, & disponens. Sine medio igitur differente videbitur Deus, quia Dei visio non est per distantiam, sed per præsentiam, cum ipse sit specialiter vbique. Videbitur etiam sine medio obnubilante, quia tolletur speculũ, & ænigma q̃ ambo sunt via. Cum enim visus noster in præsenti non

possit

possit propter debilitatem in tam excellentem lucem figi, necesse est habere medium, scilicet speculum creaturæ. Quia verò infinita est distantia inter speculum, & rem visam, propter hoc obscure relucet ibi similitudo; vnde videmus in enigmate, id est, obscurè. Videbitur quoq. sine medio similarij, quia Deus cognoscetur in seipso, & non per aliquam abstractam similitudinem, alias creatura esset terminus, & Deus non esset verè finis omniũ. Non autem videbitur Deus, sine medio disponente, quod est gratia, & gloria. Oportet enim proportionem esse inter videntem, & visum; hæc autem dispositio erit ex parte videntis, & non rei visæ.

8 Quæritur, quid sit medium impiorũ? Respondetur, quod est secundum, quod multiplex est medium. Primum est medium peccati. Isai. 59. Peccata diuiserunt inter vos, & Deum vestrum. Istud est medium impiorum. Secundum est medium creaturæ. Apost. ad Rom. 1. Inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, hoc est medium Philosophorum. Tertium est medium figuræ Apost. 1. Corint. 10. Omnia in figura contingebant illis, hoc est medium Prophetarum, & Patriarcharũ. Quartum est medium scripturæ. Ps. 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis, hoc est medium Theologorum. Quintum, & mediũ fidei. Apoc. 2. Esto fidelis vsq; ad mortẽ, & dabo tibi &c. hoc est medium fidelium, quo tanquam in ænigmate, vident Deum.

Secunda dos animæ est dilectio, sed inter dilectionem, & virtutem differentia est duplex; vna est secundum habitum, quia virtus est propriè illud quod transit de statu gratiæ ad statum gloriæ. Dos autem est id, quod supra meritum datur in inductione sponsæ. Alia est differentia, vt penes obiectum: quia licet obiectum vtrobique erit Deus, non tamen secundum quod Deus, sed erit obiectum virtutis in quantum est summa bonitas; obiectum autem dotis in quantum vnibi is in vnum spiritum.

Nota, quod fides, & spes, secundum rem euacuabuntur in patria: charitas verò, neque secundum rem, neque secundum actum eius euacuabitur, sed solum secundum modum; quia imperfectio eius tolletur. Dicit autem August. quod fidei succedit spes, quam videbimus: spei verò succedit beatitudo, ad quam peruenturi sumus, sed charitati nihil succedit, sed potius augebitur.

Tertia dos animæ est comprehensio, quæ est tentio visi, & amati, vel tentio veri, & boni, & præmij, & istud verum est, prout comprehendere sumitur pro attingere, & non pro circumplecti diuinam immensitatem.

De dotibus corporis.

9 Quæritur, quot sunt dotes corporis, ac eius claritas, quomodo dicitur? Respondetur. Prima dos corporis est claritas. Sed nota, quod aliquid dicitur clarum dupliciter; aut quia peruium, sicut dicitur vitium clarum; aut quia lucidum, sicut dicitur stella clara. Corpus autem glorificatum erit, & peruium, & lucidum, vnde vtroque modo erunt corpora clara.

10 Quæritur, quæ causant obscuritatem in humano corpore. Respondetur, sunt duo, vnum est materiæ impuritas, alterum luminis paruitas. Tunc verò tolletur vtrunque, scilicet illa impura denditas, & obscuritas, quæ ex modicitate luminis est; & ideo erunt corpora clarissima. Nota, quod corpora glorificata septies, tunc erunt clariora, quam sol sit modo. sicut Dominus ait Matth. 14 Quia iusti fulgebunt sicut sol. Sed teste Isai. trigesimo cap. Erit lux lunæ, sicut lux solis septempliciter sicut lux septem dierum.

11 Quæritur, vtrum erit æqualis corporum beatorum claritas? Respondetur, quod corpora Sanctorum non erunt æqualiter clara, quia melior anima habebit corpus lucidius. Vnde licet corpus Christi supra mundum excedat claritatem aliorum, tamen in comparatione Sanctorum, potest claritas eius assimilari claritati solis, secundum illud Malachiæ 4. Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ, id est,

Christus: claritas Sanctorum potest respectu Christi comparari claritati stellarum. Vnde Apost. Cor. 15. Stella differt à stella in claritate, hoc est, quod Sancti plus vel minus lucent secundum differentiam meritorum.

12 Quæritur, pueri, qui post baptismum moriuntur, & antequam veniant ad annos discretionis gloriam, vnde habebunt? Respondetur, quod isti comparari possunt lumini lunæ, quia sicut luna non habet lumen à se, sed à sole, ita isti non habent gloriam ex merito proprio, sed ex merito Christi; nam baptismus habet talem efficaciam ex merito passionis Christi.

13 Quæ est secunda dos corporis? Respondetur est impassibilitas, quæ resultat ex virtute animæ corpus suum potenter continentis, ita vt à nullo exteriore agenti valeat immutari. Præterea quamuis corpora Sanctorum sint composita ex contrarijs; illa tamen contrarietas erit ad omnimodam æqualitatem, & concordiam redacta.

14 Quæritur, quæ differentia sit inter impassibilitatem Sanctorum, & Adæ in statu innocentiæ, & puerorum? Respondetur, quod impassibilitas erit non posse pati. Impassibilitas Adæ fuit posse non pati. Impassibilitas puerum in lymbo erit nil pati, & hoc non est ex potentia resistendi læsioni extrinsecè quam habebunt, sed ex ordinatione diuinæ misericordiæ, quæ nõ permittit aliquid eis adhiberi, per quod possint lædi. Ex quo patet, quod si tales pueri ponerẽtur ad ignẽ, post resurrectionem, læderentur ab eo, nisi obstaret diuina misericordia. Secus est de corporibus glorificatis, quæ etiam si ponerentur in inferno, non sentirent aliquam læsionem.

15 Quæ est tertia dos corporis? Respondetur est subtilitas, quæ aufert grossitatem corporis causatam ex materialitate elementis, & compositione elementalium qualitatum. Nota ergo, quod duplex est subtilitas; vna ex raritate partium stantium, non propinquam, sed ex tali subtilitate efficitur corpus facilè diuisibile, & ea non erit in corporibus glorificatis.

16 Quæ est quarta dos corporis? Respondetur, est agilitas, quæ tanta erit, sicut dicit Aug. quod protinus vbi volet spiritus, ibi erit & corpus. Veruntamen sicut melior anima habebit corpus lucidius, ita & agilius; ita tamen quod voluntas Sanctorum erit omnino coniuncta rationi. Vnde voluntas eorum numquam appetet, quod non debet, sed voluntas animæ melioris volet rationabiliter citius moueri curpus sui, quam alterius, & spiritus minoris gloriæ non valet corpus suũ tam cito moueri, sicut alterius. Vnde patet, quod in omnibus verificabitur dictum Aug. quod ibi volet spiritus, protinus erit, & quod corpus.

17 Quare corpora modo sunt tarda, & tunc agilia? ℞. quia nunc in corpore duplex est motor, scilicet natura elementi prædominans, quæ mouet ad medium locum, & voluntas animæ, quæ mouet indifferenter ad quemlibet locum. Nunc autem corpora tarda sunt ex contraria inclinatione naturæ ad voluntatem, quia terra prædominans naturaliter deorsum trahit. In futuro autem natura erit totaliter subiecta voluntati; vnde & tunc corpus mouebitur ad imperium spiritus.

SVMMARIVM.

1 *Aureola quid sit.*
2 *Aureola quibus debeatur.*
3 *Aureola quare dicatur.*
4 *Palma est premium accidentale.*
5 *Aureola in specie.*
6 *Aureola secunda cui debeatur.*
7 *Aureola vtrum debeatur viduis.*
8 *Aureolam non amittit virgo violenter corrupta.*
9 *Virginibus debetur fructus centesimus, viduis, sexagesimus, coniugatis trigesimus.*
10 *Aureola tertia cui debeatur.*

De Aureolis in genere. Cap. IX.

1 Quæritur, quid est aureola? Respondetur secundum Petrum de Palud. distinctione 41. lib. 4. est gaudium quoddam de operibus à se factis, quæ habent rationem excellentis victoriæ. Vnde patet, quod differt ab aurea,

aurea, quod est gaudium de Deo, & debetur victoriæ communi, & sicut illa in anima est principaliter, sic, & ista, sed per redundantiam in corpore erit quædam decentia, & pulchritudo representatiuè aureolæ prædicatori in ore; Virginibus in illa parte, Martyribus in cicatricibus, vel alijs partibus corporis secundum genus martyrij, vt statim ex aspectu corporis sciatur qualis quisque fuit Virgo, Martyr, aut Doctor. Sanctus Bonauentura distinct 38. artic. 2. quæst. 3. lib. 4. dicit, quod decor quidam erit Doctoribus de conuersis per ipsos, & quidam etiam decor, & gaudium erit Martyribus in corpore, qui se pro Christo passionibus exposuerunt; quidam decor virginibus in corpore, quod pro Christo incorruptum seruauerunt, & ille decor, vel gaudium de illo decore aureola rectè dicitur. Credo tamen melius, inquit ipse, quod ille decor aureola dicatur, quam gaudium, quia omnes gaudebunt de decore, non tamen omnes habebunt aureolam; sed vt totum vnum dicant, melius est dicere, quod vtrunque scilicet, decor cum gaudio, & gaudium cum decore.

2 Quæritur, item quibus debetur aureola? Respondetur, tribus generibus, hominum, quod patet multiplici ratione. Primò ex operibus excellentissimis triũ animæ potentiarum: excellentissimum autem opus concupiscibilis, est obseruatio castitatis virginalis. Excellentissimum verò opus rationalis, est prædicatio veritatis. Excellentissimum opus irascibilis, est perpessio mortis. Vnde patet, quod Virginibus Prædicatoribus, & Martyribus debetur aureola. Secundò patet horum numerus, & sufficientia ex hostibus, quos pugnas magnificas vincimus, qui sunt mundus, caro, dæmonia. Martyres enim vincunt mundum, Virgines carnem, Prædicatores Diabolum, quẽ non solum de se, sed etiam de cordibus aliorum expellunt. Tertiò, patet id per victoriam triplicium passionum. Sunt enim passiones innatæ, illatæ, & in cordibus alienis inflictè, sed passiones innatas, superat virginitas, illatas martyres, illas autem, quæ sunt in cordibus alienis, prædicatores.

3 Quare dicitur aureola? ℞. dicitur aureola diminutiuè, & hoc ad comparationem ad auream. Vnde nota, quod inter auream, & palmam, est diffinitiua. Nam aurea est præmium substantiale, quod metaphoricè dicitur corona, tum ex parte meriti, quia non respondet generi operis, sed radici charitatis, tum ex parte præmij, quia per hoc efficitur homo particeps diuinitatis, & per consequens regie potestatis, tum etiam ratione perfectionis, quod significat figura circularis. Aureola verò est præmium accidentale, non tamen quodlibet, sed illud quod respondet operi excellenti, & priuilegiato, scilicet, virginitati, martyrio, & prædicationi.

4 Palma est præmium accidentale, quod nec radici, nec operi debetur, sed voluntati. Tale præmium habuit Sanctus Martinus, eo quod martyrium desiderauit, licet opus non fuerit subsecutum; vnde de ipso cantatur. Quam (scilicet animam) & si gladius persecutoris non abstulit; tamen palma martyrij non amisit. Hæc autem palma, nec aurea, nec aureola debet dici. Idem dici potest de sancto Francisco, de quo cantatur: O martyr desiderio.

De Aureolis in specie.

5 Quæritur, aureola prima cui debetur, & quare? Respondetur, debetur Martyribus, quia hæc est perfectissima victoria de impugnatione exteriori, & hæc perfectio victoriæ consideratur ex duobus. Primò ex magnitudine passionis, quia inter omnes passiones illatas exterius, mors supremum tenet locum. Et præterea dolor tactus omnibus alijs doloribus præeminet, & ideo in hoc gloriosior victoria est.

Secundò consideratur ex causa pugnæ, quæ ipse Christus est. Martyrem enim non facit pœna, sed causa, sed secundum quod voluntariè pro Christi nomine sustinetur, quia non meremur, nisi per ea, quæ sunt intra nos. Quanto autem id, quod quis voluntariè sustinet, difficilius est volũtati sustinere, tanto voluntas, quæ propter Christum id sustinet

ostenditur firmus in Christo fixa, & ideo excellentius ei præmium debetur.
6 Quæritur, cui debetur aureola secūda? ℞. debetur virginibus singularem victoriam, quam de carne obtinent, contra quam quotidie bellum geritur.
7 Quæritur, vtrum viduis debeatur aureola? ℞. quod non debetur. Quamuis enim viduæ pugnent cōtra carnem perfectius virgines tamen triumphantur, quia nobilissimum genus victoriæ est nunquam hosti cessisse. Illis autem virginibus tantum debetur aureala, qui, vel quæ habuerunt propositum seruandi virginitatem, quamuis hoc propositum sit interruptum integritatem tamen carnis manente, dummodo in fine vitæ inueniatur ad primum propositum redijsse, quia virginitas mētis reparari potest, sed non virginitas corporis, siue carnis. Si aliqua sit carne virgo, etiam si propositū non habuit perpetuò seruandi virginitatem, non est tamen dubium, quid habitura sit speciale gaudiū de incorruptione carnis, & super essentiale, quod immunes à peccato fuerunt, quamuis peccati opportunitatem non habuerunt.
8 Quæritur, vtrum si aliqua virgo violenter corrumpatur, amittat aureolam? ℞. quod non. Vnde exemplum habemus de S. Lucia, quæ dixit: Si inuitam me corrumpas, merces mihi duplicabitur ad coronam. Quod non est intelligendū de aureola duplicata; sed quia duplex præmium reportabit. Vnum pro integritate seruata, aliud pro iniuria, quam passa est.
9 Quæritur, quis fructus debetur virginibus? ℞. debetur fructus centesimus, & hoc quia cælestē vitā ducunt, quæ significatur per centum, quia numerus ille de læua transit ad dexteram. Viduis debetur sexagesimus, quia talis exercere se debet in operibus misericordiæ, quæ significantur per sexaginta. Coniugatis autem debetur fructus trigesimus, quia talibus sufficit implere decalogum in fide Trinitatis. Ex ductu enim ternarij in denarium fiunt triginta.
10 Quæritur, aureola tertia, cui debetur, & quare? Respondetur, quod aureola tertia est pugnantium, seu prædicatorum, quia perfectissima victoria contra diabolum obtinetur quando aliquis non solum diabolo impugnanti non cedit, sed etiam ipsum, de regno eius expellit, & non solum à se, sed etiam ab alijs. Nec est dicendum (vt quidam voluerunt) quod hæc aureola debeatur tantummodo illis, quibus competit prædicare ex officio, & decore, sed quibuscunque exercentibus licitè actum istum.

Prælatis autem non debetur hæc aureola, quamuis habeant officium prædicandi, nisi & actu prædicent, quia aureola non debetur habitui, sed actui pugnæ, secundum illud Apostoli: Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit: Prædicare, & docere, cum sint actus misericordiæ inter spirituales eleemosynas computantur.

SVMMARIVM.

Epilogus cælestium gaudiorum. Cap. X.

Illud est verum, ac summum gaudiū, quod non de creatura, sed de creatore concipitur; quod cum acceperis, nemo tollet à te, cui aliunde cōparata omnis iucunditas mœror est, omnis suauitas dolor est: omne dulcedo amarum est, omne decorum fœdum est, omne postremo, quod delectari potest, molestum est. Bern. in quodam serm.

1 Quid est gaudium? Respond. gaudium est pas-

eſt paſſio concupiſcibilis perueniens ex perfectionis appetitæ coniunctione, ſecundum interiorem appræhenſionem ſenſus, vel intellectus, ſecundum S. Tho. 4. ſent. diſt. 49. quæſt. 3. art. 1. Vel ſic gaudium eſt affectus animi alicuius præſentis boni opinione concepta, & differt à Iubilo.

2 Quid eſt Iubilum? ℞. Iubilum dicitur, vbi ſcribit Gregor. lib. 24. Moralium, quando ineffabile gaudium mente concipitur, quod nec abſcondi poſſit, nec ſermonibus aperiri, & tamen quibuſdam proditur motibus, quamuis nullis proprietatibus exprimatur. Idem vigeſimumoctauum moralium iubilatio dicitur quum cordis lætitia, oris efficacia non expletur, ſed quibuſdam modis gaudium prodit, quod ipſe, qui gaudet, nec tegere præualet, nec explere. Differtque gaudium à delectatione.

3 Quid eſt delectatio? Reſpondetur, vt inquit Brulifer diſtinctione quarta, libro primo. Omne gaudium eſt delectatio, non è contrario: Gaudere enim propriè eſt ſolius voluntatis: delectatio autem poteſt eſſe in omni potentia cognitiua, & ſenſitiua, vnde potentia guſtatiua delectatur in cibo, auditus in ſono melodioſo. Gaudium autem præſentis vitæ eſt breue, & caducum, de quo ita ſcribit Gerſon. part. 2. ſerm. de omnibus ſanctis, qui incipit. Beati qui lugent in fine, &c. Non ne, inquit, prætерea gaudium præſens ſicut punctus, à quo linea miſeriæ trahitur ad infinitum, & qui ducunt in bonis dies ſuos, in puncto ad inferna deſcendunt? Luctus bonus contra lineam deſcribit gaudiorum, & conſolationem ſine termino duraturam, qui breue hic, & momentaneam tribulationis in nobis ſuper modum immenſum gloriæ pondus operatur in nobis per gratiam, & in futuro per gloriam.

4 Quotuplex eſt gaudium? Reſpondetur; duplex, viæ, & patriæ. Gaudium viæ admittit triſtitiam, gaudium patriæ eſt duplex, ſcilicet eſſentiale, vt notat Gabr. diſt. 1 1. quæſt. vnica, art. 3. dub. 2. lib. 2. Gaudium eſſentiale eſt quod habetur de obiecto beatifico, quod eſt Deus, & eſt videre Deum, (vt ſcribit Brulifer. diſtinct. 18. quæſt. 4. lib. 3. & amare ipſum: & dicitur aurea, & præmium ſubſtantiale, & denarius. Sed præmium conſubſtantiale, ſecundum eundem, eſt in parte ſenſitiua; non enim ſolum anima erit beata, ſed omnes alij ſenſus erunt beati ſuo modo, quia quieſcent, & ſumme delectabuntur in obiectis ſibi conuenientibus.

5 Quid eſt gaudium accidentale? Reſpondetur, vt inquit Gabr. eſt, quod de creatura habetur, ſiue de ſe, ſiue de alio, & dicitur præmium accidentale. Et augumentum gaudij eſt duplex, vt ibidem notat Gabr. ſcilicet, ſecundum intentionem, & ſecundum extenſionem. Præmium atrenditur ſecundum additionem, & vnionem plurium graduum gaudij. Secundum penes pluritatem obiectorum, de quibus eſt gaudium. Et gaudium dicitur augeri, ſecundum S. Bonau. diſt. 45. circa literam lib. 4. vel numeroſitate, vel intenſione, ſiue qualitatiuè.

Augumentum gaudij quantum ad numeroſitatem, non ponit augumentum in præmio eſſentiali, quia illud eſt in vno ſolo, ſed in præmio accidentale, quod conſiſtit in gaudio de bono creato, & illud poteſt augeri maximè ad obiectum vt de pluribus gaudeat tūc quam prius. Hinc magiſter diſtinct. 40. lib. 4. ſentent. ait, quod maius erit gaudium ſanctorum in reſurrectione, & poſt quam fuerit ante, & quod diuerſa receptacula habebunt animæ ſanctorum. Si loquamur intenſiuè, inquit Bonau. ſic non augetur, niſi per accidens, quia inclinatio animæ ad corpus, quæ ipſam retardat, ne intenſius feratur in ſummum cælum, quam in illam auferatur.

6 Quæritur vtrum Angelis cuſtodibus augmentetur gaudium? Reſpondetur ſecundum Gabr. vbi ſupra, quod Angelorum cuſtodientium gaudium eſſentiale, non augmentatur, neque intenſiuè, neque extenſiuè, quia quantum adhuc ſunt perfectè beat; beatitudo autem, vt ſupra diximus, eſt ſtatus omnium bonorū congregatione profectus: ſed vbi eſt ſtatus perfectus, ibi non eſt profectus. Sed benè gaudium accidentale Angelorum cuſtodientium augetur ex beatificatione cuſtoditorum intenſiuè, & extenſiuè.

De

De pluribus enim gaudent, & ex euentu effectus desiderati crescit gaudium intensiue si præfuit, aut de nouo generatur. sicut ex opposito tristitia de aduentu noliti secundum Aug. 14. de Ciuit. Dei, sed Angelus desiderat beatitudinem eius, quem custodit, ergo. Item si gaudium est Angelis de vno peccatore pænitentiam agente, quanto magis, & maius de beatitudinem eiusdem pænitentijs. Non autē maius extensiue, quia non de alio, sed de illo, de quo nunc habet gaudium conuersionis, ergo maius intensiuè.

7 Quæritur vtrum Angelus Custos tristetur de custodia illius, quem non pænitet, sed damnatur? ℞. Meretur augumentum gaudij accidentalis Angelus per opera custodiæ, non autem ex damnatione custoditi Angelus custos tristatur, aut gemitum concipit, aut gloriæ detrimentum incurrit. Tum quia vehemens, & delectatio expellit omnem tristitiam, etiā contigentem. 7. Ethic. Tum quia beatitudini repugnat omnis tristitia, & pœna, sicue è conuerso, miseriæ omnis delectatio, & gaudium: vide latius Gabr. vbi supra concordat etiam S. Bonau. dist. 11. art. 3. q. 2. lib. 2.

8 Quotuplex est gaudium accidentale in beatis? ℞. duplex vt scribit Richard. dist. 49. art 5. quæst. 7. lib. 4. sent. Quoddam est receptum specialiter à Deo misericorditer retribuente. Quoddam actum ab ipso beato recogitando bona opera sua, & sibi complacendo eis. Primum gaudium magis propriæ habet rationem præmij, quam secundum, quanuis secundum aliquo modo habeat, eo quod omnia, quæ habent beati principaliter à Deo sunt. Cum ergo beatis placeat se fecisse opera bona, quæ in peccato mortali fecerunt maximè in quantum vident, quod illa bona, eos ad pænitentiam disposuerunt, seu inclinauerunt, pro illis habent aliquid accidentale præmium extendendo nomen præmij, ad quodlibet gaudium bonorum, nec tamen sic gaudent de illis operibus, sicut de illis, quæ fecerunt in charitate, de quibus gaudent ratione operis operati tantum, nec pro illis, habent aliquod accidentale præmium à Deo specialiter datum. Hæc Richar.

9 Quæritur quot sunt gaudia particularia? Respondetur hæc solus Deus nouit: Veruntamen vltimo cælorum gaudia sub Epilogo enumeremus, non quidem singula generum, sed genera singulorum. Tot enim sunt gaudia particularia, quæ quilibet habet in se, vel in alijs. quot ea solius Dei comprehendit, & illi, quos summa sapientia voluerit ea scire. Tantum namque gaudebit quisque de bono alterius, quantum de bono proprio, quod tamen non est intelligendum de intentione gaudij, sed de numero gaudiorum. Tot igitur, & tanta sunt ibi gaudia, quod omnes Arithmetici huius mundi non possent ea numerare, nec geometrici mensurare, nec grammatici, rethorici, aut theologi explicare, quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, vt Apost. 1. Corinth. 2.

10 Quomodo gaudebunt sancti? Respondetur, gaudebunt sancti supra se, de Dei visione, infra se, de cæli, & aliarum creaturarum corporalium pulcritudine; intra se de corporis glorificatione, extra se de Angelorum, & hominū associatione.

11 Quæ est refectio sensuum spiritualium Respondetur, Deus omnes sensus spirituales in effabili delectatione reficiet, cum ipse sit obiectum omnium sensuum spiritualium futurus. Isai. 32. Erit namque Deus speculum visui, cithara auditui, melgustui, balsamum olfactui, flos tactui. Ibi erit candor lucis æstiualis, amenitas vernalis, abundantia autumnalis, requies hyemalis. Ibi teste Augustino, fulget, quod non capit locus; sonat, quod non capit tempus, olet, quod non spargit flatus, sapit, quod non minuit edacitas; non erit, quod diuellat satietas, ibi inquit August. Deus sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Ibi videretur stultitia sapientia Salamonis; Ibi esset deformitas pulchritudo Absalonis: Ibi esset tarditas velocitas Asaelis; Ibi iudicaretur infirmitas fortitudo Sansonis: Ibi esset mortalitas longa vita Matusalem: Ibi esset paupertas regnum Augusti; Ibi secundum August. nihil obest, nihil deest, nihil affluit, nihil defluit, nihil est extra, quod appetatur; nihil intra quod fastidiatur.

Ibi secundum Bernard. Deus erit rationi plenitudo voluntati, lucis multitudo pacis, memoriæ continuatio æternitatis.

Item August. de corpore, & anima in secunda misera vita. O caro illam vitam amplecti debuisti, vbi vita sine morte, vbi Iuuentus sine senectute, vbi lux sine tenebris, vbi gaudium sine tristitia vbi pax sine discordia, vbi voluntas sine turbatione, vbi regnum sine mutatione Bernard. Merces sanctorum tam magna est, quod non potest mensurari, tam multa, quod non potest numerari, tam copiosa, quod non potest finiri, tam preciosa, quod non potest æstimari: Item August. illud, quod promittit Deus fide non capitur: spe non attingitur, charitate non comprehenditur. Desideria, & vota transcendit; acquiri potest, æstimari non potest. Ibi secundum August. carmina non desunt, præmia non deficiunt, ibi nihil, quod amabitur deerit, ibi nihil desiderabitur, quod non adsit.

Illa denique Beatitudo, vt inquit August. in duobus consistit, scilicet, in necessaria præsentia omnis boni, & in necessaria absentia omnis mali. Item August. O vita vitalis, dulcis, & amabilis, & semper memorabilis, vbi summa securitas, secura tranquillitas, tranquilla iucunditas, iucunda fælicitas, fælix æternitas, vbi æterna beatitudo, vbi beata certitudo; vbi certa visio, & fine fine laudatio. Ibi affluentia diuitiarum, influentia delitiarum, & confluentia bonorum. Denique de gaudijs cælestibus repleat nos Dei Filius, qui cum Patre, & Spiritu sancto, viuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

12 Quæritur, quæ tanta fælicitas in paradiso est? Respondit August. de symbolo, lib. 3. facilius possumus dicere in illa vita æterna, quid ibi non sit, quam quid ibi sit. Non est ibi mors, non est ibi luctus, non est ibi lassitudo, non est infirmitas, non est fames, nulla sitis, nullus æstus, nulla corruptio, nulla indigentia, nulla mæstitia, nulla tristitia: Et in alio loco idem de vtilitate agendæ pænitentiæ. Illuc festinare, vbi semper viuatis. Si enim sic amatis istam miseram fluidamque vitam, vbi cum tanto labore viuitis, & vbi vix currendo satagendo, suadendo, suspirando, necessarijs corporis satisfacitis, quanto magis amare debetis vitam æternam, vbi nullum laborem sustinebitis vbi semper summa securitas, summa fælicitas, fælix beatitudo? vbi implebitur illud, quod Dominus dicit in Euangelio. Erunt homines similes Angelis, & illud. Fulgebunt iusti, sicut sol in conspectu Domini.

13 Quæ est via tendens ad cælum? R. via autem ad cælum est via mandatorum, quam Propheta regius non modo iuisse, verum etiam cucurrisse gratulabatur, dicens: Viam mandatorum tuorum cucurri, conformiter ad sequens iussum Christi Si vis ad vitam ingredi, serua mandata; Matth. 19. Hæc ergo est via, ambulate in ea, & non declinetis ad dexteram per in discretum feruorem, neque ad sinistram per remissum toporem Isai. 30. Magnam misericordiam facit, qui viam erranti ostendit, maxime de nocte, in terra hostium, & tempore bellorum. Errantes sunt peccatores, iuxta illud, quod dicitur Rom. 3 Omnes enim peccauerunt, & egent gratia Dei Et 1. Io. 1. Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Cum igitut omnes sumus peccatores, ergo omnes sumus errantes, sicut dicitur Isai 53. Omnes nos, quasi oues errauimus vnusquisque in viam suam declinauit. Nox est peccatum.

14 Quomodo consequitur regnum Dei? R. sm Aug. de spiritu, & anima: Ecce venale est regnum Dei, eme si vis, nec multum existimes de re magna propter prætij magnitudinem, tantum valet, quantum habes noli querere, quid habeas, sed qualis sis, res ista valet tantum, quantum es tu, te da, & habebis illum, sed malus sum, inquies, & forte me non accipiet: dando te illi, bonus eris.

Idem lib. 22. de Ciuit. Dei inquit, quod Deus præparauit diligentibus se, fide non capitur, spe non attingitur, charitate non appræhenditur, desideria, & vota transgreditur, acquiri potest, æstimari non potest. Idem ibi tota virtus erit videre, quod amas, & summa fælicitas amare, quod videas, & ibi beata vita in suo fonte bibitur, vbi veritatis visio clarissime aperitur.

Noli

Noli timere (inquit Hier. super psal. 68.) Regnum cælorum non est dantis, sed accipientis. Non est enim personarum acceptio apud Deum, sed quicunque se talem præbuerit, vt regni cęlorum dignus fiat, hic accipiet, quod non personæ, sed vitæ paratum est. Idem in Epistola nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur. Idem regnum cælorum vim patitur grandis violentia est, generatos in terra, cælorum quærere, & possidere per virtutem, quid non tenuimus per naturam. Greg. in homil. Regnum cęlorum rapi vult nostris fletibus, quod nostris meritis non debetur. Videte si negare debemus, quod petimus, quum patroni sunt, qui petunt.

Patriam nostram Paradisum computemus, parentes patriarchas iam habere cæpimus, quid non properamus, & curramus, vt patriam nostram videre, vt patres salutare possimus, inquit Raban. super illud Matth. 20. multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Et Cypri. ep. 6. de morta. Inquit magnus nos illic charorum numerus expectat parentum, fratrum, filiorum frequens nos, & copiosa turba desiderat, iam de sua incolumitate secura, adhuc de nostra salute solicita. Ad horum conspectum, & complexum venire quanta, & illis, & nobis in commune lætitia est? Curramus, & sequamur Christum, non sunt hi vera solatia, sed ibi ponuntur, vbi vera vita.

Partis Quintæ Finis.



SVM-

SVMMA COMPENDIOSA DE DIVINIS ECCLESIASTICISQ. OFFICIIS TAM NOCTVRNIS, QVAM DIVRNIS,

De Locis, Temporibus, & Rebus Spiritualibus Deo dedicatis, Origine, & eorum significatione.

PARS SEXTA.



IN CHRISTI NOMINE AMEN.

In ista Sexta parte tractabimus de diuinis, Ecclesiasticisq. officijs tam nocturnis, quam diurnis, de locis, temporibus personis, & rebus Deo specialiter dedicatis origine, atque eorum significatione, & in primis de personis.

SVMMARIVM.

1 *Sectæ famosæ in mundo tres.*
2 *Personarum diuersitas apud gentiles.*
3 *Personarum diuersitas æpud Hæbreos.*
4 *Personarum diuersitas apud Christianos.*
5 *Vates quis dicatur.*
6 *Personarum Ecclesiasticarum genera.*
7 *Prima tonsura non est ordo.*
8 *Ostiarij officium.*
9 *Lectoris officium.*
10 *Exorcistæ officium.*
11 *Acolyti officium.*
12 *Subdiaconatus ordo.*
13 *Diaconatus ordo.*
14 *Sacerdotalis institutio.*
15 *Præsbyteri nomen vnde.*
16 *Sacerdos dicitur antistes.*
17 *Episcopi officium.*
18 *Faldistorium Episcopi.*
19 *Scabellum Episcopi.*
20 *Pontificis nominis, quid.*
21 *Episcopalis ordo quotuplex.*
22 *Patriarcha quid.*

23 Ar-

De famosis sectis, & personarum distinctione, quæ in orbe fuerunt. Cap. I.

1 
Sciendum est, quod tres sunt sectæ famosæ in mundo, videlicet, Gentilium, Hebræorum, & Christianorum. Prima est erroris; Secunda veritatis; Tertia veritatis, & salutis. In prima naufragamus; in Secũda à periculo eripimur; in Tertia saluamur. Prima secta dicitur à secando, quia secat, id est, separat nos à Deo. Secũda, & tertia à sectando, & tenendo, quoniam illuminant, saluant, & liberant. Christianorum personæ tam sæculares, quam Ecclesiasticæ, de duabus alijs sectis sumptæ sunt, Hebræa, videlicet, & Gentili. Sicut enim apud nos duo sunt genera personarum, scilicet laicales, & Ecclesiasticæ. 12. q. 1. duo. sic etiam apud Gentiles, & Hebræos, vt ref. Ration. diu. offi.

2 Quæritur, quæ personæ erant apud Gentiles? Respondetur, sæculares quidẽ personæ erant hæ; nempe Monarca, scilicet Imperator Romanus; Patritij, qui & Senatores dicebantur, ad quorum arbitrium vniuersa ordinabantur; Reges, Duces, Comites, Præsides, Præfecti, Tribuni militum, Tribuni plebis, Prætores, Centuriones, Decuriones, Quaterniones, Duum viri, Quæstores, Aediles, & Aulæ ianitores. Inter Poetas verò erant Aduocati, Carminum latores, Carminum scriptores, Comedi, Tragedi, & Historiographi.

3 Quæ personæ erant apud Hebræos? Respondetur, erat eadem diuersitas personarum; aliæ namquæ erant sæculares, aliæ diuino cultui, videlicet in templo dedicatæ. In templo erant summus Sacerdos, vt Melchisedech. Minores Sacerdotes, Leuitæ, Nathinæi, luminum extinctores, Exorcistæ, Ianitores, & Editij, seu Cantores. Super Populum verò legendum erat dux populi Moyses, & sub eo, quos ipse constituerat ad consilium Ietro soceri sui. Erant etiam Chiliarchæ, & Acontarchæ, Pentacontarchæ, & Decacontarchæ, id est millenarij, centenarij, quinquagenarij, & Decani, χιλιας enim interpretatur mille, & ἄρχων, princeps, inde χιλίαρχος, qui præest mille hominibus: inde & Acontarca, qui super centum potestatem habebat, Pentacontarcha, dicitur qui præest quinquaginta, Πέντε enim quinque sonat. Decanus, qui decem. Δέκα enim decem sonat.

4 Quæritur apud Christianos, quæ diuersitas reperitur? Respondetur, similis quoque diuersitas, videlicet sæculares personæ, qui laici dicuntur. λάος enim Græcè dicitur Latinè: & sunt clericales, qui in Ecclesia deseruiunt, vel ipsam regunt, à κλῆρος, quod est sors, vt infra dicetur. Hi autem subdiuiduntur in Monachos, id est in singulariter degentes. 16. q. 1. si cupis. nam μόνος Græcè dicitur singularis Latinè, & alios religiosos.

5 Quæritur, Vates quis dicatur? Respondetur, Vates autem, qui à vimentis dictus est, modo Sacerdotem, modo Prophetã, modo Poetam significat, vt refert Isidorus in ritu templorum erant apud Gentiles Archiflamines, Proflamines, Flamines, & Sacerdotes, vt dicetur infra. Erant quoque apud eos virorum, & mulierum conuentus.

6 Quot sunt genera Ecclesiasticarũ personarum? Respondetur, sunt duo; nam aliud est dignitatis, aliud ordinis. Dignitatis, vt Papa, Patriarchas, Primas, Archiepiscopus, siue Metropolitanus, quod eiusdem est significationis, & Episcopus, Archidiaconus, Archipresbyter, & Præpositus, quamuis omnes, qui præsunt, Præpositi generaliter rite vocentur, extra de verbor. signif. quamuis. In choro verò personæ sunt Diaconus, Cantor, siue Præcentor, Succentor, Thesaurarius, siue Sacrista, Archiacola, & huiusmodi. Sicut autem in ordine septem gradus, ad ce-

ad designandam septiformem gratiam Spiritus sancti, cuius munere illorum ordinum exequuntur officia.

Dignitates autem, vt & ordines à lege originem, & exemplum traxerunt, iuxta illud: Constitues eos principes super omnem terram; quanquam quidam dicant, dignitates à gentilitate sumpsisse initium; ordinis autem personæ sunt, Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus; Isti tres dicuntur esse in maiori ordine. Acolytus, Exorcista, Lector, & Ostiariarius, & isti quatuor dicuntur esse in ordine minori.

Institutio autem Summorum Pontificum, Præsulum, atque reliquorum Sacerdotũ ex Veteri testamento, dicunt sumpsisse exordium, & in Nouo est plenius consumata. 16. dist. §. 1. Summi namque atque minores Sacerdotes à Deo per Moysen instituti sunt; nam Dominus ad Moysen dixit: Applica tribum Leui, & fac eam stare in conspectu Aaron sacerdotis, & ministrent ei, &c. vt infra dicetur, vt perpetuus esset cultus tabernaculi per successores eorum à filijs Israel.

7 Quæritur, quare Prima tonsura non numeratur cum alijs ordinibus? Respondetur, quia non dicitur ordo, sed initium ordinum. Tonsuratus vocatur etiam Psalmistatus, sicut constitutio Innoc III. extra de re iud. cum inter. euidenter ostendit, quandoque etiam clericatus. In plerique sacris canonibus, facta de alijs ordinibus mentione, & præcipuè 93. à Diacono 67. dist. cap. 1. & 2. & 3. nihil de hoc ordine tangitur ex eo contingit, quia alij omnes cum solemnitate à solis Episcopis dantur. Iste verò etiam à Sacerdote conferri potest. Vnde Innoc. Epist. extra de ætat. & qualit. & cap. cum contingat, dicitur quod Abbas Benedictinus Sacerdos in suo monasterio, clericalem potest dare tonsuram. Ideoque hunc nõ ordinem, sed officium forè plurimi asserunt, quanquam in eo ab Episcopo collato, quis clericale priuilegium assequatur. 21. dist. cleros in princ.

Dicitur autem Psalmista à Psalmis dicendis, siue ab officio canendi; ad ipsum nanque pertinet, vt inquit Isid. 25. dist. perlectis officium canendi Benedicamus Domino, & similia.

Quæritur quod est officium ostiarij? ℞. ostiarij, vt inquit Isidorus. 21. dist. cleros, dicti sunt eo, quod ostij templi præsint. Ipsi enim claues Ecclesiæ tenentes omnia intus, extra quoque custodiunt, atque inter bonos, & malos iudicium fideles recipiunt, & excommunicatos repellunt. Ostiarij idem sunt quod Ianitores, quos etiam Dauid ad ministeria Domus Dei, & ad custodiam eius, ne ingrederetur in illam immundum aliquid instituit, ac etiam cantores. Hæc omnia Ecclesia in nouo testamento imitata est Hoc officium implemus dum per fidem in Ecclesiam aliquem introducimus, vel docemus. Christus hoc officium impleuit, quando dixit. Attolite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit, &c. & quando ementes, & vendentes de templo eiecit. 26. quæst. 7. Io. 10.

9 Quæritur quare dicitur lector? ℞. secundum Isid. 21. dist. cleros, quod dicitur à legendo psalm ista à psalmis canendis vocati sunt. Lector enim legit, vel recitat populis, quid sequantur, psalmista verò canit, vt excitet ad contemplationem animas audientium; Tanta enim, & tanta clara debet esse eorum vox, vt quamuis longe positorum aures impleat. Ad lectores quoque pertinet lectiones in matutinis pronunciare, & ea, quæ Prophetæ vaticinati sunt, & Apostoli dixerunt populis legere. Ad hoc enim ordinantur, vt libros Dei distinctè, & apertè ad intelligendum legant. Sicut in veter. test. inuenimus Esdram fecisse.

Lectores autem idem sunt, quod carminum relatores, qui erant apud Gentiles. Martinus Papa 22. distin. Lectores statuit, vt nulli liceat in populo psallere, aut legere, nisi qui ab Episcopo fuerint ordinati Lectores. Hoc officium implemus, dum male viuentes in Ecclesia corrigimus, & aliquem bonis moribus instruimus. Christus hoc officium impleuit, quando in medio seniorum librum Isaiæ Prophetæ aperiens, legit distinctè ad intelligendum dicens: Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me &c. extra de sacr. vnct. cap. 1.

10 Quæritur Exorcistæ officium quale? ℞. vt inquit Isid. 21 dist. cleros, quod Exorcista Græcè, Latinè adiurans vocatur, Inuo-

inuocat enim super cathecumenos, seu super eos, qui habent spiritum immundum nomen Domini Iesu adiurans per illud, vt egrediatur ab eis. Salomon exorcistas inuenit. Decet igitur, vt mundum habeat spiritum, qui debet immundis spiritibus imperare. Ad eum itaque pertinet exorcismos memoriter retinere manus super energumenos, & cathecumenos exorcizando impones. 25. dist. per lectis refert Iosephus Regem Solomonem modos exorcismi, id est adiurationis adinuenisse, quibus immundi spiritus ab homine obsesso per Eleazarum exorcistam pellebantur, ita vt reuerti vlterius non auderent.

Hũc officium implemus dum per nostras orationes vitium diaboli ab homine expellimus. Christus hoc officium exercuit, quãdo de Maria Magdalena septem demonia eiecit.

11 Quæritur Acolytus quid? Respond. Ακόλυθοι latine ceroferarij, vel accensores luminum nuncupantur. Hi ab Aaron, & filijs eius ministerij sui sumpserunt exemplum. Iuxta illud exodi. Præcipe filijs Aaron, vt offerant oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloque contusum: vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij, & collocabunt eam Aaron, & filijs eius, vt vsque mane luceat coram Domino: Acolyti autem secundum Isid. 25. dist. cleros 23. dist. acolytus cereos ferunt accensos, dum legitur Euangelium, aut offertur sacrificium, non vt tenebras aeris, sed cordis illuminet: cum sol fortè eodem tempore rutilet, & vt proximis opera lucis ostendant atque ad signum letitiæ demonstrandum vt sub typo luminis corporalis, illa lux ostendatur, de qua in Euangelio legitur. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum Io. 1. Ipsi etiam præparant pro Eucharestia ampullas vini, & aquæ 25. distinct. per lectis.

Hoc officium implemus dum ignem verbi celestis, quo fratres ad cognoscendum Deum illuminentur, & inflammentur prædicando ministramus, vt dum lucẽ boni operis alijs ministramus. Dominus autem hoc officiũ se habere testatur cũ dicit. Ego sum lux mũdi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ Io. 8.

12 Quæritur subdiaconatus ordo, an sit sacer? ℞. secundum Innoc. 3. hodie sacer reputatur extra de ætatis, & qualitatis ordinibus, & à multis: Si quidem Subdiaconi nathineorum ciues in Ecclesia representant: de quibus in Esdra legitur quod Dauid dederat nathineos ad ministeria leuitarum. Vnde Græcè ὑποδιάκονοι, dicuntur, quia officijs, & præceptis leuitarum subiacent, & eis ministrant ex quorum ordine fuit ilie Nathanael, quẽ Dominns in Euangelio commendauit dicens: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.

Nathanei autem Hæbraicè dicuntur latinè in humilitate Domino seruientes, vel Deo oblati. Subdiaconi debent secundum Isid. 25. dist. per lectis, oblationes in templo Domini à fidelibus suscipere, & leuitis super ponendas altaribus deferre, calicem, & patenam ad altare Christi deferre, leuitis tradere, eisq; ministrare: vrcæolos quoque cum vino, & aqua bacile, & manutergium tenere, Episcopo, præsbytero, & leuitis pro lauandis ante altare manibus aqua præbere, corporalia, & substratoria lauare, de quibus rectè placuit patribus, 31. dist. lex. & cap. omnino, vt qui mistica sacramenta contractant, legem continentię debeant obseruare, sicut scriptum est in propheta Esai. 52. Mundamini, qui fertis vasa domini, leget lectiones, & cantat Epistolam ad missam. Hoc officio congruè, & dignè vtitur, qui tante mũditiæ est, quod ipsius exemplo consilio cæteri à sacerdotibus criminum lauentur. Hoc officium Christus exercuit quando in cana Galileæ de aqua vinum fecit, & quando cæna facta misit aquam in peluim, pedes discipulorum lauit.

13 Quæritur Diaconus quid? ℞. secundum Isid. 31. dist. lex. 21. dist. cleros. Diaconi latinè dicuntur ministri, siue assumpti, siue offeretes. Græce Διάκονοι hæbraicè leuitæ Diaconorum quidam ordo in lib. numerorum à tribu leui filij Iacob. exordium sumpsisse legitur, nu. 3. & inde leuitæ, idest assumpti vocabantur quoniam assumpti sunt ad auxiliũ sacerdotum, vt Eleazar, & Itamar. Dominus. n.

ad Moysem locutus est dicens, applica tribum leui, & fac eam stare in cũspectu Aaron sacerdotis, & ministrent ei, vt excubent, & obseruent quicquid ad vultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, & custodiant vasa tabernaculi seruientes in ministerio. Sicut enim in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerij dispensatio habetur n. 4.

Diaconus duplex gerit officium, scilicet prædicandi vnde lecturus Euangelium dicit populo Dominus vobiscum, & ministrandi sacerdoti. Nempe propter prædicandi officium, casulam super humerum portat, quia prædicator in præsenti vita opera populi portare debet, quod à legali sacerdote tractum est, qui dum sacrificabat sumitates balthei super humerum reflectebat. Pro eo verò, quod sacerdoti ministrat, & quia propter instantes necessitates ire, atque redire habet, dexteram habere debet expeditam, & liberam. In nouo vero testamento ordo iste ab Apostolis sumpsit initium, qui septem viros boni testimonij plenos Spiritu sancto, Diaconos elegerũt. vnde sancti Patres decreuerunt 93. dist. diaconi, & cap. sequent. Vt in matrice Ecclesia septem diaconi circa altare pontifici in celebratione missæ assistant. Ad eos quidem pertinet assistere, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in Sacramentis Christi, in baptismo scilicet Chrismate, in patena, & in calice, oblationes, idest hostias inferre, & disponere in altari componere etiam, idest ornare mensam domini in altari, atque vestire, crucem ferre puta in processionibus, & prædicare, idest legere Euangelium, & Epistolam deficiẽte subdiacono. 25 dist. per lectis extra de cap. quamuis in fine. Hoc officio vtitur, qui corpus, & sanguinem Christi discretè dispensat, & qui ad orandum, & vigilandum sui exemplo alios hortat. Christus verò hoc officium exercuit, quando post cænam Sacramentum corporis, & sanguinis suis proprijs manibus discipulis dispensauit, & iterum quando Apostolos hortatus est ad oradum dicens. Vigilate, & orate, & quando Euangelium prædicauit.

14 Quæritur sacerdotalis institutio vnde ℞. à veteri lege exordiũ sumpsit. Dñs nãque legitur præcepisse Moysi, applica inquit fratrem tuum Aaron ad te cũ filijs suis de medio filiorũ Israel, vt sacerdotio mihi fungantur. Vnxit ergo Moyses in maiorem sacerdotẽ: filios verò illius in minores. Vnde Propheta inquit. Moyses, & Aaron in sacerdotibus suis, ps. 98. idest primi, & summi, inter sacerdotes fuerunt licet Melchisedech primus sacrificiũ obtulerit, & post hunc. Abraham, Isaac, & Iacob. sed hi spontanea voluntate, non sacerdotali authoritate ista fecerũt. Quo loco contemplari oportet Aaron summum sacerdotem idest Episcopum fuisse Porro filios eius Presbyterorum demonstrasse figuram. dist. 21. c. In nouo testamento.

In nouo quoque testamento Christus maiores, & minores sacerdotes cõstituit; videlicet 12. Apostolos, & 72. Discipulos par Apostolos electos, quos promittebat binos in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipse venturus. 21. dist. in nouo. Itaque post Christum Dominum à Petro sacerdotalis cæpit ordo iuxta illud. Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. Matth. 16. & primus ille ligandi, & soluẽdi potestatẽ accepit, ipsumq. principem eorum esse voluerum, ipsis quoq; decedentibus in locum eorum successerunt Episcopi dist. c. in nouo testamento. In tertia Epistola eiusdẽ colligitur Episcopos superiores esse sacerdotibus alijs, cũ loco Apostolorũ successerint: Presbyteri vero 70. discipulorũ locũ tenẽt. Et Rom. Eccl. non ab Apostolis, sed ab ipso Dño Saluatore nostro primatũ obtinuit, & eminentiã potestatis super vniuersas Ecclesias ac totũ christiani populi gregẽ assequuta est. Secunda sedes est apud Alexandriã sub Marco Euangelista. Tertia apud Antiochiam sub Petro Apostolo, quia illic priusquam Romẽ veniret habitauit. Et Ignatium Episcopum constituit.

15 Quæritur presbyteri quare ita vocãtur ℞. sm Isid. 21. distin. cleros Πρεσβύτερος Græce Latinè senior interprætatur non modo pro ætate, vel decrepita senectute sed propter honorem, & dignitatẽ, quã acceperũt. Senectus enim venerabilis est & cani sunt sensus hominis, extra de transla. quanto. 11. quæst. 6. anterior. Vnde, & Dominus inquit ad Moysen. Con-

grega mihi 70. viros de ſenioribus Iſrael, quos tu noſti, quos ſenes ſunt populi, & magiſtri. Presbyter ergo ſecundum Hier. 94. diſt. legimus ad finem nomen eſt ætatis, Epiſcopus verò dignitatis. Presbyter non pp ætatē decrepitā, ſed propter ſapientiam presbyteri nominantur. Dicitur autem presbyter, quaſi alijs beneuiuendi prebens iter, vel prebens beatū iter, videlicet populo de exilio mūdi.

16 Quæritur quare ſacerdos dicitur Artiſtes? ℞. quia ante ſtat, & ſupra nullum in Eccleſia habet 21. diſtinct. cleros. Dicitur quoque ſacerdos à ſacrificando, quia conſecrat, & ſanctificat. Vnde etiam dicitur ſacerdos, quaſi ſacra dans, vel ſacer dux: vt ait Beda, & Greg. in Paſtorali lib. lib. 1. 18. cap. Sacerdos etiam dicitur iuſtitiæ cultor, iuxta illud, cuius meritò quis non ſacerdotes appella. ff. de iuſt. & iur. lib. 1. Sacerdotes vicem gerunt Chriſti, dum pro peccatis obſecrant, & per pænitentiam reconciliant peccatores, & ſunt mediatores inter Deum, & homines.

Sacerdotes ſcire debent librum Sacramentorum, atque Miſſale: lectionarium; antiphonarium. baptiſterium computum canones penitentiales, pſalterium homilias per anni circulum, diebus dominicis & feſtiuis actas, e quibus omnibus, ſi vnum defuerit, ſacerdotis nomen vix in eo conſtabit; dicit S. Auguſt. 28. diſtinct. de ipſis. Dionis. Mag. in ea diſtinct. omnes etiam ait. Subſtantia Summi Sacerdotis ſunt eloquia diuinitatis tradita, ideſt vera diſciplina, ſeu ſcientia diuinarum ſcripturarum. Inquit Propheta, quia tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio mihi fungaris. Non enim debent diſcere, qui ex officio alios debent tunc docere. 37. diſt. ecce 1. cap. 7. conuenientibus.

Hoc officium Chriſtus exercuit quando poſt cænam panem, & vinum in corpus, & ſanguinem ſub diuina virtute cōuertit, dicens Apoſtolis accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum, &c. Excellentius, hoc officio etiam vſus eſt, cum pro peccatis humani generis ſeipſum in ara crucis obtulit patri, idem Epiſcopus ſacerdos, & hoſtia adhuc glorioſius implet, dum ſedens ad dexteram patris interpellat pro nobis.

17 Quæritur Epiſcopi officium quale? ℞. Epiſcopi, autem plus ſonat oneris, quam honoris ſecundum S. Th. 2. 2. quæſt. 185. art. 1. Nam Επίσκοπος, Græcè ſuperintendens interpretatur latinè, ſpeculatoris officium gerens 21. diſtinct. cleros. Nam præpoſitus in Eccleſia ſpeculator dictus eſt, iuxta quod Dominus inquit Prophetæ filij hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, vt plebi ſibi commiſſæ, non negligenter incumbant, ſed vitam, & mores eorum, & cuncta diligenter proſpiciat. Quia ergo Epiſcopus ſpeculator eſt, ideo ex inſtitutione Clementis primi cathedram, ſiue locus eius in Eccleſia altior eſt, vt ſuper intendat, & populum cuſtodiat, omneſque conſpiciat, & illum cuncti, ſicut vinitori altior locus eſt, pro vinea cuſtodienda, ob hoc inquit Apoſtolus, qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. 8. quæſt. 1. qui Epiſcopatum. Non dixit honorem, ſed opus, nec dixit opes, ſed opus quoniam Epiſcopus non tam, vt præſit, quam vt proſit eligitur.

18 Quid ſignificat faldiſtorium Epiſcopi? ℞. iuriſdictionem ſpiritualem annexam Pontificali ſignificat, quoniam exercere diffiniendo non debet, niſi pro tribunali ſedens; probatur ex verbis Domini dicentis in Euangelio: ſuper cathedram Moyſi ſederunt ſcribe, & Phariſei, quæ dixerint facite, & c. 19. diſt. ſecundum 3. q. 7. §. fi.

19 Quid ſignificat ſcabellum Epiſcopi? ℞. per ſcabellum ſignificatur temporalis poteſtas, quæ ſubiecta debet eſſe ſpirituali ſicut probat Gelaſius Papa, extr. de maiorit. & obedient. ſolitæ. 96. diſt. 2. & c. ſeq. & Innoc. 3. in ſua Epiſtola decretali. & à ſpirituali per diſciplinam correctionis conculcatur, quādo à vero exorbitat per peccatum extr. de iud. nouit. 63. diſt. Valentinianus. Vnde pſal. Donec ponam inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū.

20 Quid ſignificat hec vox Pōtifex? ℞. quod eſt ſacer Magiſtratus: dictus à poſſe, & facio, ſecundum Varronem, vel ſignificat principem, quia Epiſcopus eſt princeps ſacerdotum, & eſt quaſi pons, & via ſequentium factus. 21. diſt: cleros: Ipſe, & ſummus ſacerdos: Ipſe, & Pontifex maximus

ximus etiam nuncupatur. Ipse namque efficit Sacerdotes, & leuitas: Ipse officia, & Ecclesiasticos ordines distribuit, & disponit, & præordinato est in cunctis. ipse quod vnusquisque facere debet ostendit Ab ipso Pontifice Ius pontificum quod modo ius canonicum appellant, & pontificales libri dicuntur in quibus sacræ ceremoniæ continentur.

Dicitur etiam præsul, quantum in cõcilio præsidet extr. de temp. ord. quod translationẽ. Dicitur etiam Antistes, quia ante alios stans præeminet populo, vel ab ἀντὶ quod est contra, quantum hæreticis contra dicit, vt Pastor lupis.

21 Quotuplex est Episcopalis ordo? ℞. secundum Isid. 21. distin. cleros, quod Episcopalis ordo est quandripartius videlicet. In Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, & Episcopis. Apostolica autem fides, sicut ait Anacletus Papa 22. dist. sacro caput, & cardo est aliarũ, quãtum sicut ostiũ cardine regitur, sic illius authoritate omnes Ecclesiæ reguntur, & inde dicti sunt Cardinales, per quos tota Ecclesia, sicut ostium per cardines gubernantur. Illius autem Prælatus Papa qui vocatur pater patrum, & vniuersalis, quia vniuersæ Ecclesiæ principatur, & Apostolicus, quia principis Apostolorum iure fungitur, & verè summus pontifex, quia caput est omnium põtificum à quo illi tanquam à capite membra descendunt: & de cuius plenitudine omnes accipiunt, quos ipse vocat in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis extr. de vsu. pal. cap. ad honorem. Hic est Melchisedech, cuius sacerdotium non est cæteris comparatum.

22 Quid Patriarcha? ℞. hæc vox Græca est, & interpretatur summus patrum i. Apostolicum locum retinet. 21. dist. & ideo, quia summo honore fungitur tali nomine censetur, sicut Romanus: Constantinopolitanus; Antiochenus, Alexandrinus, Hierosolimitanus.

Dicitur etiam Patriarcha, quasi pater Arcæ idest Ecclesiæ, vel pater patrũ princeps ἀκον enim grçcè, princeps interpretatur latinæ. Hic est Moyses, qui Aron in Pontificem oleo consecrauit.

23 Quare dicitur Archiepiscopus, græco vocabulo dicitur eo, quod sit summus, seu princeps Episcoporum tenet enim vicem Apostolicam, quod præsidet, tam metropolitanis, quam cæteris Episcopis.

24 Quare dicitur Metropolitanus? ℞. Metropolitanus, siue Metropolitæ dicitur à mẽsura Ciuitatum singulis enim prouincijs præeminent, quorum dotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquis Episcopis agere licet. Sollicitudo enim totius prouinciæ eis commissa est. Vnde Pelagius Papa ait. 5. q. 3. scitote certam esse prouinciam, quæ habet decem, aut vndecim ciuitates sub se, & vnum Regẽ, & totidẽ minores potestates sub se, & vnum Metropolitanũ, alios suffraganeos, decẽ vel vndecim Iudices Episcopos ad quorũ iudiciũ omnes Episcoporum, & reliquorũ sacerdotum, ac ciuitatum referãtur omnes autẽ superius designati ordines Episcoporũ, & superiorũ vno, eodẽq; vocabulo tandem Episcopi nominantur, sed priuato nomine quidã vtũtur pp distractionem potestatis, quã singulariter acceperunt. In nouo igitur testamento maiorum, & minorũ sacerdotũ discretio ab ipso Christo sũpsit exordiũ, qui Apostolos pro maioribus. & discipulos pro minoribus sacerdotes instituit: Petrum vero in summũ sacerdotẽ elegit. Apostoli etiã eandem formã secuti in singulis ciuitatibus Episcopos, & præsbyteros ordinauerunt. Leuitas verò ab Apostolis legimus ordinatos; Anacletus Papa eadem dist. Episcopi instituit præsbyteros per castella, & villas poni, & ordinari.

25 Quare dicuntur clerici? ℞. dicuntur clerici, à Κλῆρος græce quod est sors, seu hæreditas latinẽ, qua sint de sorte Domini, vel quasi nostras eorum sors sit, iuxta illud Prophetæ. Dominus pars hereditatis meæ, & c. 12. q. 1. clericus, & c. qui extra; de præben. cum secundum. Ex quo patet quod nihil extra Deum habere debent, sed solum decimas, primitias, & oblationes, quæ sunt hæreditates Domini accipiant, siue quasi sint sorte electi.

Primus autem clericus fuit Petrus. Iginius Papa decimus à B. Petro composuit clerum, & distribuit gradus.

26 Quot Monachorum genera inueniuntur? ℞. quatuor, alij enim sunt cænobitæ, qui videlicet in communi monasterij regula, & vita, obedientiæ maiorum deser-

uiunt. Alij ſunt anachoritæ, qui videlicet ædificant ſolitudines, & quamuis in communi vita poſiti, priuatè tamen contemplationi vacant. Alij ſunt eremitæ, qui videlicet ſolitariæ in deſertis degunt Alij gyrouagi. i. vagabundi, & circuncilliones 23. q. 5. cap. 1.

27 Quid eſt religio? ℞. Religio dicitur, quia per eam vni Deo religamur ad diuinum cultum vinculo ſeruiendi, & in clericos ſeculares, qui vſurpato nomine, ſeculares dicuntur extr. de offic. ord. licet ad differentiam regularium, qui proprio carent, quod non contingit in iſtis. Nam vt inquit Aug. 11. q. 1. legi. Bonus non monachus, vix bonum clericum facit.

De Corona Clericorum.

28 Quæritur, quid ſignificat corona clericorum? ℞. circa coronam clericorum, tria attendenda ſunt, ſcilicet capitis abraſio, capillorum detrũcatio, formæ circulatio, Ad capitis ab raſionẽ tria ſequuntur, ſcilicet munditiæ cõſeruatio: deformatio, & denudatio. Munditię conſeruatio quia ex capillis ſordes in capite aggregantur. Deformatio, quia capilli ad ornamentũ ſunt ſignificet ergo tonſura mundã, & nõ formabilem vitã, ideſt quod clerici debent habere munditiã interius, & non formabilem vitam, ideſt non ex quæſitum habitum exterius ſecundum Dionyſ. de Ecclesia Ierarch. Raſura quoq; tonſura capillorum eſt depoſitio omniũ temporaliũ. Cleric. enim, victu, & veſtitu contenti omnia communia habere debent 12. q. 1. clericus, & c. dilectiſſimus. Vnde iuxta Apoſtolũ comã non nutriant, ſed caput de ſuper in modum ſpheræ radant 23. diſt. prohibitæ Denudatio autem ipſa ſuperioris partis capitis, ſignificat, quod inter nos, & Deum nullum deberet eſſe medium, vt reuelata facie gloriam Domini libere contemplemur.

Circa formæ circulationem, ſeu coronam, ſciendũ eſt, quod fit propter multa. Primo inſignũ quod Chriſtus rex noſter ſe in ipſum in ara Crucis oblaturus ſpineam coronam portauit. Vnde, & nos, q per eãdem paſſionẽ ſaluari deſideramus Dominicæ paſſionis ſignũ ideſt formam ſpineæ coronæ, quã ipſe, (vt ſpinas peccatorum noſtrorum auferret) in paſſione portauit in capite, in verticibus noſtris portamus, vt ſicut ille pro nobis, ſic, & nos pro illo irriſiones, & abprobria paratos eſſe libenter ſufferre monſtramus. Secundo circularis figura fit, quia hæc non habet principium, neq; finẽ. Tertio, quia hæc figura omniũ figurarum eſt pulcherrima. Vnde in hac Deus cæleſtes creaturas fecit, per quod ſignificatur, quod clerici debent habere pulcritudinẽ interius in mente, & exterius in conuerſatione. Sanè raſura capitis clericorum fit, ſicut ait Beda in hiſtoria Anglorũ in memoriam eius, quia cum B. Petrus in Antiochia prędicaret, obraſerunt ſumitatem capitis eius in contumeliã nominis Chriſtiani, & Dominicæ paſſionis, qui quidem hodie toti clero in honorẽ traditur. Rurſus lex coronã digitorum quatuor ſuper mẽſam, & de ſuper aureolã fieri iubebat Cæterũ ad Ezechielẽ Dominus dicit: ſume gladiũ acutũ, & educ per eaput tuum & barbã, longitudo nãque capillorũ, multitudinẽ ſignificat peccatorũ. Hinc igitur clerici barbã ſibi radere informantur, ratio namque pilorum barbæ, qui ex ſuperfluis ſtomachi dicuntur humeribus deſignat quod vitia, & peccata, quæ in nobis ſuperflua ſunt, reſecare debemus. Radimus enim barbas, vt per innocentiam, & humilitatem puri videamur, & Angelis, qui ſemper iuuenili ætate florent, coæquemur, Concilium Cartaginenſe ſtatuit extr. de vit. & honeſt. cler. 33. diſt ſi quid, vt clerici, neque comam nutriant, neque barbã, & tandẽ quid ſit tonſura, & qualiter eſſe debeat, vide gloſ. ordin. in clem. 2. de vit. & honeſt cler. vbi inquit, quod eſt illa quod vulgo dicitur la chierica.

Ordinantur autem clerici, vt Deo ſeruiant, nec de cætero ſeruiant mundo, nec gloriæ mũdi. Debent ergo offerre corpora ſua hoſtiã viuentẽ, ſanctam Deo placentem. Vnde Apoſtolus ad Rom. 12. Confundantur omnes qui gloriantur in ſtultitia, ideſt in gloria mundi, quæ non eſt vera gloria, ſed imago gloriæ.

SVMMARIVM:

1 *Clerici omnes quomodo teneantur ad habitum, & tonſuram iuxta bulla Sixti Quinti.*

2 Clericalis habitus, quomodo intelligatur.
3 Clerici coniugati beneficia habentes quid.
4 Clerici quomodo obligantur ad peccatum iuxta bullam Sixti Quinti.
5 Clericus transiens per terras Infidelium, & deponit, non solum vestes clericales, sed signum illorum sumit, quid.
6 Clericus post incursas pœnas, quomodo possit absolui à Confessario.
7 Constitutio Sixti Quinti, quomodo comprehendat milites, vel officiales Romanæ Curiæ.
8 Clerici in peregrinatione, possunt deferre vestes breuiores.

De Clericorum habitu, & tonsura. Cap. II.

1 QVæritur vtrum omnes clerici teneantur deferre habitum, & tonsuram? ℞. quod non, sed tantũ beneficiarij licet habeant tantum beneficium simplex; quamuis non sint in sacris, & qui sunt in sacris, licet nullum habeant beneficium, iuxta constitutionem Sixti Quinti 1588. de habitu, & tonsura, per clericos, seu milites beneficia, seu pensiones obtinentes deferendis, ita colligitur ex verbis ipsius constitutionis ibi Præcipimus. Sylu. etiam notat in verb. clericus, 2. nu. 2. vers. 1. Nauar. cap. 25. nu. 100. vers. 33. Nec sufficit deferre tonsuram tantum, nec habitum tantum, sed vtrunque, quia verba bullæ dicunt. Deferant omnino tonsuram, & habitum clericalem, quid autem sit tonsura diximus supra.

2 Quæritur quomodo intelligitur clericalis habitus? Respondetur intelligitur, quia dicit ibi, vt clericus deferat vestes talares; Quia intentio Pontificis videtur fuisse, vt ex habitu distinguantur personæ Ecclesiasticæ à laicis, quod fit per habitum. Verum an sit vsque ad talos, parum refert, tum quia ita videtur esse in vsu, quoad togam, quæ vulgo dicitur la sottana. Pallium verò vt genua cooperiat eo magis, quia canones tantum de vna veste talari loquuntur, cap. non liceat 23. distinct. Ita etiam tenet Caiet. in verb. clericorum pecata. Item nec sufficit tantum vestes extrinsecas deferre clericalem, & alias intus virgatas, i, sericis texturis variatas, quia omnes debent esse clericales, facit text. in cap. si iudex de sent. excomm. lib. 6. Franc. in cap. de cleric. coniug. facit text. in cap. 1. 21. quæst. 4. in fin. Possunt tamẽ in cubiculo, vel in prandio, vel in domo, quia fortassis alia caret, & quia domus rem secretam, & non publicam denotat 6. quæst. 1. ex merito, sic etiam vestes rubeæ, & virides, sunt prohibitæ glos. in clem. 2. vers partita de vit. & honest. cleric. quod intellige, quando publicè, non autem quando occultè deferantur.

3 Quæritur quid si beneficia simplicia possidentes sint coniugati? Respondetur, quod de iure tenebantur deferre dummodo contraxissent eum vnica, & virgine, si volebant vti priuilegijs clericalibus, id est priuilegio fori, & canonis si quis suadente text est, vti cap. vnico de cleric. coniugatis, Hodie verò habitum & tonsuram deferre tenentur, & si vti nolint dictis priuilegijs per verba bullæ præsertim si vti velint, Et dicta constitutio extenditur ad omnes clericos coniugatos beneficiarios, vel pensionarios, quamuis sint exempti, & immunes per aliqua priuilegia, vt non incedant clericaliter.

Extenditur etiam ad milites Hierosolimitani, aut S, Iacobi, si beneficium Ecclesiasticum simplex possident, non vt milites, sed vt clerici tenentur deferre habitum, & tonsuram clericalem, & tenentur etiam recitare horas, vt ibi, cæterum milites, non obstante, quod ex priuilegio apostolico talibus militibus fuerit indultum, vt non deferant habitum clericalem, quia per hanc constitutionem derogatum est omnibus priuilegi?s, vt in fine habetur, & compræhenduntur in ea etiam canonici non beneficiarij, nec in sacris initiati, sed habentes tantum stallum in choro, & vocem in capitulo expectantes præbendam, etenim eo ipso quod quis est canonicus habet ius in præbendam vacantem, vel propriè creaturam, capitulo, si postquam de præbend. lib. 6. cap. final. de Concil.

præben.eod.lib. vbi Franc. etiam notat, quod appellatione beneficij Ecclesiastici, venit canonicatus. Itē supra numerarij ad canonicos in minoribus ordinibus constituti, tenentur habitum deferre, ita Abb.in cap. cum M. Ferrarien. num. 31. de constit. Sed hodie dicti regressus, & coadiutoriæ cum futura successione, sunt prohibiti per Conc.Trid.sess.25 de refor. cap. 7. Item ista constitutio non extenditur ad familiares in Palatio Papæ, vt habetur in bulla, atque in ipsius bullæ declatione.

4 Quæritur vtrum constitutio obliget, quo ad peccatum in foro conscientiæ à die scientiæ, licet sit adhuc infra tempus ad non gestandum habitum quo ad pænas per verba bullæ dicentis, lapso huiusmodi tempore? ℟. φ sic si potuerit clericus voluntatem summi Pontificis executioni mandare, cum etiam de iure beneficiarius, vel in sacris constiutus teneatur habitum deferre. Sylu.in verb. cleric. lo.2.num. 1.vers.2.Nauar.cap.25.nu.100. Quod si post tempus elapsum ignorauerit constitutionem, non obstante, quod fuerit publicata, & ad valuas ecclesiarum posita, non incurrunt in pænas habitum non deferentes, quo ad peccatum mortale, tum ex verbis bullæ in fine, dū dicit, præsumpserint. Quod verbum notat dolum, & temeritatem, non autem obliuionem, & ignorantiam, facit in cap. 1.cap.monasteria, de vit. & honest. tum etiam per gloss.in cap.1.de reb. Ecclesiæ non alienand.lib.6. Vbi qui citra culpam diutius post tempus elapsum ignorassent excusantur. Quo verò ad pænas exteriores, & in foro exteriori, secus crederem.

5 Quæritur vtrum peccet clericus, qui transeundo per terras infidelium, non solum deponit vestes clericales, sed etiā infidelium signum assumit, vt illorū furorem declinaret? ℟. quod peccat Sylu.in verb. Apostasia quæst. 1. & in verb. infidelitas. Caiet in verb. habitus amissio. Et ad incurrendas has pœnas semper incurritur per illa verba bullæ. Iugiter deferant; verbum enim iugiter. i. continuo intelligitur interuallo, vt inquit Abb in cap.cæterum de rescrip. facit text.in cap. stipulatus sum.damam, ff. de verb. oblig. cum simil. semper tamen modicum excusat à peccato, & per consequens à pœnis huius constitutionis, hoc tamen quādo sic determinabitur arbitrio boni viri. i.Confessarij, facit quæ dicit Nauar. cap. 27.num. 89.

6 Quæritur vtrum post incursas pænas clericus possit per confessarium absolui à peccato antequam beneficium vacare denunciauerit eis ad quos spectat? ℟. regulariter non esse absoluendum, nisi primum renunciauerit, & resignauerit in manu eius, qui resignationem potest accipere, vel alicuius in nomine eius, si esset in mortis articulo, tenetur restituere fructus perceptos, de renunc. cap. post translationem. § rursus. Poterit tamen secundum Innoc. retinere vitæ necessaria strictè, & de consilio confessoris, ita quod solum non egeat, & alios fructus restituere, cap. dilecto de præbend. Aliter absolui non potest, nisi obtineat dispensationem Ita Sylu.in verb. beneficium 3.quæst.20. Crederem posse tamen absolui, quando esset necessitas ecclesiastici præcepti, puta communicandi die paschatis, & non posset tunc renunciare, vt quia esset persona grauis, & omnino promitteret, vel ad euitandum scandalum, aut spes certa obtinendi dispensationem, quod si reuelet, illo careret. Nec post incursas pœnas potest alienare, nec vti fructibus beneficij; & ratio est, quia iam priuatus est beneficijs, & pensionibus absque vlla sententia declaratoria subsecuta, vt clare patet per dictam cōstitutionem ibi, absque vlla monitione, &c Et incursas pœnas est liber à recitatione horarum, quia beneficium datur propter officium, ideo cessante causa, cessare debet effectus: nisi esset in sacris. Vide à simili, quæ dicit Couar.lib. 3.var. reso.c.13.nu 12,

7 Quæritur vtrum hæc constitutio cōprehendat milites, vel officiales Romanæ curiæ charactere clericali insignitos aut etiam minoribus ordinibus, qui milites, vel officiales, non vt clerici, sed vt milites obtinent beneficia suæ militiæ, quæ dicuntur commendæ, vel pensiones, & super quibusuis fructibus ecclesiasticis, aut fructus sibi reseruauerunt percipiendos, aut in futurum obtinebunt? ℟. quod sic; tenentur enim deferre habi-

habitum militarem, licet non clericalem ita habetur ibi. Ceterum milites, & ratio est, quia isti non percipiunt beneficia, seu pensiones, vt clerici, sed vt benemeriti, ideo non tenentur deferre habitum clericalem, neque recitare horas.

8 Quæritur vtrum excusentur à pœnis in bulla contentis clerici, qui sunt in longa peregrinatione non deferentes vestes talares? ℞. quod sic, quia tunc licet habere vestes breuiores, & expeditiores, Sylu. in verb. clericus 2. num. 1. vers. 2. & hæc circa explicationem supradictæ constitutionis de habitu clericorum dicta sufficiant.

De communibus vestibus iam dictum est; nunc verò dicemus de vestibus sacris, quibus Sacerdos, & Pontifex etiam ad sacrum altare accedit: Non enim cum vestibus communis vitæ vsu pollutis in sancta sanctorum ingrediamur, sed cum conscientia munda, & vestibus mundis sacris, Dei Sacramenta tractemus de cons distinct. 1. cap. 1. Vnde Stephanus Papa. de vestiméto statuit sacris vestibus non nisi in Ecclesiasticis, & Deo dignis officijs vti, & Ezech. Non sanctificabant populum in vestibus suis, habent ergo Ecclesiastici alium habitum in diuinis officijs, alium in communi vsu, vt cuncto populo christiano exemplum præbeat bonæ conuersationis quatenus loti prius sordes, noui Christo fiant homines.

SVMMARIVM.

1 *Vestes Sacræ à veteri lege ortum habuerunt.*
2 *Vestes Sacerdotis sacræ, quæ sint, & significatio.*
3 *Alba, & amictus eiusdem materiæ lini esse debent.*
4 *Cinculum quid significat.*
5 *Manipulus, quid significet.*
6 *Stola quid significet.*
7 *Planeta quid significet.*
8 *Sacerdos prætermittens aliqua de indumentis sacris quid.*
9 *Sacerdos celebrans indutus vestibus, sed non omnibus sacris, quid.*
10 *Sacerdos accipiens Sacramentum sine stola quomodo peccet.*
11 *Sacras vestes tangens quomodo peccet.*
12 *Sacræ vestes possunt fieri, etiam ex vestibus profanis.*
13 *Vestes pontificales, quæ sint.*

De Vestibus sacris. Cap. III.

1 QVæritur vestes sacræ vnde ortum duxerint? ℞. à veteri lege videntur assumptæ; nam Dominus, præcepit Moysi, vt faceret Aron Sacerdoti, & filijs eius vestes sanctas in gloria & decorem, vt loti, & sacris vestibus induti fungerentur officio in sacris. Exod. 27.31.35 & 40. cap. Docuit enim Dominus Moysem per 40. dies facere pontificalia sacerdotia, vestimenta, sacerdotibus, & leuitis suis, ornamenta quoque, & linteamina; sed, & Maria fecit, & texuit illa in vsum ministerij tabernaculi federis & Ecclesiast. 47. Dedit celebrationibus decus, &c.

2 Quæ sunt sacra sacerdotis vestimenta, & quid significet? Respondetur Primum vestimentorum ornatus, quod requiritur in celebrante, tum ad repræsentandam Christi passionem, tum ad excitandos spiritus nostros, quibus efficacius fructum eiusdem passionis, vt dicit Apost. ad Ephe 6. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, & habetur in Concil. Trident. in cap. cunque natura. sess. 25. igitur, vt Pontificales prætermittamus hic: Sex sunt Sacerdotis vestes, idest, amictus, alba, cingulum, manipulus, stola, casula, amictus ergo, quo caput tegitur sacerdotis, vt Apostol. super galeam salutis assumite si ad passionem spectes, velum illud significat, quo perfidi Iudei, vt Luc. 22. & Matth. 26. legitur faciem Christi in domo Caiphæ illudentes valebant dicentes profetiza nobis Christe, quis te percussit. Si verò ad mores fatetur Christi Sacerdos capitis membrum esse, quem proprio cerebro, quo omnes sensus vigent imponens profitetur sensibilia, hæc omnia, & caduca pro spe æternorũ obijcere. Descendit etiam Amictus super hu-

meros, quibus onus domini ferre docemur.

3 Quæritur alba, quæ & cuius rei materiæ esse debet? R. abba sicut, & amictus vestis linea, candida, & munda esse debet, quæ latinè talaris esse dicitur, eo, quod ad talos vsque descendere debet. Primum memoria est illius, qua velut stultus, ab Herode illusus remissus est ad Pilatum. De hac etiam Apost. ad Rom. 8. dicit. Spe enim salui facti sumus. Sed quantum ad mores significat iustitiam, quæ vniuersam virtutem comprehendit, quia in cunctis operibus nostris elucere debet ob id, quod totum corpus nostrū tegit. Et quod linea, morum floritatem, & gloriæ candorem repræsentans, quem Christus in transfiguratione vestimentis suis exhibuit.

4 Quid significat cingulum, siue zona? R. si ad passionis memoriam referatur ligamen, quo Christus ligatus fuit, atque non incongruè flagella significat, & castitaté, quæ firmiter esse debet in ministro Eucharistiæ, & significatur iustitia cuius duo sunt bracchia inter se constringentia scilicet declina à malo, & fac bonum: de hoc Esai. 11. Et erit iustitia cingulum lūborum eius, & præcingitur circa lumbos vt nullus incentiuorum stimulus castitatis dissoluatur, & secundum illud. 12. Sint lumbi vestri præcinti, succingitur ne defluat, vt expeditus ad pietatis opera, nulla ocij lasciua naufragetur. Succingitur nihilominus alba, ne defluat. per quem omnem superfluitatem à sacerdotis vita excludi opertere penitus demonstratur Hinc in cap. à crapula, & cap. clerici officia, de vita, & honestate cler. Interdicuntur clericis crapula, & ebrietates cauponæ, secularia negotia, alearum lusus, &c. Habet quoque cingulum bracchia duo se complectitia quod duplicem significat munditiam, mentis, & corporis.

5 Quid significat manipolus? R. manipolus sinistro brachio applicatus, quo amoris ornamenta gestari solent, magnum illud amoris vinculum, quo solus nostra vincebatur, & de se serio coangustatus est ad perficiendum opus nostræ redemptionis repræsentant, significat etiam ligamen, quo Christus fuit columnæ manibus alligatus, qui quidem funis brachio illo sinistro cordis vicino amorem nobis commemorat, quo ad expianda nostra peccata cruenta flagella pertulit, quo ideo vicarium amorem respondere sacerdos profitetur cuius gratia flagella huius mundi tanquam fructus pænitentiæ tolerare debemus. Atque his quatuor insignibus non solum sacerdos, sed etiam Diaconus, & Subdiaconus induuntur.

6 Quæritur quid significat stola? Respondetur stola, & orarium dicitur, vinculum tertium repræsentat, quo Christus crucem baiulans, fuit collo ligatus: In moribus verò nostram obedientiam, & iugum Domini, cui collum quasi loro ligati submittimus ad portandam crucem Domini, eius vestigia secuta. Hanc autem Sacerdos in vtroque humero portat, eandemque super pectus in modum crucis: Quo vtique signo, & à dextris, & à sinistris prosperis, & aduersis communitus esse decet. Habet duo bracchia pendentia, quæ significant prudentiam, & temperantiam. Vnde Apost. ad Titum. 2. sobriè, & piè viuamus in hoc seculo.

7 Quid significat Planeta? Respondetur planeta, quæ vestem purpuream significat, qua in prætorio Pilati, Dominus post flagellationem, Christi corpus indutus, illusus, percussus, & iniquis iudæis ostensus est. Ioan. 19. veste purpurea circumdederunt eum, & etiam casula dicitur, & hæc ab vtroque latere incisa est, designans tunicam Christi in consutilem, qua exutus crucifixus est. Sed quantum ad mores, charitatem, quæ ipsum ad crucem perduxit, & in nobis, vt ait Apostolus multitudinem operit peccatorum.

8 Quæritur vtrum peccaret celebrans, si aliquam illarum prætermitteret? Respondetur, si consultò prætermitteret peccaret mortaliter, & esset tanquam ministeriorum contemptor, cap. Ecclesia distinct. 23. qui text. intelligitur infra missarum solemnia, vt inquit. Sylu. in verb. sacerdos. ver. Quartum, secus, si ex obliuione, vel aliqua negligentia. Sotus dicto articulo quarto.

9 Quæritur si sacerdos celebrauerit indutus vestibus, quibus indui debet, sed

ex his aliqua nondum erat benedicta, an peccaret? Respondetur, quod sic, vt si ex crassa ignorantia; secus si ex obliuione, vel leui culpa, nam peccaret tunc tantum venialiter.

10 Quæritur, vtrum peccaret Sacerdos accipere sacramentum absque stola ad communicandum infirmos, siue sanos in diebus festis, dum populo exhibetur? Respondetur, quod peccaret mortaliter, nam propter reuerentiam sacramenti illam debet habere. Turrecrem. in dicto cap. Ecclesiasticam num. 5. Verum si Sacerdotes communionem acciperét absque stola, vel propter infirmitatem, vel aliam rationabilem causam nó celebrando, non peccarent mortaliter.

11 Quæritur, vtrum vestes ipse tangi possint à mulieribus, & à laicis sine peccato? Respondit summ. Rosella, & Angelica, vt refert Siluest. verbo corporalia, quæstione prima, inquit, quod possunt tangi absque peccato; sed non est tanta reuerentia. Quod secus est de corporalibus, & purificatorijs; nam non debent lauari, nec tangi etiam à monialibus, quamuis essent sacratæ, cap. sacratas, distinct. 33. & de consecrat. distinct. 2. cap. nemo, el secundo, ne fragmenta, vel pulueres Dominici corporis malè tractentur, aut prophanis contingantur, dicto cap. nemo, & idem de purificatorijs, quibus interdum stillæ sanguinis imbibuntur, & reliquiæ corporis adiunguntur. Sed Diaconi habere debent nouam peluim, & aquam in sacrario proijcere, quantum ad primam lotionem: deinde lota, possunt per moniales reparari, si sit consuetudo. ita Syluest. in verbo corporalia, quæstione prima, & in verbo femina, quæstione tertia. Simpliciter tamen illa tangere, aut calicem, nullatenus est peccatum mortale, immo si absit contemptus, aut non est veniale, aut leuissimum. Sed vsus eorum prophanus, ex genere suo, est mortalis, vt si quis auderet calice consecrato in mensa prophana vti, aut corporali tanquam nasitergio, aut vestibus sacris, tanquam torneamentis, Sot. in quarto sententiarum distin. 13. quæst. 2. art. 3. col. antepen. Hinc inquit text. in cap. nuptiarum. de cons. dist. 1.

12 Quæritur, vtrum liceat ex vestibus alicuius feminæ fieri aliquis Ecclesiæ ornatus? Respondetur, quod non liceret; sed contrarium hodie habet vsus, quia quotidie ex vestibus profanis fiunt sacræ per Pontificalem benedictionem. Sic etiam templa idolorum conuersa sunt in Ecclesias, & multæ domus profanæ, ita Sylu. in verb. testis.

13 Quæritur, sacræ Pontificales vestes, quæ sunt? Respondetur, sunt, videlicet. Primò, sandalia, vt Pontifex sit memor Dominicæ incarnationis. Secundò, amictus, vt motus, & cogitatus fauces, & linguam cohibeat, vt fiat cor mundum, spiritum rectum percipiens in visceribus innouatum. Tertiò albam talarem, vt habeat munditiam carnis perseuerantem. Quartò, cingulum, vt impetus luxuriæ refrenet. Quintò, stolam in signum obedientiæ. Sextò, tunicam iacinthinam, id est, cælestem conseruationem. Septimò superinduit dalmaticam, id est, sanctam religionem, & carnis mortificationem. Octauò, chirotecas, vt declinet vanam gloriam. Nonò, annulus, vt diligat sponsam suam, id est, Ecclesiam sicut se. Decimò casulam, id est, charitatem. Vndecimo, sudarium, vt quidquid fragilitate, vel ignorantia peccat, pœnitentia tergat. Duodecimò, pallium superponit, vt se ostendat imitatorem Christi, qui languores nostros tulit. Decimò tertio mitram, vt sic agat, vt mereatur accipere coronam æternam. Decimo quartò, baculum, id est, authoritatem potestatis, & doctrinæ.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdoti celebrare volenti necessaria.*
2 *Corporalia, & pallæ, quomodo debeant esse, & quot.*
3 *Altare portatile, quomodo debeat esse.*
4 *Sacerdos celebrans in domibus non consecratis, quid.*
5 *Celebrari in mari, & in flumine, non licet.*
6 *Sacerdote celebrante, si fiat rixa, quid.*

De his,

De his, quæ sunt necessaria Sacerdoti celebrare volenti. Cap. IIII.

1 QVæ requiruntur Sacerdoti sacrum facere volenti. Respon detur, debet celebrare, & consecrare in Ecclesijs ab Episcopo consecratis. cap. 1. sicut, cap. nullus, de consecr. dist. 1. vel in Ecclesijs benedictis, & ita videtur esse vsus Ecclesiæ; & hoc propter reconciliationem, si fortè fuerint violatæ, vt inquit Sot. in 4 sent. dist. 13. q. 2. art. 3. col. 9. Item in altari consecrato lapideo, integro, non enormiter fracto, cap. altaria. cap. placuit. de consf. distin. 1. cap. quod in dubijs, de cons. ecclesiæ. Item altare debet esse ornatum duabus ad minus pallis, siue tobalijs, & secundum nouam Rubricam tribus, quæ extendi debent super altare, in quibus extenditur immediatè corporale. Corporalia verò, & purificatorium, oportet, vt sint benedicta, ac si lauantur, non est opus noua benedictione, nec purificatoria. Sylu. in verb. corporalia. quæst. 2. cum formam nō perdant, etiam si discedat amydum, & reponatur.

2 Quæritur ex qua materia debent esse corporalia? Respondetur tam corporalia, quam pallæ, siue tobaleæ debent esse de sindone munda, & de lino puro de terra procreato, atque contexto. cap. cōsulto, de cons. dist. 1. alias celebrans cum corporali immundo, vel purificatorio, aut calice, peccat mortaliter. cap. 2. de custod. Euchar. Caiet. in sum. in verb. missa. Sylu. in verb. vasa. vbi extendit ad oratoria, corporalia vestimenta ministrorum, & pallas altaris; & debent esse ipse pallæ, seu tobaleæ, quibus altare tegitur, ad minus duæ, excepto corporali, in repræsentationem sanctissimæ Trinitatis, & sufficit, quod fit vna duplicata. Sylu in verb. corporalia, & in verb. missa. 1. q. 2. vers. secundum.

3 Quæritur, altare portatile, quomodo debet esse? ℞. quod si altare non esset consecratum, debet saltem celebrari in altare portatili consecrato, quod est paruus lapis continens in se foramen cum consecratione, & signo superposito; & hoc altare debet esse latitudinis, secundum Petr. de Pal. scilicet lapis in capsula, quod in ea capi possit pes calicis, & hostia consecrata saltem, quod sint super lapidem pro maiori parte. Hodie verò Romæ est determinata mensura, & fiunt ex toto lapide sine tabula lignea, & latitudinis vnciarum 16. & longitudinis 18. & ita Sacerdos celebrando debet tenere panem, aut calicem totum super lapidem, text. in cap. incedimus. de cons. dist. 1. quod notat Sylu. in verb. altare, nu. 1. Et hæc intelligenda sunt de altari, quod vulgo dicitur portatile. In quo tamen altari consecrato adhiberi debent Sanctorum reliquiæ, quorum vita abscondita est cum Christo in Deo. vnde de cons. dist. 1. cap. placuit habetur. Placuit, vt altaria in quibus nullum corpus, aut reliquiæ Martyris condita probantur ab Episcopis, qui eiusdem locis præsunt, si fieri potest, euertantur: quamuis canon ille non est ita necessarius, nisi huiusmodi reliquiæ haberi possint. Ita Sot. in 4 sent. 13. q. 2. art. 3. col. 10.

4 Quæritur, vtrum peccaret Sacerdos, si celebraret in domibus non consecratis? Respondetur, quod non licet celebrare, nisi in domibus ab Episcopo consecratis. cap. nemo, de cons. dist. 1. vel saltem benedictis, aut etiam in capella benedicta in altari portatili, consecrato, vel etiam si esset domi oratorium ab Episcopo benedictum, vt habetur in Conc. Trid sess. 22. quanta cura. Et ita celebrando extra Ecclesiam consecratam, vel benedictam, peccat mortaliter. d. cap. sicut, cap. vnicuique, de consecr. dist. 1. modo concurrant; primum, quod non sit necessitas; secundo, quod non sit petita licentia ab Episcopo; quamuis hodie per Concil. Trident. non liceat Episcopis illam concedere, sed tantum Cardinalibus; sed credimus, quod sicut necessitate existente, etiam sine licentia Episcopi, poterat absque peccato Sacerdos celebrare in domo non consecrata, neque benedicta, altari, alijsq. necessarijs interuenientibus, cap. concedimus, de cons. dist. 1. Sylu. in verb. missa 1. quæst. 8. vers. secundum. Ita posset esse hodie post dictum Conciliū, quia

quia nõ videtur per hoc derogatum per dictum Concilium, & per consequens, illi adhærendum. Pro quo est notandũ, quod in terris in quibus supplicationes frequentissimè fiunt in aliqua parua Eremitoria, præ quorum foribus solet dici missa, vt ab omnibus audiatur, & in primis missis Sacerdotum, ad quas maxima multitudo, quam Ecclesia capere non potest, solet conuenire, & in missis, quæ celebrantur sub diuo, id est, sub campo, vel in tentorijs, vel in domibus priuatis, quamuis in locis, vbi vel mensa, vel lectus sternitus, nisi ob grauem iacentis infirmitatem, vt communionem suscipiat, indecentissimum est celebrare, vel etiam in exercitu Christianorum maximo, quia communicare debent, quibus imminet periculum mortis.

5 Quæritur, vtrum liceat celebrare in mare? ℞. quod non licet in mari, nec in flumine, nec vbi probabiliter sanguinis effusio timetur, Sylu. in verb. missa. 1 q. 5. Sot. dist. 13. q. 2. art. 3. col. 7. Nauar. cap. 25. num. 81. & seq. Nec etiam licitum est celebrare in Ecclesia polluta, vel interdicta durante interdicto, sub pœna irregularitatis, cap. is qui. de sent. excommunicat. lib 6.

6 Quæritur, quid si Sacerdote celebrante, fit rixa in Ecclesia cum sanguinis emissione, an Sacerdos debeat à celebratione desistere, vel missam prosequi? ℞. quod si ceptus est canon, debet missam prosequi, alias debet proficisci, & ingredi Sacristiam. Sot. qui supra art. 3. & 4. vel si Ecclesia esset tantum benedicta, & fieret rixa cum sanguine ante inchoatum canonem, Sacerdos posset aspergere aqua benedicta Ecclesiam, & prosequi missam. cap. fin. de cons. eccles. vel altar. Sot. qui supra.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdoti necessaria in celebratione missæ.*
2 *Missæ quot personæ interesse debent.*
3 *Sacerdos an celebrare solus, & sine ministro vnquam possit.*
4 *Calix cum patena consecratus, ex auro, argento, vel stanno esse debet.*
5 *Sacerdos celebrando, rubricam missæ seruare debet.*
6 *Sacerdos in consecratione debet habere intentionem faciendi, quod Christus fecit, & instituit.*
7 *Sacerdos celebraturus, ieiunus esse debet.*
8 *Sacerdos celebraturus, aut communicaturus si aliquid sumpserit, quid.*
9 *Sacerdos celebrans cibo non digesto, ex inopia somni, quid.*

Quæ debet facere Sacerdos celebrando. Cap. V.

1 QVæritur, Sacerdos antequam celebret, quid facere debet? ℞. secundum communem opinionem, debet Horas Matutinas prius persoluere; de Prima verò, si esset aliqua consuetudo, vel constitutio contraria, vt prius dicatur, debet intelligi de Missa maiori. Debet etiam sacras vestes habere, vt diximus supra, præterea debet habere lumen. cap. fin. de celebr. miss. aliàs esset peccatum mortale; quia deponitur Sacerdos, vt ibi, quod lumen potest esse ex oleo, vel siue; melius autem est, vt fit ex cera, & ita habetur in praxi; sufficit etiam vna candela ex necessitate præcepti, sed indecens est, & ideo duæ apponuntur.

2 Quot personæ missæ interesse debēt? ℞. duas præsentes, de cons. dist 1. cap. hoc quoque. Hinc Sacerdos pluraliter loquitur audientibus, dum ait: Dominus vobiscum &c. Gratias agamus, & cap. non ergo decet, vt cum vno tantum ministro celebret, quod intelligitur de missa maiori: nam in missis priuatis, sufficit vnus minister, qui gerit vicem totius populi Catholici: qui tamen non debet esse mulier, cap 1. de cohab. cleric. vel mul. Sylu. in verb. missa. 1. q. 2 vers. secundum.

3 Quæritur, vtrum Sacerdos solus, sine ministro vnquam possit celebrare? Respondetur, quod sic, vt vrgenti necessitate, vt verbi gratia in eremo, vel si magnũ festum, & alium Sacerdotem sacrum facientem audire non posset, aliàs non ita. D. Ant. de Butr. in cap. 2. de vit. & honest. cler. nu. 11. Sot. dist. 13. q. 2. art. 5. col. 10. qui inquit, quod cum hæc sint de iure positiuo, posset cum dispensatione Eremita solus celebrare.

4 Quæ-

4 Quæritur, calix cum patena, ex qua materia esse debet? ℞. celebrans debet etiam habere calicem cum patena consecratum, & chrismate perunctum, & nec licet in hoc Episcopo dispensare. Sylu. in verb. missa. 1. vers. secundum. Calix verò cum patena, debet esse ex auro, aut ex argento, aut saltem ex stanno, vt habetur in cap. vt calix. de cons. dist. 1. qui autem aliquid istorum prætermitteret, si absit scientia, & contemptus, nō peccaret mortaliter, arg. text in cap. fin. de celebr. missæ. in fin. Non enim tenetur explorare vasa, an sint consecrata, vel vtrum linteola sint ex lino, & an suptus ara lapidea lateat. Sot. distinct. 23. quæst. 2. art. 3. in fin.

5 Item Sacerdos celebrādo seruare debet, etiam ordinem, seu rubricam missæ, tam in dictis, quàm in factis, quia sunt plena misterij; & habere debet librum missale saltem continentem canonem. Te igitur, vsque ad communionem, sub peccato mortali. Nauar. cap. 25. num. 83. vers. 18. & totum sacrum nudo capite peragere, de cons. dist. 1. cap. nullus Episcopus. quare graue peccatum esset aliter facere: nam Sacerdos ille priuaretur communione, nisi forsan ex rationabili causa Prælatus dispensaret. Syluest. in verb. missa. 1. quæst. 1. Sot. dist. 13. quæst. 2. art. 4.

6 Rursum in consecratione Sacerdos debet habere intētionem faciendi, quod Christus fecit, & instituit, & quod fecit Ecclesia quādo vult proferre verba consecrationis.

7 Sacerdos celebraturus debet esse ieiunus ieiunio naturali; videlicet, vt nullum cibum, vel potum sumat post mediam noctem elapsam, cap. nihil. 7. quæst. 1. cap. liquido. de cons. dist. 2. cap. ex parte, de celebr. miss. cap. sacramento. de cons. dist. 1. etiam si illa essent medicinalia, vel alterius cibi, & potus in quacunque minima quantitate. Nauar. cap. 25. & num. 75. vers. 19. & contrafaciens, peccaret mortaliter, nisi communicandi sint infirmi, & de eorum salute dubitatur, quia statim post cibum, cōmunicari possunt. vt habetur in cap. presbyter, & de cons. dist. 2. Excipitur etiam Sacerdos, qui errore seductus aquam pro vino infundit calici, quam post deglutionem sentit esse aquam: nam tunc debet apponere aliam hostiam consecrandam iterum cum calice, dicens: Qui pridie, vt cap. per text. in cap. nihil, 7. quæst. 1. S. Tho. 3. par. sum. quæst. 83. art. 6. ad 4. & non obstat, quod non sit ieiunus; quia præceptum de perceptione sacramenti, maioris est ponderis, quam quod hoc sacramentum à ieiunis sumatur, vt inquit S. Tho.

Item Sacerdos, qui post consecrationem recordatur aliquid comedisse, quod etiā procedit ante consecrationem, si graue scandalum timeretur, quamuis non sit ieiunus, debet tamen perficere sacramentum, & illud sumere. S. Tho. qui supra ad 2. Nauar. cap. 25. nu. 75. vers. 13.

Item si post sumptionem sacramenti, reliquias aliquas reperit in altari, potest imò debet illas colligere, & sumere, licet acceperit purificationem, antequam de ipsis aduerteretur. Quod intellige modo paruula interuenerit morula; tum quia ratione paruitatis sic seruari nō possunt, sed faciliter amitteretur; tum quia in ipso casu, ex quo est in actu purificationis, & recollectionis reliquiarum, quidquid fit, dicitur fieri incontinenti, quasi simul sumere omnia, per ea quæ not. in cap. olim. el primo. de restit. spol. Sylu. in verb. missa. 1. quæst. 2. vers. quintum, & in verb: Eucharistia. 3. q. 8. Si verò magnas hostias Sacerdos in linteolis, siue corporale inueniret, consilium esset illas in prixide in crastinum reseruare. & ita procedit text. in cap. tribus, de cons. dist. 2. id est, in magna quantitate, & ex interuallo. Sot. dist. 12. q. 1. art. 8. in fine.

Item licet Sacerdoti, si particula hostiæ adhæsit palato, sumere haustum vini, quod potest deglutiri ante eandem particulam, & ita non ieiunus. Syluest. in verb. Eucharistia. 2. q. 9. vers. 8. sicut accidere potest in Parasceue, quando particula hostiæ consecratæ cū vino non consecrato sumitur Sot. qui supra.

8 Quæritur, quid si deglutiret aliquid in dentibus insertum Sacerdos? ℞. quod id tunc non subijcitur per modum cibi, sed per modum saliuæ; & ita etiam si deglutiret aquæ guttam, lauando os, non ex proposito, vel aliquā particulam rei, gustando ius; tunc similiter dicitur ieiunus,

modo

modo non in magna quantitate, sed esset permista cum saliua. S.Tho.3. par. sum.q. 80.art.8.ad 4.Sylu.in verb. Eucharistia.3. quæst.6.Sot.dist.12.q.1.art.8.Nauar. cap. 21.num 53.

9 Quæritur, Sacerdos an celebrare possit cibo non digesto ex inopia somni, & mentẽ plurimum perturbaret? ℞. quod & si glos.in cap.ex parte, de celebr.miss. dicat nõ debere Christi corpus sumi antequam cibus sit digestus, tamen veritas est in contrarium: nihil enim refert quãtum ad rationem præcepti somnus, aut indigestio, refert autem ad perturbationem mentis, quam patiuntur homines propter vigilantiam, vel indigestionem, ex quibus si mens multum perturbetur, homo redditur ineptus ad sumptionem huius sacramenti. S.Thom.3.par.quæst.8. art.8.ad 5.

10 Quæritur postremo, si aliqua mora interuenire debet inter sumptionem sacramenti, & reliquos deinde cibos? ℞. quod quantum attinet ad præcepti necessitatem, potest à sacristia Sacerdos ad prandium ire, & hoc ad tollendum scrupulum quorundam nolentium cibos sumere donec species sint digestæ; sufficit enim mora illa, quæ interuenit, scilicet, post communionem, oratio gratiarum actionis, nec obstat text. in cap. trib. de cons.dist.2.quia canon ille est abrogatus. Sot.dist.12.q.1.art.8.col.5.

SVMMARIVM.

1 *Horæ canonicæ, quæ sint.*
2 *Horæ canonicæ quomodo consistant.*
3 *Horæ canonicæ quid significent.*
4 *Horarum canonicarum obligatio vnde.*
5 *Horas canonicas recitare, qui teneantur.*
6 *Horas canonicas recitare, qui excusantur.*
7 *Horas canonicas recitare, qui religiosi non tenentur.*
8 *Officium Beatæ Virginis recitare, qui tenentur.*
9 *Officium recitare non tenentur beneficiati, qui non sunt in sacris, & nullum fructum beneficiorum, nec per se, nec per alios percipiunt.*
10 *Officium recitare tenentur beneficiati, qui licet fructus primi anni ex consuetudine non percipiant.*
11 *Officium tenentur recitare beneficiati, licet omnes fructus beneficij alteri ad pensionem dederint.*
12 *Officium recitare tenentur adolescentes, quamuis parentes eorum, & non ipsi fructus beneficij percipiant.*
13 *Officium recitare tenentur beneficiati, licet tenue beneficium habeant.*
14 *Officium recitare tenentur suspensi, interdicti, & excommunicati.*
15 *Officij recitandi obligatio incipit à die acceptatæ collationis beneficij.*
16 *Officium recitare tenentur illi, qui licet litigent beneficium impetratum.*
Vide cap.7.& 8.infra.

De Horis canonicis, quid, & quot sint, & qui ad illas tenentur.
Cap. VI.

1 QVæritur, Horæ canonicæ, quæ sint? Respondetur, sunt oratio publica sub certo numero Psalmorum, lectionum, & aliorum huiusmodi à sanctis Patribus ad laudem Dei ordinata, & per septem congruentes horas distributa. Turrecrem.dist.91.cap. qui autem, quæst. 1. vel Horæ canonicæ sunt certa pensio diuini cultus debita ab ijs, qui in sortem Domini sunt electi, pro qua in substentationem recipiunt patrimonium Iesu Christi, ext. de præbend. cap.cum secundum, & cap. 1. de celebr. miss. Et dicuntur ab hora horæ, quia certis horis sunt deputatæ. Nauar. de horis can.cap. 7.nu.1. vel possunt dici ab oro oras, quia orando, & contemplando dicuntur.

Dicuntur autẽ canonicæ, quasi regulas à canone, qđ est regula, quia à sacris canonibus sunt inuentæ; & ita virtute canonum, illas recitare tenentur. Dicuntur etiam diuinæ, quia Deo impenduntur. Zabar.in clem.1. de celebr. miss. Dicuntur etiam vigiliæ, vt inquit Abb.c.1. de celeb.mis.quia in eis dicendis debent clerici vigilare.

2 Qũo consistũt hæ Horæ canonicæ? ℞. quod in officio nocturno, & diurno, & dicuntur in septẽ horas, scilicet, Matutinã, Primam, Tertiam, Sextam, Nonã, Vespertinam,

tinam, & Completorium. Iuxta illud Psalm. Septies in die laudem dixi tibi. Officium verò nocturnum propriè dicitur Matutinum, at impropriè continet Primam, quæ dicenda est diluculo. Continet etiam Completorium, quod dicendum est in crepusculo, vel aliquantulum post Io. Andr. in cap. de celebr. miss.

3 Quid significant istæ septem Horæ canonicæ? Respondetur, quòd repræsentant mundi creationem, quæ septem diebus completa fuit; & hominis redemptionem septem præcipuis misteriis consummatam, de qua sunt illi quinque senarij memoria digni à Glos. cap. 1. de celeb. miss. citati, videlicet.

Hæc sunt septenis propter quæ psallimus Horis,
Matutina ligat Christum, qui crimina purgat.
Prima replet sputis, causam dat Tertia martis,
Sexta cruci nectit latus eius, Nona bipartit,
Vespera deponit, tumulo Cōpleta reponit.

4 Quæritur, vnde est hæc obligatio recitandi Horas canonicas? ℞. quod talis obligatio est partim de iure Diuino, & partim de iure positiuo. De iure Diuino est, vt persona ecclesiastica celebret sacrificium laudis, illudq. Deo omnipotenti offerat de fructu labiorum, vt inquit Apost. 1. Corint. cap. 9. è contrario sensu. Nam cum temporalia laici clericis ministrent, æquum est, vt spiritualia metant, cum ergo clerici viuant de bonis laicorum, rationi consonus est, vt pro eis orent, cap. cum secundum. de præbendis.

5 Quæritur, qui tenentur recitare Horas canonicas? ℞. quod quatuor sunt genera personarum, quæ ad recitationem Horarum tenentur sub peccato mortali; videlicet clerici, qui ad sacros ordines sunt promoti, etiam si nullum habeant beneficium, Glos. in cap. 1. de celebrat. miss. Nam quamuis in d. cap. 1. expressio fiat tantum de presbytero; tamen Innocent. in cap. dolentes. eod. tit. minores quoque clericos exprimit, & est sententia S. Thom. quodl. 6. art. 8. & vnanimiter Theologorum, & quia ad sacrum ordinem nullus debet promoueri, nisi beneficiatus, qui ad suum patrimonium loco ecclesiasticorum redditũum voluit promoueri, vt extra de præben. cap. Episcopus si aliquem. Ergo quilibet habens ordinem sacrum tenetur ad Horas canonicas, quia Ecclesia ordinandum illũ, intendit ipsum, vt ministrum Ecclesiæ ad hoc ministerium obligare, & pauperes sibi imputent, quod receperunt ordines sacros, sine beneficiorũ prouisione.

Illi omnes, qui habent beneficium ecclesiasticum etiam si sacris ordinibus careant; quia beneficiati etiam, cum à laicis beneficiorum redditus habuerint, vt pro illis Deum orent, & laudent, qui per occupationes suas non ita sedulo id facere possunt; non solum ex statuto Ecclesiæ, sed etiam naturali iure ad diuinum officium tenentur: nam propter officium, datur beneficium, cap. fin. de rescript. lib. 6. Et sicut, qui altari seruit, de altare viuere debet, cap. cum secundum Apost. de præben. & hoc clare habetur per declarationem Conc. Lateran. sub Leone X. sess. 6. §. statuimus, vbi habetur: Quod elapsis sex mensibus, nemo beneficium curatum, vel simplex habens ab eius consecutione excusetur à recitatione Horarum, quod intellige, scilicet, à restitutione fructuum ante sex menses, non autem à peccato mortali, is, qui illud omiserit per sex menses, nisi legitimum impedimentum interfuerit. Nauar. cap. 25. Man. nu. 122.

Omnes Religiosi, & Religiosæ, qui, & quæ ad Chorum sunt deputati, vt clerici, & non ad officia laicalia inseruientes, eodem iure tenentur. & per text. in cap. fin. vers. deputatus. dist. 92. Nauar. cap. 25. num. 96. & cap. 7. num. 1. de Horis canon. Alij verò qui peculiari voto ad id se adstrinxerit; quod procedit etiam si monachus non esset in sacris, & habitu derelicto, siue sponte, siue ob culpas suas, aut retenso habitu viuit extra monasterium. idem Nauar. d. cap. 7. num. 20. At Nouitij, iuxta communem opinionem non tenentur illud persoluere, iuxta Syluestr. in verb. hora. quæst. 2. vers. 6. Nauarr. dicto cap. 7. num. 23. de horis canonicis.

6 Quæritur, illi qui non habent nisi ordines minores, vtrum teneantur ad Horas

ras canonicas recitandas? Respondetur, quod non, quia nullum inuenimus canonem, ex quo elici possit eos aliquando obligatos fuisse, nam cap. fin. dist. 91. in quo fundatur glos. expresse loquitur de clericis beneficiarijs ad aliquam Ecclesiam deputatis.

7 Quæritur, religiosi professi, & professæ non ad Chorum, sed ad opera seruilia, vel bellica deputata, vtrum teneantur ad Horas canonicas? ℞. quod nó, sed ad alias orationes loco illarum eis ab ordine, seu regula statutas: & si eorum regulæ obligant ad mortale, tenentur sub peccato mortali. Equites autem, qui sunt in sacris, cum teneantur ad Horas canonicas, liberi sunt ab illa obligatione illarũ orationum, quas loco Horarum eorum regula præcipit.

8 Quæritur, vtrum omnes supradicti teneantur recitare officium B. Mariæ Virginis? ℞. quod non, licet Nauar. cap. 10. de horis canon. contrarium afferat, nisi aliquis pensionem fructuum, vt clericus percipiat; quia tunc non recitando horas B. Mariæ Virginis, peccaret mortaliter, & teneretur ad restitutionem, secundum constitutionem Pij V. incip. Ex proximo relatam ad verbum per Char. Neapolit. de recit. horis can. cap. 7. lib. 4. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 222. & 108. Quæ quidem constitutio comprehendit pensionarios, non quoscunque, sed tantum illos, qui pensionem percipiunt, vt clerici. Eiusmodi sunt plures curiales insistẽtes seruitijs Papæ, aut Cardinaliũ, vel aliorum Prælatorum, aut plures adolescentes vacantes operam literis, non autem, qui illam percipit, vt laicus, quod est quando datur viris benemeritis pro aliquo temporali commodo, facit quod notant Doctores in cap. quamuis, el secondo. de præben lib. 6. & Card. in clem. quia regularis, de supplen. neglig. prælatorum. nam pensio etiam laicis concedi potest. 16. q. 2. cap. possessiones, & quæst. 6 illud.

9 Quæritur, vtrum illi, qui non percipiũt fructus beneficij, nec sunt in sacris teneantur ratione beneficij recitare horas canonicas? ℞. quod si nullos fructus, neque per se, neque per alios percipiunt, & per eos non stat, quo minus illos percipiant, nec in posterum pro eo tempore percepturi sunt, non tenentur illud recitare; nam in eis cessat illa ratio obligationis, Nauar. de horis canonicis, cap 7. num. 28.

10 Quæritur, vtrum excusentur illi, qui beneficiorum suorum fructus primi anni ex consuetudine, aut priuilegio debent dare fabricæ, sacristiæ, pauperibus, aut prædecessori mortuo? ℞. quod tenentur illo primo anno recitare officium, etiam si nihil percipiant, ita tenet Petr. de Palud. 4. & 5. dist. 15. quæst. 5. Turrecr. dist. 91. cap. 1. Nauar. autem cap. 7. num. 30. de horis canon. dicit eos teneri, quia huiusmodi priuilegia sunt abrogata à Pio V. & si vellent litigare, haberent medietatem fructuum per declarationem Ioannis XXII. sed excusat Canonicos, quia non debent litigare contra suam Ecclesiam.

11 Quæritur, beneficiati, qui dederint alteri omnes fructus beneficij in pensionem, vt renuntient alicui beneficium, vtrum excusentur à recitatione officij? ℞. quod tenentur, & ratio est, quia verè beneficiarius est. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 103. cap. 7. num. 70. & cap. 20. num. 15. de hor. can. Quod idem censendum est de eo, qui omnes fructus beneficij dat Sacerdoti capellano, vt pro eo dicat officium; & ratio est, quia cum istud sit onus personale, per alios solui non potest; cum non transgrediatur personam, arg. l. quia tale. ff. sol. matr.

12 Quæritur, vtrum excusentur adolescentes, quorum patres, vel Auunculi, pro eis recipiunt fructus? ℞. quod non, quia qui per alios recipiunt, non minus tenentur recitare officium, quam si per se reciperent. Nauar. cap. 25. num. 103. & ratio est, quia hoc onus dicendi officium inhæret inseparabiliter personæ beneficiati, eamq. sequitur sicut lepra leprorum, vt Ciuilistæ dicunt de actione personali, vt per Iason in §. omnium, nu. 2. de act.

13 Quæritur, vtrum à recitatione officij excusentur, qui habent tenue beneficiũ? ℞. quod non excusantur, sed peccant mortaliter, si illud non recitant, ita glos. communiter recepta in cap. 1. de celebr. miss. & in cap. clericus victum distin. 91.

ex Con,

ex Conc. Carth. vbi statuitur, quod clericus victum, & vestitum sibi artificiolo, vel agricultura absque officij sui duntaxat detrimento præparet. Alber. de Ferr. in tract. de hor. can. quæst. 8 Sylu. in verb. hor. quæst. 2. Couar. lib. variar. resol. cap. 73. vers. 73. vers. 12 Nauar. cap. 7. num. 27. & cap. 21. num. 11. de horis canon. contra Sotum lib. 10. q. 7, art. 3. de iust. & iur. tum quia sibi debet imputari, qui illud accepit; tum quia solo suo arbitrio nititur, & subdit non excusari, etiam si Ecclesia prius erat diues, & postea facta est inops; sicut & in matrimonio carnali vir tenetur ministrare necessaria vxori, etiam si talis sit, quod ei debitum reddere non valeat.

14 Quæritur, si beneficiatus esset suspensus, interdictus, & excommunicatus, vtrũ excusetur à recitatione officij? Respondetur, quod non, nam & si iustissimè fructibus beneficij sit priuatus propter excommunicationem, glos. in l. inter quos. §. dam. infect. glos. com. recep. in cap. pastoralis. §. verum. de appell. tenetur tamen Horas canonicas recitare priuatim, & occultè dicere ratione beneficij, glos. fin. in cap. presbyterum. distin 28. cap. 2. cap. illud, de cler. excomm. ministr. quod idem dicendum est omnino ratione ordinis sacri in clerico deposito, vel suspenso, vel excommunicato, etiam si quis fuerit solemniter, & actu degradatus, Sylu. in verb. degradatio, quæst. 8. Et licet beneficiatus non teneatur recitare officium ratione beneficij. vt explicat Cardinalis in §. 1. 91. dist. art. 6. tamen ratione ordinis sacri, si quem habet, manet addictus illas priuatim recitare, nec eum excusat, quod redditus ecclesiasticos non percipiat, cum id eius culpa contigerit: & ratio quare excommunicati, vel depositi teneantur dicere officium, est quia excommunicatio, quæ est facta in odium excommunicati, non debet illis prodesse. facit glos. penult. cap. pro illorum. de præben, quæ dicit, quod valent gesta per excommunicatum in præiudicium eius. Nauar. in cap. 23. nu. 202. & in c. 7. nu. 19. de hor. canon. inquit. quod & si teneatur dicere officium, non tamen debet dicere: Dominus vobiscum, vel similia, quæ ad ordinis sui dignitatem pertinent; ita ante ipsum, Sylu. in verb. hora. quæst. 3. & pro his est regula communis, quod inducta in odium, non debent retorqueri in fauorem, l. elegator §. fin. ff. de interd. & releg l. 2. §. nemo, vbi glos. in verb. exuitur. ff. de capit. dimin. facit glos. in cap. 2. in glos. pen. in fin. de confess. lib. 6.

15 Quæritur, quando incipit ista obligatio? Respondetur à die acceptatæ collationis, Nauar. de hor. can. cap. 7 num. 29. quia per solam collationem acceptatam quæsitam acquiritur ius in re, & dominium beneficij, & fructus debentur beneficiario à die acceptatæ collationis tanquam Domino. Vnde si moritur prouisus etiam ante quæsitam possessionem, beneficium illũd vacat, per eius mortem. Aliter autem dicendum est de canonico, non habente nisi Chori distributiones, concedi posset cum Nauar. quod non teneatur illud recitare, nisi, à die habitæ possessionis, vel à tempore quo per eum stat, quo minus illum accipiat, qui ante habitam possessionem nihil potest lucrari; secus si vltra distributiones, habet etiam præbendam, quia illius fructus percipiet à die acceptatæ collationis.

16 Quæritur, vtrum excusentur à recitatione officij illi, qui litigant impetrata beneficia etiam si eorum possessionem non habuerint? Respondetur secundum Nauar. in cap. 7. num. 28. de hor. can. & in Manual. cap. 25. num. 104. quod tenentur, quia sperant post latam sententiam simul cum possessione sequestratos fructus, vel ab aduersarijs perceptos obtinere, licet Petr. de Palud. 4. 5. distinct. 15. quæst. 5. & Turrecrem. dist. 91. cap. 1. contrarium teneant, quia fructus percepti saltem post litis contestationem actori debeantur, si vincat, etiam si contra possessionem super proprietate litigent, tam in spiritualibus, quàm in profanis, & confirmatur, quia ex eo quod litigant, consenserunt collationi, & sperant se obtenturos beneficia cum fructibus, vel per remissionem fructuum perceptorũ, vel eorum compositionem, vel simpliciter, ergo debent facere fructus suos recitando Horas canonicas. Nec obstat si dicatur, quod possent etiam nihil obtinere, quia securior pars est tenenda, quæ est il-

est illas recitare, & etiam quia conscientiæ dictamen,& obligatio sumitur ex eo, quod creditur,& speratur.

SVMMARIVM.

1 *Horæ,quæ sint dicendæ.*
2 *Horæ quando sint dicendæ.*
3 *Horæ vbi sint dicendæ.*
4 *Horæ quando priuatim dicuntur.*
5 *Horarum ordinem inuertere quid.*
6 *Horas transponere sine peccato.*
7 *Officium vnum pro alio dicere quid.*
8 *Officium recitare sine attentione quid.*
9 *Officium non recitare, qui excusantur.*
10 *Officium non recitans, quas pœnas incurrat.*
11 *Officium B. Mariæ, Mortuorum, septem Psalmos,& Graduale recitare,quomodo, & qui teneantur.*
Vide cap.8.in fin.

Quæ Horæ sint dicendæ, quomodo,& quando. Cap. VII.

1 QVæritur, quæ Horæ sunt dicendæ? Respondetur,illæ, quæ ex decreto sacr. Concil. Trident.& Pij V. iussu æditæ sunt; vel aliæ, quarum institutio ducentos annos antecedit, vbi eas recitandi est consuetudo. Cætera omnia breuiaria abolita sunt, vt patet extrauag. Pij V.

2 Quando dicendæ sunt Horæ istæ? Respondetur,tempus, quo præcepto de recitandis his Horis satisfit, est totus dies, incipiendo à Vesperis præcedentis diei, vsque ad mediam noctem diei sequentis: ita tamen, quod solum Matutinum; cum Laudibus licet dicere post Vesperas, & Completorium præcedentis diei. Nam, vt determinat Alex. III. & habetur extra de ferijs, cap. 2. licet scriptum sit: De vespera in vesperam celebrabitis sabbata vestra. Festorum tamen principium, & finis, iuxta eorum qualitatem diuersarum regionum consuetudinem debet attendi, & sicut magnitudo dierum exigit, prius incipere, & tardius terminari. vbi notat Glos. quod dies incipit, & terminatur diuersis horis,diuerso respectu. Quo ad officij ergo recitationem, vt inquit Caiet. dies incipit à Vesperis, & durat vsque ad mediam noctem diei sequentis.

3 Quæritur vbi recitandæ sunt Horæ canonicæ? Respondetur, Horæ canonicæ licet dicendæ sint horis debitis, tamen siue in Ecclesia dicantur, siue extra illam priuatim recitantur, vt horæ officij correspondeant horis diei, non quidem strictè, sed saltem largè consideratis parum refert. Quod probatur primò, quia sic iubetur in clem. 1. de celebr. missarum. Secundò, quia Horæ canonicæ non sunt sic distinctè, nec iubentur sic recitari in fauorem recitantium, vt diuidendo commodius officium recitent,sed in fauorem diuini cultus, & animarum recitantium, vt Diuini cultus magis augeatur, vt oratio sit frequentior, & diuturnior. Tertio probatur ex communi omnium Canonistarum, & Theologorum de hoc loquentium sententia. Hugo de S. Victore,inquit: Quod ante horam orare,est prouidentiæ, post negligentiæ, debita verò obedientiæ. Quod verò dicit de præuentione, intelligendum cum iusta causa, vt exponunt Doctores; nam prouidentia non est contra obedientiam. Et in vitis Patrum habetur diuina reuelatio, quam ad hoc propositum Ioan. Andr. Abb. & alij referunt in cap. 1. de celebratione missarum. quod cuidam Eremitæ sancto, quando Horas recitabat horis debitis, veniebat Angelus, & ferebat vuas maturas bonas ad comedendum; quando præueniebat, portabat vuas acerbas,& immaturas, id est agrestas; quando verò post ponebat, afferebat vuas marcidas. Veruntamen tum priuatim, quam publicè in Ecclesijs, quando aliqua superueniente causa, debitis horis recitari, melius est præuenire, quam differre, vt dicunt Doctores cum Hugone.

4 Quæritur, cum priuatim dicuntur Horæ, vtrum requiratur tam vrgens causa sicut cum in Ecclesijs cantentur? Respondetur, quod non; nam qui sunt occupati in operibus pijs,

vel in literis discendis, vel docendis, & similibus, vt eis commodius insistant, possunt post Vesperas, & Completorium recitare Matutinum cum Laudibus diei sequentis, vt inquit Sanctus Thom. quodl. 5. art. 28. quem omnes sequuntur. Et qui timent ne eis desit tempus ad recitandum Horas deuotè, & attentè, ob negotia sibi occurrentia, possunt diluculo recitare omnes Horas vsque ad Vesperam, vt fit à multis Illustrissimis, & Reuerendissimis, & alijs in Vrbe, vt dicunt Innocen. & Ioan. Andr. & communis sententia. ad quod etiam facit cap. 1. de celebrat. missæ. Et ibi Sanctus Thom. dixit licitum esse recitare Matutinum sequentis diei de sero, propter necessitatem literarum, aut honestarum occupationum; subiunxit etiam esse peccatum, si id fit, vt quietius somnolentiæ, & voluptati vacetur; quod autem non sit, nisi veniale, etiam si dicatur Prima, immo, & Matutinum post meridiem, etiam post decimam, & vndecimam horam, à meridie dummodo ante mediam noctem finiatur.

5 Quæritur, vtrum sit peccatum illi, qui per negligentiam, aut incuriam, immo etiam scienter inuertit ordinem Horarum citra contemptum? Respondetur, quod peccaret tantum venialiter, nec est necessarium horam iam dictam iterare, vt si dicantur Horæ memoriter, & postea Matutinum, cum commodè posset expectat, donec habeatur Breuiarium, vt inquit S. Ant. 3. part. tit. 13. cap. 4 §. 4. Aug. verb. hora. § 12. Syluest. verb. hora. quæst. 9. Nauar. de horis canonicis. cap. 3. num. 68. quod intelligitur ex Innocent. in cap. dolentes. de celebrat. missæ.

6 Quæritur, vtrum sit peccatum transponere Horas, & Psalmos, verbi gratia, post Tertiam, Sextam, & Nonam, recitare Primam, aut primum Psalmum Primæ, post Nonam? Respondetur, quod aliquando non est peccatum, vt qui non potuit interesse principio Chori, potest cum alijs cantare, quæ dicuntur, & postea solus recitare alia; & qui cum suo prælato, cum non dixerit Primam, debet recitare Tertiam, Sextam, & Nonam. Similiter iter agentes, qui non habent tempus recitandi in diuersorio totum officium possunt equitando recitare Psalmos, quos memoria tenent, vel facile legere possunt, & postea domi recitare lectiones.

7 Quæritur, si mutetur officium, videlicet, quod deberet fieri de feria, & fit de Sancto, vtrum peccent? Respondetur, quando priuatim dicitur propter deuotionem ad illum Sanctum, vel si fiat ex inaduertentia, est veniale: at si fiat in fraudem, vt dicatur officium breuius, est grauius peccatum. Syluest. verb. hora. quæst. 12. dicit esse veniale, quia præceptum est de recitando officio, & non de officio determinato. Sed extrauagan. Pij V. est etiam præceptum de officio determinato: vnde si fieret de Sancto illo die minimè occurrente, quia officium est breuius crederem esse mortale, quia videtur esse contemptus.

8 Quæritur, vtrum requiratur actualis intentio, vt quis satisfaciat obligationi? Respondetur, quod quilibet ad officium obligatus tenetur sub peccato mortali à principio officij habere actualem, vel saltem virtualem intentionem satisfaciendi debito de recitando officio. Sed quid si putat, vel accipit breuiarium sine aliqua alia expressione, & interrogaretur, quare illud velit: responderet quidem, vt debito suo, de recitando officio suo, satisfaciat, illum iudico virtualem hanc intentionem habere? Attentio autem necessaria ad officium, est illa verborum, & finis orationis, id est, qui recitant officium debent attendere, vt benè legant, nihil omittant, & ne vnum pro alio dicant, & quod recitando officium, Deum laudent, & orent. Attentio autem rerum significatarum per verba non est necessaria, & est paucorum. Recitare enim officium sine actuali attentione, menteque euagata ex infirmitate, non est peccatum mortale, immo nec aliquando veniale. Nam, vt inquit Sanctus Thomas secunda secundæ quæstione octuagesima tertia, articulo decimo tertio, ad secundum. mens humana propter infirmitatem naturæ diu in alto stare non potest: pondere enim infirmi-

tatis

tatis humanæ, anima ad inferiora deprimitur; & ideo contingit, quod sæpe mens subito ex quadam infirmitate, fine aliquo proposito vagatur, percludat subito cum Abraham aditum turbæ fantasmatũm, vt inquit Glos. Genes. 15. & 2.Reg.7.

Recitare ergo officium sine actuali intentione, ex sua desidia, licet sit peccatum propter negligentiam; non tamen est mortale, & illud recitans, non satisfacit. Eiusmodi sunt illi, qui aduertunt mentem suam circa alia, ita euagari, vt planè ab omni officij attentione euagetur; & cum hoc aduertunt non procurant animum suum ab ijs reuocare.

9 Quibus de causis excusentur hi, qui non recitant officium? Respondetur, quòd multæ sunt causæ.

Prima infirmitas talis, ob quam directè, vel indirectè Horarum recitatio infirmo noceret, quod intelligendum de nocumento notabili, & de toto tempore satisfaciendo præcepto. Vnde febris leuis, quæ non impedit colloquia grauia, & negotiorum, ac rerum grauium ordinationem, non excusat, nec excusat magna febris, quæ statutis horis aduertit, & infirmum ita inuenit, vel ita postea relinquit, vt sine graui incommodo illas recitare possit. Host. in cap. 1. de celebr. miss.

Secundum est occupatio repentina, atque sine scandalo, aut peccato omitti non possit, vt si ad sedandum populi tumultus, ad concionem præparandam, quæ sine scandalo, aut magno damno omitti non potest: ad lectionem in concursu publico perlegendam ad publicas conclusiones defendendas. Henr. de Gand. quol. decimo quinto quæstione duodecimo. Maior, 4. §. distinct. duodecima. quæst. 6. Sylu. verb. hora. quæst. fin.

Tertia, defectus Breuiarij, etiam si sua culpa contingat; nam quamuis peccauerit, Breuiarium cum posset non emendo, vel non secum portando, tamen si de hoc peccato verè pæniteat, non peccat: potest tamen recitare ea, quæ memoria tenet, Nauar. in Manual. c. vigesimo quinto, numero 101. & de horis canonicis cap. 9. num. 38.

Quarta est dispensatio Papæ, nam licet oratio sit de iure diuino, hic tamen modus orandi est de iure positiuo.

Quinta, si non percipiuntur fructus beneficij, & non nisi ratione beneficij ad illas tenentur (vt superius diximus) & tandem consulendum esset, vt qui horas canonicas recitare non possunt; compensent in alijs orationibus, vel eleemosynis, eo modo, quo possunt, & ego quidem Sacerdotem illum, seu beneficiatum, qui ob superuenientem cœcitatem non potest recitare Horas canonicas: & cum alias sit sanus, commodè alias orationes, vel coronas, recitare potest, & nihil Horarum dicere, aut facere vellet, difficile excusarem, etiam si nullum sit ius positiuum, quod illum ad id obliget, quia est ius naturale. Sed quia hoc ius nihil determinat, nec quantitatem, nec qualitatem orationis, nec locum, nec tempus, neminem auderem damnare peccati mortalis, vt etiam inquit Nauarrus, nisi illum denique, qui habet perpetuum impedimentum legendi, vt cœcus, & nullam vnquam peculiarem orationem facit ratione huius obligationis.

10 Quæritur quas pœnas incurrunt non recitantes Horas canonicas? Respondetur omittentes officium sine aliqua rationabili causa excusante, mortaliter peccant toties quoties relinquunt in totum, vel in partem; immo secundum D. Ant. de Butr. in cap. dolentes. num. 11. de celebrat. miss. quod pœna non dicentis officium cum debita deuotione, est peccatum inobedientiæ, per quod dicit gloss. in d. cap. quod priuandi sunt beneficij, cap. illud. de maiorit. & obedien. quia peccatum paganitatis incurrit, quisquis Sedi Apostolicæ parere contemnit. distinct. 76. cap. 51. qui sunt presbyteri. distinct. 28. cap. præter hæc, & infidelis esse conuincitur, & iudicatur. cap. sciendum. 18. quæst. 1. nulli dubium est, præter peccatum mortale, teneris ad restitutionem pro rata beneficiatos non recitantes officium,

ficium; & ratio est, quia quando aliquid datur ob causam; causa non sequuta, illud repetitur, vt ff. de condit. ob causam. sed beneficium datur propter officium. cap. vltimo. de rescript. lib.6. not. Cald. in cap. 1. de celebr. miss. ergo officio non dicto, fructus restituendi sunt. Et nouissimè, vt nullus excusationem afferre posset vltra hoc onus recitandi horas canonicas. Statuit Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. vt nullus ante annum decimum quartum beneficium obtinere possit, & ratio est ne sit exemptus à recitatione Horarum. Quare nemini nescienti recitare illas, licitum est beneficium acceptare. Et quamuis Concil. Lateran. in d. §. statuimus. non cogat beneficiarium in primo semestri teneri ad restituendum fructus, tamen mortaliter peccat, vt supra diximus, & Nauar. in Miscell. 61.

Illi verò, qui pensiones, vel alias res ecclesiasticas, vt clerici percipiunt, & non recitant officium paruum B. Mariæ Virginis, debent restituere fructus, aut Ecclesiæ, aut pauperibus, vt patet in Bulla Pij V. super hoc edita. Nec liberatur quis ab obligatione satisfaciendi, si alteri recitare facit, vel ipse toties alijs diebus dicat, quoties omisit, cum hoc sit onus personale, pro quolibet die determinatè, immo ille, qui officium reliquit, non debet iniungi, vt easdem Horas, repetat, sed aliqua alia pœnitentia imponenda est.

11 Quæritur, qui tenentur recitare Horas canonicas, vtrum teneantur etiam recitare officium beatæ Virginis Mariæ, & mortuorum? Respondetur, quod inter Doctores controuertitur quæstio; tamen videtur quod regulariter non tenentur, sed tantum in Choro tenentur, & non extra Chorum, & in illis Ecclesijs vbi de consuetudine recitantur, tunc recitanda sunt sub pœna peccati mortalis, præcipuè officium beatæ Virginis, quæ est omni laude dignissima, de hoc vide Sot. de iust. & iur. lib. 10. quæst. 5. art. 4. ex cuius dictis videtur posse colligi illud esse de præcepto, non quidem de iure, sed de consuetudine. Nouissime verò per extrauag. Pij V. (vt supra diximus) non tenentur dicere extra Chorum officium beatæ Mariæ, Mortuorum, septem Psalmos, & Graduales. Officium verò Mortuorum postridie festi omnium Sanctorum, manifestum est omnes clericos in sacris teneri, cum sit illius diei proprium. Quo ad Chorum autem seruanda est vniuscuiusque Ecclesiæ consuetudo; & vbi est consuetudo illa recitandi, recitare debent vigore eiusdem extrauag. Quod ergo in Rubricis Breuiarij Romani præscribitur, quibus diebus ista dici debeant, non est præceptum, sed consilium saluberrimum.

SVMMARIVM.

1 *Diuinum officium recitari debet voce articulata, attentè, & non syncopando.*
2 *Attentio, quæ orationi vocabuli adhiberi debet.*
3 *Officij partem omissam quomodo suppleri debeat.*
4 *Horæ canonicæ, quo in loco recitandæ.*
5 *Qui excusantur à recitatione officij.*
6 *Qui excusantur à recitatione officij an teneantur ad alia.*
7 *Qui breuiarium non habent an excusentur à recitatione officij.*
8 *Qui impeditus à repentino impedimento, an excusetur à recitatione officij.*
9 *Romanus Pontifex an possit dispensare à recitatione officij.*

De qualitate dicendi diuinum officium. Cap. VIII.

1 QVomodo recitari debet Diuinum officium? ℞. quod textum in cap. dolentes, extr. de celebrat. miss. inquit, quod recitandum est studiosè, & attentè, & deuotè: studiosè quo ad officium oris, quia officium pronuntiari debet voce articulata, clem. 1. de celeb. miss. & extrauag. 1. de vita, & honest. cleric. 1. vt saltem orans seipsum intelligat, vel recitans cum alio, se inuicem intelligant. Et non obstat, quod legere est oculis perspicere. lib. 1. vbi glos. Bald. Ang. & alij. ff. de his, quæ in test. del. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres, quæst. 4. in fin. ff. de verborum obligation. sufficere videtur, vt cum quis recita-

recitare intendit Horas canonicas, oculis perspiciat officium. Nam respondetur illud procedere in oratione vocali priuata, quæ fit ex deuotione: sufficit enim tali casu, vt quis oculis perspiciat, id est, oculatim percurrat Psalmos. Secus tamen est de oratione vocali publica, quæ cantatur in Ecclesia per eorum ministros, qui Horas canonicas recitare tenentur, iuxta glos. not. in clem. vnic. de reliq. & vener. Sanct. quia illa pronuntiari debent voce, lingua, & labijs, tum ad excitandam deuotionem ipsius audientis, tum vt magnificetur Deus, tum vt totis viribus, corde, & opere Deo seruiatur, cap. nonnumquam, de consecrat. distinct. 5. Debet ergo verba proferre integra, vt probatur in d. extr. 1. de vita, & honestate clericorum, & non syncopando, vel aliquid omittendo. d. cap. dolentes. Syncopa enim est figura, quæ de medio tollit, vt not. cap. 25. num. 99 signific. Hinc infertur secundum Nauar. in Manual. cap. 25. num. 99. Quod dicere Horas cum balbutientibus, & versus notabiles anticipare, fine animo repetendi, est peccatum mortale. Deuotè verò, refertur ad officium cordis 23. dist. cap. psalmista, id est, vt animus in diuino officio fit attentus; vnde inquit Augustinus. Hoc versetur in corde, quod profertur in ore. & Paulus: Orabo spiritu, orabo, & mente. Hæc autem attentio est de præcepto, & peccat mortaliter non habens talem attentionem saltem virtualiter. Nauar. cap. 25. nu. 105. & 106. Quod intellige, nisi necessitas, vel vtilitas, quæ dilationem non patitur &c.

2 Quæritur, quomodo intelligitur ista attentio? Respondetur, attentio, quæ rationi vocabuli adhiberi debet, quadruplex est, vna, qua attenditur ad verba ne in eis erret. Secunda, qua attenditur ad sensus verborum. Tertia, qua attenditur ad finem orationis, scilicet ad personas, ad quas diriguntur, id est ad summam Trinitatem Angelos, & Sanctos eius, & ad rem pro qua oratur, id est, ad assequendam beatitudinem, gratiam, & virtutes. Quarta, qua quis attendit ad ipsum Deum, cum quo loquitur, vel meditando eius passionem, aut alia misteria. ita S. Tho. 2. 2. q. 83. art. 13 Caiet. in verb. horæ, cap. 3.

3 Quæritur, vtrum supplere teneatur omissum ille, qui per obliuionem, vel inaduertentiam horam aliquam, vel eius partem notabilem omisit, vel præpostero ordine eas recitauit? Respondetur, quod & si non tenetur amplius recitare supplere tamen tenetur omissum. Nauar. cap. 25. num. 99. Sed qui scienter prætermissa vna hora dicit sequentem ex rationabili causa, puta in adiutorium Chori necessarium, non peccat, sed sufficit ei supplere, nisi præcessisset negligentia, vel mora in dicendo, quod Chorus dixit, Sylu. in verb. hora, quæst. 9. art. 4. Imò consultius est, si ex culpa omiserit, vt in Choro posteriores dicat, & postea priuatim, priores persoluat, quam si vt ordinem seruet, à Choro absit. Sot. lib. 10. quæst. 5. art. Nauarr. de hor. can. cap. 3. num. 65.

Item recitans tertium nocturnum, & aduertit se Hymnum, aut Psalmos primi nocturni omisisse, debet dolere de negligentia, & supplere, sed non tunc, sed post officium expletum, & hæc si recordatur intra tempus ad quod dicere tenebatur, id est vsque ad mediam noctem, aliàs satisfaciat arbitrio Confessarij. Sylu. in verb. hora. num. 15. vers. 3. qui quidem Confessarius non tenetur de præcepto iniungere, vt illud suppleat, sed quid aliud. Abb. in cap. 1. de celebr. miss.

4 Quæritur, quo in loco recitandæ sunt Horæ canonicæ? Respondetur, quod quilibet in sacris, vel religiosis, & beneficiarius in Ecclesijs persoluere debent. clement. de celebrat. miss. iuxta illud: In Ecclesijs benedicite Deo; tunc quia templa in hoc extructa sunt, atque destinata, vt illic horæ celebrentur, sicuti, & in Missarum solemnia, tunc ratione concursus populi, tum ratione variarum misteriorum, quæ recensentur à Sancto Thom. 2. 2. quæstione octuagesima quarta, articulo tertio ad secundum, & hæc de publica, & solemni oratione.

Quo verò ad officium diuinum priuatim soluendum attinet, licet decentior locus sit Ecclesia, iuxta illud Ps. Vnam petij à Dño hanc requiram, vt inhabitem

in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ; vbique tamen potest fieri, & satis fit præcepto, iuxta illud Pauli 1. Timoth. cap. 2. qui ait. Volo viros orare omni loco. vt not. Zabar. in clem. 1. de celebrat. miss. Sot. lib. 10. q. 5. art. 4. in fin. Nihilominus tamen ij, qui priuatim officium Diuinum canonicè soluunt, curare debent; vt si non in Ecclesia saltem domi, & honestiori loco, vbi attentè, & deuotè Deo tam egregium religionis officium valeant exhibere, & quòd diximus licere vbique orare; fallit primo, vt illud nō liceat in locis indecentibus, & vbi profana fiunt, & inter compotandum, & dum naturæ ceditur, nam id saltem sine culpa veniali esse non potest; quare tempus est multò congruentius orandi differre, quam illis locis, aut temporibus orare. Sot. qui supra Nauar. de hor. can. cap. 4. & cap. 25.

5 Qui excusantur à recitatione officij? ℞. secundum S. Tho. opusc. 65. de hor. can. quod clericus notabiliter infirmus. cap. clericus victum, & cap. cler. dist. 91. Abb. in cap. 1. de celebrat. miss. habetur enim hic infirmus, ac dixisset, cap. 1. de cler. egrot. & non intelligitur de leui infirmitate, sed de notabili, & an infirmitas sit notabilis nec ne, non statur iudicio infirmi, sed medici, nisi certum esset infirmitatem esse grauem; quia tunc posset infirmus authoritate propria dispensare. Nauar. cap. 3. num. 62. de hor. can. Attamen si dubia esset, sufficit authoritas Prælati; nec est de hoc dubitandum. Solet esse quædam infirmitas, quæ excusat à recitatione officij in Choro, sed non, vt non dicat officium domi. Nauar. de hor. can. cap. 11. Cœcus, & surdus tenentur recitare, quæ memoriter sciunt, ob illam regulam, quæ ita se habet, quod si tenetur ad faciendum aliquid, si non potest facere totum, eo modo, quo debet, tenetur facere partem eo meliori modo, quo potest, argum. l. impossibilium. ff. de reg. iur. lib. 6. Hinc qui totam Quadragesimam ieiunare non potest, tenetur eius partem, quam potest ieiunare, secundum omnes dist. 15. in 4. sent. & Nauar. de hor. can. cap. 11.

6 Quæritur, illi, qui à recitatione officij ob infirmitatem excusantur, vtrum teneantur post illam, officium recitare? Respondetur secundum Zabar. in clemen. 5. num. 6. de celebr. miss. quod non tenentur, nec illud etiam tenentur audire alio tempore egritudinis, nec loco officij Deum mente precari, iuxta Palud. in 4. sent. dist. 11. q. 8. art. 2. concl. 1. Sylu. in verb. hora. quæst. 4. Nauar. cap. 25. nu. 100. & 101.

7 Quæritur, vtrum excusetur, qui Breuiarium non habet, vt quia iter faciens, reliquit Breuiarium domi, & reperitur in remotis regionibus, ita vt nec possit emere; puta quia pauper, nec mutuo inuenire, vel esset inter infideles, vbi Breuiarium neutiquam reperiretur? Respondetur, quod excusatur, sed tenetur recitare ea, quæ memoriter retinet, exceptis lectionibus, & responsorijs, quæ non recordatur. Quinimmo de consilio substituere aliquos psalmos pro illis, quos ignorat. Sot. lib. 10. q. 5. art. 3. Nauar. de hor. can. cap. 11.

8 Quæritur, si quis impeditus adeo necessario, & repentino impedimento, vt tempus dilationem non patiatur satisfaciendi, neque ante mediam noctem, sine magno scandalo, vtrum excusetur? Respondetur, quando officium persoluere esset impedimentum maioris boni, iuxta Nauar. de horis canon. cap. 7. num. 29. vt si necesse foret impeditum esse circa infirmos, vel prædicationem, aut confessionem, vel ad sedandos populi tumultus, qui excitantur, vel aliter, vt nullatenus possit orare, modo fraus omnino caueatur; nam si fortasse fuerit quis negligens, cum possit prius, & noluisset, non excusaretur, Sot. de iust. & iur. lib. 10. q. 1. art. Quod non procedit circa occupationem in studijs literarum, vel in suscipiendo gubernandi, vel legendi munus, iuxta Sylu. in verb. hora.

9 Quæritur, vtrum quis possit dispensari à Romano Pontifice à recitatione officij? Respondetur secundum Panorm. in cap. 1. vltim. not. de celebrat. missar. quem sequitur Decius in cap. quæ in ecclesiarum, num. 53. de constit. afferentes Papam posse dispensare circa modum dicendi officium, licet ex voto, illud tollere non possit. Et Episcopus non potest dispensare quo ad suos subditos,

nec

nec Abbas, nec Abbatissa, quo ad monachos suos, moniales, Nauar. cap. 10. nu. 24. vsque 32. de hor. can.

De officio Missæ. Vide partem primam huius lib. cap. 24. Nunc verò de breue expositione Missæ. Cap. IX.

Missa dicitur tribus modis, aut pro sanctis, aut pro viuis, aut pro defunctis: Missa pro Sanctis terminatur per Ite missa est: quia ad æternam illam gloriam inuitamur, in qua Sancti requiescunt. Ideo dicitur: Ite missa est: id est hostia à Patre nobis missa est, Ideo festinate ingredi in illam æternam patriam.

Missa pro viuis terminatur per Benedicamus Domino, quia Ecclesia sancta nos hortatur in hac peregrinatione, vt igitur Deum benedicamus, iuxta illud Psal. 113. Nos qui viuimus benedicimus Domino.

Missa verò pro defunctis terminatur per Requiescant in pace; quia eis requiem optamus.

Missa quotidie dicitur secundum ordinem officij de Festo duplici, vel semiduplici, vel simplici, de Dominica, vel feria, aut de octaua, & extra ordinem officij votiua, siue pro defunctis.

De Festo duplici.

Quando in Calendario reperitur hæc vox, Duplex, tam officium, quam Missa dicitur de duplici illis diebus, & festis mobilibus. In duplicibus dicitur vna tantum oratio, nisi aliqua commemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur, vt assignatum est in proprijs Missis. Et quãdo dici debeat Gloria, & Credo, dicitur inferius in suis locis.

De semiduplici, & simplici, & Dominica.

Quando in Calendario ponitur hæc vox, Semiduplex, Missa dicitur de semiduplici, & dicuntur plures orationes, & idem fit de festo simplici, & in Dominicis, & diebus infra octauas: dicuntur etiam plures orationes, infra octauas dicitur missa sicut in die festi cum Gloria in excelsis, & Credo, nisi aliam missam habuerit, & in Dominicis infra octauas, sicut in proprijs locis assignatur.

De Feria, & Vigilia.

Quando non occurrit festũ, vel octaua, aut sabbathum, in quo fit officium B. Mariæ Virginis, tunc dicitur missa de feria. Quãdo in ferijs Quadragesimæ, Quatuor temporum, Rogationum, & Vigiliarum occurrat festum, etiam si duplex, vel semiduplex, aut octaua in Ecclesijs collegiatis, dicuntur duæ missæ, vna de festo, alia de feria. Sed in vigilijs, quæ veniunt infra octauam, missa dicitur de vigilia, cum commemoratione octauæ. In alijs verò vigilijs, festis, & octauis, habent suam rubricam in locis proprijs.

De Missis votiuis sanctæ Mariæ, & alijs.

Quando in sabbato non occurrit festũ duplex, semiduplex, vel octaua, missa dicitur de S. Maria iuxta varietatẽ temporum, vt habetur in fine missalis. Si sabbatum fuerit impeditũ festo duplici, semiduplici, octaua, vigilia, feria, quatuor tẽporibus, & quadragesima, missa principalis dicitur secundum officium diei.

In aduentu verò, licet officiũ non fiat de S. Maria in sabbato, tamen missa principalis dicitur de ea, cum commemoratione Aduentus, nisi fuerint Quatuor tẽpora, vt supra. In alijs autem diebus infra hebdomadam, qñ officium fit de feria, exceptis ferijs Quadrages. Quatuor temporũ, Rogationũ, &c. potest dici aliqua missa votiua secundũ ordinem dierum in fine missalis assignatum &c.

SVMMARIVM.

1 *Missæ expositio breui.*
2 *Missæ sacrificiũ quomodo ritè celebretur.*

De breui expositione Missæ. Cap. X.

1 QVoniam Sacerdotalem dignitatem nosse ritum, ac officij sui ministerium oportet, neq; enim digne in eo ministrare poterunt summi huius sacrificij intelligẽtia, & ratione. Nam, inquit Greg. in Moral. qui ea, quæ Dei sunt sciunt, à Domino sciuntur; & qui ea, quæ Dei sunt nesciunt, à Dño nesciuntur. Et Apost. 1. Cor. 14. Qui ignorat ignorabitur. Quanquam orthodoxæ sacri Canonis expositiones plurimæ, à multis varijs magnis Theologis æditæ sunt, atque vtiliter diuulgatæ, in quibus abdita sacratissimi sacerdotalis officij misteria in lucem prodierũt; tñ quia sua profunditate simplicium Sacerdotũ in scholasticis subtilitatibus minus exercitatorũ ingenia transcendunt; nec non, & sua diffusione tediosos lectores repellunt. Subijt animo propter huiuscemodi simplicium institutionem, summatim, & breuiter sacri Canonis literalem expositionẽ, ac plenam missalis officij rationem, ex maiorum expositionibus colligere, allegationibus, difficultatibusq. scholasticis prætermissis, ac per solitas interrogationes ordinem sequi decreuimus.

2 Quæ requiruntur ad ritè consecrandũ sacrosanctæ Eucharistiæ sacramentum? ℞. requiruntur quædam ex parte sacramenti conficiendi, quædam ministri cõsecrantis, & quædam circunstantiarũ temporis, & loci. Et horum aliqua requiruntur tanquã simpliciter necessaria ad consecrationẽ, quibus deficientibus nõ fieret cõsecratio, id est panis in corpus Christi, & vini in sanguinẽ conuersio. Aliqua verò requiruntur de congruo, quibus non existentibus, licet non impediatur consecrationis effectus, qui est conuersio panis, & vini in corpus, & sanguinẽ Christi

impe-

impeditur tamen fructus, eo quod inordinatè, & indignè cõsecratur,& sumitur.

3 Quæ requiruntur ex parte Sacramenti? ℞. requiruntur quædam de necessitate vt materia, & forma, quædam de congruitate, vt puritas materiæ,& munditia & azima, atque aquæ commixtio, quantum ad consecrationem vini, de quibus posterius suis locis dicetur.

4 Quæ requiruntur ex parte ministri? ℞. de necessitate, potestas ordinis, quæ datur in collatione ordinis sacerdotalis facultas sermonis, vt scilicet, sacerdos possit distinctè proferre verba consecrationis: Integritas intentionis, vt sacerdos habeat intentionem actualem, vel saltem virtualem faciendi illud, quod Ecclesia intendit, idest, quod Christus instituit, & fecit, idest consecrare materiam illam panis,& vini.

De congruitate etiam ex parte ministri, requiruntur duo in genere ad ordinatè consecrandum: Primum, est amotio impedimentorum, quod est culpa mortalis, nam omnis celebrans in mortali peccato scienter.i. qui post commissum peccatum, mortale, à quo non est sacramentaliter absolutus, mortaliter peccat: nisi necessitate aliqua constrictus, & cõfessorem ad manum habere non posset, saltem contritus celebret.

Secundum pænæ canonicæ, quæ impediunt dignam celebrationem, & sunt hæc degradatio, siue depositio: infamia: irregularitas; excommunicatio: interdictum; suspensio, de quibus supra parte tertia de censuris diffusiuis dictũ est. Qui verò harũ aliqua pænarũ tenetur constrictus, si celebrat sciens mortaliter peccat.

Tertium, aliquid in existens, quod nec est culpa, nec canonica pæna, vt sunt solutio ieiunij naturæ, vt qui post mediam noctem aliquid sumpsit, siue per modum cibi, siue medicinæ, vel alias celebrare non debet, vt supra parte citata, est iam dictum. Et quomodo patiatur hæc institutio exceptionem in celebrante, & quo ad cõmunicantes, si fuerint infirmi.

5 Quæ requiruntur ante accessum sacerdotis ad Altare? ℞. quoad primum sacerdos prius lotis manibus, & corporalibus sordibus, magis autem à tenebrarum operibus,& non tam capite discriminatus quam intentiones discretus, segregatis omnibus extraneis cogitationibus, soli Deo sacrificare intendens, sacris vestibus foris corpore ornatus, magis verò virtutum habitibus intus anima vestibus, Domini personam in cruce se patri pro nostra salute offerentem, representans, calicem in manu ferens à sacrario procedit ad Altare, & priusquam officiũ inchoet, confessionem præmittit generalem, & publicam: Altaris osculum, ac eius thurificationem secundum ordinem Romanum; Si missa parata cantatur Ceroferarij, qui præcedunt cum cereis, ad legendum Euangelium, vel ad sacrificium afferendum iuxt. text. in cap. cleros legem, & prophetas designant: Diaconus, & Subdiaconus, Apostolos, & septuaginta duos discipulos. Item per Ceroferarios & Thuriferarium, sanctos, qui præcesserunt nouum testamentum designant: per duo candelabra, quæ in cornibus Altaris significant gaudium duorum populorum de Christi natiuitate lætantium, quę candelabra mediante cruce, facultas ferunt accensas: Angelus enim inquit pastoribus: Annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator mundi. Crux etiam posita interduo candelabra supra altaris medio posita, significat, quod inter duos populos Christus in Ecclesia mediator existit.

6 Quid significant ista, quæ præcedunt, videlicet, Confessio, Osculatio Altaris, & Thurificatio? ℞. significant tria, per quæ fideles reddũtur digni ad celebrandum. Primum, quia per confessionem fit purgatio peccatorum percutiendo pectus exẽplo publicani dicentis: Domine propitius esto mihi peccatori, vt purior sit, & sine macula ingrediatur ad Altare: Secundum, quia per Altaris osculum, fit membrorũ vnio cum capite Christo, qui est s. cerdos in æternũ secundũ ord. Melch. Vnde habetur in Cant. Osculetur me osculo oris sui: Osculo si quidem os ori coniungitur, nam in Christo non solum est humanitas vnita diuinitati, verum etiam sponsa Ecclesia, sponso Christo est copulata, iuxta illud Esai. 61. induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi spon-

ſi ſponſum doratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Tertium per thurificationem fit celebrantis, & aſſiſtentium deuota oratio, quia ſignificatur deuotio, & oratio celebrantis, & aſſiſtentium directa ad Deum iuxt. illud pſal. 140. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo Domine, ita Gabr. de can. miſſ. lect. 15.

7 Quare præmittitur pſal. Iudica? ℞. Sacerdos præmittens pſal. Illum Iudica ex inſtitutione Celeſtini Papæ. 1. q. 1. ritè ad hoc conuenientem, vt diſcretus à gente non ſancta, & ab homine liberatus iniquo ad Altare dignus introeat. Petit enim liberari à tentatione, & illuminari à gratia, vt patet in ipſo pſalmo, fit etiam confeſſio, vt purior ſit, & ſine macula aggrediatur.

8 Quid ſignificat manuum iunctiones? ℞. quod ſacerdos dum facit cōfeſſionem, ac etiam ſæpè in miſſa, & in officio manus iungit, quæ manuum iunctiones deuotionem ſignificant, ac omnium bonorum à Deo fluentiū in ipſo vnitaté, & cōiunctionem, & quia illa in aliquo eſt maior, & in aliquo minor, ideo certus manuum iunctionum non eſt numerus determinatus.

9 De candelabris in cornibus altaris dictum eſt ſupra nu. 6.

7 Quæritur vbi miſſa celebranda? ℞. quod ſacerdos ſacra facere debet in Altari conſecrato lapideo, integro, non enormiter fracto. Cap. Altaria cap. placuit de conſ. diſt. 1. c. quod in dubijs de conſ. Eccleſ. & in hac ſum. par. 1. c. 25. Debet tribus gradibus aſcendere ad Altare ſacerdos, quod debet eſſe in altiori loco: Primo gradu ſignificatur munditia caſtitatis: Secundo, fortitudo: Tertio, rectitudo intentionis, ad quos gradus ſtudeat ſacerdos ſe benè præparare.

11 Quare dicitur Altare, & quis eius inuentor? ℞. quod Altare dicitur, quaſi alta ara, ratione ſitus, quia eleuatus eſt ſupra terram, & Noe primum Altaris ritum exhibuiſſe creditur: Gen. 8. Altare verò debet eſſe conſecratum, & ornatum duabus tobalijs ad minus, & deſuper conſecrato corporale, explicato, & extenſo, quod debet eſſe de lino puro, terreno procreato, atque contexto cap. conſulto de conſ. diſt. 1. Dixi de lino puro, propter corpus Dominicum, omnino puro ab omni macula; terreno ob corpus ſaluatoris paſsibile, & mortale de corpore terreno Virginis aſſumptum. Dixi de lino procreato, atque contexto. i. panno lineo multiplici tunſione ad candorem producto: qui notat Chriſtus, qui multiplici cruciatu ad reſurrectionis gloriam peruenit.

Palla enim quæ dicitur corporale, duplex eſt, vna, ſcilicet quando Diaconus extendit ſuper altare, altera, quam ſuper calicem plicatam imponit, ſignificant duo linteamina, quibus Ioſeph corpus Chriſti inuoluit. Extenſa repreſentat ſyndonem, qua corpus fuit in ſepulcro inuolutum, & inde corporale vocatur: plicata ſuper calicem poſita, ſudarium, quo caput eius fuit ſeparatim inuolutum ſignificat.

12 Quod ſignificat cornu dextrum Altaris? ℞. ſignificat populum hebræum, quia Chriſtus prius venit ad iudæos, qui ſignificantur per cornu dextrum Altaris: & ideo ſacerdos dicit introitum in dextera parte Altaris.

13 Quare dicitur introitus? ℞. dicitur introitus. i. miſſæ principium, nam miſſa habet tres partes principales; Prima pars eſt, principium orationis, quod eſt vſque ad epiſtolam, & eſt prima pars, continet præparationem populi, quæ verſatur circa laudem diuinam, quæ fit in Introitu, iuxta illud pſal. 49. Sacrificium laudis, & ſumitur, vt pluries cum pſalmis, vel cum pſalmus cantatur, quia (vt inquit Dionyſius in cap. 3. de Eccleſ. hier.) pſalmi compræhenduntur per modum laudis quicquid in ſacra Scriptura continetur. Verſus verò ſignificat opera, vnde ideo dicitur verſus, quia quod canitur, debet poni in opus. Sequitur Gloria, quia poſt opus, danda eſt Gloria, Sanctiſsimæ Trinitatis S. Tho. 3. part. ſum. quæſt. 89. art. 4.

14 Quare ſacerdos oſculatur Altare? ℞. oſculatur ad inſinuandum, quod per oſculum, quod eſt ſignum pacis oſtendatur, quod Chriſtus ad nos veniens ſanctam ſibi copulauit Eccleſiam, & quod per crucem Deo reconciliati ſumus.

15 Quid ſignificant miniſtrantes poſt tergum

gum sacerdotis? ℞. significant discipuli Domini fugam vel dantis cæteris exemplum retrocedendi, vel ne cuiusquam vocem, vel aspectu sacerdotis intentio distrahatur cap. sacerdotum de consf. distinct 2.

16 Quid significat Kyrie eleison? ℞. significat secundam populi præparationem per humilitatem, nam idem sonat, quod miserere, vel significat præsentis miseriæ commemorationem, dum misericordia petitur, & dicitur nouies propter nouem ordines Angelorum, S. Th. 3. par. quæst. 83. art. 4.

17 Quid significat gloria in Excelsis Deo? ℞. quod per rectam intentionem, quę ad cæleste patriam dirigenda est, & populus tertio præparatur, & hoc fit per Gloriam, &c. quod canticum chorus prosequitur sacerdote inchoante. Et hæc Gloria dicitur tantum in solemnitatibus, quia solemnitatem cælestem repræsentant solemnitates præsentis vitæ, vt inquit S. Tho. qui supra, vel gloria representat cælestem gloriam, ad quam tendimus post præsentem miseriam; in officijs verò luctuosis, quæ ad commemorationem miseriæ pertinent relinquitur.

18 Quid collecta, siue oratio? ℞. collecta dicitur, quia sacerdos quasi colligens intentionem populi ad Deum porrigit, terminatur per Dominum tanquam per merita humanitatis Iesu Christi ex audienda.

19 Quare Dominus vobiscum, vel dicitur pax vobis? ℞. Dominus vobiscum sumitur, ex lib. Ruth. cap. 2. vel Pontifex dicit pax vobis, gerens typum Christi, qui sic alloquutus est discipulos post resurrectionem, Ioan. 20. & vertit se ad populum quinquies, propter quinque apparitiones Christi in die resurrectionis, sed septies salutat, quinquies se vertendo ad populum, & bis versus altare, propter septiformem gratiam Spiritus sancti, quam populo optat, vt inquit Archiepis. Flor.

20 Quid Epistola, & quare sedendo audiatur? ℞. quod per epistolam fit instructio populo christiano, quæ quidem fit in Ecclesia per Subdiaconum. De sedendo verò, quia Doctrina christiana in silentio, & quiete audienda est; vsus etiam sedendi à veteri testamento sumitur, sicut legitur in Esdra. Et vertit se Subdiaconus ad altare, quia omnis lex, & prophetia ordinabatur ad Christum, qui significatur per Altare. Dicitur Subdiaconus, quia subiacet præceptis leuitarum, & quæ sint eius partes, habetur in cap. cleros. dist. 21. c. perlectis. dist. 25.

21 Quare prophetias voce inferius deflexa; Euangelium autem, & epistolam vocem exaltando, finimus? ℞. per prophetiam, quæ est in veteri testamento, synagoga, quæ inclinata est, & cecidit, intelligitur ideoque inclinando vocem, & quasi cadendo prophetia finitur. Sed per Euangelium, & epistolam Ecclesia militans representatur, quæ exaltata est, & ideo illa cum exaltatione vocis finiũtur.

22 Quid graduale, & Responsorium? ℞. dicitur graduale à gradibus altaris, eo quod in festiuis diebus in gradibus cantatur sicut alleluia ad notandum præmissas virtutum gradus. Cantatur etiam à choro graduale, quod significat profectum virtutum, quia debemus ascendere de virtute in virtutem. Responsorium autem dicitur, quia respondere debemus his, quæ audiuimus in epistola, vt si in epistola agatur de gaudio, vt in responsorio similiter, si ibi de tristia, & hic similiter, ne possit nobis improperari, quod Dominus dicit, cantauimus vobis & non psaltastis; lamentauimus, & non plorastis.

23 Quid Alleluia? ℞. quod Alleluia est laus Angelica: Sententia quidem breuis, magnum continens iubilum, siue incitans ad iubilum, & ideo post Graduale cantatur Alleluia, quod est lætitiæ canticum, & auditum ab Angelis decantantis sicut legitur in Apocalyp. 19. & dicitur bis, propter gaudium exultationis capitis, & membrorum, & propter stolam animæ, & corporis.

24 Quare dicitur tractus? ℞. tractus dicitur, quia sancti suspirantes ab imo pectoris gemitum trahunt, quia licet gaudeãt, vt monet Alleluia, tamen hic in vall e lacrymarum commorantes, habent irriguum superius, & inferius, quod tractus mysticat; gemit enim flebililiter pro dilectione supernæ beatitudinis, & super flumina Babilonis sedentes patriæ suæ

me-

memores, interim lacrymas fundunt pro suis, & aliorum excessibus, dum ex vicinitate babilonici fluuij, se ipsos vidét sæpe aspersos, & alios penitus immersos ipsius fluuij rapiditate ferri deorsum: & ideo tractus dicitur in officijs luctuosis, & diebus ferialibus, qui significant spiritualem gemitum, & miseriam præsentis incolatus.

25 Quid significant corporalia, & calix, patena, & altare? ℟. quod dum per chorum cantatur credo postquam cantatum, & incarnatus est Diaconus accipit bursam corporalium, & ex ea extrahit corporale, & extendit super Altare, & calicem præparatum per manum Subdiaconi: Et per corporale, in quo ponitur corpus Christi designant lintea mina, quibus inuolutum fuit corpus Christi (vt diximus supra.) Per calicem, significatur sepulcrum, nam sicut in eo continetur corpus, & sanguis Christi per consecrationem, ita in sepulcro corpus Christi realiter continebatur. Et per patenam, lapis, quia sicut illa ad tegendum calicé, ita lapis ad claudendum hostium monumenti. Per Altare crux Christi significatur, nam sicut in Altari consecratur sacramentaliter corpus, & sanguis Christi, sic in cruce realiter immolabatur.

26 Quid de Diacono, qui canit Euangelium? ℟. quod circa finem Alleluia Diaconus genuflectens ante Altare dicit Munda cor meum, &c. qua oratione finita, assumens librum in manibus genibus flexis petens benedictionem dicens: Iube domne benedicere, & dicit verbo diminutiuo, & non Domine, quia quæritur benedictio ab homine, cuius opera imperfecta sunt. Tunc dicto à sacerdote, Dominus sit in corde tuo, &c. ipse Diaconus ea, quæ sibi in benedictione dicuntur considerans, se corde purum, ore mundum, & opere castum, studeat exhibere quatenus sacro sanctum Euangelium possit dignè proferre, quia puteus aquarum viuentium.i. Euangelium prædicatio non fluit impetu. i. liberè nisi de libano, i, de corde casto, & ore candido, quia non est spetiosa laus de ore peccatoris, & tandem accensis luminaribus, & ceroferarijs insignum lætitiæ demonstrandum, & sub typo luminis illa lux ostendatur, de qua in Euangelio legitur: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, c. cleros dist. 21. Rursus duo cerei illuminati, doctores Ecclesiæ per quos Ecclesia illuminatur, qui debeant habere notitiam, vtriusque testamenti, designant.

27 Quare Euangelium legitur in sinistra, & versus aquilonem? ℟. quia doctrina Euangelica ordinatur ad expellendum diabolum, & in sinistra, quia iudęi respuétes verbum Dei, Apostoli transierunt de iudæis ad gentes, secundum Innocentiũ, & postea prædicauerunt gentibus, qui per sinistram intelliguntur. Et signat se Diaconus in fronte, ore, & pectore, quia corde, & ore debet profiteri fidem Christi, & nullo timore, aut verecundia, quarum affectionum signa, maximè in fronte solent apparere, à libera Christi professione debet, deterreri.

28 Quid significat Euangelium? ℟. quod Euangelium dicitur quasi bonus nuncius & significat perfectam populi instructionem per doctrinam Christi in Euangelio contentam. Debet Euangelium audiri stando, vt notetur prontitudo ad Christi fidem seruandam, capite nudato ad insinuandam magnam reuerentiam, cap. Apostolica de consec. dist. 1.

29 Quare post Euangelium dicitur Credo? ℟. quia Christo credimus tanquam diuinæ veritati, iuxta illud Io 8. Si veritatem dico, &c. lecto Euang l o, Symbolum fidei cantatur, in quo populus ostendit se per fidem Christi, doctrinæ adhærere. Et cantatur hoc Symbolum maius in festis B. Virginis Mariæ, & Apostolorum, & eorum dumtaxat, qui illud composuerunt, & in illis, de quibus aliqua mentio fit in ipso.

30 Quare fit post Euangelium, & Symbolum prædicatio? ℟. fit populo prædicatio, quasi Euangelici verbi, & symboli, siue noui, & veteris testamenti expositio, qui modus sumptus est ex lib. Neemiæ in principio, vbi legitur: Et legerunt Leuitæ in lib. legis Dei. Neemias verò sacerdos, & Esdras scriba interprætabantur populo vniuersa. Præterea monebantur antiquitus, qui in fraterno odio erant, vt ad concordiam venirent priusquam communicarent, & mundi essent

prius

prius coram suo Saluatore, cui nota sunt secreta cordium, apparerent ex quo si quidem prædicandi vsus in Ecclesia inoleuit. Post prædicationem fit con-f-ssio, & indulgentia pro commissis, & omissis, conceditur, vt sic conscientijs emendatis iuxta illud, psalm. 76. & scopebam spiritum meum, accedant singu-li ad communis Sacramentum, quod mox in missa, vel sacramentaliter, vel spiritualiter recepturi sunt, quæ spiritualis communio fit per fidem operanté per dilectionem iuxta illud Aug. crede, & manducasti, de cons. dist. 1. vt quid.

31 Quare dicitur offertorium? Respondetur, quia ordo conueniens est, vt post Euange ium symbolum, & prædicationem sequatur offertorium, quod ideo dicitur, quia cum mentis iubilo debet cantari, & ea, quæ offeruntur cum cordis lætitia debét offerri: Prædicationem quidem est in Euangelio, & fides in symbolo, Laus in offertorio: Fructus in Sacrificio, qua propter offerenda cantatur, quia sacrificium laudis offertur, vnde ps. 26. circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis cantabo, & psalmum dicam Domino, & Apost. hilarem. enim datorem diligit Deus.

32 Quare Sacerdos lauat iterum manus, quas prius lauit dum vestibus se ornauit? Respond. lauat sic, vt magis, ac magis mundatus offerat hostiam immaculatam, sanctam, ac Deo placentem: Nam & psalm. cum mundatus esset petebat amplius emundari dicens Amplius laua me ab iniquitate mea, &c.

33 Quæritur circa oblationes, quæ sunt offerenda? Respondetur, quod de materia Sacramenti Eucharistiæ, iam dictum est in prima parte huius summ. Hic verò dicemus de triplici oblationis genere, videlicet de oblatione sacerdotis, Ministrorum, & populi: Sacerdos itaque primò, offert seipsum offerenda etiam sunt, quæ sunt Dei Deo, id est, animæ habentes Dei similitudinem impressam. Deinde, quæ sunt sacrificio necessaria, scilicet panem, & vinum, & aquam aliaque sacrificio apta.

34 Quare dicuntur dona, & sacrificium, & munera? Respondetur. duo sunt, quæ offerunt donum, videlicet, & sacrificium, donum dicitur, quidquid auro, vel argento, vel qualibet alia specie offertur. Eadem enim sacrificia dona sunt simul, & munera, sed differunt, dona enim sunt à nobis ad substentationem à Deo collata: munera verò sunt nobis Deo, vt laudetur oblata.

35 Quid immolatio, & libatio? ℞. immolatio dicta est ab antiquis, eo quod in mola altari super posita victima reddetur, mactari enim post immolationem est: nunc autem immolatio panis, & calicis conuenit: libatio verò tantum calicis oblatio est, iuxta illud, & libauit de sanguine vuæ, & illud poeticum. Nunc poteras libate Ioui: libare enim propriè est effundere.

36 Quare dicuntur Hostiæ? ℞. hostiæ apud veteres dicebantur sacrificia, quæ fiebant prius quam contra hostes pergerent. Victima vero sacrificia, quæ post victoriam deuictis hostibus immolabát: Victimæ maiora sacrificia erant, quam hostiæ. Vel victima dicebatur, quia vincta ducebatur ad aras. Holocaustum illud est vbi totum, quod offerebatur puta agnus, vel vitulus, in altari igne consumitur.

37 Quid significat panis vinum, & aquam ℞. quod in pane corpus Christi, & in vino sanguis eius, & in aqua populus repræsentatur, vt in Apoc. populus intelligitur, & prius populus fidelis cum capite Christo vnio repræsentatur, c. cum Marthæ. §. quæsiuisti de celebr. miss. Concil. Trident. sess. 22. cap. 7. Et dicitur panis à Πᾶν quod est totum, quoniam, & in futuro est tota vita nostra. Vinum dicitur à vite, cuius Dominus in Euangelio se comparat. Aqua verò ab æqualitate dicitur, qui per hoc Sacramentum, Angelis æquari debemus.

38 Quare plus de vino, quam de aqua in calice ponitur? ℞. quod hoc fit, vt aqua à vino absorbeatur, & vini saporem retineat extr. de celebr. miss. Aug. non tu mutabis me in te, sicut cibus carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Commiscetur autem aqua vino in calice, quia Christus ita fecisse creditur, & quia à latere eius exiuit sanguis, & aqua miscetur aqua vino in calice ex institutione Alexandri Papæ I. Ipse etiam statuit oblatio-

nem ex azimo, & fieri in modica quantitate, dicens. Hæc oblatio quanto rarior tanto prætiosior, ponitur hostia inter calicem, & sacerdotem ad notãdum, quod Christus est mediator Dei, & hominum. 10. dist. quando ergo secundum hoc sacerdos Deum patrem, hostiam Christum Aqua in calice populum significat, quia non nisi Christo mediante, ad resurrectionis gaudium possumus peruenire.

39 Quare sacerdos facta oblatione abscondit sub corporale patenam, vel saltem eam ab altari remotam subdiaconus continet inuolutam? ℞. quod per hoc significatur discipulorum fuga, vel latibulum, vel infidelitatis excecatio designatur, qui dum verum sacrificium offertur, Christo relicto, fugerunt, & latuerunt, sicut eis ipse prædixerat, omnes, inquit, vos scandalum patiemini in hac nocte scriptum est enim. Percutiam pastorem, &c.; sed aliquanta tantum patenæ particula, non abscõditur. Sed apparet, vt ostẽdatur, quod B. Virgo nõ fugit, neclatuit.

40 Quare sacerdos incensat oblata cum signo crucis? ℞. significat quod Maria Magdalena accepit libram vnguenti nardi pistici prætiosi, & vnxit pedes Iesu, & impleta est domus ex odore vnguenti: Et sacerdos in modum crucis superducuit, & circunducit thuribulum, cum incenso fumigante super sacrificium, & Altare vt crucis signaculo, & thuris incenso, diabolice fraudis malignitas extricetur & effugiat, vt inquit Gabr. de can. miss. lect. 17. vt per bonum odorem repellatur etiam si quid corporaliter praui odoris in loco fuerit, quod prouocaret horrorem, S.Tho.3.par.sum.q.83.art.5.ad2.

Quod verò tertio superducit, & circuncidit incensum designat, quod ter Maria exhibuit vnguentum circa corpus Iesu. Quod vero postmodum vndique totum incensatur Altare, designat, quod post factum illud totam respersit, Ecclesiam sicut Dominus ipse testatur. Amen Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit Euangelium hoc, &c. fumus autem aromatum, sunt orationes sanctorum, quæ per odorem charitatis, ex passione Domini prorogatæ ad Deum patrem ascendunt, & nos ad coronam Trinitatis prouehunt, ideoq; sacerdos thurificat in modum crucis, & coronæ.

41 Quare sacerdos facta turificatione se inclinat dicens, suscipe sancta Trinitas, & deinde se vertit dicens, orate fratres? ℞. dicit suscipe sancta Trinitas, vt hostiam offerat ex pinguedine charitatis, vt sit dignus ad sacrificium immolandum, quę verba sumpta sunt ex Daniele 3. Postea se erigens osculatur altare, ad notandum quod per passionem Christi, populus liberatus est, & Deo patri reconciliatus; Dicit orate fratres, voce aliquantulum eleuata, vt oratio omnium auxilietur ei, quasi non præsumens, quod solus tantum mysterium exequi, vertit se ad populum dicens orate pro me fratres, &c. Populus, verò respondit dicens, suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis, &c.

42 Monitoque populo sacerdos statim reuoluitur ad altare per sinistram partẽ, & dicit orationem, quam intermiserat ab offertorio, & dicit orationes secretè, vt deuotius oret, & ad significandum orationes Christi in secreto factas tempore passionis, vt inquit Archiep. Flor. 3. par. sum. tit. 13 §.3. Et in fine orationis alta voce dicit. Per omnia sæcula sæculorum, & notandum, quod post Resurrectionem Christus prædicauit apertè, vel quia verò, querit assensum populi, & confirmationem, quia ipse est quasi legatus populi, ideo populus assentiens voci eius, respondit Amen, quia sæculum per ipsum creatum, & hoc per laudem, per mentis erectionem; dicens Gratias agamus Domino Deo nostro. Tertio Deũ implorat, ad laudem suscipiendam ostẽdens debitum laudis, dicens, vere dignum, ratione dominij, vnde subditur Domine sancte Pater, ratione paternitatis: & sequitur pater omnipotens: æquũ, ratione, deitatis, inde dicit æterne Deus salutare: ratione redemptionis: Per Christum Dominum nostrum. Præponitur etiam exemplum laudis in Angelis: dum subditur per quem maiestatem tuam. Quarto populus laudis exoluit, diuinitatis assumens, Angelorum verba Sanctus sanctus, &c. Et humanitatis Christi, dicens, cum pueris hæbreorum, Benedictus, &c. S.Th. in 4. sent. dist. 18. in expositione textus col. 3.

43 Qua-

43 Quare canon dicitur secretum? ℞. secretè dicitur, quasi nobis occultum, quia humana, ratio nequaquam tantum martyrium plenariè capere potest, ad quod significandum meritò secuta voce celebratur. Et dicitur secretum quia significat in Christo secretum, quando se abscondit à turbis. Et in celebrante silentium mentis significat, quo sine tumultu verborum deuotio dirigatur ad Deum. Dicitur etiam vium ex manifesta prolatione vilescant, & in locis incompetentibus indiscretè dicantur, & sint dicentibus in ruinam: vt dicitur de pastoribus Gabr. lect. 17.

44 Quare canon missæ incipitur à littera T, ℞. quod canon incipit à te igitur, & ab illa litera T, scilicet, quod fortè diuina factum est prouidentia, licet humana non sit industria procuratum, vt ab ea litera canon incipiat, quæ hebraicè thau, quæ in sui forma signum, & misterium crucis ostendit, & exprimit dicente Domino per Ezechielem. Signa thau, in frontibus virorum dolentium, & gementium superabo minationibus Hierusalé, quoniam per Christi passionem, hæc omnia in cruce impleta sunt, & efficaciam habent: Canon incipit à T, siue Thau, quæ crucem plus cæteris reprensentat, vt per eius inspectionem sacerdos in memoriã reduceretur dominicæ passionis, vt inquit S. Tho. 3. par. q. 73. art. 5. ad 3. in celebrationem missæ, & præcipuè ab isto loco, vsque ad pax Domini vtitur sacerdos frequenter crucis signatione ad exprimendam passionem Christi, quæ est ad crucem terminata. Canon dicitur, id est regula, quia regulariter per hanc fit consecratio Sacramenti, vt inquit Arch. Flor. in 3. par. tit. 73. §. 4.

45 Quid significat hæc trina crucis signatio super hæc verba. Hæc dona, &c. ℞. quod passio Christi est quasi quibusdam gradibus peracta, nam primo, fuit Christi traditio facta à Deo, ex nimia charitate: Secundo à iuda ex summa auaritia. Tertio, à Iudeis ex nimia inuidia; & hoc significat ista trina crucis signatio. S. Th. qui supra Arch. Flor. Gabr. lect 21.

46 Quid hæc verba designant, videlicet. Benedictã, & c. cum tot signationibus? ℞. quod per hæc verba designatur triplex venditio facta sacerdotibus, Scribis, & Phariseis: additur autem duplex consignatio super illa verba, vt nobis, &c. ad intuendam personam venditi, & venditoris. Benedixit, & iterum benedicit, & fiunt duæ cruces, altera in consecratione corporis, altera in consecratione sanguinis designatur præfiguratio passionis Christi facta in cæna.

47 Quare sacerdos post consecrationem iungit digitos? ℞. propter reuerentiam Sacramenti iungit pollicem cum indice, quibus corpus Christi consecratum tetigerat, vt si qua particula digitis adhæserit, non dispergatur, quod pertinet ad reuerentiam Sacramenti. S. Tho. 3. part. sum q. 83. art. 5.

48 Ad quid sacerdos dicit hostiã puram, cun quinque crucis signatione? ℞. ad designandas quinque plagas Christi, & representant extensionem corporis Christi in cruce, & effusio sanguinis, & fructus passionis.

49 Ad quid significant tres cruces cum istis verbis videlicet, sanctificas, viuificas & benedicis? ℞. per has tres consignationes representatur triplex oratio in cruce Dicens. Pater dimitte: Alia pro liberatione à morte: cum dixit Deus meus: Alia pro adeptione gloriæ: cum dixit Pater in manus tuas commendo spiritum meum.

50 Quid istæ aliæ quinque cruces cum verbis videlicet, Per ipsum, &c designant? ℞. quod representantur tres hore, quibus fuit Christus in crucæ, per quas tres primas consignationes cum hostia super calicem, à sexta vsque ad nonam per duas verò cruces factas extra calicem, significatur separatio animæ à corpore.

51 Quare frangitur hostia in tres partes? ℞. fractio hæc designat diuisionem corporis mistici secundum diuersos status, vel distributionem gratiarum præcedentium ex passione Christi, vt dicit S. Tho. 3. part. sum. q. 82. art. 5. ad 7. Tres sunt partes corporis mistici: vna pars est in in cælo, & dicitur Ecclesia triunphans: Secunda in terra, & hæc pars dicitur Ecclesia

clesia militans: Tertia est in purgatorio, & hæc dicitur purgans, & hæ tres partes possent haberi per hos versus.

Tres sunt Ecclesiæ partes, pars prima laborat.
In partem terris iam fouet alta quies.
Partem, quæ restat expurgans recoquit ignis.
Ex coctaque patet transitus ad requiem.

52 Quid significatur per tres has cruces cum verbis istis, videlicet pax Domini sit semper vobiscum? ℞. representatur resurrectio Christi tertia die, & datur osculum pacis, quia hoc Sacramentum est vinculum charitatis, & datur à sacerdote Diacono, & sic successiuè alijs, quod significat vnitatem dilectionis, quam debent habere inuicem fideles, & est quasi loco communionis, quam antiquitus fideles omnes sumebant.

53 Quare ter dicit Agnus Dei? ℞. quia petimus misericordiam, quoad animam, & quoad corpus liberari à miseria: Deinde dicitur Agnus Dei tertio, petendo pacem mentis, & corporis.

54 Quare sacerdos ter dicit Domine non sum dignus: nam si non est dignus, in dignè sumit in iudicium sibi manducat, & bibit, inquit Apost: si dignè, ergo mendacium dicit? ℞. potest hoc tripliciter intelligi secundum Gabr. dist. 9. lib. 4. quæst. 2. & S. Bonauentura eadem distinct. circa textum.

Vno modo per comparationem eius ad id, quod sumitur, & sic non dignè accedit cuius dignitatis non est proportio conueniens ad id, quod sumitur, & sic accipiendo nulla creatura dignè sumit, quia dignitatis creaturę ad dignitatem creatoris, qui in hoc Sacramento sumitur, sicut finiti ad infinitum, nulla est proportio. Hinc Iob. 25. Nunquam potest homo iustificari comparatus Deo, Et sequitur. Ecce Luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quanto magis homo putredo, filius hominis vermis?

Secundo modo, per comparationem ad consecutionem effectus huius Sacramenti, & sic indignè accedit, qui accedendo, non consequitur spiritualem nutritionem per gratiæ augmentum: Tertio modo, per comparationem ad culpam quam manducando contrahit, & sic indignè accedit, qui accedendo mortaliter peccat, & ita nouo peccato se inuoluit: de quo Gabr. lect. 8. in expositione canonis, latius.

Dignè tamen manducare est sufficienter se præparare, scilicet peccati omnis expulsione, reuerentia, & dilectione, vt ait S. Bonau. Qui sufficienter se præparat, manducat dignè; Qui nullo modo se præparat, manducat indignè: Qui autem minus sufficienter, scilicet secundum probabilitatem potius, quam veritatem; non manducat dignè, quia non se præparauit dignè sufficienter, nec indignè, quia se præparat probabiliter, talis quãuis non recipiat gratiam, non tamen incurrit offensam.

55 Quare post communionem sacerdos redit ad dextrum cornu Altaris? ℞. redit insignum quod iudæi in fine mundi conuertentur. Postea dicit collectas iuxta numerum secretorum: sed collecta, quã dicit sacerdos in fine missæ signat, quod subsequens est nobis necessaria, sicut præcedens. Et illa vltima significat, quod Aduocatum habemus apud patrem. His absolutis dicit sacerdos, vel Diaconus: Benedicamus Domino inuitans populum ad gratiarum actiones, & quia post omnia debemus humiliari Deo. Et loco benedicamus in diebus festiuis dicitur: Ite missa est; Idest ite ad propria, quia missa, siue oblata est hostia salutaris pro nobis Deum placandum.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia sumitur multipliciter.*
2 *Ecclesia est quædam forma iustitiæ.*
3 *Ecclesia militans.*
4 *Ecclesiæ militantis arma.*
5 *Ecclesia militans est omnis homo fidelis.*
6 *Ecclesia catholica, & vniuersalis.*
7 *Ecclesia quomodo à synagoga differat.*
8 *Ecclesia Petri, quæ dicatur.*

De Ecclesia, ac varijs eius nominibus, & significationibus. Cap. XI.

1 QVid est Ecclesia? ℞. quod Ecclesia multipliciter potest sumi, vt inquit Card. Camer in suis vesperijs: & Gabr.lect.22.can. Vno modo pro templo materiali, & sic sumitur in veter.test.Deut.23. Eunuchus non intrabit in Ecclesiam, non egredietur manser. 1.de scorto natus vsque ad decimam generationem, & in nouo testam. Corinth. 11. Nunquid domos non habetis ad mãducandum,& bibendum, &c. Illo modo etiam accipitur 16.q.1.Quicunque, & 2. quæst. lator, vbi dicitur quod nemini licet Ecclesiam ædificare, nisi de licentia Episcopi.

Alio modo accipitur pro templo spirituali, & sic multipliciter potest sumi. Vno modo particulariter,& sic quælibet rationalis creatura, quam Deus spiritualiter inhabitat, potest dici Ecclesia Dei, sicut dicitur templum Dei estis vos, & spiritus Dei habitat in vobis, scilicet per gratiam, licet fortè minus propriè, quia Εκκλησια græcè, conuocatio dicitur latinè: Conuocatio autem non est vnius, sed plurium.

Alio modo magis generaliter pro aliqua congregatione talium creaturarum, siue vniuersali, siue particulari, & sic iterum multipliciter potest sumi.Vno modo pro omnibus cognoscentibus clare, vel beatificè catholicas veritates, & sic vocatur Ecclesia triunphans,de qua dicitur laus eius in Ecclesia sanctorum ps. 149.

Alio modo pro omnibus cognoscentibus enigmaticè huius veritates. Et sic non solum sanctos, & Ecclesia triunphãs sed etiam cum bonis malos, & cum hominibus dæmones comprehendit. Vnde etiam quandoque nomine Ecclesiæ maligni signantur, vt cum dicitur odiui Ecclesiam malignantium ps.25.ac alijs multis modis. Item Ecclesia quandoq; in sacra scriptura vocatur vinea. Quandoque ager: quandoque messis; & quandoque oliuetum, vt videre licet apud Iacobum de Valentia super psal.

2 Quæritur iterum,quid est Ecclesia? ℞. Ecclesia est quædam forma iustitiæ. i. commune ius omnium, quia in cõmune orat,in commune operatur,in commune tentatur sine Ecclesiæ catholicæ societate,nec alicui baptismus prodesse potest, nec opera misericordię,nisi fortè,vt min⁹ torqueatur Aug. de fide ad Petrũ.Vel Ecclesia secundũ Hug. est singularis fideliũ vniuscuiusque ciuitatis congregatio.

3 Quid est Ecclesia militans? ℞. vt dicit Brulifer dist.2. q.3. lib. 4. est congregatio omnium fidelium viatorum sub Christo militantium cõtra diabolum carnem, & mundum: Vnde pagani, & infideles non sunt de Ecclesia militante: nec beati, & comprehensores, nec Christus licet sit dux,& rector Ecclesiæ militantis.

4 Quæritur quia vocatur Ecclesia militans, quæ ergo sunt eius arma? ℞. arma sua sunt hæc videlicet Primo. Baptismus est armatura intrantium Ecclesiam militantem. Secundo est terribilis: secundum quod dicitur canticorum 4. Ipsa est terribilis,vt castrorum acies ordinata, quia munita, & fortis, & hoc per confirmationem. Tertio, dicitur acies, quia coniuncta, & vnita est Christo, & hoc per Eucharistiam: Quarto,dicitur ordinata, & hoc per Sacramentum ordinis: Quinta quia aliqui ex ea extrahuntur per mortem corporalem,ideo institutum est Sacramentum matrimonij, ad multiplicandum prolem. Sexto quia multi prosternuntur per culpam mortalem: ideo institutum est Sacramentum pænitentiæ ad resurgendum. Septimo est Sacramentum exeuntium,scilicet,extrema vnctio. Et quicunque egressus fuerit Ecclesiã militantem cum omnibus armis suis, scilicet sacramẽtis cõferentibus gratiam,sine dubio, vadit ad Ecclesiã triunphantem. Quicunq; vero,exit de Ecclesiã militante, sine armis necessarijs ad salutem,vt est Baptismus,& pænitentia: sine dubio in infirmum vadit. Brulifer, & Card. Camer. in suis vesperijs, plura de hac materia scribunt.

5 Quæritur vtrum Ecclesia militãs possit stare in vno, quia in pluribus iam est

clarum? ℞. quod Ecclesia militans propriè sumpta per Ecclesia vniuersali potest isto modo describi Ecclesia est omnis homo fidelis, vel omnes homines fideles actu, vel habitu implicitè credentes, vel ænigmaticè cognoscentes omnes catholicas veritates, quibus quilibet viator actu, vel habitu explicitè, vel implicite firmiter assentire tenetur. Sed dico omnis homo, vel omnes homines, quia secundum aliquos non solum impluribus hominibus, sed in vno solo potest, vel potuit stare Ecclesia. Nam vt dicit Aug. super psal. 128. Aliquando in solo Abel Ecclesia erat. Et vt quidam dicunt Aliquando, scilicet tempore passionis Christi, tota Ecclesia, & tota fides Ecclesiæ Christianæ in Maria Virgine matre Christi remanserat, vt inquit Card. Camer. in suis vesperijs.

6 Quare dicitur Ecclesia catholica? ℞. dicitur catholica, id est, vniuersalis 11. distinct. catholica, quia per totum mundum est constituta, seu diffusa, quia vniuersi in Deum credentes, in vna debet esse congregatione, vel quia in ea est generalis doctrina ad institutionem omnium fidelium.

Quandoque dicitur templum, quasi tectum amplum, in quo Regi Deo sacrificia offeruntur. 26. distinct. 9. sed illud, & quandoque tabernaculum Dei, de consi. dist 4. cap. nequaquam; qui in præsente vita peregrina est, & in itinere ad patriam pergens.

7 Quæ differentia est inter synagogam, & Ecclesiam? ℞. secundum Rab. super Matth. synagoga est congregatio: sed Ecclesia vocatio: possunt autem irrationabilia congregari: vocari autem nequaquam. Ideoque visum est Doctoribus nominare Ecclesiam.

8 Quare dicitur Ecclesia Petri? ℞. secundum D. Card. quod potest sumi dupliciter. Vno modo pro Ecclesia quam Petrus Apostolus personaliter rexit. Alio modo pro Ecclesia particulari, in qua ipse sedem tenuit. Et ista dicitur fuisse Ecclesia Romana. et capitur multipliciter. Quandoque Ecclesia Romana sumitur pro summo Pontifice, & quibusdam præsbyteris, & diaconis, quos non ex authoritate diuinæ scripturæ, sed ex consuetudine obseruantiæ humanæ Papam, & Cardinales vocamus. Quandoque sumitur per solis cardinalibus. Quandoque pro omnibus credentibus fidem Apostolicam prædicatam Romanis. Quandoque pro omnibus clericis Romanis: Quandoque pro omnibus fidelibus Romanæ Diœces. Et sic vniuersalis Ecclesia potest vocari Ecclesia Romana, & omnes fideles possunt appellari Romani, vt dicunt aliqui: sicut Apost. Paulus extra italiam natus antequam Romæ fuerit se esse hominem Romanum asseruit, vt patet Act. 16. Et isto modo secundum illos sumitur Ecclesia Romana vbicunque innuitur, quod cótra fidem errare non potest Romana Ecclesia, vt 24. quæst. 1. Pudenda, & cap. Aduocauit. Petrus autem Apost. ex Christi institutione Episcopatum tenuit Romanæ Ecclesiæ, & idem Petrus prius tempore fuit summus Pontifex, quam Episcopus Romanæ Ecclesiæ. De hoc latius habetur apud Petrum Aliacens in 1. vesperiarum, &c.

Dictum est adhuc de varijs nominibus, & Ecclesiæ significatibus: Nunc verò dicendum est de Ecclesia materiali, in qua Populus ad laudandum Deum conuenit, quæ sancta est, & ipsa etiam spiritualem Ecclesiam significat.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quomodo ædificanda.*
2 *Ecclesia quomodo situanda.*
3 *Ecclesiæ muri quomodo ædificandi.*
4 *Ecclesiæ materialis formæ.*
5 *Ecclesiæ parietes quid designent.*
6 *Ecclesiæ chorus quid.*
7 *Ecclesiæ atrium quid.*
8 *Ecclesiæ turres quid denotent.*
9 *Ecclesiæ fenestræ quid significant.*
10 *Ecclesiæ ostium quid signet.*
11 *Ecclesiæ columnæ quid denotent.*
12 *Ecclesiæ pauimentum quid.*
13 *Altaris structor primus quis.*
14 *Crux in medio Ecclesiæ quid signet.*
15 *Lumen in Ecclesia quid denotet.*
16 *Imagines in Ecclesia, quid designent.*
17 *Campanæ in Ecclesia quid significent.*

18 Cam-

De Ecclesia materiali. Cap. XII.

1 QVomodo ædificanda est materialis Ecclesia? ℞. quod parato fundamenti loco iuxta illud benè fundata est domus Domini supra firmam petram, debet Episcopus, vel sacerdos ibi aquam benedictam aspergere ad abigebdas ibi dæmonum phantasias, & primarium lapidem, cui impressa sit crux in fundamento ponere: de cons. dist. 1. cap. nemo.

2 Quomodo situanda est Ecclesia? ℞. debet situari sic, nempe vt caput eius orientem versus rectè respiciat videlicet versus ortum solis æquinoctialem, ad denotandum, quod Ecclesia quæ interris militat temperare se debet æquanimiter in prosperis, & in aduersis, & non ver sus solstitialem, vt faciunt quidam.

3 Quomodo muri Ecclesiæ sunt ædificandi? ℞. cum cemento, sine quo muri stabiles esse non possunt, fit enim cementum ex calce, sabulo, & aqua calix. i. charitatem feruentem designat, quæ ibi coniungit sabulum. i. terrenum opus quia vera charitas mistam habet maximam solicitudinem pro pupillis, viduis, senibus, & debilibus. 88. distinct. desolatio, & ideo student operari manibus, vt habeãt vnde eis benefaciant: vt autem calx, & terra ad ædificium muri, ne corruant, aquæ commixtione conglutinantur, si quid aqua spiritus est, sicut enim sine cemento, lapides muri non simul iunguntur ad muri stabilitatem, sic nec homines ad muri ædificium cælestis Hierusalem possunt simul sine charitate iungi, quam Spiritus sanctus operatur.

4 Quam formam habere debet materialis Ecclesia? ℞. quod dispositio eius forma humani corporis locus, videlicet vbi Altare est, caput repræsentat, & crux ex vtraque parte brachia, & manus reliqua pars, ab occidente quicquid corpori superesse videtur.

5 Quatuor parietes, quibus Ecclesia consistit, quid significant? ℞. designant doctrinam quatuor Euangelistarum, quæ in altum longa, lataque surgit. i. in altitudinem virtutum, longitudo, cuius longanimitas est, quæ patienter aduersa tolerat; doleat, donec ad patriam perueniat; latitudo charitas est, quæ dilatione mentis amicos in Deo, & inimicos diligit propter Deum: altitudo verò, spes est futuræ retributionis, quæ prospera, & aduersa contemnit, donec videat bona Domini in terra viuentium.

6 Quare dicitur chorus Ecclesiæ? ℞. chorus clericorum est confessio canentium vel multitudo in sacris collecta. Dicitur chorus à corona, nam olim in modum coronæ virum aras stabant, & ita psalmos concorditer concinnabant: sed Flauianus, & Theodorus alternatim psallere constituerunt, edocti ab Ignatio, qui super hoc fuit diuinitus edoctus. Duo ergo chori psallentium designant Angelos, & spiritus iustorum, quasi reciproca voluntate laudantium, & in se ad bonam operationem inuicem exhortantium.

7 Quid designat Ecclesiæ atrium? ℞. significat Christum in cælestem Hierusalem patet ingressus, quod est porticus dicitur, vt dicta à porta, vel quod sit aperta 17. q. 4. si quis cum, & cap. si quis in atrio.

8 Quid significant turres Ecclesiæ? R. signant prædicatores, & Prælatos Ecclesiæ, qui sunt munimen, ac eius defensio. Vnde sponsus ad sponsam in canticis amoris, sic alloquitur. Collum tuum sicut turres Dauid ædificata cum pro pugnaculis. Cant. 4. pinnaculum turris vitam, vel mentem Prælati, quæ ad alta tendit representat.

9 Quid fenestræ Ecclesiæ significant? R. significantur scripturæ diuinæ, quæ ventum, & pluuiam repellunt. id est, nociua prohibent, dum charitatem veri solis, id est Dei in Ecclesiam. id est, in corda fidelium transmittunt inhabitantes illuminant. Hæ intus latiores sunt, quia misticus sensus amplior est. & præcedit literalem de cons. dist. 4. c. nullus autem. Item per fenestras quinque sensus corporis designantur.

10 Quid significat ostium Ecclesiæ? Respondetur, quod ostiũ Ecclesiæ est Christus, vnde in Euangelio dicit Dominus: Ego sum ostium. Apostoli quoque vocantur portæ. Ostium dictum est ab obsistendo his, qui foris sunt, vel ab ostendendo aditum. Valua autem dicitur à voluendo, porta à portãdo; quia per eam portantur quæcunque offeruntur.

11 Quid denotant columnæ Ecclesiæ? Respondetur, Episcopi, & Doctores designantur, qui templum Dei per doctrinam, sicut & Euangelistæ tronum Dei spiritualiter sustinent. Hi nanque pro sonoritate diuini eloquij, argenteæ columnæ dicuntur, iuxta illud in Canticis Canticorum. Columnas fecit argenteas. Bases columnæ sunt Apostoli, Episcopi vniuersalis Ecclesiæ machinam supportantes. Capita columnarum sunt mentes Episcoporum, & Doctorum. Capitella quoque sunt verba sacræ scripturæ.

12 Quid pauimentum Ecclesiæ? Respondetur, figuificant fidei nostræ fundamentum. Pauimentum quod pedibus calcatur, vulgus designatur, cuius laboribus Ecclesia sustentatur: vel sunt pauperes Christi, qui dicuntur pauperes spiritu, qui se in omnibus humiliant: quare propter humilitatem pauimento assimilantur. Trabes, quæ domum coniungunt, designant Principes, & Prædicatores sæculi, qui Ecclesiæ muniuntur vnitate, hi verbis, illi facto.

13 Quis primum altare extruxerit? Respondetur, Noe primus, deinde Abraham, Isaac, & Iacob altaria edificasse leguntur, quæ non aliud, quam lapides erecti intelliguntur, super quos sacrificia mactabant, quæ superposito igne cremabant. Moyses etiam fecit altare de lignis montis Sethim, & inde altare Timiamatis, quod vestiuit auro purissimo, Exod. cap. 27. Salomon quoque 3. Regum prope finem, altare aureum fabricauit, & ab his quidem patribus antiquis altaria modernorum sumpserunt exordium.

14 Quid significat crux in medio Ecclesiæ? Respondetur, crux ponitur in medio Ecclesiæ ad denotandum, quod de medio corde Christum Redemptorem nostrum diligimus, & ponitur in altum, quia Christi victoria designatur.

15 Quid significat lumen in Ecclesia? Respondetur Christum designat, iuxta illud: Ego sum lux mundi. Vel luminaria in Ecclesia significant Apostolos, & alios Doctores, quorum doctrina fulget Ecclesia, vt Sol, & Luna; de quibus Dominus ait: Vos estis lux mundi, id est, bonorum operum exempla.

16 Quid picturæ, seu imagines in Ecclesia designant? Respondetur, sunt laicorum literæ, sicut scripturæ, aut lectiones. vnde Greg. de consecr. distinct. 3. cap. per latum. Sed aliud picturam adorare, aliud est per picturæ historiam quid sit adorandum adiscere; nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis cernentibus præstat pictura, qui in ipsa ignorantes vident quid sequi debeant, & in ipsa legunt, qui litteras nesciunt.

17 Quid significant campanæ in Ecclesia, & vnde originem habuerunt? Respondetur, campanæ sunt vasa ænea in Nola Ciuitate campanæ primo inuentæ; sed maiora vasa campanæ, à Campania regione; minora verò nolæ à Nola ciuitate dicuntur. Campanæ verò significant concionatores, qui perinde nos ad diuinas orationes adhortantur. Lignum autem in quo campana pendet, lignum Dominicæ crucis designat. Ca-

uilla, seu ferrum illud pensile, cuius pulsu campana sonum reddit, vitam prædicatoris mentem significat: nam sicut campana pulsari nõ potest, nisi mediante cauilla, ita quoque inutilis ille est Concionator, qui non sit mente præditus. Funis verò quæ campanæ appenditur, significat sacram Scripturam; quia sicut funis ex tribus potissimum conficitur funiculis, sic triplex esse omnino dicitur scriptura, scilicet ex historia, ex allegoria, & ex moralitate: funis ergo descendens de ligno in manu Sacerdotis, est scriptura in ministerio crucis descendens in ore prædicatoris.

18 Quare pulsantur campanæ concitata tempestatæ? Respondetur, pulsantur, vt dæmones tubas æterni regis, id est, campanas audientes, territi fugiant, & à tempestatis concitatione quiescant. Et vt ad campanæ pulsationẽ fideles admoneantur, & prouocentur instanti periculo orationi insistere.

19 Quid est cœmeterium, & vnde dictũ? ℞. cœmeterium dicitur à cimen, quòd est dulce, & sterior, quod statio. Ibi enim dulciter ossa defunctorum quiescunt, & Saluatoris aduentum expectant. Cœmeterium originẽ habuisse dicitur ab Abraham, qui emit agrum in Ebron in quo erat duplex spelunca, in quarum vna sepultus erat Adam, & Eua, & ipse in altera sepultus est, & Sarra, & Isaac, & Iacob; propterea enim emit, vt sibi, & suis sepultura esset. vnde dicit Hier. quod tres Patriarchæ sepulti sunt in ciuitate Ebron in spelunca duplici, cum vxoribus suis.

20 Quid significant cruces duodecim in Ecclesia cõsecrata depictæ? ℞. quod cruces duodecim in parietibus Ecclesiæ depictæ sunt ad dæmonum terrorem, vt scilicet dæmones, qui inde expulsi sunt videntes signum crucis terreantur, & illuc ingredi non præsumant, secundo propter triumphi ostensionem; nam cruces sunt vexilla Christi, triumphique sui insigna.

21 Quæritur, vtrum Ecclesia semel consecrata possit, aut debeat iterum consecrari? ℞. quod non, ead. dist. Ecclesijs, de sacr. non iteran. cap. 1. & 2. de apost. cap. 1. nisi fuerit exacrata. quod potest contingere in his sequentibus casibus, videlicet, quando maior pars eius fuerit simul funditus diruta, vel ex toto, aut parietes omnes, seu maior pars eorũ nõ fuerint deuastati, d. cap. Ecclesijs. ff. de contrahen. empt. l. domum leui. cap. 14. prope finem. in modica tamen parte destructis, non est recõsecranda: potest tamen reparari illa modica pars. ead. dist. de fabrica. Si verò non simul, sed successiuè parietes omnes fuerint reparati, eadem tamen censetur Ecclesia: & ideo nõ reconsecranda, sed dumtaxat cum aqua exorcizata, & missæ solemnitate est reconcilianda. de cons. dist. 1. de fabrica, & cap. si motum. ff. de legat. 1. quod in rerum. &c. licet quidã dixerint esse reconsecranda. Debet consecrari quando nullo constat fuisse consecrata. Idem dicendum est de altari consecrato. extr. de cõs. dist. 1. si motum. extr. eod. cap. 1. & cap. quod in dubijs.

22 Quæritur, vtrum Ecclesia sit reconcilianda propter homicidium? Respondetur, quod sic, si qua par. se. dicatur. dicta l. 15. quæst. 1. §. ex eo. siue cum sanguinis effusione, aut ibi quocunque modo studiosæ commissum, & etiam citra homicidium propter quemlibet violentiam, & iniuriosam humani sanguinis effusionem. eadem distinct. si motum. nisi autem absque violentia, vel iniuria, ex ore, naso, cicatrice, vel ex alijs corporis locis, non ideo polluitur Ecclesia.

23 Quæritur, vtrum reconcilianda sit Ecclesia propter adulterium ibi commissum? Respondetur, quod sic, & non solum propter adulterium, verum etiam propter fornicationem, de consecr. dist. si motum, & generaliter cuiuscunque semine humano, extr. de adult. cap. significasti, naturaliter, aut innaturaliter studiosè, ibiq. peccandi libidine semine emisso polluta erit Ecclesia.

24 Quæritur, vtrum Ecclesia, quæ habet sepultum infidelem, vel publicè excommunicatum, indigeat reconciliatione? Respondetur, quod sic, & tunc parietes sunt abradendi. de consecrat. distinct. 1. Ecclesia. 1. & 2. Et in præmissis.

omni-

omnibus quidem casibus, in quibus Ecclesia reconcilianda est, oportet vt factum sit notum, & publicum, vel saltem per famam existat. extr. de adulter. significasti. & accu. §. inquisitionis.

25 Quæritur, cœmeterium in quibus casibus sit reconciliandum? Respondetur, in his sequentibus, videlicet, quando paganus, siue infidelis, aut excommunicatus ibi sepultus est, debet reconciliari. extr. eod. cap. consuluisti, de consecrat. dist. 1. & 2. extra de sepult. sacris ossibus. Et quando ossa eorum ab ossibus fidelium discerni possunt, illis prius eiectis reconciliatur, & eo modo, quo Ecclesia; nam cœmeterium eisdem priuilegijs, quibus & Ecclesia gaudet.

26 Quare fiunt processiones? Respondetur, fiunt ob memoriam processionum Christi, qui de sinu Patris venit in mundum, & de Præsepe in templum de Bitania in Ierusalem; & designant, quod nos etiam de mundo ad patriam reuertamur; & ex vna Ecclesia ad alteram, scilicet de militante ad triumphantem, sequentes crucem, id est vestigia Crucifixi: & nos vitijs, & concupiscentijs crucifigentes, sequamur etiam Sanctorum præcepta Euangelistarum, & induti vestes sacras, scilicet loricam iustitiæ, cingugulum continentiæ, scutum fidei, & galeam salutis æternæ.

27 Quare Crux fertur in processionibus? Respondetur, Crux in processionibus præmittitur: primò, cum sit quasi regale vexillum, ac triumphale, vt fugiant, qui oderunt eum à facie eius. Psalm. 67. Crux est signum victoriæ Christi, iuxta illud: Vexilla Regis prodeunt, &c. Quo dæmones victi sunt. Vnde illo viso, timent, & fugiunt. Et propter hoc in quibusdam locis tempestatibus aereis opponitur, vt dæmones fugiant, & ab aeris concitatione desistant.

28 Quare pulsantur campanæ in processionibus? Respondetur, pulsantur dum fit processio, vt sicut Rex terrenus in exercitu suo habet legalia insigna, scilicet tubas, & vexilla, ita & Rex æternus Christus in Ecclesia sua militanti, campanas pro tubis, & cruces pro vexillis habet.

29 Quare campanæ silent tribus diebus Hebdomadæ sanctæ? Respondetur, silent his tribus diebus, quia tunc siluerunt Apostoli, & Prædicatores, & alij qui per campanas intelliguntur. Sensus autem campanarum significat sonum prædicationis, de quo dicitur. In omnem terram exiuit sonus eorum. A quinta feria, vsque ad Sabbatum sanctum campanæ silent, ad denotandum, quod Dominus traditus est, & discipuli fugierunt, & tunc loco campanarum fit signum cum tabula lignea, quod significat humilitatem Christi vsque ad mortem, & sepulturam; tunc ergo ligno pulsatur, quia solus Christus Prædicator tunc habebatur. His quoque diebus fit officium humilius solito propter Domini humiliationem per triduanam eius sepulturam.

30 Quare in illis diebus denudatur altare? Respondetur, vt supra dictum, est altare significat Christum, seu corpus eius; & hæc denudatio denotat recessum Discipulorum Christi. Vnde Psalm. 17. Qui iuxta me erant de longe steterunt. Et in Euangelio. Relicto eo, omnes fugerunt. Altare ergo vestimentis denudatur, quia fugientibus Discipulis, Christus solus remansit. Et tertia die cooperitur, quia post resurrectionem Discipuli ad eum redierunt. Secundo denudatio altaris significat, quod Christus fuit denudatus in cruce.

31 Quare denudatur crux? Respondetur, quod designatur denudatio Christi à falsis Iudæis, & fit denudatio in tres vices ad designandum, quod Iudæi ter Christo in passione illuserunt.

Primò, quando in atrio Principis eius velata facie colaphis eum cedebant, & ita in nudationis principio non ostenditur facies Crucifixi.

Secundò, denudatus fuit ante prætorium, quando eo tradito ad crucifigendum, milites plectentes coronam spineam, illudebant ei genibus flexibus, dicentes: Aue Rex Iudeorum. Ad quod representandum in secunda nudatione discooperitur caput, & facies Crucifixi.

Tertiò, quando ei in cruce pendenti transeuntes dicebant: Vah, qui destruis

ſtruis templum Dei, &c. Et quia quando hæc illuſio fiebat, Chriſtus totus in cruce nudatus pendebat: & ideo in tertia nudatione totus nudus oſtenditur crucifixus; & tandem ad ſignificandum etiam, quod omnia, quæ in lege, & Prophetis obſcura fuerant, in paſſione Chriſti aperta, & manifeſta ſunt. Item Sabbato ſancto ante Miſſam, altaria cooperiuntur, & id fit, quia iam Eccleſia reſurrectionis præludia celebrare incipit.

Et quare Crux cooperitur in Quadrageſima? Reſpondetur, quia noſtra redemptio fuit abſcondita vſque ad paraſceuen.

Honor, & gloria ſit tibi ſancta Trinitas, quia operi tandem, quod vltra vires noſtras agere præſumpſimus, finem tamen dedimus.

Deo gratias.



ERRATA.

Imprimatur lin. 8. 1601. 1611.
Partes principales pag.4. lin.1. agitui, agitur.
In Epistola dedicatoria pag.1. lin.8. proderet, prodesset.
& pag.9. lin.15. nomini, nemini.
& lin.17. mireris, muneris.
In Prefatione lin.20. exhereditati, exheredati.
lin.21. priuali, priuati.

Pag.	*Col.*	*Lin.*	*Errata.*	*Correctio.*
4	2	25	ad illorum	ad illa
5	1	6	omnia	anima
13	1	21	præces	prius
		33	adde	baptizare
		37	patrimonij	matrimonii
		vlt.	sicce	siue
	2	10	Ecclesiastica	Ecclesiæ
20	2	23	baptismum	baptismus
		45	præsentia	pœnitentia
27	1	11	Ecclesiam	Ecclesia
28	1	35	conseruationis	consecrationis
	1	2	manibus	manentibus
33	2	47	essent	esse
37	2	9	per	pro
49	1	1	catorum	cator
54	1	47	non elogantur	elongantus
75	1	1	eam	causa
125			Ad facitiorem	faciliorem
210	1	45	afficiatur	efficiatur
303	2	17	permutationis	permutationes
		34	incorporalia	corporalia
321	2	20	non est mortale	est mortale
323	2	36	est satis	non est satis
498	1	penult.	adulcio	adulterio

Errata Capitulorum.

Pag.	*Cap.*	
27	18	Baptismi, Eucharistiæ.
29	16	18 Baptismi, Eucharistiæ.
113	40	49
115	49	50
117	49	50
119	49	50
162	4	14
213	18	19
215	18	19
217	18	19
221	33	32
325	33	32
262	67	42
265	42	43
267	48	49
407	18	17
409	21	37

Hęc sunt Errata ab Auctore inuenta, & quę ob eius malam oculorum dispositionem dum imprimebatur relicta sunt, corrigantur à benigna Lectoris prudentia.

SVMMA COMPENDIOSA DE SOLEMNI ORDINE VISITATIONIS

AD VSVM REVERENDISS. EPISCOPORVM cum omnibus suis requisitis, & cum maxima breuitate, & diligentia.

A R. D. ANTONIO DE LITTERATIS, Albetano Romano Ciue.

PARS SEPTIMA.



ROMAE,
Apud Iacobum Mascardum. MDCXI.

SVPERIORVM PERMISSV.

In iſta ſeptima, & vltima parte noſtrorum laborum, de qua mentionem fecimus à principio, non tantum pro faciliori commoditati Epiſcopi, vel Prælati Viſitatoris, quantum pro inſtructione eorum etiam, qui viſitandi erunt. Viſitatores enim benè ſciunt quæ viſitare debent, & de quibus interrogare, ſed non ea omnia proculdubio viſitandi poſſunt ſcrire. Propterea hunc Generalem viſitationis ordinem hic ponere ſtatuimus, vt ij omnes parati, & benè muniti inueniantur.

ORDO VISITATIONIS SOLEMNIS.



Vm Reuerendissimus Episcopus visitationis munus obire decreuerit, licet, cum id casus postulet, & improuisas, etiam interdum Visitationes habeat, tamen (vt plurimum) solet per litteras, & certos nuncios admonere: primum Archipresbyteros, Plebanos, Parochos, aut Rectores Ecclesiarum, quas est visitaturus sequentibus litteris: Necnon Magistratum, & Officiales Ciuitatis: Videlicet.

Reuerende Paroche, vel N.N. ex decreto sacri Conc. Trid. quod visitationem quotannis habenda decernit, Reuerendiss. Episcopus noster intra viginti dies accedet ad visitandam per se ipsum istam Diœcesim. Quoniam verò studebit quam celerrimè, debita tamen cũ diligentia visitationem ipsam absoluere, vt omnia opportunius parata sint, & hæc vestra actio ritè perficiatur ad Dei gloriam, & animarum istarum salutem.

Mandat primum, vt intra Missarum solemnia frequenti populo, non solum de hac visitatione illum certiorem facias, sed etiam ipsum decretum Conc. Trid. recites, & explices sess. 24. cap. 3. in ea parte, quæ in ipso initio habetur, vbi præcipitur Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, & Episcopis, vt propriam Diæcesim visitent, vt populi eo diligentius, & tranquilliore animo, maioriq. pietate quæcunque in visitatione constituentur amplecti possint, scientes hanc actionẽ ex his esse, ad quas omnes Episcopi obligantur.

Deinde in concionibus, & sermonibus quos ad altare, aut esugestu habebis argumentum, quo validè incites gregem, vt veniente Pastore, se compareat ad detegendas plagas suas, atque ad accipiendam (iuuante Domino) salutis medicinam, qua propter, vt magis commoueas, declarabis quantũ, & quale sit Episcopi onus in Visitatione facienda, & exemplis, & rationibus, quæ etiam ex ipso sacro Conc. Trid. & alijs probatis auctoribus desumere poteris, huius curæ solicitudinem explicare conaberis, nempe Medici, ad ægrotos, parentis ad filios, patrisfamilias ad operarios, vt maiori studio, & propensione tanquam Egroti Medicum, tanquam filijs parentem, & tanquam operarijs patrem familias expectent; sicque bonos mores tueantur, prauos corrigant, & ad religionem, pacem, innocentiamq. accendantur: atque eos ita hortaberis vehementissimè ad recipiendum sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum Reuerendiss. Episcopo, ac proinde se prius deuotè compareant, peccata confiteantur: tu verò pro confessionibus audiendis aliquam diei partem constituere. Cum autem Reuerendissimus Episcopus sacramentum Chrismatis sit administraturus, monebis eodem modo omnes, & singulos qui ad huc confirmati non sunt, vt ad illud sanctè recipiendum se præparent eo die, & in Ecclesia, eod. ordine, qui in separata indictione promulgata præscribitur.

Cæterum ad aliquas pias preces ad libitum habendas hoc toto ante Visita-

tionem tempore populum excitabis, vt Deus pro sua misericordia huius actionis progressus in viam salutis dirigere dignetur. Cum autem plurima sint, de quibus inuisitatione agendum erit considerabis primum qualis sit grex tuus, quibus morbis laboret, quibus donis Deus illũ prosequatur, an in eo aliqua tabes sit homicidarum, adulterorum, concubinarum, aleatorum criminosorum, non communicatorum, dies festos violantium, quæ omnia diligenter ad notabis: & statim in scriptis eorum nomina (si opus erit) Reuerend. Episcopo deferre non prętermittes, ac cum de reliquis rebus, quæ maiorem, & diligentioré prouisioné requiruntur commonefacere. Ad hæc parabis libros oēs, quos à synodis, & visitationibus, alias coniunctos habere debes, & vt recenti eos memoria seruare possis, nunc iterum procures præsertim de Baptismo, & Matrimonio, & cum de aliqua re interrogaberis, statim aptè rñdere possis, & Reuerendiss. Epi solicitudinem leuare.

Quoad Ecclesiæ tuæ ornatũ attinet, & reliqua, quæ ad excipiendum Reuenerendiss. Episcopum pertinent constitutiones seruabis, & quæ tibi de hac re mandata fuerint à familiari nostro, seu ab æconomo mense Episcopalis, quorum vnus prætermittetur, vt has potissimum expensas curet diligenter præstare non prætermittas. Bene vale in Domino, &c.

N. Vicar. Gener.

Vno, vel duobus diebus ante aduentum Reuerendiss. Episcopi præmittitur vnus ex familiaribus, qui præter literas ante missas Aduentum Reuerendiss. Epi certo die, & hora affuturum denunciet.

Ornamenta Episcopo necessaria.

Quæ autem à Reuerendiss. Episcopo deferri solent, pauca sunt, vt minus iter impediant, & vix sarcinarum duarũ pondus occupet: nempe necessaria indumēta Reuerendiss. Episcopi, scilicet mitram, & baculum pastoralem, casulam, dalmaticam, albam, amictum, cingulum, cirothecas, & anulum, gremiale, bacile, bronzinum, manutergium, nasitergium, sandalia, caligas, faldistorium, idest sedem, crucem, candelas, thus, & thuribulum, & nequid, ibi contingat deficere, quod ad eius officium etiam pro honestate, & reuerentia sit necessario ad prouidendum, ac etiam tapetum vbi honestè genuflectere possit, ne vilescat eius dignitas, aut diuinus cultus, & habeat sigillum.

[Ante accessum poterit aliquam indulgentiam plenariam à S. D. Papa obtinere, pro populo suo futuræ suæ primæ missæ præsenti.]

Comitatus, & iter. Cap. I.

CVm plura accidere possent in visitatione, in quibus variorum, & ministrorum opera necessaria esse debeant Reuerēdiss. Episcopo, sæpius enim Ecclesiæ præsertim, quæ longius absunt ab vrbe carent ministris, & vnus tantũmodo sacerdos est vna cũ clerico, nec functiones, vbi opus est perfici possunt, nisi maximo incommodo aliarum Ecclesiarum propinquarum, quæ etiam pluribus in locis distant, clerici conuocentur, siue consecranda sit Ecclesia, siue aliud agendum, in quo non vnius, aut duorum tantummodo sacerdotum præsentia necessaria est, sed plurium, idcirco ex Reuerendissimi Episcopi instituto inuisitationibus eiusdem, præter tres, aut ad summum quatuor, qui necessarij sunt quotidiano victui, & itineri adhibētur, vt plurimum infrascripti, qui etiã in sacerdotis officio Epm in suis functionibus adiuuēt.

Habeat Cappellanos sibi conformes in officio, qui etiam magistri cæremoniarum officio fungantur.

Habeat secum Prædicatorem, vbi ipse prædicare non nouit, qui etiam possit audire confessioné tam pro se, quã pro alijs visitandis, præsertim pp casus reseruatos.

Habeat Notarium practicum qui habeat etiam formam iuramentorum.

Præparet æquos benè ferro pedatos: frena, & sellas, & alia necessaria non indigentia reparatione. Similiter, & mulos, & salmarios, coopertoria, & cuncta familia: ne propter eorum defectum alliciantur ad grauandos subditos indebitè.

Non habeat Laicos præsertim solis lasciuis vacantes: & conentur in omnibus bonum exemplum præbere ne dicantur magis vacare ventri, quam animarum sa-

luti

luti, nec cocos ebriosos debet habere.

Postremo consultum esse, vt visitatores sibi prouideant propter multa occurentia de obtinendis litteris apostolicis, apostolica auctoritas accumuletur ordinariè præsertim propter casus reseruatos Romanæ curiæ cum qua auctoritate, vbi subesset multitudo errantium, aut paupertas, vel debilitas, vel alia necessitas, possint saluti animarum, & reformationi morum opportune consulere & prouidere.

[Ante discessum verò semper itinerarium iuxta formam breuiarij genibus flexis recitatur.]

De primo accessu Episcopi, vel Archiepiscopi ad suam Diœcesim. Cap. II.

CVm Episcopus ad Ciuitatem suam, seu oppidum insignem suæ Diœcesis peruenerit, descendet de Mula, vel de equo, & in aliquo sacello, seu honesto, & conuenienti loco parum distāte à porta Ciuitatis, & deposito itinerario habitu, induet cappā Pontificalē Iterumq; ascēdet mulam ornatam pontificalibus ephippijs, & stragula violacei coloris, ac pileum pontificalem solemniorem in capite geret, atque ita equitabit, suis familiaribus, & domesticis ipsum comitantibus vsque ad portam Ciuitatis, vbi inuenit Canonicos, & Capitulum cum toto Clero, & ibi descendit Episcopus de mula, & genuflectet super tapete stratum, & puluinum ibidem paratum, & deuotè osculabitur crucem ibi per digniorem ex capitulo pluuiali indutum oblatam.

Dicitur versus.

℣. Pax æterna ab æterno huic loco, pax perrennis, verbum patris donis locum augeat.

℟. Pacem pius consolator cunctis pręstet in cœlis.

Mox Episcopus surgens in aliquo sacello, vel loco ad id deputato, deposita cappa, accipit paramēta sacra. Videlicet amictum: albam: cingulum: stolam, & pluuiale album, & demum mitram pretiosam, conscendetque equum, seu mulam serico albo vndique tectam, & decenter ornatam.

Ordo autem procedendi erit.

Equitabunt primo ciues omnes: deinde familiares Episcopi, tum Magistratus, & Officiales Ciuitatis: Barones, & Principes, siqui aderunt, mox Clerus omnis pedibus incedens præcedente sua cruce, quem cantores subsequuntur cantantes, vt in Pontificali: post hos canonici, & capitulum Ecclesiæ.

Et si fuerit Archiepiscopus, antecedet crux Archiepiscopalis, inter quam, & Archiepiscopum, nemo erit, nisi dignitates, & canonici. Demum Archiepiscopus, seu Episcopus mitratus equitabit sub baldachino, quod portabitur, primo loco per magistratum Ciuitatis, per nobiles ciues vsque ad Ecclesiam, siue per eos, quibus ex consuetudine id conuenit

Item Episcopus memor erit populo manu dextera aperta, & extensa frequenter benedicere signum crucis faciēs

Post Episcopum equitabunt Prælati (si qui erunt) & reliqui togati.

Ante portam Ecclesiæ Episcopus descendet de mula, & super tapete stratum ibidem extensum, & capiet aspersorium de manu dignioris de capitulo ante dicti, vt supra induti, quo se, & alios asperget aqua benedicta, ac ministrante eodem, qui aspersorium obtulit digniore naiucula imponet in thuribulum, quod aliquis Acolitus tenet, thus more solito benedictum; tunc prædictus dignior ex capitulo, accipiens thuribulum de manu Acoliti stans, facta prius profunda capitis inclinatione ante Episcopum, thurificet illum stantem cum mitra ductu triplici thuribuli, & præcedentibus Clero, Canonicis, & dignitatibus, atque hymnum (Te Deum, &c.) cantantibus ad Altare Sanctissimi Sacramenti, si est aliud ab Altare maiori, consistet ibi Episcopus, & deposita mitra, ac facta genuflexione vsq. ad terrā ante ipsū sanctissimū Sacramentum, genuflectet iterum super puluinum ibidem præparato, & orabit, deinde surget. & facta iterum reuerentia cum genuflexione sanctissimo Sacramēto, accipiet mitram, & præcedet ad altare ma-

re maius, vbi ante infimum gradum (deposita mitra) faciet cruci super altari positæ reuerentia, caput profunde inclinãdo: deinde genuflectet super puluino, & genuflexorio ibi parato, & orabit, & interim ille dignior, vt supra indutus, accedet ad altare, & in cornu Epistolæ stans versus Episcopum orantem. Finito Hymno [Te Deum] cantabit ex libro super altare posito. [℣. Protector.] & alia, vt infra, vel in Pontificali, cum dicitur [Per Dominum nostrum &c.] Post orationẽ, Episcopus surget à faldistorio, & facta altari reuerentia, ibit ad sedem suã Pontificalem, in qua sedens, recipiet omnes Dignitates, Canonicos, & alios de Capitulo ad osculum manus; Cantoribus interim Antiphonam, vel Psalmum aliquẽ cantantibus, vel Organista organum pulsante.

Deinde accedet Episcopus ad altare, & deposita mitra, ante infimum gradũ, & facta iterum cruci reuerentia, in medio osculabitur, & cantata prius Antiphona Sancti, vel Patroni Ciuitatis cum suis Vers. & Resp. à Choro, vel Cantoribus, cantabit ipse in cornu Epistolæ orationem eiusdẽ Sancti, vel Patroni: (qua finita) accipiet mitram, & ad medium altaris reuertetur, & dabit benedictionem solemnem cantando, prout in dicto Pontificali, & cum dicet [Benedicat vos] & accipiet manu sinistra baculum pastoralem: & si erit Archiepiscopus, benedictionem dabit capite detecto habens ante se crucem suam, facta illi prius reuerentia. Benedictione data, pronuncientur Indulgentiæ per aliquem Canonicum alta voce, sub hac forma.

Reuerendissimus in Christo Pater, & Dominus, Dominus N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia huius N. Episcopus, dat, & concedit omnibus hic præsentibus, quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta. Rogate Deum pro felici statu S.N.D. diuina prouidentia Papæ N. & dominationis suæ Reuerendissimæ, & sanctæ Matris Ecclesiæ.

Deinde Episcopus (facta prius cruci reuerentia) depositis paramentis, & assumpta cappa, procedat ad locum suæ habitationis, quem dignior ille de Capitulo (dimisso pluuiali) & alij Canonici in habitu canonicali comitentur, si habitatio erit contigua, vel vicina Ecclesiæ: si verò distantior, vsque ad portam ipsius Ecclesiæ. Quod si adesset aliquis magnus Princeps, qui vellet vsque portam hospitij comitari, debet Episcopus aliquantulum resistere, non tamen huiusmodi obsequij, & pietatis officium omnino recusare, præsertim si habitationis locus non multum distet; sed ei pro tali humanitate gratias agere.

Si verò esset de mane, & Episcopus vellet sequi alias functiones, potest innui amictu, stola, & pluuiali violacei, seu nigri coloris, & mitra simplici, & pro absolutione dicit Antiphonas, Psalmum, Versus, Responsoria, & collectas subscriptas, & stans cum mitra iuxta altare versus Populum, incipit.

Antiphonam. Si iniquitates. [Deinde cum ministris, & capellanis suis dicit.] De profundis clamaui, [& sequuntur.]

De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes, in vocem orationis meæ.
Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino.
A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in Domino.
Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.
Requiem æternam dona eis Domine.
Et lux perpetua luceat eis.
[Deinde dicit totam Antiphonam.]
Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit.
[Qua dicta, & deposita mitra dicit.]
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. ℣. Pater noster. [Quod secrete completur. Interim accepto aspersorio cum aqua benedicta, tertio aspergit ante se; deinde imposito incenso in thuribulo, & illo benedicto, eodem modo incẽsat. Quo facto pronũciat.]
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

℣. In

℣. In memoria æterna erunt iusti.
℟. Ab auditione mala non timebunt.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio. Oremus.

Deus, qui inter apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, vt eorum quoque perpetuo agregentur consortio. Per Christum Dominum nostrũ.
℟. Amen.

[Deinde proceditur aqua benedicta, thuriferario, duobus ceroferarijs, cruce, & Clero præcedentibus, & cantantibus Responsorium.]

Qui Lazarum resuscitasti à monumento fœtidum. Tu eis Domine dona requiem, & locum indulgentiæ.

Qui venturus es iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Tu eis Domine dona requiem, & locum indulgentiæ.

[Pontifex cum mitra exit ad cœmeterium, interim dicens cum ministris suis Antiph. [Si iniquitates,] & Psalm. [De profundis.] vt supra, vsque ad finem, & Antiph. [Si iniquitates &c.] quibus omnibus dictis cum fuerint in medio cœmeterij firmant se suo ordine, & Chorus cantat Responsorium.]

Libera me Domine de morte æterna in die illa tremenda, quando cæli mouendi sunt, & terra. Dum veneris iudicare sæculum per ignem.
℣. Tremens factus sum ego, & timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira.
℟. Quando cæli mouendi sunt, & terra.
℣. Dies illa dies iræ, calamitatis, & miseriæ, dies magna, & amara valde.
℟. Dum veneris iudicare sæculũ per ignẽ.
℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.

[Repetitur Responsorium [Libera me Domine,] vsque ad primum Versum. Interim dum Responsoriũ repetitur, offertur per digniorem ecclesiæ nauicula, & per alium ex ministris thuribulum Pontifici, qui imponit incensum more solito. Responsorio repetito, & completo, Chorus cantat.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

[Mox Pontifex mitra deposita, conuenienti voce dicit.] Pater noster.

[Deinde aspergit, & incesat, prout fecit in ecclesia. Quo facto, dicit.]
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. In memoria æterna erit iustus.
℟. Ab auditione mala non timebit.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui inter apostolicos Sacerdotes famulos tuos sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, vt eorum quoque perpetuò agregentur consortio.

Deus veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, vt nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, B. Maria semper Virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas.

Deus cuius miseratione animæ fidelium requiescunt famulis, & famulabis tuis omnibus hic in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, vt à cunctis reatibus absoluti: tecum sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.
℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requiescant in pace.
℟. Amen.

[Et mox Pontifex eleuata dextera, producit signum crucis ab omni parte super cœmeterium: Tum accepta mitra, Pontifex reuertuntur omnes ad Ecclesiam ordine quo venerunt. Choro dicente congruenti voce, sine nota totum psalmum. [Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, &c.] cum vers. [Requiem æternam, &c.] Quem etiam Pontifex ipse

dicet voce dimissa cum ministris, seu capellanis suis. Quibus dictis, & Pontifex cum peruenerit ad chorum ante altare deposita mitra, stans ibidem in medio versus ad altare dicit.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

℣. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus:

Absolue quæsumus Domine animas famulorum famularumque tuarum, ab omni vingulo delictorum, vt in resurrectionis gloria inter sanctos, & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

[Quibus finitis Episcopus exuit se, & parat se pro missa dicenda, [si est celebraturus] deinde dicitur, seu cantatur missa Pontificalis cum ordine, & cæremonijs infra positis.]

Finita missa: Episcopus si cælebrauit deponit planetam, accipit pluuiale albi coloris, pro confirmatione danda (si adest tempus) sin autem in vesperis, seu in sequenti mane.

Deinde si adsunt calices, vasa consecranda, ornamenta altarium, seu indumenta benedicenda, Episcopus illa benedicat.

Tum exuit se indumentis sacris, & audit quærelas. si quæ sint audiendæ, & exhibeat se præsentem erga omnes cum omni charitate, mansuetudine, & rectitudine prout bonus Pastor. His peractis procedit ad reformationem Ecclesiæ, Cleri, & populi.

Quod si non adest tempus faciendi omnia prædicta in sequenti mane, vel vesperi potest omnia complere, vt diximus.

Potest autem visitatio distribui in duos, aut tres dies: In oppidis, vero aut vno die conficitur, prout negotiorum multitudo, aut paucitas requirit.

Reliquarum Ecclesiarum præter Archipresbyterales, & curatas insigniores: Visitatio eodem fere modo fit nisi, quod omnia (non interpositis horis, aut pluribus diebus) sed vno eodemq; die, & tempore perficiuntur.

Accidit enim, vt visitatio duarum, vel trium Ecclesiarum fiat etiam à prandio, prout occasio, tempusque patitur in qua visitatione omnia item ad implentur breuiter, & loco congruenter, semper tamen Reueredisl. Episcopus, cui conuenit alloquitur, post visitatam Ecclesiam, eique sermonem accomodat: Si villici sint, si mercatores, si nobiles, si pauperes.

In singulis verò Ecclesiis Archipresbyteralibus, & etiam curatis, offeruntur, à Parochis libri, videlicet baptizatorum: Confirmatorum: Matrimoniorum, & mortuorum. cum toto statu animarum, & populi sui.

Visitantur postea ædes canonicales; hospitalia, confraternitates, & alia in quibus inquiruntur omnia, quæ sacra Trid. synodus præcipit, & in tractatibus de visitatione comprehenduntur.

Post omnia peracta, quæ ad visitationem pertinent Ecclesiæ, ædium canonicalium hospitalium locorum piorum, &c. Visitat etiam infirmos, (si qui ad sunt) & egenis eleemosynas distribuit, nulloque ex loco discedit, quin signa aliqua pietatis erga pauperes, & loca pia relinquat: distribuit quoque grana benedicta, & varios pios libellos, veluti doctrinam Christianam, pias præces, imagines sanctorum, & alia huiusmodi.

Eo autem visitationis tempore, si consecratio aliqua facienda est, aut benedictio nempe Ecclesiæ, altarium, cœmeterij, aut campanarum omnia peragere solet Reuerendisſ. Episcopus admonito prius populo cum sermone aliquo breui, de illius actionis grauitate, & reuerentia, quæ illi debetur, quas omnes actiones perficit ex præscripto lib. Pontificali.

Deinde verò, si per se de omnibus particulatim Episcopus visitationem facere, vel ei intereſſe non possit; visitatorem habet mittere, qui non ignoret in primis, quod pertinet ad visitationis munus, quod quidem satis patet ex sacro Conc. Trid. sesſ. 24. cap. 2. nempe, vt visitationum omnium sit scopus, sanam orthodoxamque doctrinam, expulsis hæresibus, ad

bus, inducere bonos mores, & tueri, prauos corrigere, Populũ cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacẽ, innocentiamq. accendere, & cætera prout locus, tempus, & occasio foret, ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere.

Hæc autem omnia duplici maximè ratione præstanda esse, Concilium docet primum exemplo, vitæ, moribusq. ipsius Visitatoris: deinde eorum, quæ præcipiuntur, prudentia, & diligenti executione.

Primum itaq; meminerit Visitator ea omnia, quæ ad Cleri, populiq opinionem iustè acquirendam faciunt, ita amplecti; vt cum ad aliquem locum visitandum accedit, tanquam is, qui probatus medicus fit, auidè excipiatur, eiq. detegantur plagæ, morbiq. vt ijs cognitis, medicina parari possit.

Secundum est eorum, quæ ad ipsam visitationem pertinent, quæ cum latissimè pateant, sibi prouideat, Reuerendissimus Episcopus eum, qui huic muneri obeundo destinatus est, rectè nosse, quæ Visitatoris officio congruunt, ac quæ visitari possint, & debent, qua ratione visitanda, quid inquirendum non ignoret: de quibus quidem graues Auctores multi diffusè ederunt; quorum aliquem nihilominus Visitator ad manus semper habere debebit; aut nostrum hunc sequentem ordinem pro maiori eius commoditate, & facilitate positum, & iuxta ordinem, qui sibi actior videbitur, quanta maxima fieri poterit diligentia suæ visitationis capita dirigere, vt dare poterant, quæ remedijs indigent; eaq. cum in Congregtionibus facilis examinari, & applicari possint.

Quarè comitem habeat Clericum, vt diximus supra, qui & idem Notarius sit. In itinere sint diligentes, in hospitio circũspecti, in victu temperantes; silentio gaudeant potius, quam inanibus colloquijs, à quibus caueant; modestiam in omnibus præseferant; munera quæcunque exigua fugiant; deuotionem præcipuè profiteantur, præsertim, vt quotidie sacrum faciat Visitator, clericus inseruiat, & sæpius etiam communicet.

Quæ ad ecclesias pertinent, præter structuram, ornatum, supellectilem sacram, & rerum omnium tam Ecclesiæ, quàm canonicalis domus recognitum inuentariũ; nempe tituli beneficiorum, diuina officia, ministri ordinum singulorum, functiones, pia legata executioni non mandata, aliaq. huiusmodi.

Quæ ad Congregationes, & Confraterias, Hospitalia, & loca pia pertinent, & præsertim ad congregationes casuum conscientiæ, cœremoniarum sacrarum &c.

Tum an decreta, quæ quotannis in Synodis promulgantur, obseruentur; & si qua etiam occurrunt de blasphemis publicis, de sortilegijs, & superstitiosis, & præsertiã de hæresi suspectis, de vsurpatoribus bonorum ecclesiasticorum de non residentibus clericis, de non incedentibus in habitu, & tonsura, de concubinarijs, de non communicantibus tempore paschali, de non sanctificantibus dies festos, de non ieiunantibus Quadragesimæ tempore, & alijs diebus ab Ecclesia præceptis, & alia huiusmodi: laborabit etiã in reconciliatione simultatum (si quæ aderunt) amouere conabitur odia, aliosq. abusus, & quæ prouisione ipsa Reuerendiss. Episcopi indigent, statim præscribit, vt ijs consulatur.

De Confirmatione. Cap. III.

Episcopus cum pluuiali albo, stola, & mitra accedit ad locum confirmationis, & sedens super faldistorium; confirmandi verò circunstant ante Episcopum per ordinem dispositi, quos patrini tenent in brachijs dextris, & adulti deberent esse confessi, & contriti, & cum deuotione recipere hoc Sacramentum: & ipse Episcopus lotis prius manibus, quibus ante pectus stans, mitra deposita, & confirmandi genuflexis, manibus similiter iunctis ante pectus, dicit.

Spiritus sanctus superueniat in vos, & virtus altissimi custodiat vos à peccatis.

[Deinde signans se manu dextera à fronte ad pectus signo crucis, dicit.]

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum, & terram,

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
[Tunc extensis versus confirmandos manibus dicit.]

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui regenerare dignatus es hos famulos tuos ex aqua, & Spiritu sancto, quiq. dedisti eis remissionẽ omnium peccatorum: emitte in eo septiformen Spiritum tuum sanctum paraclitum de cælis.
℟. Amen.
℣. Spiritum sapientiæ, & intellectus.
℟. Amen.
℣. Spiritum consilij, & fortitudinis.
℟. Amen.
℣. Spiritum scientiæ, & pietatis.
℟. Amen.
Adimple eos spiritu timoris tui, & consigna eos signo cru✠cis Christi in vitam propitiatus æternam. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorũ.
℟. Amen.
[Et Pontifex sedens super faldistoriũ prædictum inquirit sigillatim de nomine cuiuslibet consignandi sibi per patrinũ, vel matrinam flexis genibus præsentati, & sumitate pollicis dextræ manus chrismate intincta facit crucem in fronte illius dicens: Ioannes, vel Maria, vel quis nomine nuncupatur.]
Signo te signo cru✝cis, & confirmo te Chrismate salutis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vt replearis eodem Spiritu sancto, & habeas vitam æternam.
℟. Amen.
[Producit signum crucis in fronte illius, dum dicit: [Signo te signo crucis] Deinde dat ei leuiter alapam super genam dicens: [Pax tecum.] Omnibus taliter consignatis, Pontifex tergit cum mica panis, & lauat cum aqua pollicem, & manus super aliquem peluim, deinde aqua lotionis cum pane fundatur in fontibus, vel piscina sacrarij. Interim dum lauatur cantatur Antiphona.]
Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, à templo sancto tuo, quod est in Ierusalem.
℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.
℟. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula seculorum. Amen.
[Iterum repetitur.]
Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, à templo sancto tuo, quod est in Ierusalem.
[Pontifex surgit, & stans versus ad altare, mitra deposita, dicit.]
℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
℟. Et salutare tuum da nobis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
[Deinde iunctis ante pectus manibus, & omnibus confirmatis deuotẽ genua flectentibus, dicit.]

Oremus.

Deus, qui Apostolis tuis sanctum dedisti Spiritum, & per eos, eorumq. successores cæteris fidelibus tradendum esse voluisti: respice propitius ad humilitatis nostræ famulatum, & præsta, vt eorum corda, quorum frontes sacro Chrismate deliniuimus, & signo sanctæ Crucis signauimus; idem Spiritus sanctus in eis superueniens, templum gloriæ suæ dignanter in habitando perficiat. Qui cum Patre, & eodem Spiritu sancto viuis, & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.
[Deinde dicit.]
Ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet Dominum.
[Et faciens signum crucis super eos: dicit.]
Benedicat vos ✝ Dominus ex Syon, vt videatis bona Ierusalem omnibus diebus vitæ vestræ, & habeatis vitam æternam.
℟. Amen.
[Expedita ita confirmatione, Pontifex sedens accepta mitra, patrinis, & Matrinis annunciat, vt instruant filios suos bonis moribus, & operibus, vt fugiant mala, & faciant bona, & doceant eos [Credo in Deum.] & [Pater noster.] & [Aue Maria.] quoniam ad hoc sunt obligati.]

In Reformatione de Eucharistiæ Sacramento, & alijs sequentibus . C. IV.

HIs omnibus peractis Episcopus cum suis ministris, & clericis loci solius remanent in Ecclesia, & si Episcopus ad esse non potest, visitator supplebit, (& clausis ostijs) accedit ad Tabernaculum vbi corpus Christi tenetur, & ibi diligenter omnia perlustrat, & inquirit.

An, & quoties in mense, bis, vel semel renouentur particulæ, qualiter conseruentur, an habeant corporale sub positum, an habeant pixidem, & Tabernaculum ad ostendendum, & ad gestandum in processionibus.

An locus sit mundus, purus, ornatus, & decorus.

An sint in vase honorifice clauso, & debito.

An habeant lumen suum continuè in lampario: Vbi sit signum aliquod depictum ad ostendendendum Populo, quod ibi sit corpus Christi.

An locus sit bene tutus, & clausus cum claue.

An locus non sit humidus, & vbi mures, & aues, seu alia animalia non possent mandere, aut lædere.

Qualiter portetur cum decentia, reuerentia & deuotione ad infirmos, & an vicini comitentur.

An sint lanternæ portatiles, & intorticia.

An sit vas condecens ad portandum infirmis.

An sit baldachinum, & campanella.

An sit humerale.

An in domibus infirmorum decenter, & super mappam mundam collocetur vas corporis Christi dum communicatur infirmus, & sub posito corporale.

An particulæ sint integræ incorruptæ recentes, & incompetenti numero.

In iungendum, vt semper plures particulas consecratas portet ad domum infirmi, vt ad minus vna remaneat in vase pro reditu ad Ecclesiam vnde exiuit.

Similiter in Ecclesia semper remaneat ad minus vna particula consecrata pro veneratione, & adoratione Sacramenti.

De Oleis.

Vbi sint olea Chrismatis chatecumenorum & iufirmorum.

An sint in loco tuto, clauso, & vasculis signatis conseruentur cautè, & distinctè, ne spargantur, & taliter, quod dignoscatur vnum ab altero.

An sint olea antiqua, & an sint renouata singulis annis in Paschate, & à quò.

An antiquo suo tempore comburantur, prohibeat ne dentur, nisi sacramentaliter.

De Fonte Baptismatis.

Deinde visitetur fons Baptismatis, qui sit lapideus, an sit aqua benedicta in sabbato sancto, vel in sabbato Pentecostes.

An administretur cum debitis cæremonijs.

An sit cautè clausus.

An sit bene reparatus, ne aqua effluat.

An habeat honestum operculum, ornatum, seu depictum.

Quod non detur pro medicina.

Quod Baptizandis non admittantur nomina incognita, & quæ non sunt in Martyrologio.

De Reliquijs.

Vlterius procedat ad videndum Reliquias an in vasis argentis, vel in alijs honoratis conseruentur.

An in loco tuto, & honorato teneantur, & vtrum possint furari.

An non extrahantur de vasis suis, & non vendantur, an ibi sint scripta nomina, & membra sancti, vt reliquiæ possint ab inuicem discerni, & cognosci.

An sint vere reliquiæ, vel incertæ, vel suspectæ, & cum quibus testimonijs.

An de illis semel in anno fiat commemoratio, & populo signanter in vasis suis ostendantur.

An quando ostenduntur semper fiat cum summa decentia, & accensis facibus à clerico, seu sacerdote induto super pellicio.

An benè aduertatur, ne sub specie reliquiarum ostendantur ossa peccatorum mortuorum.

An de illis non detur pro medicina, vel alio maleficio.

De Sacristia. Cap. V.

An sit sacristia ornata, commoda, munda, beneclausa, & custodita.
An sacristia sit humida, tenebrosa, & obscura.
An ibi sit locus, & commoditas, pro fonte, & manutergijs pro ablutione sacerdotum ante celebrationem.
An singula paramenta, & ornamenta sint decenter posita, & conseruata distinctè, & ordinatè.
An in ea sint armaria necessaria, & distincta cum clausuris, & clauibus.
An in ea sint vasa necessaria.
An in ea, aut in Ecclesia sit sacrarium ad proijciēdas ablutiones, & alia necessaria.
An in ea sit inuentarium autenticum omnium rerum.

De Calicibus.

Videat postea, an ibi sint calices, & patenæ necessariæ, an sint argenti, (& non de plumbo) vel saltem ære aurati.
An sint fracti, aut alias maculati, cum rima, fissura, aut macula.
An sint ab Episcopo consecrati, aut benedicti.
An tutè, & mundi conseruentur.
An patenæ habeant suos panniculos ad inuoluendum, vt mundæ conseruentur.
An singuli calices habeant suos sacculos lineos, seu panniculos, quibus inuoluātur.
An sint purificatoria munda, cum cruce in medio, qua distinguantur ab alijs manutergijs.
An sint manutergia separata, & munda cum capsulis separatis.
An sint vela calicium.

De Ampullis.

An sint ampullæ mundæ vitreæ in sufficienti numero vini, & aquæ, & distinctè, vt dignosci possint.
An sint patenæ seu vasculæ, quibus ponuntur ampullæ, cum manutergijs.

De Corporalibus.

An sint corporalia, & pallæ corporalium necessariæ, & mundæ ab Episcopo benedictæ, quæ lauari debent in aliquo vase mundo à Subdiaconis, & posterioribus in ordine.

De Paramentis.

An sint paramenta necessaria pro clericis, & altaribus ibidem existentibus.
An mundæ, & tutæ conseruentur, vt non rodantur à muribus.
An sint ab Episcopo benedictæ, sin autem benedicantur.
An destructæ reparentur, & immundæ lauentur per Clericos, & non per mulieres & laycos.
An habeant super pellicea: & quot, si in sufficienti numero.
An paramenta pro sacerdotibus Diaconis, & Subdiaconis sint benè complicata, diuisa in colore conformia, cum stolis, & manipulis, & fimbrijs albis, & amictis.
Quod ex paramentis antiquis fiant puluinaria, & bursæ: corporalia, coopertoria librorum reliquiarum, & alia huiusmodi, prout visitatori visum fuerit, & nihil conuertatur in profanum vsum.

De Altaribus.

An in Ecclesia sint Altaria necessaria, & an sint in debito loco, & ab Episcopis debitè consecrata (si non sint consecrata) si ibi sint Altaria portatilia debitè consecrata.
An lapis consecratus, sit commotus, integer, aut fractus.
An altaria sint pro maiori parte collapsa, & pars collapsa reparetur, an munda illa custodiantur.
An omne altare habeat aliquas imagines super se.
An habeāt suas dotationes, & fundationes:
An ibi frequenter celebretur: & an inferius altaria habeāt scabella lignea pedonea.
An habeant mundas, & sufficientes mappas coopertorias, & alia ornamenta necessaria, & decentia.
An mappæ altarium sint benedictæ, & ad-

minus

minus tres, pro singulis altaribus, & quoties lauentur.

An altare maius in qualibet Ecclesia excedat ceterorum altarium magnitudinem cum clathris ligneis, aut ferreis, siue lapidibus, vt ab eo separentur laici ab Ecclesiasticis, & habeat super se, vmbellam, quod baldachinum vocant.

De Candelabris.

An habeant candelabrum ligneum pro facula, in eleuatione Sacramenti.

An sint candelabra decora integra pro altare maiore, & quoties mundantur.

An singula altaria habeant sua candelabra, an sint ære, pro altaribus.

An sint faculæ, seu candelæ propriæ pro eleuatione Sacramenti.

De Libris.

An sint ibi Missalia, Breuiaria, Antiphonaria libri Euangeliorum, Epistolarum, Gradualium, Psalmorum, Lectionum, & cum suis signaculis, siue cordulis.

An ibi sit liber sacerdotalis.

An habeant Missalia, & Breuiaria noua.

An sit liber agendorum in administratione Sacramentorum.

An sit liber distinctus, in quo nomina baptizatorum, & compatrum eorum ordinatè scribuntur notando diem, & horam.

An sit liber in quo scribantur nomina eorum omnium, qui tempore debito, confitentur, & communicantur, & eorum, qui neglexerunt.

An sit liber, in quo scribantur nomina, & dies contrahentium matrimonium.

An sit inuentarium redituum, censuum, & fructuum Ecclesiæ.

Inspiciantur diligenter, & exactè omnes libri, si sint benè ligati, si sint defectuosi, benè ordinati, & distinctè pro necessitate

De sepulturis in Ecclesia.

Si demore sit, quod mortui in Ecclesia sepelliantur, an cum tali honestate fiat, quòd non inducat fetorem in ea.

An quando diuina non dicuntur, Ecclesia bene clausa teneatur, & sint in ea ostia necessaria, & bene munita.

An si aliquo modo sit ipsa Ecclesia polluta vel per iniuriosam sanguinis effusionem, vel sanguinis sparsionem, vel excommunicati sepolturam.

De cœmeterijs in Ecclesia.

An cœmeterium sit clausum, ne possint animalia illuc ire.

An ibi sit færetrum ad mortuos portandos de quorum, quo opertum.

An in illo sint aliquæ cruces marmoreæ, ligneæ, lapideæ, vel aliquæ depictæ, vel immagines sanctorum.

Quam sit mundum ab excrementis hominum, pecorum, & sordibus vicinorum.

An ibi sit vas mundum pro aqua benedicta, & aspersorium.

An visitetur frequenter à Clero processionaliter cum aqua benedicta, & incensum cum absolutionibus.

An ibi fiant profana, aut illicita omnino sint clausa, & ab omni iniuria bene custodita.

An officia pro defunctis dicantur frequenter, & deuotè.

De Structura Ecclesiæ.

In primis, quando in fronte Ecclesiæ exterius depicta sit imago sancti, cuius titulo est decorata, & ab omni habitatione sit seiuncta, vt circundari posit.

An portæ, & fenestræ sint benè satis munitæ.

An Pars aliqua indigeat reparatione in tecta, trauibus, muro; aut alibi.

An sint fenestræ clausæ vitro, aut tela linea, ne auibus aditus in Ecclesiam pateat.

An pauimẽtum, & parietes sæpe purgẽtur.

An Ecclesia sit polluta, seu prophanata, & an in ea sint vinum frumentum, linum, lana, aut similia.

An celebrentur dies aniuersarij dedicationis templi, & altarium.

An in Ecclesia sint epitaphia scandalosa, seu imagines indecoræ.

An sint campanæ, quot, & an benedictæ, & an sit turris, aut campanile.

An pulsentur debitis horis, vt in aurora meridiæ, & in occasu solis, pro Aue Maria.

An sint fontes mundi aquæ benedictæ, prope ostium Ecclesiæ ad aspergendum in ingressu

An

An illa aqua singulis dominicis renouetur.

An in Ecclesia præmittantur profana, vt comediæ, dialogi, musice seculares, coreæ commessationes, seu alia illicita, & prohibita.

De alijs ritibus ad vsum cultus diuini pertinentibus. Cap. VI.

AN adsint cruces decentes, & vexilla, pro processionibus.

An habeant crucem portatilem pro defunctis deferendam.

An habeant thuribulum mundum integrum cum nauicula, & cochlearia, quando ture, & incensum vtantur.

An habeat vas mundum pro portanda aqua benedicta cum aspersorio.

An habeat pulcram imaginem argenteam, æream, vel depictam, pro dando osculo pacis.

An habeant puluinaria pro altaribus, & genuflexionibus.

An habeant vela, seu tobeleas pro sustinenda patena in sacrificio missæ cantatæ pro Subdiacono.

An habeant vela munda pro communicatione populi.

An sit crux magna cum Saluatore in medio Ecclesiæ.

An sint hinc inde in Ecclesia pro exercitatione deuotionis imagines Christi: Beatæ Virginis sanctorum, & præcipuè patronum Ecclesiæ.

Si qui in præmissis defectibꝰ reperti fuerint notentur distinctè, & diligenter per Notarium Episcopi, qui domi adhibitis prudentibus, & peritis consilia singula exactè perpendat consideret, & pro rei cõmoditate. & possibilitate opportunè remedia apponat.

Si aliqua reficienda, aut de nouo facienda erunt, Episcopus diuidet pro æquali, & tollerabili portione, impensas inter ipsum Episcopum, Domini loci, clerum, & populum habita tamen ratione loci, & expensarum, & facultatum eorum Parochorum, Archipresbyterorum, Decanum Custodem, & totum Clerum Ecclesiæ, serio reprehẽdat, & vbi opꝰ fuerit puniat Deinde instruat verbo, & scripto per cartam, quam visitationis vocant, qualiter Ecclesiam eius paramenta, & ornamenta conseruare, reficere, augere, & quomodo in cultu diuino moribus, & vita, & honestate exemplar, & irreprehensibiliter se gerere debeant nominando Clero. & populo tempus in quo necessaria refici curent, & gerendo secum illis modestè, & distinctè obseruata tamen æquitate ne aliqui plus alijs grauentur.

In reformatione Clericorum Examen Parochorum. Cap. VII.

INterrogetur quisquam de nomine, cognomine, patria parentibus legitima natiuitate, ætate, & tempore sacerdotij, vt sciatur an non sit ordinatus ad legitimam ætatem, exhibeat litteras formatas. Item dispensationem, si qua indiguit.

Item litteras dimissorias, & admissionis, si sit alterius Diœcesis. Item litteras inuestituræ, vel commissionis, vel absolutionis, & si qua indiget, & an fecerit professionem fidei, quando, & vbi: An habeat statuta synodalia, chatechismum Romanum, & Conc. Trid.

An legerit, & legat, & de illis populum doceat de fide, sacramentis, & moribus.

An habeat methodum cõfessionis, & alios libellos approbatos de confessionis Sacramento, & de sacra communione.

An habeat alios libros instatutis synodalibus nominatos, & comendatos.

An non sit professus aliquam religionem.

An non sit corpore vitiatus, (si sit) exhibeat dispensationem.

An sit verus Parochus, an verò solum Vicarius idquam perpetuus, ne annualis, aut ad illud tempus.

Quis sit verus Parochus, & quare non resideat, & an sit sacerdos, & habeat dispẽsationem de non ordinando, vel residendo, & vbi habitet, & quantum absens, & quantum det Vicario, an & exhibeat, si habet literas mutui, pacti, siue obligationem, quam habet cum vero Parocho;

Quis habeat ius patronatus Ecclesiæ, vel beneficij.

Et sit legitimè præsentatus, & admissus ad animarum curam, exhibeat litteras præsentationis.

Quam diu possedit, quomodo, quibus cōditionibus, & à quo obtinuit, & possedit beneficium, quamdiu tenetur in seruire patrono suo, ad inuestigandum, an non per symoniam, vel aliud illicitum pactum obtinuerit beneficium.

An gestet habitum, & tonsuram suo ordini conuenienti, inspiciantur vestes interiores, pileus, & corona in capite, item quātum longa sit vestis exterior.

An satisfaciat oneribus fundationis, quæ, & qualia sint illa, exhibeat litteras fundationis si potest, aut quare non potest.

An habeat concubinam, & quot ex ea proles, quis eam baptizauit, & quare concubinam à se non remouet, an velit eam remouere in totum, si sic, quam cito.

An aliquid capiant cum pacto per sepulturis, & alij Sacramentis ministrandis, & an antiquo modo sint symoniaci, etiam si in ordine, vel beneficio.

An si intromittant se in casibus reseruatis, & an excommunicatos absoluant, & an præmittant eos stare in diuinis, & an obseruent interdictum.

De Beneficijs, & eorum prouentibus. Cap. VIII.

Quot sunt beneficia in Ecclesia illa, vel ciuitate, oppido, seu pago.

Qui sint tituli beneficiorum.

Qui sint fundatores, & an sint beneficia curata.

Quot sint fructus, & an conseruentur.

Si sint aliqui fructus alienati.

Si sint fructus ablati, vel vi occupati.

Si beneficiorum possessores faciant residentiam.

Si sint beneficia legitima acquisita.

Si non sint commissa Symonia.

Si beneficia habeāt proprias habitationes.

An habitationes benè conseruentur.

An locentur personis non honestis, vel suspectis.

Ostendat litteras collationis.

Quis habeat collationem beneficij.

An sit qui præiudicet ius patronatus.

An patronus commisit symoniam.

An fecit pactum, & conditiones, & quas.

An patronus detraxit aliquid de fructibus.

Quot habeat beneficia.

An integros percipiat fructus.

An conseruet fructus, & iura beneficij sibi collati.

An layci patroni, & domini, vel eorum officiales intromittant se in bonis, & iuribus Ecclesiæ.

An soluant pensionem, quantam, & cui.

An satisfiat pijs fundationibus.

De doctrina Presbyterorum, & sufficientia eorum in Sacramentorum admininistratione, & celebratione Missarum. Cap. IX.

Quomodo, quo ordine, & ex quo Missali, quæ item alta voce, & quæ submissa dicat inter celebrandum Missam, & videatur si possit celebrari, & an nouas, & insuetas preces, & cœremonias habeat.

Quoties in septimana celebret, & quoties obligetur celebrare.

Quomodo audeat celebrare conscius sibi peccati mortalis, aut vitæ turpitudine, aut aperto crimine notatus, nisi cōfessus.

Quomodo legat cautelas Missæ.

An vnquam celebret ab homine, vel iure suspensus, aut excommunicatus ante absolutionem, & an intelligat hoc interrogatorium.

An celebret sine ministro respondente.

Quomodo cantetur Missa, & an omnia cantentur integrè.

An celebret in priuatis ædibus, vel locis nō sacratis sine licentia ordinarij.

An sciat quid potissimum Sacerdos agat in Missa.

An & quousque legat Horas suas antequam celebret.

Interrogetur de accessu, & recessu altaris, quando sit, & non sit dicenda in Missa Gloria in excelsis, & Symbolum, Ite missa est, & dicat Confiteor.

Quam recenti vino vtitur in celebrando.

Dicat vtranque consecrationis formam.

Quid credat de vtraq; sacramenti specie, & quid sit in calice post consecrationem antequam particula hostiæ imponatur in calicem.
An admittat peregrinum Sacerdotem vagum, aut ignotum ad celebrandum, vel concionandū nō visis litteris admissionis.
Admoneatur præterea, vt tremendum sacrificium Missæ summa puritate animi, & corporis deuotè, reuerenter, distinctè celebret, & initio totum officium legendum prærordinet, & in fine exutus paululum deuotè oret.
Quomodo sub Missa hortatur populū ad orandum pro viuis, & pro defunctis ipse quoque flexis genibus oret antequam pergat, & an cogatur, fixum cathalogum nominum recitare.
An ex alio libro quam à sacra Romana Ecclesia approbato administret illud sacramentum, & an alio loco, quam in templo extra morbum, & necessitatem.
Item an sine superpelliceo, & stola dicat quæ in specie, quod Sacramentum, & quare, & ex quo libro, & an vtatur cœremonijs, aut ritibus.
Quantum soleat in cuiusq; Sacramenti administratione accipere, vel exigere.
An aliquis immisceat se Sacramentorum administratione Parocho inuito.

De Baptismo, & Confirmatione. Cap. X.

Examinetur de forma, & materia Baptismi extra necessitatem, & quid agatur cum baptizatis in necessitate ab obstetrice, vel alio.
An obstetrix sciat formam, & materiam, & an sit honesta, & bonæ famæ, immo audiatur ipsa, si erit præsens in loco, & diligentissimè interrogetur de modo, & forma, quam obseruat in actu baptizandi: nam in hoc consistit salus ipsius baptizati, si ritè baptizetur.
Quos, & quales admittant compatres, an regulares, excommunicatos, pueros ignorantes rudimenta fidei.
An admoneant eos sui officij, ad quod teneantur.
In quibus partibus vngat baptizatum, & vbi sit vertex.
An aliquando, & cuius culpa mortuus sit infans sine baptismo, & vbi talis sepeliatur.
Quid fit cum aqua quando baptizatur infans extra templum.
An infantes etiam diuitum extra necessitatem alibi, quam in templo baptizentur.
Quousque extendit se cognatio spiritualis contracta ex Baptismo, & Confirmatione, & an de ea admoneat subditos, & præcipuè patrinos propter impedimenta matrimonij.
An facta sit ibi aliquando Confirmatio.
Quando, & quomodo instruat subditos ad dignè suscipiendam confirmationem.

De Pænitentia. Cap. XI.

An habeat, & publicet Bullam Cœnæ Domini.
An hortetur populum ad bis in Septuagesima confitendum, vbi audiat confessiones.
An sit ab Ordinario admissus ad audiendas confessiones quando confiteantur subditi, an in specie, an verò eadem forma.
Quid ipse audita confessione facit.
An absoluat non confitentes in specie sua peccata. Item viuentes notoriè in statu damnationis, qui non habent firmum propositum abstinendi, vel nolentes abstinere.
An eos interroget de quibus, & quomodo id faciat.
Qui sint casus reseruati, qui non possunt extra mortis articulum absolui, & quomodo intelligat casus excommunicationis maioris.
An absoluat nescientes orare Symbolum Apostolorum, quos libros habeat, vel Summa de confessione rectè audiendis, & de toto Pænitentiæ sacramento.
Dicat formam absolutionis à censuris, & à peccatis, an audiat confessionem nō subditi, sine licentia superioris, & extra articulum mortis.
An cui subditi alteri confiteantur sine sua licentia, & an hi afferant testimonium factæ confessionis priusquam cōmunicent.
Quales satisfactiones iniungant confitentibus, an easdem omnibus.
Quando, & cum quo ipse sit confessus, & quo-

quoties in anno, & an ille cui confitetur ſit approbatus ab Ordinario.

An quoties peccauit mortaliter confiteatur Sacerdoti priuſquam celebret, & quare non.

Quomodo intelligat tres pænitētiæ partes.

Quæ peccata neceſſaria ſunt confitenda, & quantum intelligat de mortalibus, & venialibus peccatis. Item de reſtitutione facienda.

De ſacra Communione. Cap. XII.

QVi communicentur digne, & qui indigne, qui fructus digne, & quæ mala indigne communicantium, & an de his Populum tempeſtiue admoneat.

Quibus poſſit publicè negare ſacram communionem, & quibus priuatim.

An dederit communionem non confeſſo, vel non abſoluto, aut excomunicato.

An dederit alicui ſub vtraque ſpecie, an quando ab aliquo accipiatur vtramque ſpeciem horum nomina debet indicare ordinario.

An dederit alicui Parochiano ſine licentia.

An aliquis ſine licentia alibi communicēt.

Quis, & ex quo poculo det ablutionem, quia non ex calice danda.

Quot habet communicantes.

An interroget communicantes, & confitentes, quid credant de ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſacramento priuſquam in Paſchate digne ſumendo.

An ſit diligens, quod in Paſchate ſaltē omnes ſui parochiani confiteantur, & communicent, & illos deberet habere in ſcriptis, vt de illis ſuo Epiſcopo ſciat reddere rationem.

De Extrema Vnctione. Cap. XIII.

AN dederit alicui, aut dari viderit extremam Vnctionem, & quibus ſit dāda, & quibus neganda.

An hortetur laborantes in extremis periculosè, ad eam dignè, & deuotè recipiendam.

An aliquis eam contendat, & quid cum tali faciat.

An præmittat Septem Pſalmos cum Litanijs ante ipſam Vnctionem, an ſciat partes inungendas, & modum, & formam.

An infirmi maturè confiteantur, & communicent, cum ſint integris ſenſibus, & an eos ad hoc hortetur, & ſæpæ viſitet eos.

Quid facit quando vocatus venit ad infirmum, qui amiſit loquelam, vel rationis vſum, aut quod ſumit, non retinet.

De Matrimonio. Cap. XIV.

AN & quoties publicarit decretum de clandeſtino matrimonio, & an diem primæ publicationis indicarit Epiſcopo, & quare non dum publicarit.

An hoc decretum ſeruetur à contrahentibus, & ipſe ſemper ad ſit, & quomodo examinet contrahentes, & an ſequatur agenda.

An coniunxit illos inter quos fuit ſanguinis affinitas, & compaternitatis, aut aliud impedimentum, & quomodo hæc impedimenta intelligat.

An contrahentes prohibitas nuptias denuncient Curiæ eccleſiaſticæ.

An ſemper præmittat tres proclamationes in cancellis ſecundum Canones ante ſolemnizationem.

An ſciat, & ſtrictè obſeruet tempora prohibita ad ſolemnizandū matrimonium, vel cuius auctoritate non obſeruet.

An omnes cauſæ matrimoniales referantur ad conciſtorium:

An verò magiſtratus layci, vel eccleſiaſtici eas terminent.

An ſponſus, & ſponſa ſimul cohabitent, ante ſolemnes nuptias, vel conſument matrimonium.

An tantum contra Eccleſiæ fiant ſolemnes nuptiæ, an verò quandoque in domo, & qua de cauſa interfuit.

An coniunxerit alienos ignotos, aut vagos ſine licentia, aut ſufficienti informatione.

An in ſolemnizatione non fiant ineptiæ, vel ſtultitiæ in vel coram Eccleſia.

An in peculiari libro deſcribat nomina, & cognomina contrahentium, & teſtium.

Item diem, & locum contractus quilibet in Ecclesia seruetur successori.

Quibus est serio mandandum, vt omnia sacramenta secundum ritum Romanæ Ecclesiæ, & per scriptum statutorum synodalium diligenter, deuote, & caute, & ordinate administrent.

De cultu Diuino, & cœremonijs. Cap. XV.

AN sciat legere, & quotidie, deuote, & integre domi, & foris legat Horas canonicas, quæq; sit regula præsentis anni.

Quale peccatum sit omittere Horas canonicas pro leui causa.

At desierit consuetudo cantandi, vel legendi Horas vespertinas Festis diebus, & pridie festorum quando, & quomodo hoc omissum sit, & in præsenti omittatur.

An diligenter seruet benedictiones cereorum, cineris, palmarum, salis, & aquæ singulis diebus Dominicis, & post Pentecosten.

An populus cum rebus benedicendis ad templum religiosè accedat, & benedictis religiosè vtantur, & non superstitiosè abutantur.

An seruet toto anno consuetas processiones, & Litanias, & an populus comitetur, & Magistratus iubeat comitari.

Nota de processione corporis Christi, & de illo festo religiosius etiam à prandio transigendo.

An toto anno seruentur Sanctorum festa, & ieiunia ab Ecclesia indicta, & statutis synodalibus præscripta, cum vnica scilicet refectione, & ciborum delectu.

Quomodo seruentur cœremoniæ, & cultus diuinus triduo ante Pascha.

Quomodo se gerat in sepeliendis mortuis, an sint, vt seruet debitas orationes, & cœremonias.

An seruetur vetus consuetudo Ecclesiæ celebrandi depositionis diem septimum, trigesimum anniuersarium, an aliquando pro suis defunctis non faciant, & quare.

An huiusmodi diebus, vel pridie cantet, aut legat officiũ defunctorum, & quot Psalmos, & Nocturnos legat.

An in Dominico, vel festo die cantat Missam de Requiem.

An sciat quibus sit deneganda sepultura ecclesiastica.

An in peculiari libro describat nomina mortuorũ cum annotatione anni, & diei.

De Concionibus. Cap. XVI.

QVoties cócionetur præsertim in Quadragesima, & Aduentum Domini.

Quid præcipue tractet, & quandiu concionetur.

Ex quibus libris Latinis, & Italicis prædicetur.

An sedulo exhortetur subditos, & vniuersales consuetudines traditiones, & præcepta Ecclesiæ seruent, & grauiter peccent transgressores, & contemptores.

An sciat, quot, & quæ sunt communia Ecclesiæ præcepta.

An doceat populum de recto, & de salutari vsu Sacramentorum, de modo agendi pænitentiam, præcipuè in Quadragesima de varietate, discrimine, & grauitate peccatorum, & circunstantijs de auctoritate Ecclesiæ, & Episcoporum, de obedientia erga Superiores, & de articulis Fidei, de cauendis huius temporis hæresibus, de exercendis misericordiæ operibus, & his omnibus suo tempore in specie.

An, et quomodo explicet populo misteria Missæ, et Sacramentorum. Item cœremonias omnes, vt populus hoc magis veneretur.

Quomodo admoneat populum de legitima festorum celebratione.

An acriter reprehendat vitia, quæ nouit inter suos magis vigere, et quæ sint illa, et ex quibus libris doceat prædicta.

An ibi sit schola, vel catechismus doceatur.

In fine concionis statim intelligibiliter recitet orationem Dominicam, cum salutatione Angelica, Symbolo, et Decalogo, vt subditi hæc adiscant.

An admoneat paruulos; vt domi idem faciant.

Quibus verbis pætat fieri orationes pro superioribus, & pro defunctis.

Quid credat de Purgatorio, & qui sint in illo.

Qua confessione generali vtatur in fine concionis.

An in

An in qualibet Dominica promulget festa, & ieiunia præcepta.
An subditi diligenter veniant ad concionem, & ex illis proficiant in fide, & moribus.
An sciant ad se pertinere, vel suum cappellanum, si non ad sit ludi magister iunioribus explicare rudimenta fidei, & doctrinam Christianam.
Si habet cooperatorem, & an sit per ordinarium examinatus, & approbatus.
An sint docti, & non ignorantes præsertim curati.
An sint fideles, & obedientes suo Episcopo.
An & quomodo eius iura, & bona conseruent, & debita sibi persoluant, demum eos fraternaliter monetur, quam diligenter se debeant habere circa sacramenta ministranda, & curam animarum, quæ est ars artium.
Et vt magis veritas clarescat Episcopus aducat ad se tres, vel quinque, ex parochianis loci, qui sint veri boni testimonij timentes Deum, & examinet eos sigillatim super aliquibus de præmissis, quæ necessaria sunt per eos sciri, & quæ ipsis laicis, quoquomodo scandalum generare non possint, vt bene vitentur defectus (si qui in ipsis clericis reperiantur) per Notarium Episcopi, & moneantur ipsi Clerici, & puniantur, secundum qualitatem delicti cum omni mansuetudine, & discretione, & in quantum fieri potest saluetur honor clericorum, quibus laicis infesti sunt.
Et si in visitatione non sit proprius diocesanus, remittat ad eum, vel eius officialẽ.

De Scholis. XIII.

An sint scholæ, & quot.
An magistri, qui præsunt, sint viri boni, probi, & honestæ famæ. An doceant doctrinam christianam, & de eius doctrinæ scholarium progressu.
An legant vtilia, & honesta, & quos authores profiteantur.
An diligenter in litteris, & moribus instruãt scolares.
An fecerint professionem fidei, & vbi.
An admoneant scholares, vt singulis diebus præcipuè autem festis frequentent Ecclesiam, vbi deuotè orent.
Similiter est animaduertendum in scholis vulgaribus, & mulierum, vt & ibi seruetur omnis honestas in moribus conseruatione.
Prohibeantur lasciua colloquia, cantilenæ, & vanitates scandalose.
Introducatur consuetudo, quod pueri, & puellæ in ingressu in scholas sẽper simul faciant deuotam aliquam orationem, admoneantur à magistris, vt in platea honestè incedant, vt domum pudicè, & sobriè viuant, vt sint obsequentes parentibus, & maioribus, vt non blasphement, nec loquantur obscena, aut turpia, viuant pacificè, & in charitate erga omnes.
Si magistri, seu magistræ sint suspecti decrimine aliquo, quam primum dimittantur antequam corrupant innocentes.

Examen in Cathedralibus, & collegiatis Ecclesijs. Cap. XIV.

Quot sint dignitates canonicatus, cappellaniæ, seu alia beneficia in Ecclesia visitanda.
Interrogetur de nomine, & cognomine singulorum beneficiatorum, & quomodo illa beneficia obtinuerint, an sit commissa symonia, ostendantur litteræ collationis.
An habeat aliquis plura beneficia, & quæ.
An omnes beneficiati sint in ordinibus, & quot ordines habeat, & à quanto tempore ostendantur ordinationum litteræ.
An omnes faciant residentiam, qui sint absentes, & quamdiu.
An sint, qui soluant pensiones, & cui.
An percipiant integros fructus.
An fructus distribuant secundum constitutionem Conc. Trid.
An fructus beneficiorum alienentur.
An fructus sint occupati à laicis.
An habeant librum omnium redditũum, & iurium Ecclesiæ, & beneficiorum.
An fiant singulis annis computus per quem & cui.
An Vicarius Episcopi, Decanus, seu Archipresbyter, canonicos, & clericum sibi commissum verbo, & exemplo in officio contineat,

An habeat oculos attentos ad chori disciplinam.
An sollicitè, & debitè curet, vt in diuinis officijs omnia rectè, tempore bono ordine, deuotè grauiter, & fideliter peragantur.
An canonici Ecclesiam, & chorum indecenti habitu, & tempestiuè ingrediantur.
An omnia officia diuina, horarum canonicarum in choro deuotè quotidiè decantentur.
An obseruent debitas cæremonias, & ritus in diuinis officijs.
Qua hora dicant Matutinas.
Qua Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam.
Qua vesperas, & qua completorium.
Qua sacrificium missæ.
An cantent quotidie missam in choro cum deuotione, & decore.
An, & quando habeant processiones.
Quoties fiat concio in Ecclesia cathedrali, seu collegiata.
An rite, & causa deuotione peragant exequias, & officium mortuorum.
An fundationibus satisfaciant.
An missas priuatas in particularibus altaribus deuotè celebrent.
An in choro, & Ecclesia honestè, discretè grauiter, & reuerenter se gerant.
Admoneantur, vt opus Domini non faciãt negligenter, & intrinsicè, & extrinsicè, corde, & animo, gesta, & vultu, cum omni sinceritate tanquam veros seruos Dei deuotos se, & modestos vbiq; exhibeãt.
An puniantur negligentes ad diuina officia.
An puniantur, qui vana colloquia, & indecentes gestus diuinis officijs miscent.
An ad nomen Iesu, sanctæ Mariæ, gloria patri, adoremus, suscipe deprecationem, gratias agimus, & reliqua huiusmodi capite denudato surgendo, vel inclinando pro qualitate loci, & temporis reuerentiam faciant.
An reuerenter decore, quorum, & Ecclesia ingrediantur.
An de ambulent, seu discurrant in templo.
An canonici habeant domos, seu habitationes canonicales.
Quomodo sint benè cõseruatæ, & reparatę.
An domi honeste, vt clericos decet, se gerant.
An habeant apud se personas suspectas.
An sit aliquis concubinarius.
An sit aliquis scortator, adulter, criminosus, aliter turpi lucro deditus sortilegijs, magijs, diuinator, & excommunicatus. Suspensus, Pertinax. Rebellis, Rixosus, seu in aliquo canonum transgressor, aut infamis, seu scandolosus.
An puniantur delinquentes secundum Canones.
An sæpe confiteantur.
An præsumant celebrare existentes in peccato mortali, sine confessione.
An obseruent ieiunia, & singula præcepta Ecclesiæ.
An obseruent statuta synodalia.
An sciant aliquos defectus in Capitulo, seu Congregatione eorum, qui indigerent correctione.
An celebrent capitulũ, seu Congregationes.
An Canonici se exerceant in sacra lectione.
An habeant libros damnatos.
An fecerint professionem fidei secundum constitutionem Conc. Trid. & cui.
Quod nulli dent possessionem beneficiorum, nisi præstet eam professionem in manibus Episcopi sui, aut eius Vicarij.
De reliquis defectibus circa Eucharistiam, olea sacra, fontem baptismatis, de reliquijs, sacristia, calicibus, ampullis, corporalibus, paramentis, candelabris, & cęreis, libris, & alijs rebus ad vsum cultus diuini pertinentibus, de altaribus structura Ecclesiæ, sepulturis, & cæmiterijs obseruetur examen superius positum, quorum defectus singulos scribat Notarius, & Episcopo habita matura deliberatione opportunè prouideat, quam primum paternè poterit.

Ordo ad visitandum Hospitalia. Cap. XIX.

Primo si in hospitalibus sint Ecclesiæ, vbi clerici sint deputati ad diuinum officium, vel curam animarum, aut ibi sint altaria, &c. & ea omnia visitet Episcopus prout supra in visitatione parochiarum, deinde intret visitans locum, an sint lecti ordinati pro pauperibus peregrinis, infirmis, & videat si sint competenter lecti, mundi in loco honesto, commodo, opportuno, an lintheamina, & coopertoria sint in sufficientia, nume-

ro copiosa, iuxta loci facultatem.

Pauperes infirmos, singulos visitet, & paternè benignè alloquatur eius verbis cõsolatorijs exortando eos ad bonam patientiam, deinde singulis competentem eleemosynam donet.

Diligenter ab infirmis, & pauperibus sciscitetur, an habeant omnia necessaria, an bene eis seruiatur in lectis, medicis, medicinæ, commestione, & alijs requisitis, pro qualitate infirmitatis, & si mundæ, & cum charitate gubernentur, & an locus, vbi decumbunt sit sanus, quietus, & bene munitus quantũ cõmode fieri potest.

An sint in eoloco altaria cum Crucifixo, vel alijs immaginibus deuotis, vnde infirmi possint missas audire, & videre pro deuotione eorum, & prospiciendo.

An infirmi, & maximè, qui sunt in periculo mortis continuè visitentur à confessarijs, seu alijs personis pijs, quæ eos instruant confortent, & fortificent ad patientiam, & bene moriendo si Deo visum fuerit.

An infirmi, quando intrant hospitalia confiteantur, & lauentur, & quando opus fuerit habeant necessaria Sacramenta.

An post mortem cum charitate debita sepelliantur, & habeant exequias.

An ab infirmis petantur exactiones, vel an ab eis inuitis, quid petatur, vel auferatur.

An dum respiciunt omnia, quæ portant fideliter describantur cum testibus, vt recuperata bona valetudine in discessu omnia, & iterum eis restituantur.

Deinde visitet omnia loca hospitalis, an omnia ædificia sint benè conseruata, an indigeant aliqua restauratione intecto parietibus, portis Fenestris, & alijs necessarijs.

An supellectilia, & vtensilia, sint munda, integra, benè composita, & ritè ordinata.

Inquirat, & videat, si panis, vinum, carnis, & reliqua, quæ porriguntur pauperibus, sint bona recentia, & non defectuosa.

Visitet personam rectoris, an sit charitatiuus, prouidus, fidelis, diligens, & sollicitus, in conseruando, & prouidendo hospitali eius bona, & iura præsertim domum, possessiones, alimenta.

An curet occupata restitui, & destructa resarciri, & in debitum statum redduci.

An habeat fideles, & pios ministros, & diligentes.

An ipse aut ministri eius aliquid de mobilibus, seu immobilibus alienauerint, seu dilapidauerint.

An sedulo curet pauperibus, peregrinis, & infirmis debito ordine, & tempore omnia necessaria iuxta hospitalis facultates ministrari.

An ipse pauperes, peregrinos, & infirmos cum charitate visitet, & consoletur.

Inquirat de redditibus, & impensis hospitalis, & ordines, & singulis annis detur computus Episcopo instruat, moneat, & hortetur Rectorem, & ministros, vt fideliter, mansuetè, & charitatiuè, erga omnes in hospitali se gerant, & ita fungantur suo officio, et ministerio, vt Deo in extremo iudicio bonam rationem reddere posint.

Non immemores verbi illius Christi, quod vni ex minimis feis fecistis, mihi fecistis.

Ordo visitandi Fraternitates. Cap. XX.

EPiscopus diligenter inquirat quot sint Fraternitates, seu Societates, in Ciuitate, Oppido, seu Villa.

Adeat locum in quo solent facere suas Cõgregationes, & ibi visitet Oratorium, seu sacellum, & videat si omnia ritè se habeant. Primò autem diligenter inquiret quando tales Fraternitates, & qualiter fuerint institutæ, & ad quem finem.

Quæ sint eius statuta, seu regulæ.

An, & à quo sint confirmata.

An legitimè conseruetur eius institutio.

An habeat redditus.

An illi redditus debitè exponantur vigore suæ institutionis.

Quot habeat officiales.

An sint idonei.

An fideliter administrent.

Episcopus alloquatur separatim officialibus, ministris, & alijs confratribus.

An in spiritualibus satisfiat fundationi, seu institutioni.

An cappellani sint idonei exemplares, & diligentes.

An statuta obseruentur.

An habeant exactores legatorum piorum factorum fraternitati.

An temporalia rectè administrentur.

An

An fiant debiti computus.
An reddant rationem administrationis.
An fiant congregationes debitæ.
An etiam electiones officialium rectè fiant.
An confratres sint inuicem pacifici.
An in congregationibus obseruetur modestia, ordo, & grauitas.
An fuerint aliqui defectus, corrigat illos Episcopus mansuetè admonendo, & instruendo officiales, & confratres hortetur eos ad charitatem, & benefaciendū proximis moneat eos, ut sint constantes, zelosi ad honorē Dei, & salutē proximi.

Breue memoriale eorum, quæ requiri possunt, & debent à Sacerdotibus. Cap. XXI.

ET primo, de titulis beneficiorum, quæ obtinent, et de valore eorum.
Si prius habebant beneficia, quo iure illa tenent, et possideant, et ostendant dispensationem.
Si non resident personaliter exprimant causas.
Ostendant librum baptizatorum cum nominibus compatruum, & comatruum.
De reliquijs Sanctorum.
Item librum in quo iussi sunt tenere computum animarum eius subiectarum, & præsertim Clericorum.
Videantur corporalia si sint munda.
Quoties in mense mutent Sacramentum altaris.
Si habeant sub eorum cura rixantes, & discordes, & dicant causas discordiæ, & si ex huiusmodi discordijs interuenerit sanguinis effusio, vel homicidium.
Si habeant in suis Ecclesijs, cappellas delapsas, & dicant qui sint illarum rectores, & valorem annuum, & grauamen, & si altaria sint consecrata de petris sacratis.
Si habeant Ecclesias coopertas, vel derelictas, & hospitalia in sua parochia, & si habeant aliquid in bonis.
Si societates, dicant sub cuius inuocatione, & si habeant aliquid proprij mobilis, vel immobilis, vt paramenta calices, &c.
An bene regantur, & rationes reddant, & quibus, & per quos.
Si habeant libros pro instructione sua, & addiscant, vt ex eis possint postea Populum docere, & dicant loca quæ habent.
Quod sæpissimè admoneant parentes, ne simul cubare sinant fratres, & sorores, & multo magis in proximioribus gradibus ad inuicem se attinentes vltra decimum annum.
Item quod doceat, populum, & præsertim obstetrices, quomodo se habere debeant in baptizandis, & de verbis quibus vti debent simul cum materia.
Item quod eos sæpissimè admoneant de vi, & potentia excommunnicationis iuxta formam, &c.
Item quod altaria portatilia adæquentur tabulæ altæ, ne ex inde scandala proueniant.
Item quibus sacerdotibus peccata propria confitentur, & quoties in mense, vel hebdomada.
Quod in audiendis confessionibus animent confitentes ad liberè, & sincere confitendum omnia peccata, omni postposita fictione, & quod eos moneāt & in truant, in quibus, & quot casibus confessio efficiatur nulla, & inualida.
Quando diffidunt proprijs sacerdotibus confiteri, quod illi mittantur ad peritos confessores, si tamen aliqua causa rationabilis adsit, sin autem nulla adsit causa, quod illos alliciant medijs potioribus, quibus magis possunt ad liberè confitendum.
De his, qui sumunt Eucharistiam, in Parochijs alienis.
Si omnes sint confessi hoc anno, & Eucharistiam sumpserint, & qua de causa aliqui omiserint.
Si exponant Euangelium diebus festiuis.
Quod visitent infirmos, & habeant illos commendatos.
Si conducunt prædicatores, quod nullum sine licentia inscriptis ab Episcopo tradita admittant, vel recipiant.
Si habent casus reseruatos.
Quod non admittant vltra duos, qui leuēt à fonte baptismatis, & qui ignorauerint, Pater noster, Aue Maria, Credo non admittantur, & quod proferant verba credo, renuncio satanæ, volo baptizari, &c.
Si sciant legata aliqua, quæ remaneant exequenda.

Si sint mercennarij, quomodo deseruiant, & qua mercede, si mercedem, vel aliquid dant rectori, vt in eius Ecclesia officiari possit.
Quod exhibeant inuentarium bonorum Ecclesiæ, prout admoniti fuere per eorum vicarios.
Si habent mulieres penes se deseruientes.
Quomodo se habeant in delatione Sacramenti ad infirmos, & quot ferunt particulas, & quot luminaribus vltra lanternam, & ostendant tintinnabula.
Quod erigantur societates, vbi non sunt, & quod inuitent populum ad sociandum tantum Sacramentum cum defertur extra Ecclesiam.
Si sint coniuges non cohabitantes, & qua de causa.
Si sint aliqui, qui vltro octo dies differunt ad baptismum mittere filios suos, vel alios sub eorum cura traditos si cum deuenerit ad ætatem sufficientem, doceant illos Pater noster, Aue Maria, Credo, &c.
De clericis, qui seruiunt altari in habitu, si seruetur ordo deputatus in plebibus, & de alibi deputandis vbi est facultas.
De bullectinis, quod quando aliqui deferunt a Pænitentiarijs, seu à Reuerendo domino Vicario, & ab ipso Reuerendissimo aliquid scriptum sine sigillo.
Quod debeant, aut possint admitti ad sacram communionem, non admittantur si sint tales publici peccatores, & scandalosi, & quod verisimiliter credi possit, quod tales futuri sint.
Quod admoneantur coniugati, & coniugatæ, ne teneant infantes in lecto, nisi post transactum annum.
Quod non admittantur viles personæ ad accipiendum Sacramentum in die Cœnæ Domini.
Quod habeant candelarium secundum vsum Cathedralis Ecclesiæ.
Quod Capellani forenses ostendant omnes suas bullas.
Quod in locis quibus sunt plures Missæ ita describantur vt omnibus satis fiat.
Quomodo accedāt layci ad Diuina audienda, si deuote, honeste, & quomodo se habeant in Ecclesia.
Quod nullus Quæstuarius admittatur sine licentia in scriptis.
Quomodo se gerant Quæstuarij licentiati, si honestè.
Quod sponsi, & sponsæ benedicantur temporibus suis mane in celebratione Missæ secundum constitutionem in Capitulo generali publicatam.
Quod non admittantur sacerdotes extranei sine licentia ad celebrandum in eorum Ecclesijs, vt examinentur de nouo venientes.
Quod pulsentur campanæ in eleuatione Sacramenti.
Quod Sacerdotes minus idonei accedant cum assiduitate ad doctiores, & peritiores.
Quod prohibeantur symoniaci (si sine scandalo fieri) potest, & tumultu.
Quod A potestatæ, aut renuantur, aut denuncientur.
Quod admoneantur populi, vt vitentur matrimonia clandestina.
Item interroget de qualitate habitationis, & domorum, vt si necesse fit, prouideri possit.
Si cœmeteria sint clausa.
Quod prohibeant in quantum possunt tripudia, coreas, et saltationes, et præsertim in diebus Festiuis, et ex his moneant populum quanta mala scandala, rixæ, et homicidia oriantur, et quāta contra Deum pariatur offensa.
Si sub eorum parochijs habeant hæreticos, concubinarios, lusores, blasphematores, meretrices, incantatores, veneficos, aleatores, vsurarios, persecutores, et præsertim patris, et matris, et alios scandalosæ, et infamis vitæ.
Videatur quantum quisque profecerit in studio, et in lectione breuis memorialis editi à S. Antonino.
Si habeant ordinariū Missæ videatur, quantum profecerint, et si non habeant, quod illud infra quindecim dies sub pœna excommunicationis accipere teneantur, et se præsentare coram D. Reuerendo Vicario ad ostendendum eorum obedientiam.

Notula eorum, quæ requiri possunt à laicis. Cap. XXII.

ET primo de vita, & moribus sacerdotum omni secluso timore, & odio, per quæ

quæ isti homines incidunt in varias tentationes ignorantes, quam graue sit alienæ detrahere famæ, præsertim eorum patruum spiritualium.

Item si sint solliciti in confessionibus audiendis, & præsertim infirmorum, si in Ecclesijs honestè, & deuotè se habeant.

Si hora competenti Missas, & alia diuina cælebrent.

Si in sedandis rixis, & discordijs, quæ aliquando in populo oriuntur, sint prompti & intenti.

Si onera, & grauamina ad quæ tenentur, vt sunt anniuersaria pro mortuis Missæ, & alia diuina non ommittunt, & negligunt.

Si assiduè conuersantur inter laicos.

Si in vestimentis, & alijs eorum actibus, & gestibus exemplares se reddant, & imitabiles.

Si Euangelium exponunt.

Si vespere, & mane campanas pulsant ad excitandum populum ad salutandam B. Virginem.

Si admittant plures, quam duos ad leuandum infantes à fonte baptismatis.

Si in aliorum administratione Sacramentorum vti, & Eucharistiæ, & extremæ vnctionis, sint prõpti, benigni, & vigilantes.

Si se exerceant circa opera vilia, & clericis non conuenientia, immo prohibita, vti sunt mercimonia, & contractus illiciti.

Admonitiones quædam circa Visitationem Monasteriorum. Cap. XIX.

Visitatores solliciti, & discreti zelum Dei, & animarum habentes, & multa obseruent, quæ sacra Concilia, sacri canones, regulæ, & statuta monasterij constituerunt omnia cum charitate, & mansuetudine tradentes sine dissimulatione, aut negligentia.

In Primis debent visitatores se in loco capitulari exhibere ad ostendendum suam auctoritatem visitandi, insinuare orationem, seu exhortationem secundum temporis, & personarum qualitatem præmittere.

Secundo, debent facere diligentem visitandorum examinationem morum statusque vtriusque, & temporalis, & spiritualis exactam inquisitionem, in qua debet esse discreti, prudentes omnia habere occulta, & nemini reuelent audita, sint cauti, & diligenter perpendant, quæ deponuntur, exigant iuramentum ab examinandis, vt interrogati, dicant veritatem sine odio, simulatione, aut fauore, & quæ necessaria pro reformatione monasterij noscat.

Tertio, visitatores consideratis omnibus ad reformationem, tam in capite, quam in membris procedere secundum canones, Concilio, statuta, & regulas monasterij, sic agant visitationis sibi commissum officium, tanquam omnipotenti Deo in extremo iudicio rationem reddituri, & sciant, quod malos non corrigere, vel monere, aut simulare, est eos occidere, & Prælatus, qui crimina non corrigit; non Prælatus, nec solum mercennarius, sed canis dicitur impudens lupo amicus nõ patrono suo, insuper visitatores, seu eorum familiares nullum munus, ne minimum quidem, à visitatis accipere præsumant, sub quo, & cum prætestu sub indignatione omnipotentis Dei, & sub pœna excommunicationis. Latæ sentẽtiæ, à qua nisi à solo summo Põtifice absolui queãt habeant præ oculis ordinis reformationem disciplinæ conseruationem, & pacis & concordiæ restaurationem, & totius honestatis consumationem collapsa erigant, dispersa congregent, vaga reducant dissoluta reforment, confracta reintegrent, diuina componant, quæ sancta, iusta sunt opportunè custodire faciant.

De Examinatione. Cap. XXIII.

Ad examinationem, & inquisitionem visitatoribus paratis, & ad locum assignatum sedentibus habeatur magna de huiusmodi inquisitionibus diligentia in singulis necessarijs inquirendis, & si quid depositum fuerit, correctionem dignam signetur in cedula per vnum de visitatoribus, quæ diligenter custodiatur ne in alicuius vnquam manus perueniat, & de conspirationibus, pactis, & iuramentis, primò inquirant, ne fortè Abbas

con-

contra visitationem aliquid tale præsum pserit; & si quæ inuenerit, relaxent.

De Generalibus possunt infrascripta, vel saltem aliqua inquiri. Cap. XXIV.

PRimo interrogent de Generalibus, prout eis visum fuerit.
Si Abbas extorsit iuramentum à Monacis de tacendo veritate, vel aliter prohibuerit ne aliquo referant, vtrum omnes sint professi, & quomodo, vtrum si symoniaci aliqui sint recepti, & si sic, quid de bonis symoniaci factum sit.
An seruent veram obedientiam Abbati, & suis præpositis secundum regulas.
An sint proprietatis aliqui, vel omnes.
An sint fornicatores aliqui, & qui.
An sint concubinarij, & vbi alantur concubinæ.
An & qui habeant filios, aut filias.
An mulieres suspectæ, die vel noctu ingrediantur monasterium.
An sint casti, vt decet religiosos.
An seruent in quatuor locis prohibitis silentium, & si nocturnis temporibus idem faciant, an non.
An seruent ieiunia, & regulas, sicut tenetur.
An lector semper adsit mensæ edentium.
An omnes simul comedant in vno refectorio.
An simul omnes in vno loco dormiant, si regulariter vestiti, & præcincti.
An vestibus, & linteaminibus lineis vtatur.
An dormiant in plumis, aut mactis. Item de habitu, & tonsura, potest interrogari, vtrum habitum monacatum continuè portent.
Vtrum habeant labores manuales, cum cessant à Diuinis, ne turpescant otio contra regulam.
Vtrum discurrant extra septa monasterij, sine licentia superiorum.
Interrogetur de statu temporalium qualis sit, & quomodo singula expendãtur hæc, & similia poterunt in generali inquiri secundum quod discretis Visitatoribus visum fuerit expedire.

Inquisitiones de officio diuino. Cap. XXV.

IN primis quo tempore surgant ad Matutinas.
Vtrum cantent matutinas, & horas omnes, vel aliquas.
Quo tempore surgant ad primas, &c.
Quo tempore peragant horas.
Vtrum tractim, & religiosè horas persoluant, vt decet.
Quoties Capitulum culparum seruetur in hebdomada.
Quomodo culpa ibidem examinetur, si omnes diligenter concurrant ad opus Dei, si vestes sacratæ, & alia ornamenta Ecclesiæ munda seruentur.
Item quot Missæ in die cælebrentur.
Vtrum omni die summam Missam cantent.
Quoties fratres celebrent in hebdomada.
Vtrum ante Missam semper confiteantur, si sub sacerdotes suo tempore communicent, & confiteantur.
Si regulæ, & leges exponantur iuxta statuta patrum, & cætera multa in hunc modum.

Interrogationes circa Abbates, Præpositos. Siue Priores si Monasteriurum supremi Rectores existant. Cap. XXVI.

DE Abbatibus, & eorum consecratione inquirenda maior est adhibenda diligentia cum ipsorum frequenter meritò status monasteriorum in vtraque parte ducetur, & multa quidem inquirenda occurrunt secundum pœnas à maioribus signatas, cætera visitatores ipsi seruent.
In primis interrogetur an etiam zelum Dei & animarũ habeant, sicut Pastores decet.
An chorum, & diuina, ac conuentus loca diligenter visitet.
Si frequenter celebret missam, si horas canonicas oret.
Si Capitulo culparum per se præsidet, & quoties si diligenter, sine personarum acceptione corrigat, si se fratribus exem-

plarem, & in omnibus bonis imitabilem exhibet.
Vtrum frequenter, & absque rationabili causa de Monastrio foras vagetur.
Si superfluas æquitaturas se conducat.
Si familiares suspectos, aut monasterio nociuos habeat.
Si familiaritates aliquas suspectas cum mulieribus habeat.
Si de incontinentia aliquando sit notatus.
An habeat concubinam.
An habeat prolem.
An concubinæ largiatur victum ex bonis monasterij.
An sepæ inebriet.
Si mulieres ad monasterium intromittit, & quales.
Si bona temporalia diligenter conseruet.
Si nimium sit temporalium curis intentus.
Si fratribus necessariam secundum regulam procuret.
Si Monasterium cum debitis grauet, an contraxit æræ alienum.
An impignorauit bona Monasterij.
An sit prodigus, & dilapidator.
An singulis annis faciat computum suum.
Si mobilia bona monasterij alienet.
Si consilio conuentus secundum regulam in agendis vtatur, vel non.
An monasteria subiecta habeat, & vtrum illa visitet.
Item si processum capituli in conuentu facit publicari, si cartam vltimæ visitationis conseruauit.
Si regulam in omnibus tepidè obseruet, sicut decet, & multa his similia poterunt secundum, quod opus fuerit inquirere, quæ hic omnia exponere tediosè foret.

Interrogationes de cæteris officialibus, & fratribus. Cap. XXVII.

Vtrum habeat prior, quis, vel qualis sit.
Si sit continuè in conuentu.
Si est pro conuentu in procurandis necessarijs.
Si est zelosus disciplinæ statuta patrum.
Si fratribus dat bonæ conuersationis exemplum.
Si delinquentes secũdum regulam corrigit.
Si cætera regularia statuta diligenter faciat obseruari.
Si diligens sit in officio commisso sibi.

De Cellarario quis sit, & qualis.

Si officium diligenter faciat.
Si Diuina, & Conuentualia debitè visitet, tum alijs vocat.
Si Fratribus diligenter disponat secundum regulam.
Si sit humilis, bonus, exemplaris, coram extraneis.
Quoties faciat de receptis, & expositis Abbati computationem.
Si Abbatis præceptis reuerenter obedit in omnibus.
An prodigus sit, & dilapidator rerum Monasterij.
An nimis actiuus sit circa temporalia.
Si regulam obseruet diligenter in ieiunijs, & vigilijs.
De cæteris autem Fratribus visitationis secundum quod de eis visum fuerit opportunè inquirere possunt.
De Charitate mutua, de pace, obedientia, continentia, de peculio.
Nouissimè postq̃ omnes fuerint examinati examinetur, & ipse Abbas, si aliquid fortè voluerit dicere, & ꝑponantur sibi maiores articuli de ipso per Fratres depositi, & admoneatur serio, vt se emendet.
Quod si tale quid fuerit, quod sine correctione non deberet transire, & ipse negauerit deponentium, melius erunt examinanda testimonia, donec veritas lucidius pateat, caueantur tamen tumultus, & scandala.

De vltima proclamatione singulorum in Capitulo. Cap. XXVIII.

Finito iuxta morem examine, cum visitatoribus visum fuerit opportunũ, conuocentur omnes ad locum capitularem ad continuandum actum visitationis; quibus sedentibus vnus visitatorum dicat: Benedicite. Et responso: Dominus; subiungit deinde in hunc modum aliquid, dicat.

Caris-

Carissimi fratres, nunc vt scitis vltima executio nostræ visitationis, restat quod ad proficiendam (Deo auxiliante) commonemus, exhortamurq. charitates vestras, vt visitationes nostras, quas in charitate facimus, ipsi quoque charitatiuè suscipiatis, qui hoc solum intendimus, quod nostræ, & vestræ conueniat perficere saluti.

Et potest subiungere generalia deposita, visa necessaria, pro auisatione, & emendatione.

Deinde ad mattam vocentur Cõuersi, Monachi, Subsacerdotes, id est, nondum in sacris constituti, vnus post alium, aut bini, & bini, vel certè, aliquid de quibus tale fuerit depositus pro quo meritò debent proclamari.

Veniens autem vocetur ad mattam inclinet modicè, & Visitator dicat sibi culpã suam, qui mox in terram prostratus iaceat, donec fuerit iussus surgere.

Expeditis capitularibus, & egressi, vocetur ad mattam primo Abbas, deinde Prior, & cæteri, secundum ordinem. Abbate autem stante in iudicio coram Visitatoribus, cæteri omnes Fratres ad reuerentiam debent stare discooperti donec ipse iterum sedere iussus fuerit. Et nota, quod Abbatis culpæ sic breuiter sunt dicendæ, vt minoribus infimis non detur contemptus occasio: in priuato verò, vel coram paucis de senioribus dicant sibi omnia, quæ necessaria sunt magna, cum paucis.

Pænitentia autem imponatur ad arbitrium Visitatorum cum discretione, quod si aliquis inibi grauius venerit puniendus; faciant hoc Visitatores per Abbatem fieri, vt habetur extra de statutis Monachorum, Capituloque.

De finali exhortatione facienda.

POstquam omnes qui sunt proclamandi, proclamati fuerint, & singulis iniuncta pænitentia, Visitator breuem exhortationem de obseruantia habeat increpando generales Fratrum negligentias, & declaret quomodo talia sint regulæ contraria, & animæ nociua &c.

Cætera in hunc modum (prout ei visum fuerit expedire) huic autem exhortationi poterunt, & alij professi Monachi, & Conuersi, non Capitulares, qui exierant reuocati interesse, nisi aliud obsistat.

De carta visitationis facienda.

Secundum statuta Patrum peracta visitatione ordinandus erit status Monachorum visitatorum in carta, in qua sunt necessarij articuli inserendi, in quibus se singuli debeant emendare.

Primo de Abbate, deinde de Priore, Cellarario, cæterisq. officialibus, ac postremò de omnibus in generali, & præcipiatur etiam sub pœnis, & censuris si opus sit in parte, vel in toto, super obseruationes insertorum; in fine autem cartæ, præcipiatur quoties in anno debeant legi in conuentu, & inseratur status monasteriorum in personarum numero, & in prouentum, vel etiam debitorum quantitate, sigilletur carta duobus sigillis Visitatorum ad testimonium singularium.

Et notandum, quod Abbas tenetur Visitatoribus suis, de omnibus prouentibus facere computationem secundum statuta, vt cap. 1. & 2. & pluribus alijs fuit constitutum Visitatores copiam de carta transcribant per se, vel Monachos visitatos, non per sęcularem, qui monachorum defectus non debet scire, & hanc copiã secum deferant: caueant diligenter Visitatores, ne cedulas depositatorum Abbati consignent, ne detur occasio animi malignandi, sed comburant eas igne.

De Reformatione populi. Cap. XXIX.

QVæratur à Sacerdotibus, an fama sit, vel sciantde sequentibus; ita tamen quæ sint omnino occulta taceant, si probari non possunt.

An aliqui sint hæretici, vel de hæresi suspecti, & de qua.

An aliquis mittat suos ad scholas, vel gymnasia hæretica.
An aliqui in societate de fide Catholica frequenter disputant, aut malè loquatur.
An aliqui habeant domi libros hæreticos, aut picturas famosas contra Catholicos, vel Ecclesiasticos.
An magistratus permittat publicè vendi, vel emi huiusmodi libros, & picturas.
An habeantur in priuata domo suspecti Conuentus, & clanculum.
An aliqui cantent psalmos, vel cantiones lutheranas.
An aliquis Feria sexta, vel Sabbato, aut in ieiunio vescatur carnibus sine licentia sufficienti.
An aliquis contendat, vel contempti loquatur de censura, & iurisdictione Ecclesiastica.
An aliquis nunquam, aut rarò veniat ad templum.
Quomodo ipse, & subditi sanctificent dies festos ante prandium audiendo concionem, totam Missam, & post prandium Vesperas.
An sub concione, & sacro non sedeant in diuisione, vel nugentur ante templum, vel deambulent aut vagentur per plateas, aut alibi.
An magistratus sæcularis compellat populum ad Ecclesiam, an verò magis auget per se, vel per suos officiales dando audientiam.
Quod reuerenter, & deuotè, & composito corporis habitu gerat se populus in templo flectendo genua sub eleuatione surgendo, quiescendo.
An Festis, & Dominicis diebus à prandio præsertim inebrientur, tripudient, pugnent, quæ per magistratum sunt prohibenda, & punienda.
An sint excommunicati, malefici, incantatores per benedictionem curantes morbos, blasphemi, vsurarij, homicidæ, incendiarij, fures, adulteri, raptores, meretrices, coniugati inuicem separati, in gradibus prohibitis coniuncti, hi sunt per sæcularem magistratum puniendi.
An grauidæ mulieres ante partum confiteantur, & communicent, & post partum facient se introduci in templum per Sacerdotem.
An mulieres post partum, quem extra matrem habeant, veniant ad purificationem, & de purificatione concubinæ Sacerdotis.
An aliquis tempore Paschæ, non sit confessus, nec communicauit, & quare, vocetur, & admoneatur.
An videntur nominatim excommunicati in diuinis, & in communi versatione similium notorij percussores clericorum, & si poterunt vocari, & interrogari, quare non curent se absolui.
An non aliqui persequantur, vel percutiant suos parentes, an parentes aliqui proles suas manifestè malas, aut impias non puniant, aut foueant in malo.
An sint inter aliquos graues, & inueteratæ inimicitiæ, quæ si possint sedentur, & componantur.
An executores testamentorum celeriter, & fideliter exequantur.
An magistratus sæcularis compellat ad suū tribunale Clericos, vel puniat eos, vel vexet.
An Parochus sciat aliud defectum, quod cupiat emendari, vel habeat querelam contra aliquem: aduertendum diligenter, quod promptè domini, & magistratus sæculares in reformandis prædictis defectibus suum præstet auxilium.
An magistratus pleraq. prædictorum puniat, an verò dissimulet, aut foueat in populo.
An sciat se magis debere obedire Deo, & ordinario, cui obedientia nouit, & sacris decretis, quam Dominis temporalibus, & eorum præceptis.
An aliqui sint defraudantes bona, & iura Ecclesiæ, & Episcopi, & Episcopus, & qualiter.
Item perquirat quomodo visitant, & frequentant Ecclesiam, & an faciant oblationes debitas.
Quomodo obseruent præcepta legis, & alia mandata Ecclesiæ, & suorum superiorum.
Quomodo suum curatum habent in reuerentia, & deuotione.
An aliter sint incorrigibiles, & criminosi, quam modis prædictis.
An aliquis causas spirituales, & querelas audiant; & quia Episcopi sunt executores vltimarum voluntatum ad pias causas præsertim quando hæredes executores

res testamentorum sunt adeo negligentes inquirat Episcopus ipsa testamenta omnia, & omnia relicta ad pias causas neglecta, & postergata describi faciat per Notarium, & det operam executiones derelictas ad pias causas non soluentes quartam, persolui faciat secundum patriæ consuetudinem.

De vita, & moribus Sacerdotum. Cap. XXX.

AN aliquot viri honesti, & exploratæ fidei, vt præfectus, procuratores Ecclesiæ, aut aliqui ex iudicio, aut quatuor viri vocentur, & seorsum soli, siue singuli breui iuramento; præmissa tamen exortatiuncula de dicenda veritate eorum de quibus interrogantur quando sciunt, & adest fama, & qua probari potest, idq. fine metu futuri periculi, vel incómodi.

An Parochus castè viuat, an verò habeat concubinam, & proles, & si habet; qualis fuit concubina, & an reciperet virgo, an monialis, an infamis vlterius concubina, vel cui coniuncta personæ, an sit diffamatus cum alia femina domi suæ, vel ex causa, & qualis illa sit, an semel repudiata eandem iterum, vel aliam eadem superstite acceperit.

An sit ebriosus, & tabernarum frequentator, & aliquando ebrius iacet in via, vel taberna.

An sit aliter rixosus, & pugnet per potum.

An sit iurator, blasphemus, obscenus in verbis, & gestibus.

An verò non sit vsurarius, mercator, & tabernarius.

Qualem habitum gerat foris, in templo, platea, & diuersorium, & in via, qualia ma gerat.

An aliquando ebrius veniat ad templum, & baptizet, & prouideat infirmo, vel audiat confessionem, aut non ieiunus celebret.

Quam sobrius sit in nuptijs, & alijs conuiuijs, & quam honestus in verbis, & cum feminis, & an tripudiat, vel cantet.

An cum sua ancilla publicè eat ad vicina loca, videlicet, ad forum, nuptias, dedicationes, aliaque conuiuia, & an alijs honestis feminis præferatur concubina, & quo nomine ab alijs compellatur, & an ne cum ea, vt simul ab balneum.

An sit bonus œconomus, an verò dilapidet, & multa contrahat debita.

An alienet, appignoret, vel grauet bona parochiæ.

Quibus cum plerunque conuersetur, vel quo exercitio se occupet, an ex professo tractet sæcularia, vt rationes, tutelam, contractus, vel alia Sacerdoti indigna.

An cum sagittarijs iaculetur ad scopum, an sit venator, & cum quo.

An sit diligens, & deuotus in templo, & sacrorum administratione, & promptè, & libenter visitet infirmos, an frequenter se absentet ab Ecclesia, & quare.

Vn Sabbatis, & Festis, & pridiè Festorum competenti hora eat ad templum, cum super pelliceo, & dicat Vesperas, & eat cum aqua benedicta ad cœmiterium.

Quoties, & quibus diebus in septimana celebret, & quoties teneatur celebrare.

An reuelet confessionem inter pocula, & temerè loquatur de auditis in confessione.

An audiat cófessionem suorum alibi, quam in templo.

An referat fabula, aut stulta in concione, vel sit maledicus, aut vorator.

An diligenter publicet festis diebus, ieiunia, & anniuersaria.

An ne aliquibus diebus prohibitis vescatur carnibus.

An debitas, & receptas certarum rerum benedictiones, iterum ordinarias processiones, & alias publicas Ecclesiæ cœremonias per annum reuerenter, & deuotè obseruet, & publicè maturè populo denunciet.

An non laboret aliquo occulto, & caduco, aut contagioso morbo, an sit in tota cóuersatione, & verbis, & factis suis honestus, exemplaris, & sine scandalo.

De instructione, & correctione, & reformatione. Cap. XXXI.

IS diligenter examinatis si culpabiles reperiantur scribantur, & cum criminibus ipsorum, & veritatem repertam corri-

gantur,

gantur, moneantur, puniantur, secundum Deum, ius, & æquitaté, & qualitatem loci, & personarum, & si in visitatione non sit proprius Diœcesanus, remittatur ad Deum, vel officialem.

Similiter congregato Populo ipsum iterum moneat ad bene agendum, & quod Deũ timeant, & eum orent pro Episcopo, à quo tanta recipiunt bona, ipsique sint reuerentes, fideles, & grati.

Item habeant recommendatum suum curatum, cum clericis suis, à quo habent sacramentum, cibum, omnem orationem spiritualem, nam absque ipsis non possent viuere, nec mori, & quod sibi subueniant in necessitatibus suis, & coram Populo aliquantis per ipsos clericos commendet, vt erga eos Parochiani inducantur ad maiorem deuotionem. Cum Populo, & secularibus suauiter, & mansuetè agendum, & si qui deliquisse, vel errasse, inueniantur, primò lenitate, & magna charitate, & diligenti informatione sunt reducẽdi ad meliorem mentem: cum præteruis, & pertinacibus, seuere, & etiam minis est agendum, leuiores quoque defectus circa præmissa in clero, & laycis, qui per simplicitatem, vel ignorantiam non crassam commissi, sunt paterna emendatione emendandi.

Vitia clericorum, quæ vel confessa sunt ab eo, vel à multis, & idoneis testibus probari possunt, vel notoria sunt, quæ vt negari absque proteruia possent publicè illa, aut coram aliquibus viris grauibus reprehendantur, & æquitate tamen magis, quam rigorem seruando sic tam, vt lenitas eos deteriores non efficiet, quare ita puniantur delicta, ne plus destruentur, quam edificetur.

Si delicta non sint omnino comperta, vocentur ab Episcopo, qui eos seorsum, vel coram graui aliquo viro declaret quantum suis moribus vehementi superstitioni grauique dilatione de talibus vitijs dederint. Deinde cum acri obiurgatione, & admonitione iniungatur illis, vt se futurum honestiori vitæ purgent, & huiusmodi suspitionibus additum præcludant, alioquin Episcopum effecturum, vt aliquando iuxta eius seueritatem expediantur. Cum crimina occultiora fuerint, & minus comperta sola priuata exhortatione Episcopus vtatur, hac eadem metodus cum laycis seruetur in locis præsertim vbi verisimile omninò, & magistratum in suorum delictis puniendis operam suam non recusatur cum magistratibus eorum locorum agendo, vt statim aduertant in eos quorum scandalum. & delictum publicum de confessum extiterit.

Alijs minis, & Christianis admonitionibus corripiantur. Sed in vitia corrigendo Prælatus sit beneuolus, occultos non publicando 45.dist.cap. licet. In iudicando iustus 3.quæst.8. iudicet In animaduersione misericors.45.dist. c.vera, Virtuosam, & non ociosam vitam in collegijs suadendo fructum diuini obsequij, & pauperum substentationem, & defensionem commendando de statu Ecclesiæ in iuribus, & diuinis obsequijs in honestate ministrorum, in ædificijs Ecclesiæ, & domorum capitularium ad inuicem inquirendo, & se informando. Vltimo termino assignet Populo, pro necessaria reparatione ad vsum Ecclesiæ scriptæ eis iniungẽdo, vt illa in tempore perficiat pro cultu, & honore Dei, a quo tot in vita bona, quotidiè accipiuntur.

Finitis omnibus cum discedere, voluerit Episcopus in suo habitu communi accedat ad Ecclesiam, & stans ante altare in cornu Epistolæ versus illud dicat vers & collectas, prout in libro Põtificali concludendo cum solemni benedictione, (qua data) dicit valete, & recedit cum suis. In nomine Domini.

Quæ autem in notula prætermittuntur, prudentia visitatoris supplere debebit, atque ita sic gerere, vt ditiores Ecclesiæ, & quæ maiorem Populum habent, etiam affluentiores sint sacra suppeliectili, & ornatiores, in reliquis omnia prouidẽtur pro ratione redditũum.

Ea quibus amplius Ecclesiæ Archipresbyterales carere non debebunt. Cap. XXXII.

CVm Ecclesiæ Archipresbyterales sint tanquam Magistræ aliarum quæ illis su-

his subiectæ sunt, præter prædictas res curabit visitator, vt insuper habeant omnino hæc, quæ sequuntur.

Integra serica paramenta duo albi, & rubei coloris, hoc est, pallia planetas, dalmaticas, pluuialia stolas, manipulos.

Saltem duo Missalia magna in folio signaculis aptè distincta.

Saltem duos calices, cum velis, & alijs, quæ ad sacrificium Missæ celebrandum pertinent.

Graduale vnum, & Antiphonarium ad Missas, & vesperas concinnendas.

Candelabra, cruces sint ex aurichalco, & omnia duplicentur.

Curetur vt quo ad fieri potest, omnia Altaria cancellis circundentur.

Lampades ad minus duę ante sanctam Eucharistiam ardeant, tempore saltem, quo Missæ, aut vespere celebrantur.

Turibulum, & nauicula, sint argentea.

Fons Baptismalis ad præscriptum constitutionum Reuerendiss. Episcopi.

Ecclesia sine Cura. Cap. XXXIII.

HAe Ecclesiæ, si amplæ sunt, & à Populo frequententur, in ijs quæ quotidiè celebratur, ornatæ esse debent quantum fieri potest, atque habere supradicta omnia, quœ mox adnotata sunt præter eas res, quæ tantum modo Ecclesijs parochialibus sunt necessariæ.

Quod si exiguos redditus habebunt, & ipse exiguæ erunt, carebuntque Populo, neq; ita frequenter in ijs celebratur, sufficiet eas habere eam sacram supellectilis partem, quam prudens visitator necessarium esse iudicabit.

Oratoria. Cap. XXXIV.

IN oratorijs nequaquam Missas celebrari permittet visitator, nisi qui huiusmodi oratoria habent a Reuerendiss. Episcopo signata, quæ quotannis renouetur obtinuerit: atque ipse visitator res necessarias, & in licentia præscriptas in eodem oratorio reperiri cognouerit; nempe vt bene tectum sit, si in agro, aut in via sit, & ianuis clauibusque firmiter claudatur sit altare iuxta formam præscriptam extructum, picturisque decenter ornatum. Si autem in aliquo Palatio, aut domo sit præter hæc omnia in superiori ipsius parte nemo habitet, aut aliud quidpiam exerceat, sed cubiculum sit vacuum, siue ipsum tectum. Ad hæc habeat tobaleas ad Missæ sacrificium celebrandum mundas, atque integras, calicem, ex omni parte alia supellectili sacra munitum: planetam vnam, pallium vnum, albam, amictum, stolam, manipulum, ea quæ integra pariter, & munda: candelabra duo, crucem vnam, vrceolos duos, campanulam, sit quæ decenter in reliquis partibus depictum, & ornatum. Fenestraque si vna aut plures sint, vitro, aut tela claudantur, adsit scabellum ligneum, iuxta formam alias præscriptam: candelabrum, item pro eleuatione sanctissimi Sacramenti, item tabellæ tam vna secretorum, quam altera ad indumenta sacerdotum huiusmodi autem supellex, oratorium nisi ad sit sacristia, in armario congruo, & loco, vbi minus impediat diligenter asseruetur.

Libri, quos visitator à singulis Parochis haberi curabit, præter eos, qui superius in administratione Sacramentorum mandati sunt. Cap. XXXV.

Biblia sacra, ex non prohibitis.
Breuiarum Romanum.
Calendarium annuum.
Missale integrum cum signaculis.
Concilium Tridentinum.
Aliquod homiliarum approbatum.
Resolutorium dubiorum Missæ.
Catechismus Romanus.
Aliquæ summæ approbatæ, cum libello de Missæ cæremonijs.
Decreta synodalia, quotannis promulgantur.

Hos libros, nullo excepto, habere debebit Parochus vnus quisque: qui cum pauci sint

sint,& Parochorum comodum, & facultates spectauerit Reuerendiss. Episcopus severo decreto visitator statuat, vt ab vno quoque emantur, & legantur, & obseruentur; sunt enim maxime necessarij, neque sine his officio suo Parochi rectè perfungi poterunt: præsertim, vt congregationes casuum conscientiæ vtiliter habeantur.

De Decretis visitationum. Cap. XXXVI.

1 CVm lex inualida censeatur, quæ obseruatione careat, idcirco curabunt visitatores, vt decreta visitationum ita conficiant, vt tempus executionis cuicunque rei opportunum præscribatur iniugant, quam illas pænas, quæ casuum qualitati erunt consentaneæ: quæ cum in vsus pios conuerti debeant curabunt iidem, vt decretis non parentes, monito tamen prius Reuerendiss. Episcopo, seu eius Vicario generali, puniantur post lapsum statim præfixi temporis executionis terminum.

2 Nunc verò absoluta visitatione veniemus ad quæsita, Quæritur, quid sit visitatio? ℞. quod est curare, vt pacata, & quieta sit prouincia, aut Diœcesis, vel alia loca subiecta prælatis, quod facile obtinetur si solicite agatur, vt malis hominibus prouincia purgetur, nam, & sacrilegos, latrones, plagiarios, & fures debēt, & pro vt quisque deliquerit, in eum animaduertere, receptoresque eorum coercere sub pœnis, & censuris, quia latrones, & hæretici sine receptatoribus, diutius latere nō possūt. l. obseruare in prima. ff. de officio præsidis. Quies enim populorum & disciplina speculatorum ad ipsos spectat. ff. de offic. præfect. vrb. l. 1. §. quies.

Debent Prælati, & seculares Domini, & Principes curare hoc non modo circa subiectos, verum etiam circa extraneos homines, si quid malum commiserint, in mandatis eorum est, nec distinguitur vnde sint l. 3. in fin. & ibi not. ff. eo.

Item visitatio, est quædam licita generalis inquisitio de vita, & moribus subditorum. l. 2. §. si publico de adult. & l. 2. C. de adult. & cap. qualiter, & quando, de accusa. Et hæc in subditis obseruari debēt & diligenter in prælatis obseruanda: quia quasi signum sunt positi ad sagittam & quia non possunt omnibus complacere: cum ex officio suo teneantur non solum arguere, sed interdum suspendere, non vnquam verò ligare, vnde frequenter odium multorum incurrunt, & insidias patiuntur, cap. qualiter, & quando de accusa. i. & eius studium in alias solicitudines esse debet in capienda vulpecula, cap. inter de purga. can. cum, & pater, filium, quem diligit corripere debeat. cap. cum in iuuentute, & 5. quæst. 8. non obsculatur, & 24. q. 5. non putes.

Item visitare est curam animarum exercere, quæ est ars artium. cap. cum sit ars. de ætat. Pertinet namque visitatio ad curam animarum. not. glos. in cap. mā damus. de off. Archid. facit cap. inter cætera de off. ord. Et quia anima est multo preciosior corpore, cap. cum infirmitas. de pænit. & remiss. 12. quæst. 1. præcipimus. 24 quæst. 3 si tales. C. de sacr. sanct. Eccles. l. sancimus in fin. ideo potius, & prius condolendum est animæ, quam corpori, quia vbi maius periculum, &c. Incumbit ergo visitatori omnimoda solicitudo cleri, & populi diligenter visitandi. art. 32. dist. quoniam Dominus. 12. quæst. 2. charitatem. not. Ioan. Mona. de supp. neg prael. cap. Ecclesiæ lib. 6. & Archid. in cap. si Episcopus, de offic. ordin. lib. 6.

Item visitare est, non quæ sua, sed quæ Dei sunt querere, hoc est prædicationi verbi Dei, & exhortationi, & correptioni, & reformationi status Ecclesiarum, personarum, ac rerum Ecclesiarum, nec non more laicorum vocare, vt fructus reseruetur, & non pereat cap. procurationes, & cap. cum amplius. Et quia in Euangelio legitur, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud Dominum suum audiuit ab illo. Quid hoc audio de te? redde rationem tuam, &c. d, cap. qualiter, & quando 2. idem in c. licet de symo. 2. q. 1. Deus omnipotens.

Mandat etiam Conc. generale, vt Ecclesiarum Prælati ad corrigendos subditorum ecceßus (maxime clericorum,) & reformandos mores prudenter, ac diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis

stis manibus requiratur,& cap.irrefragabili.de off.ord.

3 Quæritur, qui de iure debent, & possunt visitare? Respondetur, quod omnes Prælati, qui habent subiectos. Et primo, Papa potest visitare vniuersum clerum, & populum Christianum; aliàs diceretur mercenarius, & non pastor, nec Christũ diligens. Apud eum est namque suprema potestas, quam à Deo suscepit, & reliqui omnes omnem potestatem ab eo recipiunt, quia vicem Dei gerit in terris, & non puri hominis; vnde dicitur cæleste habere arbitrium. C. de sum. Trin. l. 1. in fin sufficiat allegare.

4 Quæritur, quæ loca generaliter visitare debeat Papa? Respondetur, quod omnia regna, prouincias, terras, & gentes ex superioritate quam habet ad omnes, & ex illius plenitudine potestatis, qua Christus Rex Regum, & Dominus Dominantium illi in persona beati Petri concessit per tex. in clem. pastoral. in princ. & in fin. de re iud. Pastoralis enim cura solicitudinis illi diuinitus super cunctas Christiani populi nationes iniuncta, illum inuigilare remedijs subditorum, eorumq. periculis obuiare, & à scandalo remouere compellit: ei enim mandauit Dominus in Euangelio Io. 10. cap. vt pasceret oues eius; quas etiam deperditas tenetur recuperare. in cap. significasti de electione. in cap. solite. de maior. & obed. & facit Extrau. Bonifacij. Vnam Sanctam.

5 Quæritur, quos Papa visitare debeat? Respondetur, quod in specie visitare debet omnes Patriarchas per se, vel per alios, & Primates, Archiepiscopos, & Episcopos, Abbates, Priores, cæterosq. Ecclesiastica dignitate præditos, ac omnes denique ecclesiasticas, in quibuscunque gradibus, & ordinibus, ac officijs constitutos. in cap. perlectis. 25. dist. & in titulis de off. ord. Archidiaconi, Archipresbyteri, Custodes, Primicerij, & Sacristæ. Hostien. in summa de off. ord. & de off. Visit. etiam corrigit, & deponit. Cardinalis etiam absque consilio Fratrum in cap. ad succidendos. de scismat. lib. 5. Credo tamen, vt inquit Sam. quod legem condendo si hoc fecerit, requireretur Fratrum consilium, & ita dicit intelligere Doct. ibi in cap. fundamenta. de elect. lib. 6. notat in cap. ex gestis. de cler. non resident.

6 Quæritur, vtrum Papa possit visitare Imperatorem? Respondetur, quod potest visitare Imperatorem, & Imperatricem, cum illum ex causa priuare possit, & imperium de vna gente ad aliũ transferre, illumq. habet coronare, & vngere, & approbare, & reprobare, & electis in discordia gratificari ab eo iuramenta recipere fidelitatis: nam ab eo Electores eiusdem eligendi potestatẽ fuerunt consecuti. in cap. venerabilem. §. 2. de elect. cap. nouit. de iur. cap. solite. de maior. & obed & cap. ad Apostolicæ, de re iud. lib. 6. vbi patet, quòd Bonifacius Octauus deposuit Federicum Secundum, & cap. fundamenta, circa medium. de elect. & plene in clem. Romani. de iureiur. & in cap. Valẽtinianus. & cap. tibi dño. 63. dist.

7 Quæritur, vtrum Reges Papa visitare possit? Respondetur, quod possit visitare Reges quoscunque, quantuncunque se prætendant exemptos, cum nemo tamen de iure sit exemptus. cap. in apibus. 7. quæst. 1. & not. in d. cap. venerabilem. de elect. Quia ad Papam Regis amotio de iure pertinere dignoscitur, quando amoueri meretur per tex. in cap. alius. 15. quæst. 6. Zacharias Papa Regem Francorum, non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tantæ potestati erat inutilis, à Regno deposuit, & Pipinum Caroli Imperatoris patrem in eius loco substituit, omnesq. Frangigenos à iure fidelitatis absoluit.

Similiter visitabit omnes alios Principes, Duces, Marchiones, & Comites, Barones, Iudices, cæterosq. magistratus, in cap. grauem. & in cap. nouerint. de sent. excomm. in cap. non minus, & cap. aduersus, de immunitate Ecclesiæ, & alijs pluribus similibus. & consequenter omnes Officiales, Populos, Congregationes, Collegia, Confraternitates, siue Societates, tum ecclesiasticas, quam sæculares, sicut & omnes Ecclesias tam Cathedrales, quam Collegiatas, & eorum Capitula, & Conuentus, & tam in Ciuitate, quam in Oppidis, & Villis, ratione iurisdictionis, vel iure quoquomodo subiectis, quia omnes verbo cleri, & populi concluduntur.

8 Quæritur, vtrum Concilium Prouinciale, vel synodale possunt deputare Visitatores? Respondetur, quod possunt. cap. sicut olim. de accus. scilicet non ad effectum reformandi, vel corrigendi, sed denunciandi tantum.

9 Quæritur, vtrum Vicarij Prælatorum quoruncunque visitare possint? Respondetur, quod possunt. cap. si Episcopus. de offic. lib. 6. secundum Innocen. Hostien. Med. Ioan. Andr. & Dominicum ibidem. vide 2. quæst. 1. cap. nullus primas. delegati autem non visitant per alios, in cap. cum I. de re iud.

Vicarij tamen inferiornm ab Episcopis visitare non possunt, nisi super hoc fuerint priuilagiati. Io. Andr. in cap. si Episcopus. in nouella, nec Capitulum Ecclesiæ Cathedralis.

10 Quæritur, vtrum Episcopi sint visitandi, & de quibus eos Visitator interrogabit? Respondetur, quod Episcopi interrogandi sunt an conferant beneficia indiscretè maximè obtentu carnalitatis personis minus idoneis. l. vt nostrum, vt Ecclesiæ benef. & cap. graue. de præbend. Item si indoctum, & minus idoneum scienter ordinauit; vel illum, qui vnum pedem tenet in mundanis, & alium iu ecclesiasticis contra legem diuinam. 49. distin. cap. fin. Item si conferant ordines loco remunerationis, cum non habeant aliud, quod conferant, cum ordinis collatio debeat esse discreta, & discreti iudicia, quia rarum est omne, quod magnum est. 93. dist. si officia.

Item si negligunt proprios cleros idoneos, & relinquant eos quasi oues errantes. 72. distinct. Episcopus.

Item si sustinēt clericos in delicto suo, nec corrigunt, obtentu obsequij sibi præstiti, aut carnalis facinoris, vel pecuniæ corruptionis. 83. dist. si quis Episcopus. Error. & cap. consentire, de offi. ord. irrefragabili. in fin.

Item si omittunt punire delicta, vt populis placeant, quod plebi commissæ, & sibi perniciosus est.

Item si magis vtuntur cōsilijs laycorū, quam clericorū. 83. dist. nihil illo pastore miserius. 84. dist. puenit. & cap. innouatū.

Item si nihil paupribus erogent, & in vanum nomen Episcopi portent. 86. dist. fratrem nostrum. & cap. non satis.

Item si vsurpant fructus Ecclesiarum vacantium. cap. cum vos. de offic. ord. 10. q. 2. cap. fin. de symon. audiuimus. de præb. de multa, de apprehensibilis, vbi puniendi sunt, & c. de maled. statuimus.

Item dando malum exemplum, cap. magne. §. 1. deuoto, & tot mortibus, & cap. 11. q. 3. præcipuè.

Item si transgreditur iuramentū, cap. ego enim. de iureiur. & alia multa, quæ diligentia Visitatoris possuntinquiri.

11 Diximus, quia Imperator, & Imperatrix sunt etiam visitandi: quæritur de quibus sunt ipsi interrogandi? Respondetur, quod interrogari debent si faciant iustitiam, nec alias veniant tempestates in populum, & flagella. 23. quæst. 3. si quis violentos, & quæst. 5. Regum.

Item si querit impugnare sanctam Ecclesiam matrem suam, quàm tenentur tueri, propter quod deponeretur. cap. venerabilem, & §. fin. de elect. quia siue pacata, siue turbata fuerit Ecclesia tempore sui regiminis. Deus, qui tuitionem ei commisit exiget rationem. 23. quæst. 5. Principes. in fin.

Item si non reueretur Episcopos, scilicet capit, & mutilat, & occidit. de maior. & obedien. de elect. venerabilem. §. eos. igitur. circa quæ adde dicta per Host. in summa de elect. §. quis elegi. sub §. item secundum vers. nedum in Prælatis, & se, & multa alia.

12 Quæritur, de quibus sunt interrogandi Reges? Respondetur, quod debent specialiter interrogari si trahunt clericos ad forum suum, vnde deponendi essent. 12. quæst. 5. nullus. Nam qui cælestem militem pulsat eius forum, debet sequi: 11. quæst. 1. Christianus. cap. si clericus laicum, & cap. diligentis, & cap. cum sit generale. de for. comp.

Item ab Ecclesijs, & personis ecclesiasticis, pensiones, procurationes, & ban na extorqueant contra iura, & ecclesiasticam libertatem, quia incurrunt pœnam viginti librarum auri. 25. quæst. 2. quæcunque igitur, & iniuriarum tenentur. de iniurijs. olim. 24. quæst. 8. quamuis. Nam plus iuuat Ecclesiæ regnum orationibus, quam armiger armis, ibidem in cap. quicunque.

Item

Item si ducunt secum ad exercitum contra iura Sacerdotes. 23. quæst.8. quo ausu, & cap. si quis Episcopus si nobis fratres,& cap.reprehensibiles. 33. si quis vult Pontifex, vt scilicet pugnent personaliter. secus si ad dandum consiliũ in iusto bello.de voto,ex multa.§.pen. & fi.

Item si non faciunt iustitiam, vnde sunt deponendi, 15.q.6.alicuius.

Item si talijs, & exactionibus populum Dei affligant indebitè,& pauperibus iniuriantur, de quibus tenetur reddere rationem Deo. 14.quæst.5. non sane. 23. quæst 4.quando vult Deus, & cap.si Ecclesia.in fin.

Item si occupant alienas terras, & non sunt contenti proprijs finibus. 23. quæst.4. transierunt, & tales non saluantur, etiam si bene administrent, nisi res alienas restituant secundum August. 14. quæst. 5. neque enim ratio est.61. dist. & ideo etiam possunt iustè impugnari. Est enim iustum bellum pro bonis nostris defendendis,vel repetẽdis. 23. q.2.Dñs.

Item contra Saracenos, qui terras nostras per iniustitiam detinent occupatas. 23.q 6.dispar nimirum, & intendunt occupare si possent; & multa alia.

13 Quæritur, de quibus sunt interrogandi Duces? Respondetur, quod debent interrogari, an talijs, & exactionibus indebitis excedant, & an faciant constitutiones contra Ecclesiasticam libertatem,contra capitulum cum laicis, de rebus eccles. non alienand. propter quod tam ipse, quam scriptores, & obseruantes sunt excommunicati ipso iure;& feudis, quæ tenent Ecclesijs sunt priuandi. de sentent. excommunicationis nouerit, & cap. grauem. & possunt feuda eorum alijs potentioribus concedi, qui illa pro Ecclesia recognoscant. cap.2.de feudis.

Item si volunt habere cappellas suas, & Cappellanos sine Episcopali authoritate; & quod Cappellani habeant curam vxorum suarum,& familiæ &c.

14 Quæritur de quibus Marchiones,& comites sunt interrogandi? ℞. visitator debet eos interrogare an liberos homines subijciant seruituti, & eis graues existant.14 quæst.5. non sane, vi, tamen nullus liber seruus fieri debeat 29.quæst. 2.relatum,& adde, quod not, 1. q. 4.ver.

Item an priuauerint filios legitimos, vt adulterini succedant eis, quibus tenentur,ad restitutionem cap. cum tu de vsu de pœn.officij.

Item si seruant iustitiam pauperi, qui non habet,quod offerat, & ideo non auditur.11.q.3.pauper, & an plerumq; eos suspendant pro modico, & quandoque sine iustitia, & non timent iustum Iudicem, non credant eum pacificum inuenire 23.q.5.Regum.

Item si Episcopos, & alios clericos honorant, sicut debent cap. solitæ de ma.& obed. & an eis iura sua subtrahãt, & quandoque subijciant seruituti contra cap. ius publicum. 1. distinct. 11. quæst. 1.de iureiur.peruenit, & cap. nimis cum sequentibus. De quo in tremendo iudicio habebunt reddere rationem.

Item in causis proprijs dicunt sibi ius contra tit. cap. nequis in sua causa, & l. damnamus. C. de his qui ad Ecclesias confungiunt.& l.nullus c.de iudi, & l. 1. quorum legatorum.

Item an differant iustitiam tantum affligendo partes laboribus, & expensis: quod aut coguntur iuri suo renunciare, vel ipsum vendere, vel componere de rescriptis, non nulli vnde tenentur ad interesse,& alias puniri debet de rescrip. c.si.& c. cæterũ de iud. l. sancimus, & l. properandum.§ illo.C eod.tit.

15 Quæritur de quibus interrogabuntur Barones? ℞. quod debent examinari super rapinis, & talijs, & bellis iniustis, & homicidijs.de iureiur.cap. sicut de rapin. cap.de pænis. cap. 2. 23. q. 8.vt pridem.

Item an faciant filios suos baptizari in domibus eorum priuatis contr. Clem. 1.de Baptismo.

16 Quæritur de quibus interrogabuntur milites? ℞. quod ab eis visitator petere debent,an sint contenti stipendijs suis,& an concutiant homines contra Euangellum, vbi dicitur neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, estote contenti stipendijs vestris.23.q.1. paratus,& c.militare.36.dist.non satis.

Item an inpugnent patriam, & dominum poprium, cui ex iuramento fidelitatis seruire tenentur. ff. de religio. & super fun. l. minime 23 quæst. 1. quid culpatur.l. vt vim. ff. de iustitia &, iure 22.

quæstione quinta, de forma.

Item an faueant, & seruiant dominis etiam in iustis bellis, quando potius debent recognoscere Imperatorem Cæli 11.q.3.Iulianus.

Item an exerceant se in torniamentis tit.de torneamentis, vel in duellis, quæ tota die offerũt,& acceptãt.in tit.de purgat. vulgar;& de pugnantibus in duello.

17 Quæritur de quibus interrogabuntur Doctores,& Magistri? ℞. quod ab eis petant, si cum indoctos, & nimis insufficienter se sentiunt, se faciant per preces, & munuscula in magistros promoueri, nam vix erit bonus magister,qui non fuit bonus discipulus, de electione, cum in magistrum. 61. dist. quid proderit, nec pro nouis sunt antiqui deserendi. 61. dist. statuimus, nisi cum nouo ad eo aliquid magis reuelatur,95.dist.esto.

Item si despiciunt subditos cathedratos,& propter vitium arrogantiæ ea,quæ sciunt rectè docere non possunt 46. dist. habet hoc proprium, & hi faciunt iniuriam cathedræ. 11.dist.multi.

Item si contendunt simplices,qui magis volunt vitare vitia morum,quam ver borum.39.dist.sedulo.

Item si conantur dicere non vtilia,sed subtilia, vt videantur ab hominibus, & &c.& sic confundant auditores.43.quęst. §.fin.49.dist. cap.1.

Item si tacent veritatem,& vitia, quibus vinciuntur se ipsos reprehendere videantur 1.q.1.vilissimus 3.q.in grauibus.

Item super falsis consilijs, quæ dant pro pœcunia, quamuis iustum vendere possent.11.quæst.3.non licet.not. in cap. cum ab omni, &, quæ male extorserunt debent restituere, vel pauperibus erogare. 14. quæst. 5. si habetis, & §. multipliciter,& cap. non sane. Alioquin cum diabolo perpetuis cruciatibus punientur de pænit.distinct.1. §. his auctoritatibus.

18 Quæritur de quibus interrogandi sunt Aduocati? ℞. quod ex aduocatis visitat tor quærere debet, si sub dolo foueant causas prodendo propriũ clientulũ,præuaricatores,& infames.2.q.3.§. notandũ

Item si causas desperatas fouent contra conscientiam,in probos defendentes. 11.quæst. 3. si qui verò.

Item si dilationes superfluas nituntur obtinere, ad hoc tantum, vt fugiant, & negotium protrahant,cap.1.vt litteræ de dolo,& contumatia pro vt 3. quæst. 8.5. tria ver.Præterea alias puniuntur. C. de iud.properandum.§.illo.

Item si nimis magnum salarium recipiant,& paciscuntur de quota litis,vnde ab officio sunt amouendi. 1.q.7.§.tria.

Item si ignorantes iura cum nesciunt quid dicant, certant. 3. quæst.3. verb. si quis adeo.

Item si alijs lucrum,vt subtrahant,vbi est copia peritorum, parcissimo lucro tanquam viles, & abiecti sunt contenti. 3.q.7.§.tria.vers.apud.

Item si faciunt positiones cauillosas; vt aduersas partes decipiant,& inducant clientulos ad peierandum, ponendo, & respondendo informant falsos testes, & quærunt 22. q. 5. ille qui, & cap. si quis coniunctus.

Item si recepto salario non curent de causa,nec student,nec vigilant circa eam & patiuntur bonam causam per dictum, cap.ad aures,& cetera multa.

19 Quæritur, quomodo se debet habere Prælatus inuisitatione?℞.quod debet habere quatuor modos, vt sit benignus cũ honestate, solicitus cum recta intentione, vrilis cum grauitate, pius cum bono ordine, & circa primum inquit. Isid. lib. 9. Ethimologiarum. Benignus est vir spontè ad beneficiendum paratus. Dulcis eloquio, qui iunctos sua dulcedine. Vnde Greg.in moral. 23. §.36. Doctrina vera tanto vehementis elationis. 46 dist. hoc habet propitium. Vnde præcepta Apostolica beati Petri ad vniuersos Episcopos,sicut in Epistolis ad Clementem, sic continebant. Ecclesiarum inquit, enim curam habentes misericordes, & beneuoli estote,in omni verbo, & opere pro viribus agite.

20 Quæritur quomodo se debeant habere Notorij visitantium in redigendo in scripturis,& alijs? ℞. quod ipsi, & quolibet de familia visitantium occasione alicuius officij, aut cõsuetudinis, seu quolibet alio modo eorum nomine, nullam pecuniam recipere possunt,sed inuictualibus tantum expensas moderatas, cap. Rom.§.procurationes,de censi.lib.6.Siue

sit ille

sit ille scriptor, siue sigillator, siue aliud prætendat officium. ibi not. glos.

21 Quæritur vtrum clericus visitatoris faciens litteras, possit aliquid habere? ℞. quod sic Host. art. 22. quæst. 2. cap. charitatem, & cap. clericus. Idem Io. Andr. nisi de publico reciperet salarium: quo casu stipendijs suis debet esse contentus. 23. quæst. 1. militare: Nec text. indicto c. Romana in ver. officij, intendit hoc damnare, vt ibidem in nouella probatur in verbo, earum nomine, quasi alias secus in contrarium, tamen videtur text. express. cap. 1. de simon. quod sicut Episcopus non debet vendere manum, quam imponit, ita nec minister, vel notorius in ordinatione eius vocem, vel calamum vendere, & pro ordinatione, vel vsu pallis, vel pro cartis, & cap. 15. qui ordinatur omnino aliquid dare prohibetur.

22 Quæritur vtrum notarius possit petere salarium prd opere suo? ℞. quod non videtur de hoc prohiberi, sed etiam in talibus locis aliquis spontè offerens non committit simoniam, cap. dilectus 11. eo tit. ad fin. maximè si sit consuetudo de aliquo offerendo, quod pietatem, vel deuotioné moueat, c. ad Apostolicã eo tit.

23 Quæritur vtrum notarius visitatoris debeat esse persona Ecclesiastica? ℞. quod sic, ne laicis pateant secreta clericorum arg. in cap. vt iuxta de offic. ordin. quia cohærere, & coniungi bene non possunt, quibus studia sunt diuersa. 16. quæst. 7. in nona, & oppido; in festi sunt clericus. 16. quæst. 7. per laicos. Nec concordat bene Cithara cum plaltario, cap. diuersis fallacijs de clericis coniugatis, & maximè in monasterijs, quia sine strepitu, & figura iudicij talia fieri debent.

24 Quæritur quid debent facere notarij visitationum? ℞. quod notarij tenentur facere libros in quibus conscribant omnia, quæ geruntur in visitatione, per visitantem, vt finitis visitationibus, prælatus illos reuideat, & exequatur, quæ repentino, & in tempore tam paruo visitationis exequi nequit.

25 Quæritur quomodo se gerere debeat visitator cum notario, quia vt plurimum notarij sunt magni exactores. ℞. quod iuxta exigentia, potest visitator non solum vnum, notarium, sed etiam plures secum assumere, & quia vt plurimum in exigendo salario metas rationis excedunt, debet ex officio eos refrenare, nec cum ipsis aut etiam vicario suo lucrum participare quoquomodo alias ad restitutionem tenetur, nec prodest ibi remessio soluentis, cap. statutum. §. notarium de rescript. lib. 6.

26 Quæritur quomodo se gerere debent Prælati in captura clericorum? ℞. quod cauere debent Prælati, quod nimis prõpti non sint ad capturam clericorum; ne se, vel alios allaqueant, vt notat. Io. Andr. in c. si clericus in nouella, vbi concludit, quod nõ nisi pro grauibus excessibus, & notorijs est facienda captura, non autem pro debito, etiã si se id obligaret.

27 Quæritur quomodo sunt corrigendi excessus subditorum? ℞. quod subditorum excessus, tanto diligentius debet Prælatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas desereret incorrectas, mandat etiam Conc. generale, vt Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessus maxime clericorum, & reformandos mores prudenter, ac diligenter intendat ne sanguis eorum de suis manibus requirator: Est etiam visitatio, reformatio, & correctio omniumq. Prælati nouerint in Ecclesiasticis seu Clero, & Populo, tam in capite, quam in membris reformanda: exceptis occultis, & quia de hac causa licet apud districtum Iudicem, qui est scrutator cordium, & cognitum secretorum culpabiles existant. Tales autem esse debent visitatorer erga suos, quales eos si subditi essent, suos vellent esse præpositos, vt fuit Traiani dictum.

28 Quæritur quomodo sunt insligenda flagella? ℞. quod prouidendum est cum aliquis condemnatur, vt flagellis publice, vel occultè fustigetur. Fiat moderatione adhibita, quod flagella in vindictam sanguinis transire minime videantur, & ita quod flagella ad sanguinem non procedant, vt in cap. Archiepiscopatus de raptoribus, &c.

Moniales visitandæ, & confirmandæ. Cap. XXXVII.

1 Visitatores verò huiusmodi solicitudinis studium debent diligenter impen-

impendere, vt Moniales ipsæ pannis sericis variorum foderaturis, sandalitijs, comatis, & cornutis crinibus, scaccatis, & virgatis capuciolis non vtantur. Non coreas. non festa sæcularium sequantur, non die, nocteue per vicos, & plateas incedant, aut voluptuosam vitam ducant, easque solertius retrahere ab insolentijs quibuslibet, & mundi huius illecebris, & inducere eadem ad impendendum in monasterijs suis, deuotum, & debitum virtutum Deo famulatum non obstantibus exemptionibus, priuilegijs quibuscunque, & in illis compelli remedijs opportunis, & inducere eas ad suscipiendam benedictionem intra annum à tempore confirmationis computandi, nisi subsit causa rationabilis, alias cadant à iure suo. d. clem. 2. & in cap. fin. in fin. de statu monach. Debet enim talis Visitator attendere ad omnia. in cap. 1. de stat. reg. lib. 6. videlicet circa clausuram Monialium: & quod vltra facultates Monasteriorum non mendicantium nulla recipiatur, & quomodo fieri debeat homagium, & fidelitas dominis temporalibus, & sæcularibus. Et quid agendum quando in ecclesiastico, vel sæculari foro causas habent; & quod ordinarij sunt executores clausuræ fiendæ, etiam quo ad exemptionem, salua tamen exemptione in alijs, &c. vt Deus omnipotens det Visitatoribus gratiam, vt in his possint proficere. adde cap. moniales. de pu. c. ex. sam. Th.

Monialis corrupta non debet esse Abbatissa.

2 Quæritur, vtrum Monialis corrupta possit eligi in Abbatissa? Respondetur, quod non, vt in 20. quæst. 1. iuuenculas, nec electa potest benedici 1. q. 1. cap. 2. ver. nouimus. & not. 27. quæst. 1. Virginibus. non enim corrupta posset virginitatem hortari. 26. distin. cap. penult. in fin. ergo non potest præesse virginibus. glos. 1. de cle. attendentes. Item Ciprianus in cap. si quis inquit. 1. q. 1. nec cuiquam dominus per eius preces, & orationes prosit, qui Deum ipse violauit.

Quomodo proficere, quæ agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus à Deo possunt, qui contra Deum, quod eis non licet, moliuntur. vide omnino cap. multi. 4 dist. vbi dicitur. Si benè docueris, & malè vixeris, tui solius condemnator eris. Bene autem dicenda, & male viuendo, Deum instrui, quomodo te debeat condemnare, & in cap. sit rector. 43. dist. Sacerdos, qui prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est pro eo mutus. Adde quod doctrina malorum nulla est. 1. q. 4. conuenientibus. 33. dist. qui de mensa. & qui alios docet, ab alijs tunc edoceri non debet. inde sanctis Episcopis. §. demus. notatur in cap. 1. de Magistris.

Recessus Prælati à locis visitatis.. Cap. XXXVIII.

Peracta demum visitatione illius loci, & omnibus expeditis, cum discederit, Pôtifex in suo habitu communi accedit ad Ecclesiam, & stans ante altare in cornu Epistolæ versus ad illud dicit [De profundis.] totum cum [Requiem æternam.] & Antiph. [Si iniquitates.] deinde dicit:

Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus cuius miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis, & famulabus tuis omnibus hic, & in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, vt in cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Post hæc discedit, quo voluerit, vt supra.

DE COE-

DE COEREMONIIS SERVANDIS IN PRIMIS & secundis Vesperis,& Missis solemnibus per Cardinalem Episcopum,vel eum, qui celebraturus est Pontificaliter in Ecclesia suæ Diœcesis in primo accessu, quod quidem putauimus non esse extra propositum : nam ante, vel post absolutam visitationem illi contingit celebrare, & fortè ex aliquo accidente poterit contingere se in tali graui actione, sine Magistro cœremoniarum inuenire, licet habeat Pontificale, ac librum Cœremoniarum,& Clericos multos, sed non in his cœremonijs omnino instructos, & bene expertos. Propterea ego ex libris antiquis, & modernis cœremoniarum ea, quæ in his necessitatibus sufficere poterunt, omni cum breuitate, & diligentia collegi.

Cap. I.



Vo ordine, quoue comitatu Episcopus ad Ecclesiam siue pro Vesperis, siue pro Missa, alijsq. officijs accedere debeat, infra suo loco explicabitur. Nunc videnda sunt ea,quæ ad præparationem altaris, Ecclesiæ, rerum, & personarum spectant: & primo de ornatu Altaris, & Tribunæ explicabitur.

Cardinali Episcopo celabraturo, Tribuna,& altare,quam festiuius potest, ornetur, citra tamen prophanas delitias, aut luxum superfluum. Super altare appendatur baldachinum, nisi esset ibi ciborium,quo casu ipsum ornari posset floribus, & alijs, & lampades argenteæ tres ardentes,siue lampadarium, cum pluribus lampadibus; & ante altare Sanctissimi Sacramenti adminus quinque lucernas esse debent. Item super altaris planitie mappæ mundæ tres explicatæ,quæ totam altaris planitiem, vel latera contengant. Super medio altaris crux, & si haberentur tabernacula cum reliquijs, ponant ad eius latera per longum altaris,ac etiam aliquæ Imagines sanctorum, & nonnulla vascula cum floribus. Item candelabra septem,ad plus, (celebrante Episcopo) sed non pauciora, quam sex,post crucem locata, & magis parieti proxima, ita vt imagines proximiores sint celebranti, vt cum ipse incensat Altare,non impediatur à candelabris.Item si in altari maiori maneat sanctissimum Sacramentum, vt mos est amoueatur à tribuna,& in alio decenti loco à tribuna remoto ponatur,quia alioquin regularis actio rei diuinæ alterabitur : si quidem incensatio non ritè illo presente fieri potest. Nam celebrans cum mitra ritè incensari non poterit, ob illius reuerentiã: Insuper Episcopum celebrantem inhoneste,& irreuerenter in faldistorio sedetur oporteret versus ad Sacramentum renibus,cum Episcopus (illo præsente) semper ob illius reuerentiam stare deberet facie ad faciem conuersus : Et quia ipsum incensandum esset, necessario etiã sequeretur, Episcopus antequam altare, & crucem, & oblata incensaret, ipsemet Episcopus iret ad illud incensandum sine mitra,quæ legibus cæremoniarum repugnat. igitur remoueri debet. Item si aliquid scannum ligneum ordinarium pro canonicorum celebrantium sessione positum adherens tribunæ ibi est, omnino amoueatur, quotiescunque, ibi sit missa Pontificalis.

Item si contingat festiuitas præcipua vel de solemnioribus illius Ecclesiæ primum à parte exteriori ornandæ erunt valuæ ipsius (floribus,) ramis, frondibus virentibus, & quo splendidius pro locorum consuetudine, ac temporum quali-

qualitate fieri poterit, ornetur. Supra verò portæ ſuperliminare, imago Sancti, vel Sanctorum, quorum dies feſtus agitur, pariter ornata, & ſub ea inſigna Summi Pontificis, Legati, Cardinalium, aut Nuncij Apoſtolici, Epiſcopi, Reipublicæ, Principis, aut Ciuitatis, pro libito ponentur, ſeruando in eorum poſitione, ordinem dignitatum. Inferioris verò ordinis hominum, maximè laicorum inſigna non ſunt apponenda. Intus quoque ſi fieri poterit, parietes Eccleſiæ auleis, Tribunæ verò holoſericis, aut nobilioribus cortinis coloris cæterorum paramentorum pro Feſti qualitate.

De Faldiſtorio, ac eius poſitione. Cap. II.

FAldiſtorium quoque ſi eo vtendum erit, locari debet ad cornu altaris ſiniſtrum, quod eſt Epiſtolæ, ita vt ipſe celebrans ad dexteram ſuam altare, cui honorem defert, & ſic locari cum moderamine debet, vt poſt renes ſuos celebrans non vtique altare habeat, ſed nec etiam nimis ante faciem ſuam, ſic vt ab omni populo ſedens ipſe videatur. Commodè ergo locabitur, ſi pedes celebrantis ſint æquales ſecundo gradui altaris, & omnino locetur ipſum faldiſtorium, vt celebrās ſuper illo ſedens, vertat faciem ſuam, ſicut eſt altaris frontiſpitium; non autem ſemper ad populum, nec ſemper ad corpus Eccleſiæ, ſed vt ſupra, ita vt ipſe celebrans non frontem, ſed humeros ad corpus Eccleſiæ, id eſt, ad populū vertat, quod etiam in omnibus locis pari ratione ſeruabitur.

Inſuper faldiſtorium ipſuum coopertum ſit de colore aliorum paramentorum, & ſub pedibus ſuis habeat grandia tapetia pauimentum vniuerſale tegentia, & aliud paruum, & pulcrius tapete ad longum ante faciem Domini extenſum, quod eſt priuilegium Cardinalium, & Epiſcoporum, non autem minorum Prælatorum. Et ſi gradus altaris tres, aut plures erunt, tunc fiat vnus ſuggeſtus, ſeu tabulatum ligneum altum, ſicut gradus vnus infimus altaris, vel duo, vt placet, & ſuper eo faldiſtorium imponatur, & iſtud faldiſtorium à loco nunquam inter Veſperas, aut Miſſam remouetur, niſi poſt finitam rem diuinam, & quia non decet Epiſcopum nimis profundè incūbere, ideo ſeſſio eius cum vno, vel duobus puluinaribus, vt opus erit cooperto rio ſubpoſitis eleuetur, vt altius ſedeat: Sedem etiam Epiſcopalis aliquanto etiā pulchrioribus, inſignioribuſque tegumentis, ornetur eiuſdem coloris feſtiuitati congruentis, & ſupra etiam pendeat baldachinum.

De Sede Legati. Cap. III.

SI fortè legatus adeſſet, Sedes eius ampla locabitur in parte dextera altaris, id eſt intra præsbyterium verſus Euāgelium, habebitq; duos tantū gradus, & non plures, nā regulariter ſoli ſedi Papali quod ſolium vocatur, apponūtur gradus tres, quæ eſt Papæ prerogatiua, & ea ſedes, non erit cameralis, nec auro ornata, vt ſunt ſedes geſtatoriæ, ſed alta cathedra, cum poſtergali eleuato circumquaq; tapetibus, ſeu pannis ſericis, raſis, non autem villoſis, nec ex auro textili ornata; gradus quoque eius tapetibus, ſeu pannis, vt ſupra ornatos, & tres puluinos; videlicet vnum ſerico villoſo coopertum pro genuflexione, & alium ſimilem pro accubitu habens, & tertium maiorem pro ſeſſione. Item non omittemus etiam dicere, quid ſi caſu occurat aliquis Dux, vel maximus Princeps, aut Rex, ſeu etiā Illuſtriſſimus Cardinalis Epiſcopus illius loci, non celebrans, vel alius Cardinalis ſimul miſſæ, aut veſperis adſit, tunc ſimiliter poterimus aliquod tæbulatum, vel ſuggeſtum altitudine duorum graduum in eadem parte erigere capax tot ſedilium, quot ibi ſeſſuri ſunt Domini, & remota ſede Legati ampla, ponere totidem ſedes ſimiles camerales æqualiter altas, ſedem verò legati paulo altiorem, ideſt circa medium palmum, (præcipuè ſi aliquis Cardinalis, quam illius loci adſit) ita tamē, quod ſedes Legati ſit proprior Altari, quo caſu habebit ad dexteram ſuam Regem, vel Cardinalem Epiſcopum illius loci, qui licet ad dexteram legati exiſtens, videatur eſſe in loco digniori, & ſupra Legatum, tamen non eſt

ita,

ita, quia locus ille dignior eſt, qui eſt magis propinquus altari in omni caſu. Alij vero Epiſcopi hoſpites, ſi ad eſſent, debebunt in digniori loco poſt Epiſcopum Diœceſanum ſupra omnes Canonicos, Abbates Diœceſani, benedicti habentes vſum mitræ, & baculii, habebunt locum condecentem pro iudicio, & prouidentia Epiſcopi, dummodo non ſupra, nec inter canonicos, De alijs, vt in cæremoniali Romano, cap. 13.

De Sede Officialium, ac Prælatorum. Cap. IV.

LOca Officialium, Magiſtratuum, & Antianorum iuxta conſuetudinem illarum Ciuitatum, in quibus ſupradicta diuina fiunt, obſeruetur.

Loca vero Prælatorum, & nobilium Cardinalem ſequentium, aut alioquin officio præſentium præparari debent in eodem latere, ſed extra presbyterium in ſedibus chori, quas cancellos vocant, ita vt dignior ſit in primo loco verſus Cardinalem, ſine tamen tapetibus, & pannis, aut ornamentis aliquibus particularibus pro ipſis, niſi placeret ſcannum ob longum apud Cardinalem pro Ptælatis poni, & illud panno cooperiri debebit præterquam in miſſa pro defunctis, quia tunc omnia nuda eſſe debent ac etiam tũc parcius ſedes Epiſcopalis ornabitur.

Item loca pro Capellanis erunt intra presbyterium, ſeſſuris ſupra gradibus altaris in latere Euangelij, ita non humerum, ſed bracchium ſiniſtrum quiſque ad altare vertat, & faciem ad Cardinalem, ſiue ad chorum, & primus ex eis erit proprior ad Cardinalem, & non ad altare.

Et loca pro ſcutiferis Cardinalis erunt in veſtibulo, id eſt extra presbyterium inter ante murale, & chorum, ita vt ipſi ſcutiferi non ſint vnquam ſeſſuri, ſed mãſuri ſemper recti ante Cardinalem etiam ſi ſint ante ſedes chori, non tamen ante cancellos, intra quos ſtare non debent.

Et tandem in aditu tribunæ ſtabunt duo lictores, ſiue Clauigeri cuſtodientes ingreſſum vilium perſonarum, muliercularum, & puerulorum, ac miſerabilium pauperculorum rem diuinam quomodolibet fortè turbantium, & denique ſilentium ac attentionem indicentes, qui ſilentium valde neceſſarium eſt: & vbi nõ eſt ſilentium, ibi non eſt attentio, & vbi non eſt attentio, nõ multa poteſt eſſe deuotio, & modedia, vt infra dicetur.

Silentium itaque in omni re diuina intra chorum obſeruetur. Vbi ſolum à cantoribus circa ſuam pſalmodiam, & miſſarum ſolemnes cantus intentis, omnis ipſe chorus ſacris modulationibus, & canticis ſpiritualibus, ac dulcis melodijs impleatur. Nemo ergo ſit interim, qui librum aliquem, nec breuiarium quidem habeat apertum, vt ex inde ſuas orationes profiteatur, aut horas canonicas, tunc ſiue ſedentes, ſiue ſtantes, aut genuflexi recitet, neque quid ad legile, ſiue pulpitum aliquid lecturi audeat non qui Epiſtolas, neque documenta, nec aliquid ſcripturarum genus, nec etiam aliquas orationes diuinas interea legat: nec verò, qui obſtrepentes cum cacchinno, & riſu, aut ſtrepitu, motuque apparente oblaquatur, nec qui non ſolum dormientes ſtertant, ſed ne quidem ſemiſoperati videantur, ſed omnes quantum reuerentius, attentiuſque poſſunt. ac deuotius verbo Dei, & in Eccleſia Dei, vbi propterea conuenerunt, tũc præcisè, ac quodammodo auidi inſtare credantur, & inſtent audientes miſſas, veſperas, & alias horas, ac orationes ſacras, quæ à ſuo Pontifice illo tempore pro peccatis populi offeruntur omnipotenti Deo.

Inſuper omnes actus, qui in ipſa celebratione tàm à Cardinali Epiſcopo, quã à miniſtris fient placidè, modeſtèque, ac reuerenter; Solo cæremoniario non per ſignum modo, ſed per nutum, per quæ ſolum ſi ſufficit intuitum, id eſt per ſignum aliquid leue, ſingula moſtrante ſiant, ita vt nemo, quid acturus ſit quærat tunc clamando, aut deſiſtat ſcandalizando, nemo diſcurrat, nulluſque ſit tumultus, ac nulla quantumcunque leuis altercatio, ſed omnia ante tempus ita, & taliter præuideantur, & inſtruantur, etiam cum exhibitione ſchædulæ cæremonialis, in qua omnia notata, & vniuerſa ſigillatim per ſeriem ordinata, vt in ip-

so actu omnis decor, & reuerentia, quo ad eius fieri possit interueniat.

De Cœremonijs seruandis in primis, & secundis vesperis, vigiliæ, & festi alicuius Sancti per Cardinalem Episcopum, siue Episcopum tantum pontificaliter celebraturum. Cap. V.

CArdinalis Episcopus vesperas Pontificaliter celebraturum in vigilia alicuius festi, vel in ipsa die festi, hora cōpetenti indutus suis vestibus, videlicet cappa longa Pōtificali caudata, & cucullata coloris rubei, vel rosini, aut violacei, prout tempus, & solemnitas diei postulant, & si iste est Episcopus, & Cardinalis, coloris violacei, à camera sui palatij ad Ecclesiam veniens associatus à suis canonicis cottis indutis, & cum peruenerit ad portam principalem Ecclesiæ accipit aspersorium osculatur, & postea manum Episcopi, qui capite discooperto se ipsum primum asperget, deinde Canonicos, Magistratum, ac Populum circunstantem & restituit aspersorium dicto canonico, qui Episcopi manum osculatur, deinde aspersorium: (quo facto) Cardinalis Episcopus Ecclesiam intrat, (Organis festiuiter sonantibus continuè) Canonicis antecedentibus; Tum ante in medio altaris super puluino, præparato genuflexus orat: Deinde paulisper in faldistorio sedens quiescit, donec omnes consederint, & ministri parati sint, & à cœremoniario dispositi, qui debent Episcopo assistere, & inseruire.

De Numero Ministrorum. Cap. VI.

SI celebrans est Cardinalis, ministri debent esse quindecim, seu tresdecim: Si est Episcopus, & non Cardinalis debent esse nouem, vel ad minus sex suis cottis induti, ex quibus non numerando Diaconum, & Subdiaconum: Duo cum pluuialibus super cottis, sine amictu hinc inde assistentes Episcopi Cardinali, & sciendum est, quod huiusmodi assistentia duorum canonicorum non fit, nisi Episcopo ordinario, & nulli alteri, etiam si sit Patriarcha, vel Archiepiscopus Metropolitanus, vel alius quiuis suffraganeus, aut nec etiam si legatus fuerit: Sed illud omittēdū nō est, quod in matutinis quibuscunque solemnibus, aut simplicibus huiusmodi assistentia nullatenus fieri consueuit, & assistens cum pluuiali super cottam, in vesperis, & in missa: & hic assistens potest esse Vicarius suus generalis, vel alius, vt placet, dummodo ex dignioribus fit. Item Canonici omnes cum pluuialibus à principio vesperarum vsque ad finem semper induti sint. Item cappellanus, siue mansionarius choralis intimantis Antiphonas vesperales, & debet esse hic (præter prædictos) nouem, vel sex, & distinctus ab alijs, & si canonici sunt pluuialibus induti, & is non pluuiali, sed planeta. Si autem canonici sunt cottis induti simpliciter, & ipse tunc esse debet pluuiali indutus, & virgam longam in manu, sicut præcursor Apostolicus tenens, vt mos est in aliquibus locis vel per Subdiaconum. Et accedens ad Cardinalem Episcopum celebrantem debet habere socium alium Canonicum simili pluuiali indutum, cum virga (si vtitur) & nunquam solus, sed ad Canonicos, etiam Archidiaconum, seu Archipresbyterum, ille principalis solus cum cœremoniraio suo duce accedet, & intimare debet. Itaque quando ipse principalis (socio comitante) & cœremoniario præcedente est intimaturus aliquid Cardinali Episcopo celebranti. facit reuerentiam altari vsque ad terram genuflexus, inde ante Cardinalis Episcopi faciem capitis, & humerum profundam inclinationem faciet, vbi stans exspectat, donec cantus à choro penitus compleatur, (quo facto) ipse stans facie recta, sine aliquo motu corporis, nec faciens amplius reuerentiam, competenti, & submissa voce intimat Antiphonam in vesperis, & post intimationem non facit reuerentiam aliquam, nec inde recedit, sed

dit,ſed ſic immobilis perſeuerans expectat, donec celebrans reſumpſerit quicquid fuerit ſibi intimatum,tunc enim, & nõ prius, ac recedit,cũ ſimilibus reuerẽtijs,vt venerat, idem in omnibus, & per omnia facit ſocius ipſum aſſocians. Cardinalis autem celebrans, aut quiuis alius Epiſcopus, & non Cardinalis aduerſus intimantem, non ſolus Caput non mouet (recepta intimatione) ſed quidem ſignum vllum, immo nec nutum leuem aliquem propterea, facere debet.

Intimatio verò ſupradicta,non ita cõgruè in miſſis, ſed in veſperis fit, in quibus Antiphonæ tam celebranti, quàm canonicis intimari debent. Itaque intimator ſolus ſine ſocio ante conſpectum ſingulorum Canonicorum idem facit,ſicut de celebrante dictum eſt, maximè, quoad acceſſum,& receſſum ſuum:Nam quoad reuerentias parcius agit cum Canonicis, quam cum Epiſcopo. Ipſi vero Canonici, verſa vice iuxta conſuetudinem cum capitis leui inclinatione, non tam cum aſſurrectione correſpondent eidem Menſionario, ſeu Capellano intimanti.

De intimatione Antiphonæ. Cap. VII.

Antiphonæ intimantur hoc ordine, videlicet: Prima Epiſcopo celebranti: Secunda Diacono à dextris Epiſcopi: Tertia Presbytero aſſiſtenti: Quarta primo Canonico in Choro manenti, etiam ſi ſit Archidiaconus, vel Archipresbyter: Quinta Subdiacono à ſiniſtris Epiſcopi; & ſi aliter fiet, illegitimè fiet. Et iſte ordo legitimus, & cœremonialis cantandi Aatiphonas, eſt quando Cardinalis, ſiue Epiſcopus ſolemniter celebrat Veſperas. Quando verò ipſe celebrat, quiſque vbicunque fuerit, cantat ſuam,& ſciat quod nullus debet, aut poteſt ſe excuſare quominus cantet ſuam, maximè Cardinali, ſiue Epiſcopo celebrante: eo autem non celebrante,excuſatio admittitur, ſi eſt admiſibilis, vel alias,vt libet iuxta morem Eccleſiæ.

De paramentis Ponrificalibus in Veſperis. Cap. VIII.

IN Veſperis paramenta ſola pro Epiſcopo celebraturo ſuper medio altaris locentur ordine præpoſtero, videlicet,annulus,Mitra pretioſa, pluuiale, ſtola,crux pectoris,cingulum, alba, ſiue camiſus,& amictus: nam his duntaxat vtitur quiſque Epiſcopus,& Cardinalis celebraturus Veſperas.

Pluuiali verò pro aſſiſtente; dalmatica, & tunicella pro miniſtris, ponuntur vel retro altare ſuper aliqua menſa ſimplici,vel in ſacriſtia; vbi ipſi Diaconus, & Subdiaconus ante aduentum Epiſcopi, parati erunt; ſed aſſiſtens (parato Epiſcopo (parabitur poſt altare.

De diſpoſitione Miniſtrorum. Cap. IX.

MIniſtri diſponuntur hoc ordine,videlicet. Primum locũ tenet Presbyter aſſiſtens, qui poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, dummodo non Suffraganeus, nec Prælatus Apoſtolicus, ſed Sacerdos ſit,& in Sacerdotalibus benè inſtructus; ſin autem alius ex ſenioribus Canonicis, qui etiam in pleriſque eſt ſupra Diaconum. Secundum de baculo paſtorali ſeruiens. Tertium de mitra. Quartum de libro. Quintum de thuribulo, & nauicula. Sextum de gremiale; & in Miſſa ſeptimum de ampullis,& reliquos duos de luminaribus ſeruituri: Et hi quando ſedendum erit,in terra ſedebunt, non vtiq; genuflectentes,ſed omnino ſedentes per lineam in ſiniſtra celebrantis: dum autem ſtandum erit,ipſi ſtabunt ibidem; & dignior eorum apud caput, & humeros celebrantis; vltimus verò magis ante faciem eius ad longum. Sed Diaconus indutus dalmatica, & Subdiaconus tunicella, erunt ſedentes, vel ad latera hinc inde celebrantis: poſt tamen ipſum modico ſuper duobus ſcabellis paulominus altis ſicut faldiſtorium, & Diaconus à

dextris versus altare, Subdiaconus ad sinistram, vel si magis placet, isti ambo erunt sedentes simul ad dextram celebrantis super gradibus altaris, quantuncunque renibus versis, cum quibus assistens etiam sedebit super gradibus eisdẽ modicum post terga celebrantis, vertens tamen faciem sicut ipse celebrans. Insuper Cardinalis celebrans habeat tres, aut quatuor scutiferos, si Episcopus est, adminus duos.

De habitu ecclesiastico Canonicorum celebrante Cardinali, & Episcopo, & non celebrante. Cap. X.

TAm in Vesperis, quam in Missis celebrante Cardinali Episcopo, Canonici super cottis sine amictu pluuialibus induantur omnes; sed si haberi non possunt paramenta pro omnibus, saltem quatuor, aut sex primi habeant pluuialia; non autem alij pluuialibus, alij planetis, alij dalmaticis, & alij tunicellis, nisi vbi præbendarum, & aliæ presbyterales, aliæ diaconales, & aliæ subdiaconales essent, vt in plerisque Ecclesijs; quia tunc vestirentur paramentis præbendæ, & ordini conuenientibus, etiam si qui ex eis essent Prẹlati Apostolici, & Episcopi &c. præter illos duos, qui in habitu, & actu Diaconi, & Subdiaconi ministrant apud Cardinalem, & præter Presbyterum assistentem Cardinali. Ex qnibus, qui cantaturus est Euangelium, debet esse dalmatica, & qui Epistolam, tunicella indutus, tam in Vesperis, quàm in Missa. Qui verò est assistens in Vesperis, & in Missa pluuiali super cotta, fine amictu. Et isto casu ipsi Canonici sic induti ad nullos circulos de Choro ante Cardinalem venire debent: Et aduertant maximè cum habent paramenta, vt omnes simul in eodem loco illa induant: similiter, & dum sedendum est, omnes isti sedeant; dum verò standum est, omnes stent.

Cardinali autem non celebrante, prædicti Canonici suis solitis superpellicijs, siue cottis induti sint, cum armutijs super humero sinistro, iuxta Ecclesiæ consuetudinem; & tunc ad circulos venire tenentur.

Quando verò celebrat cum suis solitis ministris, quæcunque dicenda sunt, dicit, & prosequitur, sed nullatenus cum alijs Canonicis, qui vt dictum est, ad circulos non veniunt.

Item si magis placebit etiam Mansionarios sacris vestibus paratos esse, tunc non vtique pluuialibus, sed planetis super cottis sine amictu, vestiti erunt, & cum illis etiam computabuntur hi, qui baculos aureos manibus præferunt tanquam præcursores; quo casu Canonici, & Assistens amictibus vtuntur sub pluuialibus, & non aliter.

De duorum Canonicorum assistentia. Cap. XI.

REgulariter duos Canonicos seniores, ex omnibus digniores, (præter Archidiaconum, & Archipresbyterum) assistentes semper habeat Cardinalis, siue celebret, siue non, dummodo in Ecclesia præsens rei diuinæ, nisi in Vesperis pro Defunctis; & celebrante Cardinali, Archidiaconus, & Archipresbyter pro Euangelio, & Epistola cantandis possunt esse ministri, & à tali ministerio non excusantur; eo verò non celebrante, excusantur.

De parando Episcopo celebraturo Vesperas. Cap. XII.

HIs denique omnibus per cæremoniarium dispositis, & ordinatis, & Episcopus postquam omnes ministros, & capellanos, ac omnia in ordine statuta viderit. Primò deponat cappam, & absq; lotione manuum, & absq; lectione Psalmorum, & absque sacris calciamentis, induetur super Rochettum per Diaconum, & Subdiaconum paramenta, quæ capellani, per ordinem ex altari capientes portabunt, videlicet. Primò, amictũ,

quem

quem in medio vbi est parua crux osculatur; deinde albam, siue camisum; mox cingulum, tum crucem pectoralem, inde stolam à collo pendentem, quam similiter osculatur in medio, postea pluuiale, deinde sedenti mitram pretiosam, & vltimo annulum pontificalem, & nulla alia paramenta penitus ministrabunt. Hæc autem dum fiunt, Organista nunquam à sonitu cesset, donec Episcopus surgat incepturum officium.

De vsu mitræ. Cap. XIII.

MItra verò pretiosa in Vesperis incepto primo psalmo, deponitur super altari in cornu Epistolæ, & accipit leuem, nisi aliter placeat. Tum incepta Antiphona Cantici, idest Magnificat, leni deposita, vbi supra, pretiosam recipit.

In Pontificali ordinario explicantur tempora, & dies in quibus mitra pretiosa Episcopus celebraturus solemniter, vbi addendum, quod in magnis solemnitatibus, & festiuitatibus vtitur tam in Missa, & in hora Tertiarum cantanda, quàm in Vesperis. Quotiescunque autem mitra pretiosa vtitur, toties cum illa das benedictionem.

Mitra pretiosa vti nunquam debet in Missis, aut Vesperis ferialibus, aut pro Defunctis, neque in benedictionibus cādelarum, cinerum, & palmarum, neque intra Aduentum, nisi in Dominica tertia eiusdem, qua cantatur in introitu Missæ [Gaudete] neque in Quadragesima, nisi in quarta Domninica eiusdem, qua cantatur in introitu Missæ [Lætare] quia dictis temporibus, nunquam pretiosa vtitur, nisi Missæ aut Vesperæ cantarentur de aliquo Festo solemni.

In Vesperis Diaconus à dextris ponit biretum, & mitram; qui verò est à sinistris deponit mitram solam, siue sit apud altate, siue apud faldistorium, aut alibi; sed dum ex ipsis ponit mitram, alter vittas pendentes, siue infulas aptat. Quando Diaconus est occupatus in eadem, vt quando post incensatum à celebrante altare, ipse capit thuribulum, de manu eius; quia tunc non potest ponere mitram, sed illo casu supplet Subdiaconus, aut Assistens, vel Cœremoniarius.

De principio Vesperarum. Cap. XIIII.

CArdinalis Episcopus surgens, & versus altare stās nudo capite apud faldistorium suum, & intonat non alte, sed submissa voce [Pater noster] & absoluto tacitè: tum producens sibi signum crucis à fronte ad pectus cantat, [Deus in adiutorium, &c. & manet sic immobilis vsquequo inchoetur primus psalmus: Interim mansionarij, vel canonicus ad quos spectat intimare antiphonas associati à cœremoniario præcedente accedunt ad celebrantem, cui cantu per chorum finito vsq; Amen, & non prius] facta eidem prius reuerentia, intimat Antiphonam primam (qua intimata) non facit reuerentiam, neque inde se mouet, sed expectat, quoad per Episcopum ex libro, vel sine libro, vt placet, Antiphona resumpta fuerit, tum facit reuerentiam; Celebrans autem sic stat donec per chorum finita Antiphona, & tunc inchoato psalmo, sedet cum mitra alba leui, similiter, & omnes sedent.

Aliæ quatuor Antiphonæ residuæ intimantur Ministris, & Canonicis, [sicut dictum est supra] hoc ordine, videlicet.

Secunda Diacono: Tertia presbytero assistenti: Quarta, Primo Canonico in choro manenti: Quinta Subdiacono.

Sciendum est autem, quod celebrans, siue sit Cardinalis, siue Episcopus, siue Prælatus aliquis: siue non Prælatus sit, nunquam deponere debet pluuiale pro vesperis celebrandis, si illud primo indutus semel fuerit, nisi vesperis in totum finitis: Sicut nec celebrans missam deponit planetam, nisi missa finita, non obstante contrario vsu alicuius Ecclesiæ: Immo nec Canonici, nec mansionarij, nec alij, qui semel ab initio rei diuinæ paramenta, quæ semel sumpserint, nunquam debent illa deponere, nisi re finita.

Cantantur psalmodia cum omni modulatione Ecclesiastica, & deuota, tam per Cantores, quam per Organistam, qui admoneatur, vt nullo tempore incipiat sonare primū versum Cantici:

tici, id est, Maggnificat, sed relinquat Choro cantandū. Idem faciat de Hymnis omnibus, præsertim de his, in quorū principio Cardinalis, & populus genuflectere consueuit: vt [Aue Maris stella.] & [Veni Creator spiritus.] item [Crux aue spes vnica.] & sic de alijs. Et in Missa, videlicet, in Symbolo pro versu. [Et Incarnatus est de Spiritu Sancto,&c.] & in Hymno. [Te Deum laudamus,] & in versu. [Te ergo quæsumus &c.]

Et celebrans ad omnes conclusiones, quæ in fine singulorum Psalmorum cantantur, id est, [Gloria Patri,] inclinato capite cum mitra versus altare sedens persistens reuerenter, & similiter alij omnes capite detecto, & magis inclinato idem faciant.

Dum psalmodia cantantur, Capitulum in loco Epistolæ per Subdiaconum associatum à solo Cæremoniario, quod dum inchoatur, celebrans surgit cum mitra stans versus Subdiaconum cantantem.

Capitulo finito,& responso [Deo gratias.] celebrans cum mitra voluitur ad altare, & intimato ei Hymno, tunc sine mitra versus altare ipsum Hymnum intonat; & si Hymnus erit [Aue maris stella.] siue [Veni creator spiritus.] tunc postquam in eodem loco celebrans intonauit, ibidem genuflectit, sine mitra ante,& super faldistorium versa facie ad altare, & sic permanens vsque ad finem primi versus (genuflectētibus omnibus) deinde stat sic sine mitra versa facie ad altare vsquequo finitus sit Hymnus cum Versiculo,& Responsorio eius. Tunc Antiphonam sibi sic sine mitra stanti intimatum ante Canticum [Magnificat] resumit; qua resumpta, mox sedet cum mitra pretiosa; & dum cantatur Antiphona à choro ante Magnificat, ipse ponit incensum, hoc ordine. Presbyter assistens pluuiali indutus portans nauiculam dextera, & thuribulum sinistra pro benedictione, & positione incensi, & firmat se ad sinistram celebrantis; vbi stans humiliatus, ipsam nauiculam apertam porriget Diacono stanti ad eiusdem dexteram,& ita ipsam approximet thuribulo, vt thuribulum, & nauicula se simul tangant ante pectus Episcopi, & assistens Presbyter dicens: Benedicite Pater Reuerendissime, quod cum dicit, osculatur coclear,& manum Episcopi, & ille benedicit verbo, non manu, dicens: Ab illo benedicaris in cuius honore cremaberis. Qua verborum forma semper vtitur in omnibus benedictionibus, tam in Vespe ris, quàm in Missa, & alijs actibus, præter in incensationem oblatorum. Igitur petita benedictione, celebrans accepto cocleare, ponit incensum tribus vicibus in thuribulum, & in fine super thuribulum, facit signum crucis; quo facto, Diaconus osculatur susceptum coclear, & manum, redditq. nauiculam Cæremoniario, qui illa reposita, thuribulum dextera tenet; & quando illud vult offerre, Diacono, vel Assistenti, vt det illud celebranti, offert ordine præpostero; nam cathena in dextera Diaconi, siue Assistenti, & vas thuribuli in sinistra, vt sic celebrans cōmodè, & congruè capiat ex manibus alterius illorum. Dum Cæremoniarius offert, non osculatur, sed Diaconus, vel Assistens cathenulas thuribuli, & manus celebrantis: & ista incensi positio fit ter in Missa, videlicet, in principio Missæ, secundo pro Euangelio cantando apud faldistorium, tertio post oblata apud altare, nisi sit Missa pro Defunctis, quia solum ponitur, id est post oblata tantum. In Vesperis autem sit semel duntaxat, nisi aliter vsus exigat.

De Cantico Magnificat, & incensatione altaris, celebrantisque, & omnia, ac per quos,& qualiter. Cap. XV.

INcepto Cantico [Magnificat] surgit celebrans, & omnes alij cum eo,& facto signo crucis à fronte ad pectus, vadit nihil tunc dicens, ac mitram in capite,& baculum manu gerens ad altare, & medius inter duos ministros eius pluuiale tenentes ante medium altaris super vltimo gradu, baculo, & mitra depositis, cum reuerentia ascendit, osculatur,& incensat altare, hoc modo; videlicet, Diaconus capit thuribulum à Cæremoniario, & illud celebranti offert cum osculis &c. & sustinet manum, & manicas

cele-

celebrantis,dum incensatio fit.

Item accepto celebrans ante medio altaris thuribulo, faciat primo reuerentiam cruci, postea incensat eam triplici ductu, deinde ei iterum faciat reuerentiam; postea incensat duplici ductu Reliquias (si adsunt) siue imagines à dextris; tunc reuertens ante crucem, facta eis reuerentia, incensat similiter Reliquias à finistra parte crucis, aut imagines, si erunt: & si imagines non sint, tunc similiter incensat candelabra ibi posita, incipiens ab his, quæ sunt in parte Epistolæ semiuertens se ad posterius cornu incenset illud manu dimissa bis thuribulum ducens, tum semiuersus ad altare eleuans manum incenset planitiem altaris ter thuribulum ducens vsque ad medium; & ibi facta cruci reuerentia, eleuet plus manum, & incenset alias residuas imagines existentes pro omnibus, ter tantum thuribulum ducens (quibus non obstantibus) candelabra tria singulo ducto thuribuli pro singulo candelabro incenset, vt dictum est, & in cornu Euangelij incensauit. Tum semiuersus manum dimittet, incenset totam frontem, siue anteriorem partem altaris, ter ducendo thuribulum à principio vsque ad medium, vbi facta reuerentia cruci, incenset reliquam partem frontis similiter triplici ductu, vsque ad reliquum. Denique firmans se in cornu Epistolæ, det thuribulum Diacono, qui osculata eius dextera, expectet quousque fuerit mitra celebranti per Subdiaconum, vel Cœremoniarium posita, & baculo ante medium altaris resumpto, redit ad faldistorium, vbi non per Diaconum (vt in Missa) sed per Asśistentem incensatur, stans versus ad populum, cum mitra, facta prius, & postea per ipsum Asśistentem reuerentia, (& ipse celebrans nunquam caput humiliet, sed stans immobilis, & manibus iunctis.) Quando verò Canonicus Canonicum, Prælatus Prælatum, aut Cardinalis Cardinalem, cum capitis inclinatione incensat; tunc sibi vtrunque mutuæ inclinationes, quasi gratiæ reciprocæ fieri debent; quod expresse seruatur in Capella Papali. Sufficit ergo, quod celebrans Cardinalis Episcopus signum crucis manu faciat super incensantem etiam Prælatum. Celebrās dico, deposita mitra, retento baculo, voluitur totus versa persona ad altare, sic stans vsque ad versiculum; videlicet. [Sicut erat in principio.] inclusiue; quia tunc (deposito baculo) sedens, & accipit mitram.

Item sciendum est, quod in vesperis Diaconus nullum incensat: sed celebrantem incensat Presbyter assistens: Subdiconus verò paratus incensat omnes illos & eodem modo, quos Diaconus incensauit in missa, & non plures. Reliquos enim Capellanos, ille, qui intimauit Antiphonas, incensat, vt supra.

Sed in hoc aduertat incensator, vt ab incensatione tunc desistat, quando Episcopus incipit velle cantare Dominus vobiscum: ante orationem.

De oratione vesperali, & luminaribus pro illa cantanda adhibendis, & qualiter. Cap. XVI.

ANtiphona post Magnificat, quasi ad medium cantata, cœremoniarius de angulis duobus altaris recepta duo candelabra duobus Capellanis, & librū pro oratione cantanda, tertio Capellano consignet, qui tres seipsos firment, ita vt celebrans orationem cantaturus sit facie ad ipsam altaris crucem versa. Itaque finita penitus Antiphona, ac tacente choro, vel organo, & non prius, celebrans deposita mitra surgit, & versus primo ad populum cantat [Dominus vobiscum:] deinde versus ad altare: [Oremus,] & orationem, quæ dum cantatur, Omnes omnino tàm de Clero, quam de Populo stant nudo capite, & collo recto, non autem curuo, sicut Regulares facere solent.

De Benedictione solemni danda in vesperarum fine, absque indulgentia. Cap. XVII.

DVm cantatur Benedicamus Domino, Episcopus celebrans sedet, & mitram

mitram recipit, & dum per organum interea respondetur Deo gratias; vadit vt supra, more solito, cum baculo in manu ad altare, semper mitram habens in capite: & facta cruci reuerentia, benedictionem dat, hoc modo, videlicet. Signat se pollice dextro in pectore cantat ex libro (si placet) super altari posito, dicens: Sit nomen Domini benedictum, & dum à choro respondetur, ipse manum illam tenens super altari extensam, & cum dicit Adiutorum nostrum in nomine Domini: signat se à fronte ad pectus, & pro vnoquoque verbo signat se, videlicet quando dicit Adiutorium [in fronte] nostrum, [in pectore] in nomine [à sinistro humero] Domini [in dextro] cum dicit, Benedicat vos omnipotens Deus, eleuat simul oculos, & manus, quas iungit ante faciem: Tum accipiens baculum sinistra, [& nunquam prius] dicens: [Pater:] vertit se ad latus Epistolæ, & ibi signat Populum, dicens, & [Filius:] directè vertit se ad Populum in medio Ecclesiæ stantem, & signat eundem; dicens: [& Spiritus sancti: vertit se totum ad latus Euangelij, & ibi signat; deinde perficit circulum, & vertit se, non faciem suam, sed totum se ad parietem: Qua data, [& nullis indulgentijs publicatis, nam nunquam post vesperas publicãtur,] reuertitur ad faldistorium: vbi exuitur per eosdem ministros paramentis, cum osculo, prout de singulis fecerant dum vestiretur. Interim Canonici, depositis pluuialibus in locis ipsorum, venientes ad Episcopum celebrantem circumstant vsquequo exutus fuerit: Organista verò, donec Episcopus ab Ecclesia recesserit, continuè, festiuiterque sonare perseuerat.

De Initio, & prosecutione Missæ solemnis, per Cardinalem Episcopum cantandæ.

De positione Credentiæ, siue Abaci. Cap. I.

PArata tribuna, altare, & faldistorio, vt supra dictum est in vesperis, &c. restat nunc, vt paretur abacus, siue credentia, quæ nunquam in vesperis, sed promissis tantum solet parari.

Paratur ergo credentia, tribunæ congrua, à latere Epistolæ ad sinistram manum celebrantis sedentis in faldistorio, & hoc regulariter, ac communiter fit, si loci dispositio patitur, sin autem, vt potest, dummodo prope celebrantem. Erit credentia longa cõmuniter palmis octo pro Episcopo, alta quatuor, vel quinque: & pro Cardinali decem, alta quinque in circa, cum sua eleganti mappa alba simplici, & non sacra, cooperta circumquaque vsque ad terram, appositis duobus, aut pluribus gradibus super illa, vt placuerit eleuata, ac solidis tripedibus firmata, ne ruat, vt vasa magna, & pretiosa aurea, atque argentea, tàm ad ornamentum, & decorum spectabilia, quàm etiã pro rei diuinæ necessitate vtilia, commodè super ponantur, super qua nihil omnino paramentorum, missalium ibi locabitur, præter gremiale, calciamenta sacra, & mitras duas vnam pretiosam, & alteram simplicem ac vnum biretum rotundum, baculũ pastorale, bacilia duo æqualia pro manuum celebrantis lotione: mappulas quatuor, calicem cum patena: hostiariam cum hostijs, bursam cum corporalibus, & pallam cum purificatorio: ampullas pro vino, & aqua: thuribulum cum nauicula, & in ea cocleare cum incenso, alijsque vaporibus odoriferis, & aromatibus, vt placebit, dummodo fumus plus oleat de incenso: Item vnum velum pro Capellano de mitra; Aliud velum pro Subdiacono, pro patena: pacem argenteam: librum pontificalem, pro psalmis legendis dum capiuntur paramenta; phialam vnam cum vino recẽti pro sacrificio, aliam cum aqua rosacea, & benè odoranti, pro lotione manuum, vt supra; In angulis abaci, sint duo, vel plura magna bacilia, & denique omnis generis vasa vacua ad ornatum illius posita. Item in eiusdem angulis duo candelabra cum cereis ardentibus continuè ad similitudinem illorum, quæ ponuntur super altare: apud illum etiam sit vas vnum cum carbonibus viuis; & cum molliculis aptis ad ipsos carbones thurbulo commodè imponendos: sint etiam aliquæ candelæ paruæ: Si Cardinalis illis

inter

inter legendum indigebit pro illustratione aere. Item funalia, siue intorticia pro Sacramenti illuminatione quatuor, vel sex, vt placebit. Item alia sex, vel septem ad summum funalia apponi possent in alto loco in frontispitio tribunæ: maximè si celebret Illustrissimus Cardinalis, & locus esset ad id aptus, (si placeret.) Et si magis Cardinali placuerit ipsam credentiam ampliorem præparare pro maiori ornatu, poterit; dum tamen duo tantum lumina desuper ardeant, & nulla crux, vel imago, neque vllæ sanctæ reliquiæ superponantur, & baculum pastoralem, qui manu ministri sustinebitur.

Hæc, vt diximus, obseruanda erunt in magnis festiuitatibus ab Episcopo, vel Cardinali pontificaliter celebranti; nam in alijs seruetur consuetudo loci.

De numero, & qualitate, ac officio Credentiariorum. Cap. II.

CRedentiarij numero sufficerēt tres, cum etiam plures non dantur Cardinali in Capella Papali, sed cum quater sint manus lauandæ; ideo etiam quatuor poterunt esse ipsi ministri, ætate, & habitu omnes laudabiles, ex quibus singuli minus digni seruiant prius; deinde verò digniores, & sic quisque sua vice cum genuflexionibus vsque ad terram. Altari, & Episcopo celebranti, tam eundo, quàm in redeundo, & cum credentia, id est, prægustatione aquæ, quæ potest esse rosacea, siue lampha, aut odorata, vt libuerit. Nullus autem ex ipsis Credentiarijs sit habitu longo, maximè cotta, aut caputio indutus.

Prima lotio fit antequam Cardinalis, siue Episcopus capiat paramenta. Secunda ante offertorium, dum adhuc est sedens in faldistorio. Tertia post idem offertorium, dum stat ante altare. Quarta post communionem, vt tertia. Hi autem stant semper detecto capite versus faciebus ad celebrantem, nec vnquam de loco suo discedunt, nisi quando ipsum exuunt, & calceant, aut excalceant communibus vestimentis, & calciamentis; & istis Credentiarijs datur incensum, & pacis osculum, tanquam ministris egregijs in ordine, & vice sua.

De pulpito, seu legili pro Euangelio, & alijs cantandis. Cap. III.

POsitio, vel locatio pulpiti pro solis Euangelijs, erit omnino extra presbyterium, & inuestibulo, id est, non intra ante murale, quod ibi presbyterium à vestibulo diuidit, sed ante cornu Euangelij, ita vt Diaconus cantans sit cum brachio dextro versus ipsum cornu Euāgelij, & versa facie ad Aquilonem, (vnde panditur omne malum.) Si autem Episcopus Cardinalis, aut Metropolitanus proprius, vel aliquis maximus vir, esset manet in sede ampla ordinaria pro Legato, aut Episcopo ad cornu Euangelij parata, aut alibi in quocunque loco, quæ ita disposita esset, vt ipse Diaconus cantaturus Euangelium vertere cogeretur de directo faciem suam ad ipsum manenté in sede ampla; tunc omnino Diaconus auertat faciem suam ab illo, & ne sit ad illum facie ad faciem conuersus, locat se remotius, & proprius altari; aut si aliter fieri pro loci dispositione non possit, vertat potius faciem suam, & se totum ad altare, dum Euangelium cātat.

Quoad ornamétum autem ipsius pulpiti, dico, quod nullo modo, siue officio quantuncunque solemni debet cooperiri, seu ornari, nisi pro solo Euangelio, & benedictione cerei Paschalis, quia tunc tegi debet pāno aureo, siue argēto textili, seu serico coloris eiusdē, quomodo sūt cætera paramenta, officio, & diei conuenientia. Sed pro benedictione cerei Paschalis, debet albo festiuo cooperiri colore. Pro alijs autem lectionibus matutinalibus, quantuncunque solemnibus, etiam in nocte Natalis Domini nostri Iesu Christi, aut si per Canonicos, aut Ecclesiæ Prælatos, vel per Episcopum, aut Cardinalem, siue etiam per ipsummet Legatum cantarentur lectiones, seu prophetiæ. In Missis verò non per Cardinalem, sed coram eo celebrandis, pul-

pito non vtimur pro Euangelio, sed Subdiaconus loco pulpiti, etiam si fuerit Canonicus, dummodo iunior, siue minor Diacono ministrans librum sustinebit.

De paramentis pro Cardinali Escopo pontificaliter celebraturo necessarijs. Cap. IIII.

IN medio altaris citra crucem ponuntur omnia paramenta pontificalia pro Missa ordine retrogrado. Primo enim annulus, tum planeta, inde chirothecæ, dalmatica, & tunicella, stola, crux pectoralis, cingulum, & alba, id est, camisus, vltimo amictus, & denique manipulus, qui includitur libro Euangeliorum.

Reliqua eius paramenta, videlicet, caligæ sotulares, mitra, baculus pastoralis, locantur super credentiam.

Paramenta verò Diaconi, secundum aliquos consueuerunt poni in cornu Euangelij ordine supradicto, id est, Manipulus, dalmatica, stola, alba, cingulum, & amictus.

Et in cornu Epistole pluuiale plicatum pro Assistente, & super eo paramenta Subdiaconi ordinata, sicut pro Diacono dictum est, sed sine stola.

Sed conuenientius videretur, si celebrante Cardinali, paramenta ministrorũ nullatenus super altare, sed retro, super aliqua mensa ponantur, vbi ipsi parentur, vel potius parentur in Sacristia ante aduentum Cardinalis Episcopi.

Parentur dicti ministri hoc ordine, videlicet: Facto signo crucis à fronte ad pectus, primo amictum cum osculo, tum albam, & cingulum, & Diaconus stolam cum osculo super humero sinistro, coniunctam sub humero dextro, & dalmaticam; Subdiaconus verò tunicellam, si tamen illis debent vti. Si autem planetis vtantur, tunc eas non ducunt, nisi celebraturo in totum parato, vsque ad eius planetam, mitram, & annulum inclusiuè; quo parato, & ipsi tunc capiant planetas, & demum manipulos.

Tres libri, videlicet, Missalis pro Euangelio, & Epistola, omnes vno colore tempori congruo cooperti sint super gradus altaris, sub cornu Epistolæ, cum vnico puluino eiusdem coloris.

Inde circumcirca altare per terram sint tapetia strata in presbyterio, maximè omnes gradus altaris tegentia, vbi ministri sacrificaturi sedere possent decenter, & honestè.

Dicimus si Diaconus, & Subdiaconus vtuntur dalmaticis, & tunicellis, siue planetis. planetæ autem vtuntur quotiescunque color paramentorum est violaceus, vt est in Dominicis de Aduentu; præterquam in tertia Dominica de Aduentu, qua in introitu legitur: [Gaudete] & in die Cinerum, ac omnibus Dominicis Quadragesimæ, præterquam in Dominica quarta, quæ dicitur de Rosa, in cuius introitu Missæ legitur: [Lætare.] Item in omnibus Missis ferialibus; item in Feria sexta, & in officio Sabbati hebmadæ Sanctæ ante missam.

Si verò ipsi Diaconus, & Subdiaconus sint Canonici ministraturi alicui alteri Prælato, præter Cardinalem, qui apud altare se parare vellet, etiam ipsi Canonici ibidem se parare possunt, & debent. Ambo itaque vestiti, vt vestiendi sunt, expectent sedentes, vel post terga Cardinalis Episcopi, vel vbi paramenta acceperunt. Interim Diaconus suum Euangelium, & Subdiaconus Epistolam præuideant.

Quando celebrans vult lauare manus, tunc enim, & non prius ipsi Diaconus, & Subdiaconus ad celebrantem accedant detecto capite, & sic firmant se, videlicet Diaconus ad dexteram, & Subdiaconus ad sinistram sustinentes mappam hinc inde pro lotione manuum, & vestire celebrantem.

Assistens verò Presbyter nunquam prius capit pluuiale in Missa, neque planetam in Vesperis, nisi celebraturo penitus parato. Demum finita re diuina, ibi exuitur, vbi se induerat; sed antequã incipiat Cardinalem Episcopum exuere, ipse se exuit, quanquam Diaconus, & Subdiaconus remaneant vestiti.

Assistentis itaque præcipua cura est, antequam ad Missam procedatur, diligenter ipsam Missam in domo sæpius, ac continuè cum celebraturo præludere, & be-

& bene obseruare omnes actus, in quibus fortassis ipse celebraturus auxilio egeat, vel titubet, aut nesciat, siue vacillet, vt postea eidem apud altare sacrificanti in talibus actibus subueniat cito, placide, ac modestè memorando voce, gestu, & actu, quæ oportuerit, & prout viderit opus faciendum. Hic etiam ante diem Missæ, debet sibi barbam, & coronam tonderi fecisse; quoniam est Magistratibus, & alijs Primoribus daturus osculum pacis facie ad faciem. Deinde in die Missæ Cardinali Episcopo Psalmos lecturo, ipse indutus superpellicio capit, & tenet librum Psalmorum detecto capite genuflexus, ad eius sinistram, ne sit ipse proprior altari, quam Cardinalis Episcopus, & legit secum alternatim omnes Psalmos consuetos, videlicet. [Quam dilecta, &c.] ipso domino inchoante; & si dominus vtitur ocularibus, ipse Assistens ea capit, & tenet, ministrans dum opus est: similiter, & nasitergium præsentat opportune. Item lectis Psalmis, surgente domino versa facie ad altare lecturo Versiculos, & Orationes paramentorum, vt opus erit, ipse etiam surgit stans econuerso, & tenens librum ante faciem Domini, renibus ad altare versis. Deinde vestito celebraturo, ipse illico, & non prius, induit se pluuiale, stanteq. Domino, & ex libro aliquid cantante, semper ad eius dexteram stare debet, librum continuè manu tangens, ac singula cum digito ostendens.

De accessu Cardinalis Episcopi ad Ecclesiam, ac de alijs, vt infra. Cap. V.

His omnibus, & singulis, quæ supra dicta sunt dispositis pro celebratione Missæ per Cardinalem Episcopum solemniter cantandæ, qui è cubiculo palatij sui associatus à Canonicis, vt moris est, ad Ecclesiam veniens in cappa sua rubea: & si non est Cardinalis, in cappa violacea. Legato quoque fortè obuiat, vsque ad portam Ecclesiæ principalis exclusiuè, secum ducens Canonicos suos sequentes cottis vestitos; quorum dignior aspersorium intra portam Ecclesiæ acceptum per sacristam prius ibi paratum offert Legato, iam portam ingresso, qui inuitato prius Cardinali Episcopo (non tamen acceptante) aspergit se, nisi Cardinalem Episcopum prius (reuerenter tamen) aspergere velit; & sic deinde se, tum magistratum, inde Canonicos, & alios. Quæ aspersio fit quocunque die anni Legatus ad Ecclesiam solemniter venit, & sic ambo simul ante altare euntes super duobus puluinis genuflexi, orationem faciunt. Legato autem non venturo, aspersio fit per Cardinalem Episcopũ, vt dictum est in Vesperis. Aut si ipsa dies sit Dominica, aut si Cardinalis tunc sit celebraturus, & nõ alias; ipse accepto ab eodem seniore Canonico aspersorio extra presbyteriũ apud aditum in tribuna, id est, in ipso vestibulo, se, & omnes aspergit; tum ante altare super puluino genuflexus, orat: (organis festiuiter sonantibus continue.) Deinde Cardinalis Episcopus paulisper in faldistorio sedens, quiescit donec omnes consederint: & ministri omnes superpellicia sua induerint, & omnia parata fuerint. Demum licentia à Legato (si adest) pro hora Tertiarum inchoanda, vt moris est; & cessantibus organis, ipse Cardinalis surgit, surgentibus omnibus de choro, & versus ad altare, stans detecto capite, secrete dicit totum [Pater noster.] Deinde faciens sibi signum crucis à fronte ad pectus, & alte cantat. [Deus in adiutorium meum intende.] cui chorus respondet more solito, sicut pro Vesperis. Inde si Cardinali placeret intonare, videlicet, Hymnum. [Nunc sancte nobis Spiritus.] Tunc prædicto Mansionario intimatore ad ipsum accedente, & Hymnum cum supradictis suis cœremoniarijs intimante, Cardinalis illum resumit ex libro cantans, vt supra. Si autem chorus Hymnum, organo alternatim respondente, cantet: & Cardinalis omnino manet sic rectus, vsquequo fuerit inchoatus Psalmmus. [Legem pone.] quo incepto ipse Legatus, & omues alij, (demptis Ministris) sedeant cooperto capite. Et quia dum Psalmi ipsius Tertię cantantur, Car-

dinalis Episcopus debet de toto parari, & legere Psalmos, Versiculos, & Orationes, quæ multæ sunt, & multo tempore opus est; ideo admoneantur cantores, & organista, vt lente cantent suos versus etiam modulando psalmodiam; & ille similiter sonando alternatim pro suo versu, respondeat solemniter, vt fit dum cantatur in Vesperis solemnibus canticum [Magnificat.] Pro quibus psalmis decantandis, ita vtrinque obseruetur, vt tantum proportionati dispensetur, quo ad Cardinalis possit commodè de toto esse paratus antequam inchoetur Capitulum. Igitur inchoato primo Psalmo, Presbyter assistens cotta indutus genuflexus ad sinistram ipsius celebrantis, tenet librum, ex quo legit totam Antiphonam [Ne reminiscaris.] & psalmos eosdem solo Assistente alternatim cum ipso legente.

Interim duo Scutiferi credentiarij accepta sandalia manibus velo coopertis, cum caligis de abaco portant alte vsque ad vultuum eleuata ad Cardinalem Episcopum: & genuflexi ante ipsum communibus calciamentis excalceant, & sacris calceant. Vnus tamen ex eis portat omnia illa, & alius vacuus comitatur; & illico capellani octo in gyrum ante faciem Domini genuflexi, oram cappe eleuant, & sub illa Scutiferi duo prædicti subeuntes, commodè calceare possint ipsum: quo calceato, surgentibus Scutiferis, & recedentibus, capellani octo surgunt, & stant ad sinistram Cardinalis.

Interim dum calceamenta ponuntur, Diaconus, & Subdiaconus etiam paramenta sua capiant (nisi cœperint) vt supra dictum est.

Finita per celebrantem semper sedenter, Psalmorum, Versuum, & Orationū omnium, à prima vsque ad vltimam lectionem, ipse iam calceatus, deposita cappa, sedens in rochetto, lauat manus, vt supra, pro quo actu, si qui aut clerici, aut laici genuflectere vsque ad terram vellent, præsente Legato, ipsi ob reuerentiam Legati, indicet modesto nutu, se id nolle; ideoque maneat, vt surgant à genuflexione. Absente verò Legato huiusmodi maximè nobilium virorū ostendat non velle; tamen patiantur cum modestia fieri, & talis lotio fiet hoc ordine. Credentiarij prædicti primo euntes ante genuflectant vsque ad terram, inde ante altaris crucem in eodem loco manentem, vltimo ante celebrantem, vbi sic permanentes, Diaconus, & Subdiaconus hinc inde mappam sustinentes, infundūt aquam prægustatam; denique facta lotione, cum eisdem reuerentijs ordine retro grado, ad locum suum reuertuntur.

Si verò Cardinalis Episcopus vellet legere orationes paramentorum, erectus stans, tunc nulli de clero, siue populo, præter ministros assurgere solent; sed melius est, vt sedens legat omnes orationes. Loto celebraturo, illico adsint omnes capellani alius alium sequentes per longam lineam ante faciem Episcopi, sicq. ipsius paramenta ordinatè, sicut supra altari posita sunt, portantes, vt supra: quæ sigillatim Diaconus, & Subdiaconus accipientes de manibus illorum, & imponunt celebraturo stanti, (ex quibus osculanda offerunt amictum, crucem pastoralem, stolam, dalmaticam, & chirotecas inclusiuè: deinde ipse accipit pluuiale, & annulum Pontificalem, sedensq. accepta mitra pretiosa, sic expectat donec interim à choro finiantur tres Psalmi pro Tertia; & dum repetitur Antiphona, Subdiaconus paratus cantaturus in missa Epistolam, vadit solus cum cæremoniario, qui illi librum portat ad locum epistolæ cantari solitæ; & ibi accepto libro, quem ipse sibi tenet, cantat Capitulum; pro quo Episcopus cum mitra surgit, surgentibus omnibus, versa facie non ad altare, sed ad ipsum cantantem, sic stans, donec cantores cantant Responsorium vltimi versiculi.

Finito capitulo Subdiaconus reddit librum cæremoniario, & vadit ad locum suum.

Interea verò capellani, & accoliti acceptis duobus candelabris de credentia, inter altare, & Episcopum hinc inde astant Episcopo versis inuicem faciebus, in quorum medio est capellanus cum libro, versis humeris ad altare; & finito Responsorio, Episcopus deposita tunc mitra, stans, vt erat versa facie ad populum cantat [Dominus vobiscum.] tunc

versus

versus ad altare, dicit: [Oremus,] & Orationem, vt supra dictum est.

Quando autem cantatur à choro: [Benedicamus Domino.] & ab organo respondetur: [Deo gratias.] Episcopus deposito pluuiali, & annulo, accipit chirothecas, & planetam, & sedens accipit mitram, ac vltimo pontificalem, & alios communes annulos, quos, & quot placuerit, super ipsis chirothecis; tunc sedenti Episcopo, imponitur per Diaconum mitra pretiosa sumpta de manibus capellani de illa seruientis, & à Subdiacono victas eleuante.

De initio, & prosecutione missæ solemnis per Cardinalem Episcopum cantandæ. Cap. VI.

Paratus Cardinalis Episcopus, rursus petit ex more licentiam à Legato pro Missa inchoanda; qua habita, ipse sedens, ministrante tunc nauiculam Presbytero assistente, ponit incensum in thuribulum, more solito, & procedit ad altare hoc ordine; videlicet, duo Mansionarij cum sacris vestibus, & virgis, capellanus cum thuribulo fumigante, duo capellani cum candelabris, medium habentes capellanum crucem deferentem, si est Archiepiscopus) alias crux non portatur, Subdiaconus solus cum libro Euãgeliorum clauso, manipuloq. in eo, inde capellanus paratus sacris vestibus cum baculo pastorali, nisi Cardinalis Episcopus (vt deberet) illud manu propria sinistra vellet deferre. Tum Cardinalis Episcopus medius inter assistentem à dextris, & Diaconus à sinistris; post eum immediatè sequitur capellanus de mitra, & alij capellani sui: & cum fuerit ante cornu epistolæ, eleuata facie ad Legatũ, illum cum mitra salutat, cui assurgens nõ benedicit; sed caput detegens illi correspondet. Prælati verò, & omnes alij similiter reuerentiam faciunt celebranti, cuius capellani, & ministri faciunt profundiorem reuerentiam Legato.

Inde præueniens ante medium altaris, reddito baculo, depositaq. mitra, & interim recedentibus omnibus, qui associarunt, præter illos de baculo, & thuribulo, & cessantibus tunc organis; sed choro Introitum inchoante, facit nudo capite profundam reuerentiam cruci super altari positæ, & manibus iunctis, sicut celebrans, confessionem cum illis facit. Assistente verò retro inter Cardinalem Episcopum, & Subdiaconum, non personam, sed solum caput tenente, & cum ipsis confessionem faciente. Itaque confessionem faciendo, ipse quidem celebrans alloquitur ministros in plurali, vt, vobis fratribus, & misereatur vestri: sed ministri alloquuntur celebrautem in singulari; vt, tibi pater, & te pater, & misereatur tui: quæ cum dicunt caput versus ipsum humiliant; & deinde dicto Indulgentiam, Subdiaconus dat librum interim tenendum cæremoniario, & accepto ex illo manipulum, ponit in sinistris Cardinalis Episcopi, cum osculis manipuli, & manus.

Legatus stans cum suis capellanis genuflexis, confessionem facit, & similiter Prælati stantes; necnon Canonici, si parati sunt, & ipsi stantes inuicem: Sed magistratus, & omnes alij tam laici, quàm clerici vbicunq; sine genuflexione illam faciunt.

Quod si sine Legato, Magistratus cum Locumtenente, seu Gubernatore Prælato adsit; ipse Gubernator cum capellano genuflexi, confessioné faciet, Canonici, si parati erunt stantes, cõfessioné simul faciunt, sin autem faciunt genuflexi; & similiter mansionarij, & alij omnes, qui de clero parati erunt. Cardinalis Episcopus finita confessione, in primo gradu humiliatus dicit orationem, videlicet: [Oremus. Aufer à nobis.] & apud altare dicit aliam orationem, videlicet. [Oramus te Domine &c.] & cum dicit [quorum reliquiæ hi sunt.] osculatur altare; & mox ambabus manibus tangens librũ Enangeliorum, osculatur illum, quem Subdiaconus apertum folio Euangelij currentis offert adiuuante Assistente: deinde ponit incensat altare, (vt supra in Vesperis) & reddit deinde thuribulum Diacono; & accepta mitra pretiosa, facta cruci tantum reuerentia, accepto baculo, reuertitur discedendo, non

per

per medios gradus, sed angulares ad faldistorium; vbi Presbyter asistens incensat ter ducit thuribulum, & inclinat se more solito: deinde deposita mitra, & baculo, facit sibi signum crucis à fronte ad pectus, & legit Introitum missæ, & [Kyrie eleison.] cum suis ministris, tum si superest ei tempus, sedet, (sedente Legato, ac amnibus de choro) & Diaconus imponit ei biretum, & mitram pretiosam, & Subdiaconus gremiale: Inde ministri tres, & capellani omnes sedent in locis supra deputatis: Presbyter asistés sedet in scabello non ad dexteram Epi: Archidiaconus, & Diaconus sedent hinc inde à lateribus Epi in scabellis nudis: Diaconus, & Subdiaconus in Missa ministrantes apud altare super aliquo scanno apud cornu Epistolæ sedent.

Si Legatus est præsens, siue Cardinalis Episcopus ante eum debet poni liber Missalis in Missis tantum, & non in alijs officijs, est ponendus, nisi in Sabbato sancto pro tractibus tribus inter prophetias ante missam tunc legendis.

Inde si Cardinalis Episcopus non celebrat præsente Legato, liber anteponendus, qui in hoc celebranti Cardinali humaniter deferre solet.

Similiter si Cardinalis Episcopus non cebrat, sed præsens cum Legato Missæ interfit, tunc neuter librum habebit: Legatus, quia habere non debet circulos: Cardinalis Episcopus, quia deferre debet Legato. Absente verò altero, alter semper librum habeat ante se, etiam in missis pro Defunctis, in quibus non fiunt circuli; & quod dicitur de Cardinali Episcopo, intelligitur etiam de Episcopo non Cardinali, quia Ordinarius quantuncunque simplex, absente superiore, semper librum ante se habebit, & consequenter ipse Episcopus non Cardinalis, præsente Legato, librum non habebit, sed Legatus solus habebit illum, & omnes præeminentias. Similiter alius Cardinalis non Legatus si adsit missæ præsente Ordinario simplice, ipse solus Cardinalis librum habebit: sed Episcopus alius, & Cardinalis, præsente suo Archiepiscopo, librum non habebit, quia ob reuerentiam sui superioris Archiepiscopi, circulum Canonicorum non habebit ante se. Et sciendum est etiam, quod siue Legatus, siue Episcopus, siue quiuis alius fuerit, librum ante se habens huiusmodi, si modo non celebrat, nunquam legere debet Epistolas, nec Euangelium, sed tantum, & dumtaxat illud, quod chorus cantat, aut ab organis sonatur, quamuis aliter legatur in libro pontificali, per ea, quæ expresè præcipit Innocentius Tertius, qui ante Pontificatum in iure cœremoniali consultissimus magister fuit, & in libro suo de ritu missalium cœremoniarum id expresse cauetur. Cardinalis, vel Episcopus actu celebrans, post cantatam Epistolam, legat eandem, & Euangelium, ac etiam passionem, quæ legitur in hebdomada sancta, cum alijs intermedijs, quæ cantantur à choro, vsque ad Euangelium inclusiuè, cum sint de pertinentijs missæ, quas omnes celebrans recitare debet.

Cum dicitur vltimum [Kyrie eleison.] surgunt placidè, & modestè omnes ministri, & capellani, & Episcopus, & deposito gremiali, & mitra.

Capellanus de gremiali seruiens surrecturo celebranti, priusquam mitra tollatur, gremiale à Subdiacono de celebrantis gremio sumptum, reuerenter, & cum osculo accipiat, & illud plicatum teneat ambabus manibus pendens ante pectus suum; & cum illud dat Subdiacono, aut capit ab eodem semper, & toties cum osculo id faciat, & tandem lotis celebrantis manibus, post lectum offertorium illud super credentia reponit, quia amplius illo non erit opus. In Vesperis, & alijs Officijs, & in processionibus, gremialibus nunquam vtitur, nisi cum planeta.

Capellanus de mitra seruiens, debet habere mappam longam sericeam, siue velum, ex cuius collo hinc inde æqualiter pendentem, cum qua capit mitram; non autem nudis manibus; & dum illam tenet, habet infulas versus se; & dum recipit, redditq. Diacono illam impositurо celebranti, idque facit quantum potest commodè: & surgente, & stante Domino, illi coadheret tergo eius daturus mitram Diacono, prout opus erit. Curet autem, vt post cantatum

Hym-

Hymnum Angelicum, id est [Gloria in excelsis.] sedente Domino, ipse adsit cum mitra leuiori, & simplici, reposita grauiori super abaco (nisi secus placeret) & victæ pendeant ex illa: (leuiori vtitur vsque ad finitum Credo, & Offertorio) cum sederit, pretiosa vtitur vsque ad finem missæ.

Postquam finitum est totum [Kyrie eleison] (& non prius) Episcopus surgit, qui versa facie ad altare (vt supra) cantat ex libro [Gloria in excelsis Deo.] & aduertat vt non cantet ipsam in alio quoquam tono, nisi in eo tono, quem vocant Paschale, siue de Apostolis, videlicet per notas, vt re fa fa, etiam si missa sit de beata Virgine, & nunquam aliter, quod expressa capella Papalis tanquam omnium rituum ordinatrix obseruat. Licet regulares, & alij aliter, & diuersimode intonent. Itaque intonata, vt supra, [Gloria.] illam cum ministris prosequitur, similiter Legatus cum suis capellanis. Prælati verò, & Canonici in suis locis inuicem simul idem faciunt: & in fine, Cardinalis Episcopus sedet accepta mitra leui, alba, & gremiale, sedet, & similiter sedent omnes, vt prius, vsque in finem Hymni cantati.

Hymno finito, ministri, & capellani, vt prius, surgentes remouent gremiale, & Cantoribus, siue organo de toto cessantibus, & non prius. Episcopus deposita mitra, surgit; qui stans versus populum, cantat [Pax vobis.] siue [Dominus vobiscum.] vt in missa congruit. Deinde reuersus ad altare, dicit: [Oremus.] & orationem, vt in tertia cantauit, sine tamen luminaribus. Dum cantatur conclusio vltimæ orationis, id est, [Per Dominum nostrum &c.] Subdiaconus accipiens librum, faciensq. celebranti, & altari, & Legato reuerentiam, associatus à solo cœremoniario, vadit, & cantat Epistolam extra presbyterium directè apud, & ante altare in cornu Epistolæ ipse sibi portans librum clausum vsque ad oculos, & tenens vsque in finem, in qua Epistola si nomen Iesu Christi profert, caput omnino inclinet, non autem in verbo Christi solum, (& idem à Diano fiet in Euangelio.) Qua finita, & factis eisdem reuerentijs, librum clausum reportat, quem affert genuflexus super genibus Episcopi; cui etiam sic genuflexus manum osculatur, & habito signo crucis, surgens dimittit librum Epistolarum in manibus cœremoniarij, redit ad altare, & ibi expectat, donec fuerit tempus eundi ad Euangelium. Interim accedunt ministri seruientes de libro, & candela ante Episcopum; qui sedens, ex libro missali legit Epistolam, Graduale, & alia vsque ad Euangelium inclusiue; pro quo etiam dicit munda cor meum, & iube, & Dominus vobiscum, signat textum, more solito: deinde seipsum in fronte, ore, & pectore, mox iunctis manibus prosequitur Euangelium: quo finito, assistens respondit ei: [Laus tibi Christe.

Si verò Episcopus non sit In sua Ecclesia, Subdiaconus osculata manu Episcopi, tenet ante eum librum missale apertum, ex quo Episcopus legit (vt supra) interim omnes sedent.

Cum à choro, siue organo cantatur vltimus Versus post primum [Alleluia.] & ante vltimum [Alleluia.] Diaconus sumpto libro Euangeliorum, factaq. reuerentia Episcopo; illũ clausum congruenti mora, portat ad altare, prius genuflectens in primo illius gradu, tunc ascendit, & collocat illum in medio altaris: deinde facta altari reuerentia, vadit ad Episcopum, cuius manum reuerenter osculatur, tum reuersus ad altare in eius inferiori gradu genuflexus, dicit secretè: [Munda cor meum &c.] & deinde capit librum, & illum portat ante pectus, & apud altare in cornu epistolæ expectat. Interim accedit Acolitus ad Episcopum cum thuribulo, & nauicula, & ministrante illam Presbytero assistente, Episcopus imponit, & benedicit incensum: tum Acolitus accepta de manu Assistentis redit ad altare, & ibidem cum duobus alijs ceroferarijs, Diacono, & Subdiacono, expectat donec tempus sit eundi ad cantandum Euangelium. Circa finem vltimi versus Gradualis, siue Tractus, Thuriferarius, Ceroferarij, Subdiaconus, & Diaconus portans librum Euangeliorum clausum ante pectus (facta prius altari reuerentia) veniunt ante Episcopum, vbi Diaconus inclinatus

petit

petit benedictionem intelligibili voce. [Iube domne benedicere.] cui Episcopus respondit: [Dominus sit in corde tuo &c.] & facit super eum signum crucis; tunc Diaconus facit Episcopo profundam reuerentiam: ministri verò, qui cum eo sunt, permanent genuflexi donec Episcopus benedixerit, & statim procedunt ad Euangelium cantandum hoc ordine: videlicet, primus Cæremoniarius, tum Thuriferarius, inde Ceroferarij bini, postea Subdiaconus vacuus vltimo Diaconus librum clausum ante pectus portans quem nulli alij associant; & transeunte ante altare, facit profundam reuerentiam, illi cum genuflexione, & in loco lectionis, dat librum Subdiacono, qui illum tenet apertum, stans facie ad faciem eius inter duos ceroferarios, manibus infra librum positis; ita vt superior pars libri, mentum suum attingat, & inter cantandum Euangelium, si Diaconus genuflectit, aut caput inclinet, ipse immobilis persistat, tanquam si esset legile marmoreum, maximè ne turbet folium, nec visum cantantis. Ipse verò Diaconus inter cantandum Euangelium, si nominat nomen Iesu, humiliat caput, non autem si Christi solum. Si verò Mariæ, etiam parum mouet caput. Si autem integra aliqua clausula esset cantanda reuerenter, tunc illam cum genuflexione nihil de tempore prætermittendo, sed genuflectendo cantat, vt est: [Verbum caro factum est.] item: [Procidentes adorauerunt eum.] Cum tempus est, Diaconus iunctis manibus ante pectus, incipit Euangelium; & cum dicit [Dominus vobiscum.] & [Initium,] vel [Sequentia,] & à choro respondetur [Gloria tibi Domine.] Cæremoniarius accepto thuribulo de manu thuriferarij, offert Diacono, qui thurificat librum, primo in medio, deinde in parte dextera, mox sinistra, & reddit Cæremoniario.

Diaconus verò incipiente [Dominus vobiscum.] & non prius, celebrans deposito gremiali, & mitra, surgit, & stans versus cantantem, audit Euangelium, tenens baculum pastoralem ambabus manibus; & dum audit versum, videlicet. [Initium,] vel [Sequentia,] signat se signum crucis in fronte, in ore, & in pectore. Finito Euangelio, Subdiaconus librum sicut habet apertum in folio, vbi est principium textus Euangelij cantati, osculandum portat ad celebrantem non faciens reuerentiam altari, nec ante ipsum, quando librum apertum habet in manu; sed postquam illum oblatum, & osculatum, clausit: tum librum deponit, simul reuerentiam faciens.

Si verò missa est pro Defunctis, ipse vadit ad Euangelium cantandum, non penultimus, sed post Diaconum, & eo finito, non portat librum apertum osculandum; sed illo tunc clauso, & factis ibi quibus debentur reuerentijs, reuertitur ad celebrantem simpliciter, & librum dat clericis.

De sermone, de confessione, & Indulgentijs. Cap. VII.

Itaque celebrans versa facie ad chorum, sine mitra stans, osculatur librum & incensatur à Præsbytero assistente, & si habendus est sermo, tunc illico celebrans sedens cum mitra in suo faldistorio, non inde remoto: Et ad eum ducitur sermocinator, qui osculatur manus celebrantis, & petit benedictionem Indulgentias, & fit sermo; & post illum confessio, & absolutio, & publicantur Indulgentiæ, ac Vltimo Card. Episcopus in loco suo stans, legit preces, & absolutionem, & dabit benedictionem, vt supra dictum est. [Et si Episcopus erit concionaturus, id faciet in sua sede.

Finito sermone, Diaconus stans ad sinistram, aliquantulum inclinatus ante celebrantem, vel Legatum humiliter cãtat totam confessionem, dicens: [Confiteor Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ semper Virgini, &c.] & cum dicit, [Beatæ Mariæ;] & [tibi pater,] & [te pater] semper illud reuerenter dicit. Finita confessione, ipse factis reuerentijs, recedit: Tamen sermocinator, qui de tecto capite vsque modo expectat in sugesto, publicat ibi indulgentias sermone latino per Episcopum, vel Legatum concessas, non autem vulgari, qui intra Missam nũ-

quam

quam vulgari,sed post missam latino, & vulgari simul pronunciari possunt. Forma autem talis est hæc,videlicet.

Illustriss. & Reuerendiss. in Christo Pater,& Dominus, Dominus N. Tituli N.& Episcopus noster. N. dignissimus, (si est Cardinalis) si Episcopus tantum, sufficit dicere Reuerendissimus in Christo Pater & D. Dominus noster dignissimus, dat, & concedit omnibus, & singulis hic præsentibus, (& si placet addere istam sanctam Ecclesiam hodie visitantibus) centum dies de vera indulgentia in forma Ecclesiæ consueta: (si est Episcopus solus) dies quadraginta, vel iuxta facultatem eius:) Rogate Deum pro felici statu Sanctiss. D.N. Papæ. N.& Dominationis suæ Reuerendiss. ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Si autem legatus sit præsens huiusmodi missæ per Cardinalem cantatæ, tunc Episcopus Cardinalis celebrans, sicut omnes præeminentias, ita præsertim cōcedi. Indulgentias, benè autem honestum esse, vt ipsa indulgentia nomine ambarum daretur, & quisquis concederet centum dies, (hoc modo) videlicet Illustriss. & reuerendiss. in Christo Patres, & D.D.N. Tit. S. N. Legatus Apostolicus. & N. Tit. S. N. Episcopus N. sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præsbyteri Cardinales hic præsentes dant,& concedunt, ac quilibet eorum, dat, & comedit omnibus hic præsentibus centū dies,&c. vt supra.

Itaque publicata indulgentia, ipse sermocinator descendit de sugesto, & Cardinalis Episcopus surgit, & dat benedictionem, (vt supra) videlicet stans apud suum faldistorium versa facie ad Populum rectus habens mitram in capite, (& tunc non dicit, sit nomen Domini,) sed postquam cantauerit. Precibus, & meritis, & [Misereatur vestri, &c.] ac [indulgentiam, &c.] cantat, videlicet. & [benedictio Dei omnipotentis,] eodem contestu, capiens baculum sinistra, & prosequens, cum dicit [Patris,] producit dexteram, cum qua benedicit sinistram, & cum dicit, [& Filij,] extendit manum rectam ante faciem suam, & cum dicit, [& Spiritus sancti] producit ad latus suum dextrum: cum dicit [super nos, &c.] manus ad pectus applicat vsque in finem.

Sed in huiusmodi bracchij volutione, aut productione, non personam, sed solum vultum, & manum vertit; & cum benedicit, tota manu aperta, & non tribus digitis benedicit. Si autem est Archiepiscopus, vtens cruce, portante ante eum per Cappellanum, qui eam tenet genuflexus spatio congruenti, imagine Crucifixi ad Archiepiscopum versa.

Si verò in fine missæ danda sit benedictio, (tunc accepta mitra,) fit sicut in vesperis dictum est.

Si autem Card. Episcopus ipse non celebrat, sed est præsens missæ per alium cantantæ. Tunc si legatus est presens, ipse dabit benedictionem, (Absente Legato) ipse Episcopus stans in loco suo, in quo missam audiuit post sermonem, & confessionem, ante se, vt supra factam, legit ex libro preces, & indulgentiam, deinde benedictionē dat, vt supra, semper stās cooperto capite, dum hæc facit: & si corpus Christi, sit super Altare, vt in die Paschæ, vel in die Corporis Christi, vel Feria quinta in cœna Domini, aut quandocunque, tunc capite discooperto dari debet benedictio.

Si verò nullus fuit sermo intra missam, similiter, & nulla indulgentia publicatur, sed in fine missæ: post datam benedictionem, debet omnino publicari ordinaria indulgentia: primo sermone latino per Diaconum stantem in cornu Euangelij, deinde (si videbitur) per Subdiaconum stantem in cornu Epistolæ vulgari, versis faciebus ad Populum, & non per alios. Nam ad istos omnino tantum pertinet huiusmodi publicatio, quæ si erit in vulgari, videlicet.

L'Illustrissimo, & Reuerendissimo in Christo Padre, & Signor intitulato N. della santa madre Chiesa, Prete Cardinale, e Vescouo di N. dignissimo da, e concede à tutti, e ciascuna persona qui presente, (& si placet addere) & à chi questa santa Chiesa visitarà hoggi, cento dì, de ve vera indulgenza in forma della Chiesa consueta: Et se è Vescouo, e non Cardinale, dirà quaranta dì, & se più, secondo le sue facultà, ò priuilegi concessoli. Pregate Dio per lo felicissimo stato del santiss. N.S. Papa N. & della Sig. Ill. lust. & Reu. del predetto Car. Vescouo.

Cardinalis Episcopus verò manet versus Altare, dum hæc publicatio fit.

De Symbolo, Incensatione, & alijs. Cap. VIII.

SI verò non sit habendus sermo, tunc celebrans incensatus, (omissis supradictis,) conuersus ad Altare, cantat symbolum, idest [Credo,] quem cum suis prosequitur, tacitè: & dicens versum totum: [Et incarnatus est, &c.] genuflectit cum ministris solis: & in fine sedet cum mitra, more solito; (Est notandum quod in nocte, & die natiuitatis Domini, ac in die Annunciationis B. V. Mariæ, Episcopus cum mitra apud sedem, quando cãtatur dictus versus, genuflectit, & sic omnes alij in locis suis genuflectunt.) Quãdo autem chorus cantat prædictum versum, ipse cum mitra semisedens, humiliata, & versa facie ad Altare, ac manibus iunctis manet vsque ad finem versus prædicti. Cantato versu prædicto Diaconus solus vadit ad credentiam, vnde acceptam bursam corporalium, portat ad altare eleuatam vsque ad oculos cum reuerentijs prædictis, & extracta corporalia, extendit ante crucem super altare, & bursam reponit ad partem Euangelij, & cito se expedit, vt reuersus in tempore adiuuet celebranrem loturum, & ipsum associet ad altare iturum. Finito per chorum symbolo, Diaconus surgens, & celebranti extrahit leuem mitram, pro manuum lotione. Si autem [Credo] non dicitur, (vel dicto,) tunc celebrans versus ad populum, cantat [Dominus vobiscum,] deinde, [Oremus,] & legit offertorium intelligibiliter, more solito: tum sedet cum mitra prætiosa, & deposito annulo, & chirothecis; quo facto, Diaconus cum Cæremoniario ministrat mappam hinc inde stando, & credentiarius infundit aquam, & lauat manus solemniter.

Interim assistens acceptum librum, & puluinum, comitante Cœremoniario, portat cum reuerentijs ad altare, & super cornu Euangelij apertum ponit, deinde se extra cornu locat, expectans ibi celebrantem, qui lotus, & tersus, surgens cum baculo in manu, & mitratus, solo Diacono à sinistris comitante, vadit ad altare: Et non ante medium altaris, sed in angulari cornu Epistolæ ascendit primum gradum (vbi facta Legato solita reuerentia super illum gradum) procedit ad medium altaris, & ibi deposita mitra, & baculo, ascendit ad altare, quod osculatur, vt offert. Diaconus vadit ad eius dexteram, & genuflectit, tum stans seruit ei, vt in ordinario, videlicet, Subdiaconus autem cum velo ad humeros portanti calicem in manu dextera, cum patena, hostia, & palla, ac purificatorio, quæ omnia simul extremitate veli cooperta manu sinistra leuiter apposita; & habens post se capellanum cum ampullis vini, & aquæ præueniens celebrantem, vadit per gradus laterales ad cornu Epistolę, vbi prædicta sub tẽpore ampullá vini, & aquæ, & ipse desuper patenam eleuatá cum hostia capiens, porrigit celebranti cum osculo, vt supra, & interim calicem tergit, & acceptam ampullam vini à Subdiacono imponit vinum quantum placet celebranti: inde Subdiaconus capiens de manu capellani ampullam aquæ, eam Legato, seu celebranti, prætendit inclinatus dicens mediocri voce. [Benedicite Pater Reuerẽdissime] quam benedictam, ipse in calicem ponit; & acceptam patenam in tempore coopertam semper tenet vsque ad finem [Pater noster.] Et hoc ordine videlicet, postquam celebrans benedixerit aquam, & Subdiaconus in calicem posuerit, Diaconus offert calicem celebranti, & simul cum eo dicit orationem, videlicet. [Offerimus tibi Domine &c.] & cooperit cum palla. Quo facto, patenam dat Subdiacono, tum nauiculam pro incenso ministrat, dicens: [Iube Domne benedicere.] vt supra. [Per intercessionem beati Michaelis Archangeli &c.] & ponit incensum, & incensatur primo oblata, detecto capite, sed sine reuerentia illorum, & crucis, & hoc modo: Eleuans thuribulum super calicem facit quatuor puncta extra calicem in forma crucis super quatuor partes calicis; non tamen altare tangens cum pede thuribuli, & incipiens, primo vltra calicem, secundo versus se, tertio versus

cornu Euangelij, quartus versus cornu Epistolæ,& sicut hanc vnam crucē fecit: Similiter alias duas faciet, vt sint in totum cruces tres modo prædicto. Quibus factis,etiam tres circulos cum thuribulo eodem modo faciet in gyrum ducendo circa calicem, hoc modo: primo, quia ponit thuribulum citra calicem versus se,& illum ducit versus cornu Epistolæ perficiendo circulum versus cornu Euangelij; & finiendo, & diuidendo illa verba,videlicet: [Incensum à te benedictum, &c.] super calicem cum facit illas crucem.

Deinde cum reuerentia incensat crucem,& altare, vt ab initio incensauit,dicens illa verba, videlicet: [Dirigatur Domine oratio mea &c.] & cum celebrans incensat, Diaconus eius manicam vna manu, & calicem altera, vel modicum retrahit, vel sustinet ne fortè calix percussus cadat. Dum autem Episcopus, seu alius celebrans aduertat, non personam, in thurificatione altaris, sed manum, & bracchium moueat. Incensato altare,accipiens thuribulum de manu celebrantis, ipsum à Cœremoniario mitratum,incensat more solito: & celebrans cum reddit thuribulum, dicit: [Ascendat in nobis &c.] In missis verò qñ Episcopus est apud altare, thurificatur semper à Diacono Euangelij parato, cum autem est apud sedem,videlicet; finito Euangelio,thurificatur à Presbytero assistente pluuiali parato.

Deinde præcedente Cœremoniario, vadit ad Legatum,& incensat ipsum: & si ibi sit præsens aliquis Prælatus, vel Archidiaconus, vel Archipresbyter, ab ipso incensatur, cum triplici ductu thuribuli,& incēsatur per Prælatū, non paratum Legato, Diaconus Canonicus simplex, comitante solo Cœremoniario, accepto ibidem thuribulo, vadit ad omnes de Magistratu, & ad Oratores cum eodem Magistratu mistos, ante quos singulos, leui admodum capitis nutu facto, omnes vsque ad vltimum, duplici ductu incensat. Deinde simili modo Prælato incipiens ab eo, qui incensauit Legatū (si Prælatus fuit) deinde similiter assistentem Cardinalis paratum,tum Subdiaconum, inde Archidiaconum,& Archipresbyterum; & si Prælati Apostolici (dummodo cum Canonicis sint) & successiuè Canonicos omnes paratos in choro stantes. Quibus omnibus duplici ductu, & cum capitis aliquali demissione incensatis: ipse Diaconus vadit ad altare, vbi stans in loco suo incensatur, similiter duplici ductu ab vno capellano ad hoc specialiter deputato; qui omnes alios de choro sine aliqua inclinatione, & vnico ductu incensat.

Quod si ipse Diaconus Euangelij, sit Archidiaconus, vel Archipresbyter, vel alius Canonicus, qui etiam sit Episcopus, vel Archiepiscopus, dummodo sit ille, qui (vt Diaconus paratus Euangelium cantauit) ipse omnino omnes supradictos, & ordine prædicto, incensabit. Obseruare autem solent, qui incensandi sunt, vt semper cum modestia vultus inuitent sequentem ad prius incensum capiendum, siue ipsi Ecclesiastici, siue sæculares sint. Et si incensator est Prælatus, vel dignus Canonicus, qui caput incensando inclinat versus incensatos,tunc versa vice, ipsi incensati debent caput similiter ad illum dimittere, & plus, & minus iuxta qualitatem incensatoris.

In reliquis obseruetur iuxta consuetudinem,& personarum qualitatem graduum, & dignitatem, & si Canonici pluuialibus induti fuerint, ipsi post Prælatos immediatè incensentur propter habitum Ecclesiasticum, & sacrum; & si non sint dictis induti, tunc iuxta tamen patrium morem, & tandem obseruetur, vt in Cœremoniali Romano.cap.23.

Celebrans interim prosequitur suas orationes secretas, & cum vertet se ad populum dicturus: [Orate.] aduertat,vt dicat: [Orate pro me fratres.] & non [Orate fratres.] quia misterium habet; & sic etiam exprimitur in antiquo. Deinde expleto per chorum, siue organum Offertorio; celebrans postquam omnes suas orationes secretas; cantat præfationem cum manuum dispositione,vt moris est, & vt habetur in Ordinario Missæ,in libro Missali. Et in fine cum Assistente, & Diacono, dicit [Sanctus.] sine pectoris percussione, quod nun-

quam percuti debet; sed dicendo [Benedictus, qui venit &c.] signat se à fronte ad pectus, vt alias.

Interim, cum recenset nomina Sanctorum, tam infra actionem in Canone, quam etiam post illam expressorum ibi, videlicet: [Nobis quoque peccatoribus.] caueat ne quos alios fortasse Sanctos, pro sua deuotione superadat, vel subtrahat, maximè confessores, quia tempore huiusmodi celebrati plures non erant ab Ecclesia Sanctificati, nec Confessorum ordo adhuc approbatus erat.

Cum dicit [Hanc igitur.] ceroferarij quatuor, vel sex, vt placet, cum totidem luminibus, singuli, singula præferentes, vadunt ad illuminandum Sacramentum apud Subdiaconum patenam tenentem, quem medium faciunt, videlicet, duo, vel tres, aut quatuor hinc, & totidem inde, vel si magis placet, hinc inde apud latera altaris, & illis ibi existentibus; & cum eo genuflectentibus, omnes missæ præsentes; tunc, & non prius genuflectunt, & cum eleuatur Sacramentum, Cœremoniarius incenso à semetipso, vel aliquo capellano in thuribulum absque vlla benedictione simpliciter posito, incesat illud in cornu Epistolæ genuflexus; sed in Missis pro Defunctis, Subdiaconus incensat.

Dum autem eleuatur Sacramentum corporis, & sanguinis Domini, omnes quibusque diebus, & Missis præsentes illud adorent genuflexi. Organista tamen suum officium facit; reposito demum calice, ipsi cantores surgentes, suum cantum resumunt, & prosequuntur.

Eleuato Sacramento, & facta per celebrantem reuerentia, surgunt omnes Missæ præsentes, tam capellani, ceroferarij, qui lumina portant extinguenda, nisi in die Paschæ, propter communionem generalem faciendam; qua demum finita, exportantur lumina, quam Ministri, & Legatus, ac Prælati omnes, & Canonici.

Et licet in capella Papali, omnium diuinorum actuum magistra, non solum ecclesiastici, sed etiam omnes laici, & sæculares, ac regulares in capella existentes, surgant; tamen hic laici omnes possunt remanere in genuflexione, donec adminus inchoetur [Per omnia.] ante [Pax Domini.] & tunc omnino omnes reliqui surgant habituri pacem; quia non datur pax, maximè solemniter, & cum osculo oris, nisi stantibus.

Celebrans dicturus orationem Dominicam, id est [Pater noster.] ambas manus super altari extra corporalia tenens cantat. [Per omnia sæcula sæculorum.] & [Oremus &c.] vsque ad [Pater noster.] Quod antequam incipiat, manibus deuotè ante faciem iunctis, & capite simul inclinato, reuerenter illud incipit. Postea hinc inde, delatis alte manibus (vt in Præfatione) prosequitur totum [Pater noster.] In cuius finalibus verbis, Subdiaconus, qui semper Patenam tenuit coopertam, illam sic coopertam portat ad Diaconum in loco suo manentem, cui stanti offert; & ille velo à se remoto, discoopertam accipit, & osculatam celebranti porrigit, qui cum illa se signat à facie ad pectus, deinde illam osculatur, & deponit sub hostia. Subdiaconus autem deposito velo ibidem in manibus cœremoniarij, ad locum solitum reuertitur.

De pace danda. Cap. IX.

Assistens autem dicto [Agnus Dei.] cum celebrante, vadit ad dexteram eius, vbi simul cum illo eodem tempore osculato per se genuflexum altare, seruit, & stans humiliatus, accipit pacem à celebrante, quam dispensat omnibus; & hoc ordine, videlicet osculato altari, surgens accipit in maxilla sinistra pacem à celebrante, dicente ei: [Pax tecum.] cui respondit ipse: [Et cum spiritu tuo.] & sic Assistens, comitante Cœremoniario, vadit ad Legatum, cui reuerenter cum vultus porrectione pacem offert, dicens: [Pax tecum.] cui Legatus etiam, vt supra respondet. Ipse autem Assistens post osculum, facit inclinationem profundam in conspectu Legati, pro quo actu Legatus nutu respondebit. Tum vadit ad Magistratum, & ex eis primo stanti dat osculum pacis, & postea leui capitis inclinatione; & ille cui

(præter Legatum) datur pax, similiter caput aduersus Assistentem, alioquin Canonicum, siue in dignitate constitutum inclinat; & habita pace, ipsemet primò dat eam secundo, & secundus tertio, & sic successiuè vsque ad finem Antianorum seipsos osculando. Deinde idem Assistens vadit ad primum Prælatum (cui vt supra) dat pacem, & ille alio, vsque ad vltimum: tum non dat Diacono, & Subdiacono, quia illam accipiunt à celebrante cum ab eo accipit communionem genuflectentes, prius, & post ante Sacramentum, non tamen osculantes altare, inde similiter Archidiacono, seu Archypresbytero paratis, vel primo Canonico parato in vna parte chori, & ille alio vsque ad vltimum in eadem parte, & postremo alteri in altera parte, vt in prima; & tandem vadit ad altare, vbi dat illam vni capellano parato ad hoc dispositо cum pluuiali, qui facta prius aduersus dantem capitis inclinatione, alijs de choro ministrat ordine suo. Obseruabit autem ipse Assistens osculum ferens, vt nulli quantumuis supremo Principi, etiam si esset Imperator, vel Rex, vllam reuerentiam faciat antequam ei pacem det, sed post datam pacem, cui etiam ipsi, qui acceperunt pacem ab eo pari reuerentia correspondet cum sit ex primis dignitatibus, vel Canonicis Ecclesiæ; Legatus tamen, aut Princeps supremus parum correspondent reuerentia.

Item quando nullus est Assistens paratus, quo casu pax dari debet instrumento materiali; tunc primus Prælatus, & non alius poterit ferre pacem instrumentalem ad Legatum.

Item Cardinali non celebrante, sed Missam coram se cantatam adueniente, vnus capellanus instrumentum pacis à celebrante prius osculatum portat ad seniorem Canonicum asisstentem, qui offert Cardinali: deinde reddit illud capellano, & ille alijs dispensat pacem ordine supradicto.

Interim Diaconus seruit celebranti pro Asisstente, in eius loco, & vice.

Si verò Missa est pro Defunctis, dicitur quidem [Agnus Dei] sine pectoris percussione: sed pax, nec osculum, nec per instrumentum alicui datur.

Communione facta, celebrans purificat se, vino solo sine aqua, quod in omnibus purificationibus fit: deinde cum mitra lauat manus more solito; nō quod quidquam immundum ex contactu Sacramenti contraxerit; sed vt suam potius indignitatem commemoret. Ablutionis autem aqua debet in locum mundum honestè diffundi, vt altitudo Sacramenti reuerentius honoretur.

Lotus deinde celebrans cum mitra, & tersus, illam rursus deponit, & ex libro legit Antiphonam, quæ post communionem dicitur. Interim Subdiaconus omnia vtensilia, videlicet, calicem, patenam, corporalia, & purificatorium cum bursa, ad abacum reportat solus, per gradus anteriores descendens.

Expleto cantu chori, & non prius, celebrans vadit ad medium altaris, quo ibi osculato, vertens se ad populum cantat. [Dominus vobiscum.] & apud librum versa facie ad crucé cantat. [Oremus.] vt supra, & orationem ex libro; qua ibidem finita, iterum in medio altaris dat, vt prius, osculum, & rursus ad populum versus, cantat: [Dominus vobiscum.] Et Diaconus, vt celebrans, cantat: [Ite missa est.] vel [Benedicamus Domino.] prout competit, & ambo simul per partem Epistolæ ad altare reuoluuntur, & celebrans legit. [Placeat tibi sancta Trinitas &c.

De Benedictione in fine Missæ. Cap. X.

IN fine Missæ Episcopus Cardinalis daturus solemnem benedictionem, priusquam mitram recipiat, retrocedit ad cornu Epistolæ, vbi detecto capite stans ad Legatum facie, mittit humaniter, & quasi reuerenter ad ipsum, vt placeat illi dare benedictionem; sed Legatus benigne celebranti deferens, cum aliquali gratiarum actione, ea remittit. Et sic celebrans ad medium altaris reuersus accepta ibi mitra in capite, benedicens more solito, ex libro (si placet) ante se super altare posito cantat. [Sit nomen Domini benedictum.] & cum

incepturus est signare, tunc,& non prius capit baculum sinistra, & signat dextera, dicens : [Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.] quod in omni benedictone seruatur.

Si celebrans sit Archiepiscopus dat benedictionem sine mitra versus ad suam crucem.

Si intra Missam,id est, post sermonem, fuerit indulgentia publicata, non amplius publicatur alio modo. Si verò non fuit publicata, eo casu per Diaconum Latino sermone : & si vulgaris populus in multitudine copiosa adsit, aut si alioquin Episcopo Cardinali placet ; per Subdiaconum vulgari publicabitur, vt supra dictum est.

Postremo, celebrans postquam pollice signauit altare, nisi Sacramentũ sit super altari,vt in die Paschæ, aut corporis Christi; quia tunc sine signo crucis absolutè dicit: [Dominus vobiscum. Initium sancti Euangelij secundum Ioannem. In principio.] quo dicto, per gradus laterales, non per medios eundo ad faldistorium prosequitur.

In die verò Natiuitatis, non legit [In principio erat verbum.] quia iam in missa suo loco fuit lectum ; sed legit illud quod fuit cantatum in prima Missa, non autem quod est in die Epiphaniæ, vt in multis locis fit, & in Cæremoniarijs plura videbis.

De recessu Cardinalis Episcopi. Cap. XI.

INterim Legatus,& omnes alij, (exceptis Canonicis) in suis locis sedentes expectant, quoad celebrans exutus fuerit à duobus ministris, qui parati, prout erant,debent illum exuere.

Canonici verò depositis in locis suis pluuialibus, veniunt ad agendas gratias Episcopo Cardinali de Missa pro salute animarum, cleri, & populi sui ad Deum habita,ac etiam,quod ritè, & deuotè celebrauerit.

Demum facta cruci reuerentia,depositis omnibus paramentis, & cappa resumpta, Episcopus Cardinalis, & Legatus simul, & eodem contestu à locis eorum recedunt, & simul congratulantur. Episcopus Cardinalis Legatum associat vsque ad portam Ecclesiæ : & tandem Episcopus Cardinalis (si placet) saltem tres ministros Missæ tenet secum reficiendos in sua mensa cibis corporalibus, sicut tenuit in Missa refectos alimentis spiritualibus.

Si Episcopus solus, & non Cardinalis facta cruci reuerentia, depositis paramentis, & assumpta cappa procedit ad locum suæ habitationis, quem dignior (dimisso pluuiali) & alij Canonici in habitu canonicali comitentur, si habitatio erit congrua, vel vicina Ecclesiæ ; si vero distantior, vsque ad portam ipsius Ecclesiæ.

Quod si adesset aliquis magnus Princeps, qui vellet Episcopum vsque ad portam hospitij comitari, debebit Episcopus aliquantulum resistere, non tamen huiusmodi pietatis officium omnino recusare, præsertim, si habitationis locus non multum distet, sed ei pro tali humanitate gratias agere.

Reliqua,quæ breuitatis causa relinquimus (benigne Lector) ex libris Cœremoniarum, Pontificalis, & Missalis desumere poteris.



SERMO
IN CHRISTI NATIVITATE.

Hodie nobis cælorum rex de Virgine nasci dignatus est.
Vt hominem perditum ad cælestia regua reuocaret.



SE mai per tempo alcuno merauiglia entrò nel cuor humano, hora io non solo di merauiglia, ma di stupore, anzi de diuotion pieno tutto mi sento, mentre con pia fede quell'infinita bontà di Dio ruminando contemplo, vedo, che questo solennissimo giorno del suo santo Natale di celeste dolcezza redonda, hauendo rorato i cieli soau issima rogiata, le nuouole piouuto, il giusto, & santo, i monti, & colli stillato latte, & miele, & la terra, essendosi aperta, hauer germinato il Saluatore: & mentre d'ogni intorno piamente l'occhio giro, vedo ogni valle essaltarsi, & humiliarsi, ogni monte, & colle. Il popolo, che caminaua nelle tenebre, habbi hauuto vn gran lume, & à quelli, che habitauano nell'ombra della morte, sia nata vna gran luce: le vie, che prima al l'huomo per andar'al Cielo, erano storte, aspre, & difficili, hora son fatte dritte, piane, & facili, & alzando diuotamente gl'occhi al Cielo, contemplando vedo quello eterno Padre Dio omnipotente hauer mandato da quella regal sede, dalla destra sua dal proprio seno l'vnigenito suo Figliuolo in questa valle di miserie. & di lachrime à prender carne humana, solo per saluare il mondo: & abassando humilmente gli occhi in terra contemplando vedo da vna Vergine esser nato vn huomo, senza operatione humana, anzi Dio, & huomo. Et che Dio sia fatto huomo, certamente è cosa, che apporta stupore, & merauiglia grande ad ogni creatura, che le nature si siano mutate, si come con gran merauiglia ancora la Chiesa santa cantando dice: *Mirabile misterium declaratur hodie innouantur naturæ, Deus homo factus est, id quod fuit permansit, & quod non erat assumpsit, &c.* O gran misterio, ò merauiglioso misterio si dichiara hoggi, che si rinuouino le nature, che Dio sia fatto huomo, non lasciando quello, che egli prima haueua. ciò è di esser Dio, & pigliando quello, che non haueua, ciò è la carne: ò gran misterio, ò merauiglioso misterio; *Deus homo factus est, & de Virgine nasci dignatus est.* Sopra la cui natiuità noi siamo hoggi per formare il nostro raggionamento, & in prima vn discorso del gran caso dell'huomo, il quale non sarà men vtile, che pio; statimi attenti. Ma gran mare habiam preso hoggi à solcare con la mia picciola naue ascoltanti per essere il primo giorno, che cominciò, à spiegar le vele à venti, pur non sarà lunga nauigatione, vedrem tosto il por-

to, non dubitate, perche mi confido in colui, il quale scioglie le lingue delli mutoli, & falle parlare, in colui il quale hoggi di Dio immortale, inuisibile, & incomprehensibile, si è fatto huomo mortale, visibile, & palpabile, solo per noi saluare, in lui mi confido (dico) che à mè suo seruo (benche indegno) concederà la gratia sua, acciò possi dir cosa, che sia à sempiterno suo honor'& gloria, & consolatione delli ascoltanti. Tu Madre beata ancora di questo dolce Figlio nato dal tuo castissimo ventre immaculato à te ricorro con la mente humile, & pia (poiche ci proponi tanti in questo suo santo Natale,) ti priego hoggi più, che mai fatto mi habbia, aspira à voti miei, & dammi, che se oppongo il velo di nuouola à tanta gratia, & gloria, non facci almeno del tutto tenebra. Et voi tutti diuoti, & cari ascoltanti ancora, pregate (vi priego) per mè, & darem principio al nostro ragionamento.

PARTE PRIMA.

QVello infinito amore dell'omnipotente, & grande Iddio, volendo communicare ad altri gl'immensi, & copiosi tesori della diuina sua somma potenza, sapienza, & bontà, & altri simili contenuti in se stesso; perche essendo l'essenza diuina per se stessa fecondissima, si communicò primieramente ad intra per l'intelligenza, & la volunta: Et così Dio Padre intendendo se stesso perfettissimamente hà prodotto il verbo à suo intendimento. *Et ex hoc Pater ab æterno Filium sibi æqualem genuit, cui suæ diuinitatis essentiam communicauit, dicens enim Dominus: Si ego, qui generationem alijs tribuo, ipse sterilis ero? quasi dicat non: & quum essent correlatiua hæc nomina Pater, & Filius, per easdem rationes ostenditur Filium esse æternum, per quas ostenditur Patrem esse æternum.* Imperoche non fù prima il Padre, che il Figlio, ma quando fu il Padre, fu il Figlio; & perche Dio è intelligente, & se non fusse intelligente, non producendo il verbo, che è termine dell'intendere, non sarebbe Dio, ma perche è vero Dio, & nell'intendere potentissimo dal quale come copiosissimo fonte di bontà, si conuiene perfettissima produttione, che *in dininis vocatur emanatio, & propterea inter omnes emanationes perfectissima est hæc verbi generatio, qua genitum assimilatur in omnibus, & per omnia in quibus non obuiat relationis oppositio suo genitori, quod non faciunt cætere quæcunque emanationes.* Et Però dicono gli Theologi, che la natura diuina è fecondissima, & sommamente communicabile nel intendere, & nel volere. *Quæ communicatio, siue emanatio in diuinis est duplex, vna per modum naturæ, & hæc est generatio, secundum quam Filius est à Patre, vt diximus: Alia emanatio est per modum voluntatis, & hæc est processio appropriata, proprie verò dicitur Spiratio secundum, quam Spiritus sanctus est à Patre, & Filio: dicitur hæc emanatio esse per modum voluntatis, quia Spiritus sanctus est amor expressus, siue Patris, & Filijs nexus.* E'ancora in

ra in

ra in vna diuinità vguale gloria, & coeterna maestà col Padre, & col Figlio, perche si come è eterno il Padre, così il Figlio, così lo Spirito santo, non già tre eterni, ma vn solo eterno, & si come è Signore il Padre, così il Figlio così lo Spirito santo, & si come è Dio il Padre, così il Figlio, così lo Spirito santo, non già tre Dei, ma vn solo Dio potentissimo sapientissimo, & optimo principio, & fine di tutte le cose, & essendo lui vn Archetypus, ciò è principalissimo exemplare di tutte le cose, potentissimo sapientissimo, & ottimo, che può, sà, & vuole, si come per amore hà voluto ancora communicarsi ad extra creando il Magnocrocosmo, cio è questa gran macchina dell'vniuerso mondo tutto; non per suo bisogno, ne per accrescere felicità à se stesso, ma per amore, & per farne altri di tanta sua gloria, & felicità partecipanti: Si come à quelle intelletuali sostanze, & al Microcosmo, cioè al picciol mondo, che è l'huomo, del quale ragionaremo appresso.

Et perche si è detto il mondo in più modi, quale si distingue in tre maniere, cioè Archetypus, che è Dio. *Et dicitur Archetypus ab archos, quod est princeps, & typus, quod est figura, id est, principalis figura, quia ipse est exemplar mundi sensibilis. Item est mundus, qui dicitur Marcocosmus, id est, maior mundus, vt est iste mundus sensibilis. Item est Microcosmus, id est, mundus paruus, vt est homo. De his tribus Ioannes ostendit cum dicit, in mundo erat: ecce primum. Et mundus per ipsum factus est, ecce secundum. Et mundus eum non cognouit, ecce tertium.* Esso Archetypus dunque, cio è quel grande essemplare, & creatore Dio optimo maximo nel creare il mondo (dico) creò quelle intellectuali sostanze, sempre mobili, & di arbitrio libere, (come descriue Damasceno) *in corporee*, cio è la natura angelica ministrante à Dio, & per gratia, & non per natura æterna. Il cui capo d'vna parte di loro, cio è Lucifero, conoscendosi di tanta grande eccellenza, & merauigliosa bellezza, ripieno di molta scienza, per le quali cose hebbe gran seguito de gli altri Angeli, & egli inuaghitosi di se stesso, non riconoscendo tanta gratia dal suo Creatore, ma da se stesso, desideroso di hauer suditi sotto di se, & lui nō volēdo esser sugetto à nessuno, entrato in grandissima superbia, proruppe in tal sciocchezza, che appena non si cominciò à pensare di poter meritare la gloria eterna per propria natura, & non per gratia di Dio dicēdo. *In cælum conscendam super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super alticudinem nubium, similis ero altissimo.* Laonde non più presto, che egli hebbe pensato di esseguire il suo grande errore, che fu subito scacciata dal Cielo la sua tanto orgogliosa superbia, & arroganza, & mandata nel profondissimo laco dell'inferno con tutti li suoi seguaci, senza speranza di poter'ritornar mai più à tanta gratia, & gloria per la loro grandissima ostinatione.

Dopò l'hauer creato Dio il cielo, la terra, il mare, & ciò che in essi si contiene, finalmente poi fece l'huomo, dicendo, *Faciamus hominem ad*

i 2 *Imagi-*

Imaginem, & similitudinem nostram, &c. Et formato l'huomo di terra, & fatto in anima viuente, Dio lo transportò nel Paradiso terrestre, dicendo ancora; *non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi, & misit soporem in Adam*, & cauo vna costa dal suo lato rienpiendola di carne, & fece Eua sua compagna: Sapete perche Dio fece la donna dal lato dell'huomo, & non dal capo, nè dalli piedi? non la fece dal capo, accio non fusse superior dell'huomo, non la fece dalli piedi, acciò non fusse tanto inferiore, & sogetta, che fusse tropo, ma la fece dal lato, acciò li fusse compagna: Et fatto questo, Dio dette il dominio de tutte le creature in potestà dell'huomo, & per tenerlo nel freno dell'obedienza, acciò non se insuperbisse con tanta autorità, soggiongendo comando loro, che di tutti li frutti de gli alberi piantati nel Paradiso terrestre, douessero mangiare, eccetto di quelli dell'albero della scienza, quale esso Dio, piantato haueua nel mezzo del Paradiso, per segno di humiltà, & di recognitione del dominio receuuto da Dio, minacciando la pena, se contrafacessero, dicendo: *In quocunque enim die comederitis ex eo, morte moriemini*. Ma il diauolo inuidioso della felicità dell'huomo, padre dell'inganno, inuentor della bugia, nemico del bene, amator del male: se ne andò subito à tentarli con grandissima astutia in forma serpente, & primieramente se ne andò ad assalir la donna, come instrumento più debile, & fragile, dicendoli, perche causa non mangiassero dei frutti del detto albero, essendo egli all'aspetto bellissimi, & dolcissimi al gusto? rispose la donna, *ne forte moriamur*, essendo, che Iddio ce l'ha vietato, rispose l'astuto serpente. *Nequaquam moriemini, scit enim Deus in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum, & malum*: *allexit enim diabolus mulierem per triplex appetibile, scilicet per scientiam, quæ rationali, per excellentiam ad modum Dei, quæ est appetibilis irascibili, per suauitatem ligni, quæ appetibilis est concupiscibili*. La donna dunque curiosa di sapere, mangiò del vietato pomo, & ne fece mangiare ancora ad Adamo suo marito: Onde cascati in peccato di gola, de disobedienza, & di arroganza, se ritrouorno priui della giustitia originale, nudi, & ciechi i miseri, meschini, & subitamente furono scacciati dal Paradiso terrestre da tanta eccellenza, felicità, & gloria, & mandati in questa valle di miserie, & di lacrime. O misero, & infelice huomoo: Iddio creò l'huomo, sapete perche? *Creauit hominem Deus, vt creatorem suum cognosceret, cognitum diligeret, dilecto fruetur, ac in perpetuum beatus esset*. Dio creo l'huomo, acciò conoscesse il suo creatore conosciuto, lo amasse, amato, lo godesse, & fusse in perpetuo beato: & lo fece tãto eccellẽte, & tãto grãde, che il Profeta soleua dire con gran merauiglia. *Quid est homo, quia magnificas eum? quid est homo, quod memor es eius?* Che cosa è questo huomo Signore del quale tieni tanta memoria, & fai di lui tanto gran conto? Che cosa è questo huomo Signore, che ad vn tratto l'hai fatto tanto grande, & tanto eccellente? *Minuisti eum paulo minus ab*

angelis

Angelis gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super operà manum tuarum. Tu Signore l'hai fatto poco minore della natura angelica, tu l'hai coronato di honare, & di gloria, & poi Signore per maggior eccellenza l'hai fatto superiore alle opere delle tue mani. *Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues vniuersas insuper, & pecora campi, volucres cæli, & pisces maris, &c.* Tutte le cose hai posto sotto i suoi piedi, le pecore, li buoui, & sopra tutte le bestie della terra, sopra li vcelli del cielo, & li pesci del mare, &c. ò felice huomo se tu sapeui conseruar la tua felicità, tanta eccellenza, & tanta gratia, non solo le creature tutte ti harrebono vbidito, ma l'istesso Dio omnipotente ancora: Si come disse il Profeta. *Voluntatem timentibus se faciet*. Ma ò grandissima ingratitudine dell'huomo à non riconoscere tanto gran benefitio dalle benigne mani del suo creatore, & che cosa mancaua à questo huomo? (Dice Bernardo Santo) *Video hominem prius quatuor virtutibus amictum, quid huic deerat? quem misericordia custodiebat. Veritas docebat, Iustitia regebat, Pax fouebat*, che cosa dunque mancaua à questo huomo? Dice Bernardo che in prima la misericordia lo custodiua, la verità l'insegnaua, la giustitia lo gouernaua, & la pace lo riscaldaua: Che cosa dunque li mancaua? & che cosa ancora manca à noi altri miseri meschini, che pareci manchi la terra sotto li piedi? Iddio non manca mai alle sue creature non dubitate, l'vcelli del cielo non seminano: ne mietono, *& tamen Deus pascit illos, modice fidei nolite timere animalia fecit Deus propter hominem, hominem propter se ipsum. Si animalibus ministrat Deus propter hominem, quomodo hominibus non ministrabit propter se ipsum?* Iddio hà fatto gli animali tutti per seruiggio dell'huomo, l'huomo per se stesso. Se Iddio dunque prouede à gli animali fatti per seruigio dell'huomo: come non prouederà all'huomo fatto per se stesso? Anzi di più ve dico, che il mondo tutto hà fatto per seruiggio dell'huomo. Sentite il mondo istesso quello che dice. *Vide homo (dicit mundus) quomodo amauit te, qui propter te fecit me, seruio tibi, quia factus sum propter te, vt tu seruias illi, qui fecit, & me, & te, me propter te, te propter se, si sentis beneficium redde debitum; si accipis benignitatem, redde charitatem?* Ma tornando al nostro proponimento, che cosa mancaua à questo huomo? ò beato, & felice huomo se hauessi fatto più conto dell'amicitia di Dio: & che più poteui desiderare? Tu eri simile all'istesso Dio, il quale creandoti disse. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*. Tu senz'altra interpositione di morte indi a qualche tempo poi dal Paradiso terrestre, à quel del cielo, saresti stato transportato tu e li posteri tuoi ancora, à riempire quelle celeste sedi, donde lucifero superbo, con gl'altri apostatici spiriti cascorno in maggior rouina. *Quia ad hoc homo positus erat in Paradiso, vt si se cõditoris sui per obedientiam vinculis charitatis astringeret, ad cælestem angelorum patriam, quandoque sine carnis morte transiret*. Ma tu dunque perche lasciasti il proprio creatore, desti orecchie alla vil creatura; appetendo la

do la ſapienza diuina nel guſtare il vietato pomo, cadeſti in tanto grande errore, per il quale tu, & noi a l'hora perdemmo, quanto haueuamo di buono, la propria eccelenza, l'innocenza della mente, & l'amicitia di Dio, & fatti finalmente del cielo ribelli, & entrò la morte nel mondo all'hora, che prima non era, & ne ſtette quello (diuoti, & cari aſcoltanti) da 5200. anni in circa, in tante miſerie, & guai, ſenza poter ritrouar rimedio baſtante à tanto gran male. O che grande metamorfoſi, ò gran perdita, ò bruttiſſima, & oſcura mutatione del miſer'huomo da tanta grande eccelenza (per il peccato) in vn ſubito caſcato in tanta gran baſsezza, nemicatoſi non ſolo il Creatore, ma etiam dio le creature tutte. Imperoche doue prima il cielo, gli miniſtraua ſoauiſſima rogiada, gli miniſtrò poi aſprezza, caldo, e freddo inſopportabile, pioggie, grandine, nieue, tempeſte, e ghiacci, tuoni orrendi, & ſaette mortifere: La terra, che li miniſtraua, ſoauiſſimi cibi, gli miniſtrò poi triboli, e ſpine, e con tutta la fatica, l'hopere delle ſue mani, il ſudor del volto, e con tanta induſtria, non dimeno cibi amari, e inſatiabili gli rende: Gli animali tutti creati al ſuo ſeruigio, che con tanta prontezza l'obediuano, lo fuggirono poi tutti come nemici capitali, e doue in prima non era ferro, ne ſpada, o coltello, che poteſſe far nocumento alcuno all'huomo, dopò il peccato, ogni minimo vermicello, è baſteuole à darli mille morte il giorno, ſe tante ne poteſse patire. Si come molto bene l'iſperienza iſteſsa, ce lo dimoſtra ogni hora: Et finalmente per la bruttezza grãde del peccato, quaſi tutte le creature fugono l'huomo cattiuo, come la peſte, ò altro gran male: & veramente, che maggior male ſe ritruoua al mondo, che l'huomo peccatore, ſcelerato, e triſto, nemico del ſuo creatore? Sentite Chriſoſtomo ſanto. *Præ omnibus malis, homo eſt peſſimum malum. Quælibet beſtia vnum habet, & propriè malum, homo autem omnia, diabolus ad iuſtum accedere non audet, ſed homo malus non timet, ſed contemnit*. Tutti gli altri animali nel ſuo genere, ſe vniſcono inſieme, ſe aiutano, e ſe defendono cõtro gli altri diſsimili al ſuo genere, ma l'huomo con l'huomo, ſi cauan gl'occhi, & vorrebbe l'vn dell'altro mangiar il cuore, e bere il ſangue ancora ſe poteſse: ò ferina, e peſſima natura dell'huomo cattiuo. *cætera animalia* (dice Plinio) *in ſuo genere proprie degunt, congregari videmus, & ſtare contra diſſimilia. Leonum feritas inter ſe non dimicat. Serpentum morſus, non petit ſerpentes, nec maris quidem belluæ, ac piſces, niſi in aduerſa genera ſeuiunt. At homini plurima ex homine ſunt mala*. O coſa dishoneſta, e indegna da huomo. Sentite il Profeta: *Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*. Dice Chriſoſtomo, *quod peius eſt comparari, quam naſci, naturaliter enim non habere rationem, tolerabile eſt, hominem vero ratione decoratum, irrationabili naturæ comparari voluntatis crimen eſt*. Sentite Bernardo ſanto, ſopra queſte parole. *Homo cum in honore eſſet, non intellexit, &c.* & in che honore ſe ritrouaua queſto huomo? *in*

mo? *in quo honore habitabat? in Paradiſo, & loco voluptatis.* Sentite come
ben ritorna il ragionamento noſtro al primo propoſito Bernardo ſanto
dicendo, che l'huomo in prima habitaua nel Paradiſo, e nell'luogo delli
ſpaſſi, e delle dilitie. *Conuerſatio eius nihil moleſtiæ, nec indigentiæ ſentie-*
bat: La pratica ſua era di modo tale, che egli non ſentiua faſtidio alcu-
no, & nè li mancaua coſa alcuna, al ſuo viuere neceſſaria. *Odoriferis ſti-*
patus malis, fulcitus floribus gloria, & honore coronatus, & conſtitutus ſuper
opera manuum plaſmatoris. Ripieno di ſoauiſſimi odori delli alberi, e
della fragantia grande che gli rendeuano li fiori del Paradiſo. *Gloria,*
& honore coronatus, & conſtitutus ſuper opera manuum pſalmatoris. Ma
ſentite ancora più oltre. *Magis autem ob inſigne diuinæ ſimilitudinis præ-*
cellebat. Ma di più (dice egli) per la diuiſa della diuina ſomiglianza,
che haueua, era molto eccellente, *& erat illi ſors, & ſocietas cum plebe*
Angelorum, & cum omni militia cæleſtis exercitus, e hauea la ſua ſorte, e
compagnia con la moltitudine de gli Angeli, e con tutta la militia del
celeſte eſſercito. *Sed mutauit iſtam gloriam in ſimilitudinem vituli co-*
medentis fenum. Ma mutò queſta gloria nella ſomiglianza di vitello, che
mangia il fieno. *Heu triſtis, & lacrymoſa mutatio, vt homo Paradiſicula*
terræ Dominus, cæliciuis, domeſticus Domini Sabaoth, ſuperiorum ſpirituum
& cæleſtium virtutum cohæres, repentina ſe conuerſione inuenit, & propter
infirmitantem iacente in ſtabulo; & propter pecorinam ſimilitudinem indi-
gentem fœno, & propter indomitam feritaeem alligatum præſepio, ſicut ſcri-
ptum eſt. In chamo, & freno maxillas eorum conſtringe. Oh triſta, & la-
crimoſa mutatione, che l'huomo habitatore del Paradiſo, Signore della
terra, cittadino del Cielo, domeſtico nella caſa del Signore delli eſſerciti,
coherede delli ſpiriti ſupremi, & delle celeſti virtù; per vna repentina
mutatione, ſe ritrouò l'infelice, e miſer'huomo, per la ſua infirmità gia-
gere nella ſtalla, e per la ſomiglianza di beſtia, hauer biſogno del fieno, e
per la ſua indomita fierezza, ligato al preſepio, ſi come è ſcritto, *in cha-*
mo, & freno maxillas eorum conſtringe. Ma dopò lungo tempo final-
mente l'infelice, e miſer'huomo ritornato in ſe ſteſſo, riauiſtoſi del ſuo
grande errore, e vedendoſi perſeguitato da tutte le paſſioni, & infirmità
del mondo, anzi dalla giuſtitia dello iſteſſo Dio, & volendola fugire; ma
non ſapeua doue poter'eſſer'ſicuro, coſi dicendo. *Quo ibo a ſpiritu tuo*
& quo a facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es, ſi deſcendero in
infernum, ades, ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis
maris. Etenim illuc manus tua deducet mè, & tenebit me dextera tua. Do-
ue andarò à lontanarmi dal ſpirito tuo (diceua egli) & doue fuggirò
la faccia tua? eſſendo che s'io aſcenderò nel cielo, iui te ritrouerò come
in caſa tua propria, ſe deſcenderò nell'inferno, iui te ritrouerò ſimilmen-
te con la tua giuſtitia. Et ſe per tempo me ne fuggirò, e anderò ad ha-
bitar nelli confini del mare, haimè, che iui me ridurrà la tua mano, e mi
terrà forte la potente deſtra tua, haimè Signore, sò bene che in tutti i
luogbi

luoghi te ritrouerò, e non è luogo nel mondo, che tu non sij; doue dunque me ne andarò, che da te non sia visto? perche sò bene, che *Deus totus oculus est, quia omnia videt, totus manus est, quia omnia operatur, totus pes est, quia vbique est*, e finalmente conosco, & so bene, che *non est quò fugiam à Deo irato, nisi ad Deum placatum*; ho fatto pruoua di voler fuggire si, ma à che mi è giouato? *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea*; Conosco il mio peccato Signore perdonami ti priego; *& secundum magnam misericordiam tuam dele iniquitatem meam: Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris?* Se tù perseguiti me Signore, sò bene, che altro non farai, che mostrar'la potenza tua, contra vna foglia sogetta ad esser girata, e rapita da ogni picciol vento, e perseguitando mè, tu perseguiti vna festuca arida, e secca. Ha Signor non mi lasciar'perire, (ti priego) in tanti affanni. *Putas ne mortuus homo rursum viuat?* Pensi tu forsi, che vn huomo morto di nuouo viua? *Erue Domine animam meam, vt non pereat, proice (rogo) post tergum tuum omnia peccata mea, ne pereat opus manuum tuarum, quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, non expectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam, viuens ipse confitebitur tibi, miserere mei Deus, miserere mei: Cunctis diebus, quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea.* Tutto il tempo, ch'io milito in questa vita, aspetto per fin che venga la mia immutatione. *Vocabis me, & ego respondebo tibi.* Tu mi chiamarai Signore, e io te risponderò, ma che cosa te dirro io? non so che altro dire, se non *operi manuum tuarum porriges dexteram.* che tu porgi la mano destra della tua santa misericordia, e gratia à quest'opera delle tue mani. *Tu quidem gressus meos dinumerasti sed parce peccatis meis.* Io so, che tu certamente hai numerato, e considerato tutti li miei annamenti, che altro potrò fare, e dire io, se non che mi perdoni li miei peccati, per tua misericordia, e gratia? e dopò fatto vn lungo lamento il miser'huomo, si voltò d'ogni intorno à remirar'se vi fusse trouato qualche vero. & fido amico, e di lui, e di Dio, appresso il quale gl'impetrasse perdono, e lo liberasse da tante miserie, (cosi dicendo) *Miseremmini mei, miseremmini mei, saltē vos amici mei, quia manus domini tetigit me*

Et ecco, la speranza con la misericordia, e la pace vennero subito da lui, e merauigliandosi di tanta miseria, nella quale era caduta la natura humana, à cui disse la misericordia: *Quomodo huc cecidisti miser?* rispose il pouer huomo. *Hei (obsecro) non quomodo huc ceciderim queras, sed quomodo hinc me liberes cogita.* Rispose la Pace: *Quid vis faciamus tibi?* à cui egli; *Auxilium in tribulatione. Quia circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me, & ego tribulationem, & dolorem inueni.* Rispose la Speranza, e disse *Liberaberis expecta Dominum viriliter age. Roga eum confortetur cor tuum sustine Dominum, & ipse te eripiet*

de lacu

de lacu iſto miſerrimo. Et in queſto mētre, che la ſperanza ſi trattenne con l'huomo. La miſericordia con la pace, ſe ne andò al Palazzo del grande Iddio, doue trouorno l'innocenza, la verità, e la giuſtitia, che querelauano l'huomo di tanto grande errore commeſso contro il ſuo creatore, Et ecco vna gran guerra in campo, ma nō dubitate, che il fine della guerra, e la pace, ecco vna gran contentione, & vna gran lite, ma non dubitate, che il fine ſuo ſarà, che Iddio ſia honorato, il giuſto premiato, & eſsaltato, & il peccato venghi oppreſso, e caſtigato; Sapete bene, che *non eſt glorioſa victoria, niſi vbi fuerint laborioſa certamina. Victoria ſine aduerſario breuis, eſt laus, bis vincit, qui vincit in victoria*. Orsù dunque le parti ſon queſte. Dio che è l'offeſo: l'huomo peccatore, è l'offenſore, e il reo. Chriſto è il Giudice, *quia ſic conſtitutus eſt ab æterno. Iudex viuorum, & mortuorum*. Li aderenti, e procuratori della parte dell'huomo (per gratia però, non per merito) ſono la Miſericordia, la Speranza, e la Pace, dalla parte di Dio ſono l'Innocenza, la Verità, e la Giuſtitia. Lo Auuocato, e lo Spirito ſanto, ſtate à ſentire..

Ecco la miſericordia, che vſcendo in campo, e di primo aſsalto toccò le viſcere di quello eterno Padre Dio omnipotente dicendo, Signore la creatura rationale è fatta molto miſera, e infelice; per il che hà biſogno della tua miſericordia. *Venit enim tempus miſerendi eius*, però dunque aiutala Signore (ti priego) al ſuo biſogno. Ma non più preſto, la Miſericordia hebbe dette queſte parole, che ſe li fece incontro la Verita con la Giuſtitia dicendo, & io ti priego Signore, che s'adempia la parola tua, che diceſti, cio è, *Totus moriatur Adam cum omnibus qui erant in eo, quando preuaricando pomum vetitum guſtauit*. Riſpoſe la miſericordia piamente dicendo. A che effetto dunque tu Signore mi creaſti? perche sà molto bene eſsa verità, ch'io ſon perſa, ſe tu non ſarai miſericordioſo, Diſse la Verità, e io dico Signore. Se queſto huomo præuaricatore ſcamparà la tua ſentia, perirà la verità tua, e non ſarà la verità tua in eterno, eſsendo, ch'pur diceſti, *Veritas domini manet in æternum*, riſpoſe la giuſtitia: *Iuſte quidem puniuntur, qui licitis abutuntur. Iuſtius vero puniuntur, qui aliena rapere conantur. Sic Satanas cælum, ſic Protoplaſtus perdidit Paradiſum. Exurgat ergo Deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum à facie eius. & iuſti epulentur in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia*: Diſse la verità. *Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, vt videret ſi eſſet intelligens, aut requirens Deum, & vidit, & dixit, Ecce quomodo corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt iniquitatibus, omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*. Riſpoſe la giuſtitia. *Veniat igitur mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viuentes. Quoniam nequitiæ in tabernaculis eorum in medio eorum*. Diſse l'Innocentia. *At innocentes, & recti, qui adheſerunt tibi illos libera Deus Iſrael ex omnibus tribulationibus ſuis, omnes vero iniqua agentes confundantur ſuper vacue*. Riſpoſe la Miſericordia; parlan-

do delli peccatori, ostinati si come Lucifero, con li suoi seguaci: Questi si meritano quello, che voi dite, perche essendo egli creati nel Cielo, doue si vede Dio à faccia à faccia, e doue non si può morire, ritrouandosi ancora nella verità istessa, peccò, non dimeno, e per propria malitia, *& quia nullo surgerẽte peccauit, & ideo nullo reparante redibit*, dice Agostino santo. & san Bernardo ancora dice.

Sed quia sponte sua, nulloque mouente superbus.

Extitit, à summo corruit arce poli.

Damasceno dice, che *Diabolus non est susceptibilis pœnitentiæ, unde nec veniæ*. Di più perche *Natura spiritualis semel tantum vertibilis est eo, quod toto se conuertat, (quod non facit homo, quia caro semper repugnat Spiritui,)* e resto egli ostinato nel peccato. *Sed homo peccauit ipso dæmone sugerente*, e ritrouandosi nel mondo, doue si può viuere, e morire, meritare, e demeritare, reauedendosi (però del suo errore) è degno di perdono, di venia, e di misericordia. Et di questi disse il Signore, *nolo mortem peccatoris, sed magis, vt conuertatur, & viuat*. E non se sà molto bene essa verità, che in questo mondo, *nullus sanctus, & iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus, vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem*: disse la Pace, sapete sorelle, che *Ille in amore Dei maior est qui ad eius amorem plurimos trahit*. & massime, che Dio è tutto amore, & con amore, e per amore hà creato il mondo tutto. Rispose la verità, si bene, ma l'amore del peccatore è interessato, e però si dice. *Minus Domine te amat, qui aliquid tecum amat, quod propter tè non amat. Illi Deum diligunt, qui non aliud, quam vnde nomen eius glorificetur exercent. Verus amor, veritatem amat. In veritate iudicat, pro veritate certat, cum veritate consumat. Misericordiam, & veritatem diligit Deus*. (Disse la misericordia) Se Dio dunque ama la misericordia, e la verità sua detta da tanti Propheti, & voltandosi la misericordia verso il Signore ad alta voce dicendo, Signore tu sai, che *Omnes Prophetæ tui prædicauerunt de tè, & de tua misericordia*, disse la Verità, *& de veritate*, disse la iustitia, *& de iustitia*: disse la Pace; *& de pace*; rispose tutte, *& de pace*, disse la Pace. Horsù Signore dunque, *fac Domine pacem cum seruis tuis, & misericordiam consequantur. Scriptum est enim fidelis dominus in omnibus verbis suis: da Pacem domine sustinentibus tè, vt Prophetæ tui fideles inueniantur. Qui dixerunt misericordia Domini plena est terra, misericordia Domini celi firmati sunt*. & così la misericordia si conseruarà, con la verità, & la giustitia con la pace: Disse la Misericordia ad alta voce, ò Signore, ò Signore, & come si ritrouarebbe, la verità in quello, che è scritto di tè? *cui proprium est misereri semper, & parcere? & quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio?* disse la verità, *& ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus suis*. Et finalmente essendo fatta tra loro vna gran contentione, & ognuno di loro aspettaua hauer vittoria di questo importantissimo negotio; Ecco il Rè, che sedeua nel suo gran tribunale, hauendo inteso le raggioni dell'vna

parte

parte, & l'altra, prese espediente di accordar'& satisfar'l'vna, e l'altra parte, e dar'fine à questa gran lite, & dando la sententia, finalmente così disse: *Perij si Adam non moriatur, Perij si misericordiam non consequatur, fiat mors bona, & habeat vtraque, vt postulat*, cio è che *Adam moriatur, & misericordiam consequatur.* Et sentẽdo queste parole, se marauigliorno di tanta sapienza, & acconsentirono totte alla sentenza, ciò è che Adamo muora, e conseguischi, la misericordia. Ma non dimeno dimandorno al Rè, come la morte poteua esser buona, essendo vna cosa tanto horrenda, & spauentosa, à sentirla solo nominare? Rispose il Rè: *Mors peccatorum pessima sed sanctorum est preciosa, & vitæ Ianua*, & restando tutte d'accordo, e contente della sententia data, s'adempi all'hora quel detto del Propheta, ciò è *Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi. Iustitia, & Pax osculatæ sunt.*

E cominciando à discorrere il modo, che si doueua tenere, per far questa reparatione humana. Imperòche si conueniua trouar'vno il quale fusse giusto, e morisse per li peccatori. Disse la verità, sapete sorelle, che questo huomo preuaricatore peccando, perse la propria eccellenza, l'innocenza della mente, e l'amicitia di Dio. L'eccelenza non si può racquistare all'huomo, se non per vno eccellentissimo recuperatore, il quale sia Dio, e huomo, e non già per vna sola, e mera creatura, alla quale egli harebbe tutto l'obligo: l'innocenza non si può recuperare, se non per vn satisfattore sufficientissimo, il quale sia Dio, & huomo, Dio perche certamente lui è quello, che può satisfare, e l'huomo della stirpe di Adamo, che hà peccato, l'amicitia similmente tra Dio, e l'huomo non si può riformare, se non per vn mediatore conuenientissimo, il quale sia conforme, all'vna parte, e l'altra, & all'vna, e l'altra parte amico, rispose la Misericordia. Questo veramente si conuiene, ad vno che sia Dio, & homo, Dio che possa satisfare per la diuinità, e l'huomo, che sia debitore per l'humanità, che potrebbe (per sua gratia) pigliare: Disse la Giustitia questo negotio così importantissimo (senza dubio): si conuiene ad vna delle tre persone diuine, tra le quali più si conuiene al Figlio, che al Padre, ò allo Spirito santo, per benche tutte tre le persone della santissima Trinità concorreranno in questo negotio, non dimeno al Figliuolo solo più si conuiene prender carne humana per venti raggioni.

Et Prima. *Vt per eandem sapientiam, qua mundum condiderat, fieret reparatio.*

Secunda. *Vt qui Filius est in diuinitate, sit Filius in humanitate.*

Tertia. *Ne idem esset Pater, & Filius, si Pater de homine nasceretur.*

Quarta. *Quia congruentius mittitur, qui est ab alio, quam qui est a nullo.*

Quinta. *Propter confirmationem hæreditatis homini promissæ, ne scilicet, possit aliquis dicere Patri, Domine tu habes filium, cui competit hæreditas quam homini promisisti.*

Sexta. *Vt Patris erga homines ostendatur charitas. Ioan. 3. sic Deus dilexit*

lexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.

Septima. *Vt ostendatur, quod Deus Pater nihil habet, quod non sit hominibus paratus dare, cum Filium suum vnigenitum dederit.*

Octaua. *Vt sicut Dei Filius, factus est homo: Sic homo fieret Filius Dei. Apost. ad Galat. 4. misit Deus Filium suum, vt adoptionem Filiorum reciperemus.*

Nona. *Vt esset occasio salutis, qui dicitur occasio ruinæ, quia homo appetendo sapientiam diuinam, quæ Filio appropriatur cecidit.*

Decima. *Quia imago debet per imaginem reparari.*

Vndecima. *Quia sicut verbum mentis mediante grossiori natura emittitur. s. per vocem, sic verbum æternum per assumptionem naturæ humanæ.*

Duodecima. *Quia medius inter personas, debet esse mediator Dei, & hominum.*

Decima tertia. *Quia sapientia Patris debet reparare appetitorem sapientiæ. Gen. 2. Eritis sicut dij scientes bonum, & malum.*

Decima quarta. *Quia decentissime coniungitur humilitas cum sapientia: Prouerb. 11. Vbi humilitas ibi est sapientia, vnde Filium Dei decet incarnatio.*

Decima quinta. *Quia Ideæ non sunt nisi sapientia Dei, quæ Filio Dei appropriatur, vnde cum singulæ Ideæ, singulorum Ideatorum sint causæ, tunc demum omnia perfecta, & completa erunt, cum per vnionem ad suum principium redierint,*

Decima sexta. *Quia si Pater incarnaretur, tunc nulla persona esset sine principio.*

Decima septima. *Quia oportet incarnatam personam tamquam sacerdotem suplicare Patri pro natura assumpta, sed magis decet Filium supplicare Patri, quàm è conuerso.*

Decima Octaua. *Quia si Spiritus sanctus incarnaretur, tunc duo essent filij.*

Decima nona. *Quia nullum magis decet reducere hominem ad diuinam cognitionem, quam verbum, quo Pater se declarat.*

Vigesima. *Quia nullum magis decet reducere hominem ad filiationem adoptiuam, quam Filium naturalem.*

Et inteso tutte queste raggioni la giustitia con la misericordia cosi disero, dunque: Qui dedit consilium, ferat auxilium; Onde il Figliuol di Dio ottimo massimo, con gran charità, & amore accettando l'impresa cosi disse: *Pęnitet me fecisse hominem, id est, pęna, inquit, tenet mè, pęna sustinere incumbit mihi pro homine, quē creaui.* Horsu dunque io son quello, che posso, e voglio satisfare per l'huomo peccatore. Io gli racquistarò l'eccellenza. Io satisfarrò all'innocenza. Io riformarò l'amicitia tra il Padre mio Dio, e l'huomo, statine di buona voglia, & con grande allegrezza, queste sante virtù intesero questa buona nuoua d'hauer trouato quello, *quò nemo maiorem charitatem haberet, vt animam suam prò seruis suis inutilibus poneret.*

Et ad

Et ad vn tratto furono spediti, Imbasciatori per tutto il mondo, per dar questa buona nuoua della reparatione humana. Et in prima il Rè proprio di sua propria bocca, hauendo chiamato il Gabriele suo fedelissimo Secretario, & Imbasciatore: gli disse, ò Gabriele, và, e di alla Figliuola de Syon. *Ecce Rex tuus veniet*, Et andò, e fece l'imbasciata, dicendò, *Adorna Thalamum tuum, ò filia Syon, & suscipe Regem*, & subito fu sparsa questa buona nuoua per tutto il mondo, perche gli Angeli l'annuciorno, li Profeti la profetizorono. *& tandem venit plenitudo temporis, in quo misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, & vt adoptionem filiorum reciperemus: & nunc est, & nunc est. Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium: Immo concepit, & peperit hodie: Hodie nobis cælorum Rex de Virgine nasci dignatus est, vt hominem perditum ad cælestia regna reuocaret*. Hoggi à noi quel dolcissimo Rè del Cielo si è degnato nascere d'vna Vergine per richiamare, e ridurre alli celesti regni l'huomo perduto. Ma come sia nato questo Rè pigliamo fiato, e l'intenderete.

PARTE SECONDA.

Sicut Deus est rerum effectiuum in creatione, sic est refectiuum in redemptione, & perfectiuum in retributione, quoniam sicut Pater omnia craauit per verbum increatum, sic omnia recreauit, & renouauit per verbum incarnatum. Per verbum igitur incarnatum facta est humani generis reparatio, non quia aliter saluari non poterat, sed quia nullus ulius modus fuit ita congruus ipsi reparatori, & reparabili, ac reparationi; congruebat inquam iste modus reparatori, quem decebat suam potentiam, sapientiam, & bonitatem ostendere. Quid autem potentius, quam coniungere extrema summè distantia, hoc est creatorem, & creaturam? Magna potentia fuit in coniunctionem disparium elementorum, maior in coniunctione illorum ad spiritum creatum, maxima in coniunctione illorum ad spiritum increatum, vbi maxima disparitas est. Quid vero sapientius; quam quod ad perfectionem totius vniuersi fieret coniunctio primi, & vltimi? hoc est verbi Dei quod est omnium principium, & humanæ creaturæ, quæ in operibus sex dierum fuit vltima omnium creaturarum? Quid autem beneuolentius, quam quod creator rerum communicare se voluit rebus creatis? & hæc benignitas magna fuit in cõmunicatione sui omnibus rebus per præsentiam, maior, quia communicauit se bonis per gratiam, maxima, quia communicauit se homini per vnionem, & per consequens generibus singulorum in vnitate personæ: Fuit etiam iste modus congruentissimus ipsi reparabili, quia homo per peccatum corruit in infirmitatem, ignorantiam, & malitiam, per quæ ineptus factus est ad virtutem diuinam imitandam, & ad veritatem cognoscendam, & ad bonitatem diligendam, ideo Deus factus est homo, per quod se reddidit homini mirabilem cognoscibilem, & amabilem. Fuit etiam iste modus congruentissimus nostræ

reparationi, quia Dominus in forma serui procurauit salutem serui, Sunt, & aliæ rationes, quare fuit conueniens Deum incarnari. Prima est quia præuaricator abstulit nobis Deum, vnde conueniens fuit, vt reparator redderet nobis Deum. Secunda, quia humilitas decuit eum, sed non potuit humiliari vsque ad pœnas in natura diuina oportuit ergo, quod in alia. Tertia, vt prophetias impleret. Isai 52. Ego qui loquebar ecce adsum. Abacuc 2. Apparebit in finem, & non mentietur, si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, vt scilicet, doceret potius vincere per iustitiam, quam per potentiam. Quarta propter vitandum inconueniens, quia si Deus incarnari non potuisset, vel nesciuisset aut noluisset, videretur in eo esse impotentia, vel ignorantia, vel inuidia. (quod absit.) Quinta vt tanta esset humilitas in redemptore quanta fuit superbia in præuaricatore, quia tanta fuit superbia, vt homo vellet esse, vt Deus, vnde humilitas tanta debuit esse, vt Deus fieret homo. Sexta, vt nostrum amorem excitaret, & nostram spem erigeret. Septima, vt exemplum imitandæ virtutis nobis daret in forma visibili, & humana.

Non mancano al mondo delli huomini curiosi, & tra gli altri sono molti, che desiderano di sapere, perche causa Iddio habbi fatto l'huomo che potesse peccare, e non l'habbi fatto, che stesse sempre permanente, e fermo nel stato di gratia, & che egli non hauesse potuto peccare, & ne anco ne hauesse hauuto volontà? A questo vi sono molte raggioni, da potere rispődere, non dimeno diremo queste, cioè otto seguenti raggioni.

La prima è, acciò si dimostri la diuina potenza, di cui è solo lo stare immutabile, fermo, e costante, e non sugetto à riuolutione alcuna, ma ogni creatura è volubile, e facile à mutarsi, per il che si dimostra la differenza, che è dal Creatore alle creature.

La seconda è, acciò si conosca la sapienza di Dio, la quale sà dal male, cauar'il bene, il che non si harebbe potuto fare, se Iddio non hauesse fatto la creatura humana vertibile al male.

La terza, acciò si manifesti la clemenza di Dio, con la quale Christo mediante la sua morte, liberò l'huomo, che era perduto.

La quarta, acciò si dimostri la giustitia di Dio, con la quale si rende non solo li premij, e li meriti alli buoni ma li supplicij, & li castighi ancora alli rei.

La quinta, acciò l'huomo non fusse di peggior conditione dell'altre creature, le quali Iddio le tratta tutte in tal maniera, che con li proprij moti le lascia viuere. Onde si conueniua, che l'huomo ancora si douesse lasciar nel suo proprio libero arbitrio, per maggior sua eccellenza.

La sesta è la lode humana, perche la lode dell'huomo giusto, il quale hà potuto transgredire, ouer peccar, & non hà peccato, è molto maggiore.

La settima. è il decoro dell'vniuerso, perche le cose contrarie, poste appresso al suo contrario, maggiormente rilucono, cosi li buoni rilucono, e si conoscono li per li cattiui.

La ot-

La ottaua raggione ſi è perche li buoni ſi eſſercitano, e ſi prouano per li cattiui, ſi come l'oro nel fuoco.

Ma Adamo, & Eua dopò il peccato furono ſcacciati dal Paradiſo, ſi come Lucifero dal Cielo, e habitando in queſta valle di miſerie, ſi ſon fatti mortali, e ſi come queſto mõdo è poſto tra mezzo al Cielo, e l'inferno, coſi viene à dimoſtrarſi la differenza dell'vno, e dell'altro, che eſſendo il mondo nel mezzo, partecipa di tutte due, perche ſi come in Cielo non ſi può mai morire, coſi per contrario nell'inferno vi è vn ſempre morire: Ma in queſto mondo, il quale ſtà nel mezzo dell'vno, e dell'altro, vi è da poter viuere, e poter morire. Da queſte raggioni ſi manifeſta ancora, che il primo ſtato dell'huomo, fù dell'innocentia. Il ſecondo della gratia. Il terzo della colpa. Il quarto di penitenza. Il quinto di gloria. Et perche l'huomo volſe inalzar sè ſopra di sè, caſcò miſerabilmente in frà ſe ſteſſo, ciò è dal ſtato dell'innocenza, è della gratia, nello ſtato della colpa, e della miſeria. Di più perche ſi fece diſſubediente al ſuo ſuperiore, per giuſto giuditio di Dio gli auuenne, che à lui ſi faceſſe diſubidiente il ſuo inferiore, ciò è la carne.

Sono aſcuni ancora curioſi di ſapere. *Quare Chriſtus, nec prius, nec poſterius venerit, quibus poßunt dici nonnullæ rationes. Prima eſt, vt ordinem vniuerſi non turbaret: Singula namque ſuis ſiunt temporibus, quanto magis in maximo Dei opere, ſcilicet, Filij Dei incarnatione? Secunda ne fides & ſpes promiſſa incarnatione, & nimis tardata perirent. Si enim tardaßet venire, quotidie decreuiſſent homines in fide, & tepuiſſent. Sed prius venire non fuit neceſſe, quia non prodeſt medicina ſpiritualis, ſine affectu recipientis. Tertia eſt, vt ſupremæ infirmitati culpæ immediatè ſuccederet melioratio, ſicut ſummum ſtatum acutæ febris ſequitur criſis, & ſanatio. Quarta, vt homo de lege naturali, & ſcripta prius conuinceretur, ſicut ait Auguſtinus; quia ſi Chriſtus ſtatim veniſſet, diceret quod per legem naturæ ſaluari poterat, & ſuperflui crederet aduentum Chriſti: Similiter dicere poterat de lege ſcripta, ſed comperto, nec ſic, nec ſic ſaluari poterat, cum omnes ad inferos deſcenderent, tunc venit ipſe, quia tunc erat tempus miſerendi eius. Quinta, vt ſicut primi hominis conditio fuit ſexta die ad totius mundi complementum ſic Deus homo fieret in ſexta ætate ad totius creaturæ perfectionem. Sexta enim ætas apta eſt ad exercitium ſapientiæ, ad remiſſionem culpę, ad meritum vitæ æternæ, ad tranſitum de ſtatu miſeriæ, ad ſtatum gloriæ, & iſta notantur ſexta ætatæ, ratione perfectionis ſanari. Sexta etiam, quia Chriſtus non debuit venire in principio temporis, quia aduentus eius nimis fuiſſet feſtinus, nec in fine vltimo, quia tunc nimis fuiſſet tardus, ſed decebat Saluatorem inter tempus morbi, & tempus iudicij introducere tempus remedij. Septima, quia decebat Ducem perfectum, tunc ſe oſtendere, cum eſſet opportunitas currendi ad brauium, hoc eſt in fine temporum, & tamen ante terminum, vt per timore in iudicij ſtimulati, per ſpem præmij attraſti, & per exempli perfectionem animati, ſequi poſſemus efficaciter ducem noſtrum. Octaua, quia decebat me-*

diato-

diatorem quædam membrum suorum, præcedere. & quædam sequi.

Mà per seguire il nostro raggionamento della Natiuità di Christo, ritornaremo al nostre primo principio. ciò è *Hodie nobis cælorũ rex de Virgine nasci dignatus est. Vt hominem perditum ad cælestia regna reuocaret,* Hoggi à noi quel dolcissimo Rè del Dielo si è degnato nascere d'vna Vergine, per richiamare alli celesti regni l'huomo perduto. Il Figliuol di Dio Christo Giesù Rè di Rè, e Siguor del tutto, si è degnato nascere d'vna Vergine, dalla quale pigliò la natura humana, e si è fatto huomo; In cinque modi Christo pigliò la natura humana, cio è *misericorditer. Apost. ad Titum 3. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Vtiliter*, cio è *pro salute nostra. Psal. 73. operatus est salutem in medio terræ. Sapienter, quia assumpsit bonum naturæ, reprobando malum culpæ. Isai. 7 butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum, fortiter*. perche pigliò in tal modo la natura humana, che mai la lasciò, *quia post mortem vnita fuit diuinitas carni in sepulcro, & animæ in inferno. Mirabiliter, quia coniuncta sunt in carne summum, & imum, hoc est Deus, & limus: Verbum caro factum est, quinque modis, scilicet secundum veritatem carnis, Isai. 53. Vere languores nostros ipse tulit. Præter carnem, quia præter operationem carnalem. Matth. 1. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est, supra carnem, quia meritis nostris non exigentibus, Apost. ad Titum 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos; Propter carnem, quia ad saluandam carnem & hoc quantum ad fideles, qui in gratia moriuntur, Efficaciter, licet quantum ad omnes, Sufficienter. Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum, Cõtra carnem, quia ad maiorem damnationem infidelium. Io. 15. si non venissem, & locutus eis non fuissem peccatum non haberent*. Ritrouiamo in Christo tre natiuità, vna diuina, l'altra humana, l'altra gratuita, la prima dal Padre, la seconda dalla Madre, la terza si fà nella mente. Dal Padre nasce eternalmente. Dalla Madre teporalmente. Nella mente spiritualmente. E queste tre natiuità si pigliano cosi cioè, secondo le tre nature, che sono i Christo, ciò è la deità, la carne, e lo spirito. Imperoche dal Padre nasce Dio, dalla Madre nasce la carne, e nella mente (per la gratia, che è in essa) nasce lo Spirito santo. Dal Padre nasce sempre, dalla Madre nasce vna volta, e nella mente nasce spesse volte. Secondo la natiuità diuina, Christo hà il Padre senza Madre. Secondo l'humana, ha la Madre senza il Padre. Secondo la gratuita, hà il Padre, e la Madre. *Secundum illud. Qui fecerit voluntatem patris mei, &c.*

Queste tre natiuità di Christo rappresenta la chiesa santa nella sua natiuità, cioè nelle tre messe, che si cantano in quel giorno, nella prima messa, che si canta la notte, si rappresenta la natiuità diuina, perche si come la notte à noi è oscura, cosi la natiuità diuina di Christo à noi è occulta, come disse Isaia. *Genarationem eius quis enarabit?* La seconda mesa, che si canta nell'aurora, ci rappresenta la natiuità humana. Impero-

peroche si come l'aurora tien parte del'oscuro,e parte del chiaro,cosi la natiuità humana di Christo fu parte occulta, e parte manifesta: occulta dico in quanto che ci fù occulto il modo, perche nacque di Vergine,ma fu ben manifesta,& chiara in quanto al fatto. La terza ciò è la natiuità gratuita si rappresenta nella mesa,che si canta nell'giorno. *Quia natiuitas gratuita est manifesta, in qua Christus per affectum concipitur, per effectum nascitur, & per amorem profectum nutritur. Iasaia. 26. A timore tuo concepimus, & peperimus spiritum salutis.*

Et seguendo il ragionamento della natiuità humana,secondo le parole del Apostolo Paolo scriuendo à Tito 3,doue dice. *Aparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos,&c.* La natiuità di Christo fu gratiosa,gloriosa,copiosa, e fruttuosa. *Gratiosa,idest gratis non meritis nostris exbibita, ibi apparuit enim gratia. Gloriosa, quia Dei Saluatoris nostri. Copiosa, quia omnibus hominibus. Fructuosa, quia erudiens nos*; Questo frutto della natiuità di Christo è in due modi, vno ciò è *respectu temporis præsentis*; l'altro *respectu temporis futuris*. Di più *respectu temporis præsentis*, questo frutto è in due modi. Il primo è *declinatio mali,ibi,vt abnegantes impietatem, (quoad malum,) quod est contra fidem,& secularia desideria, quoad malum,quod est contra bonos mores.* Il secondo frutto,*est operatio boni, ibi sobrie, quoad nos, iustè, quoad proximum,& pie,quoad Deum.* Di più *respectu temporis futuri.* questo frutto è in due modi. Il primo,è della speranza nella resurettione,*ibi expectantes beatam spem.* Il secondo,dell'allegrezza nella giustificatione, *ibi Aduentum gloriæ magni Dei.*

Apparse nella natiuità di Christo la benignità,e l'humanità del Saluatore de triplici latibulo,ciòè dal seno del Padre, nel quale si celaua, dall'ombra della legge, nella quale si figuraua, dal ventre della Madre, nel quale si formaua. Questo Christo finalmente è quello agnello, il quale *soluit signacula libri signati.* La natiuità di Christo fù vtile, honesta, e gioconda, perche,che cosa più vtile della salute dell'huomo? *Vocabis inquit nomen eiut Iesum, qui saluum faciet populum suum, certe à formidine timoris,ab immanitate languoris,à detentione careeris, à subiugatione bostis*; che cosa è più honesta del parto d'vna Vergine? nel qual parto è Vergine quella che genera,Dio è quello,che è generato, e lo Spirito santo è quello,che opera nella generatione. Che cosa più gioconda della natità di Dio,e dell'huomo,della quale si rallegrorno li nostri antichi Padri, che pasorono,si come *Abrahā qui exltauit, vt videret diē Domini*: Se ralegrono quelli, che seguono. *Gaudete in Domino semper iterum dieo gaudete.* Si ralegrano quelli,che furono presenti,come gli Angeli,che cantauano,li pastori,che lo vedeuano, Gio. Battista, che lo senti nel ventre di sua Madre. Simone,ch'l'abbracciaua. Li Maggi,che l'adorauano, e più ancora Ioseph,che lo custodiua, mà molto più, e senza comparatione la Vergine santissima,che lo gouernaua. *Magnum misterium declaratur bodie in-*

die innouantur naturæ Deus homo factus est, & de Virgine nasci dignatus est, & verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ò gran misterio, ò merauiglioso misterio. *Deus homo factus est*: Sapete perche Dio si è fatto huomo? per il suiscerato amore, che porta alla natura humana. Si è fatto huomo. *Vt fieret homo Deus. Dominus factus est seruus, vt fieret seruus Dominus. Deus de cælis ad terras descendit: Vt homo de terris ad cælos ascenderet. Deus factus est Filius hominis. Vt homo fieret Filius Dei, Immortalis factus est mortalis, vt mortales fierent immortales. Diues in omnibus factus est pauper, vt pauperes fierent diuites. Obscurata est lux, vt nos illuminaret, esuriuit panis, vt nos reficeret, sitiuit fons, vt nos inebriaret. Tristata est lætitia, vt nos lætificaret, pauebat fiducia, vt nos confortaret. Lassata est via, vt iter nostrum ad cælestia regna dirigeret. Mirabile misterium declaratur hodie Deus homo factus est*. Questo è quel vero Rè del Cielo, questo è il nostro Saluatore, che hoggi è nato di questa beata Vergine. Rallegratiui tutti dunque in questo giorno, perche l'hà fatto il Signore per nostra salute. *Hæc dies, quam fecit Dominus exultemus, & lætemur in ea*. Ralegratiui, e consolateui: Sentite, che il Signor proprio ve lo dice per il suo Propheta Isaia. *Consolamini consolamini popule meus dicit Dominus Deus vester, loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam*. Consolateui, consolateui popul mio dice il vostro Signor Dio. *Loquimini ad cor Ierusalem*, ciò è all'anima vostra, *& aduocate eam*. Chiamatela, e gridate forte, e diteli, che stia di buona voglia, che si rallegri. E perche Signore tanta allegrezza? Sentite, sentite la risposta. *Quoniam completa est malitia eius*, perche si è dato fine alla sua malitia, *& dimissa est iniquitas illius*, gli è rimessa la sua iniquità, gli son perdonati li peccati, l'offese, e le sceleratezze. *Consolamini, consolamini popule meus*. E perche Signore tanta allegrezza? Perche è venuto il medico all'infermi per risanarli. Il Redentore alli cattiui, per ricomprarli, la via à gli erranti, la vita alli morti. *Consolamini, consolamini popule meus* e perche Signore tanta consolatione? *quia verbum caro factum est*. Quella sapienza infinita, quel verbo di Dio eterno si è fatto huomo, & è venuto in carne, come Signore alli serui per corregerli, come maestro alli discepoli per ammaestrarli come medico alli infermi per risanarli. Per il primo modo Dio hà mostrato la sua potenza, per il secondo, la sapienza, per il terzo la bontà. Quattro frutti pone san Bernardo dell'incarnatione del Signore dicendo. *Manna de cælo descendit, vt gaudeant esurientes. De vinea cæli botrus erupit, vt gaudeant sitientes. Oleum effusum est, vt gaudeant egrotantes, lapis sine manibus de monte precisus est, vt timeant negligentes*. E discesa la manna dal cielo, acciò s'alegrino gli affamati. Da quella vigna celeste del Signore si è sdrucciolato vn botro di dolcissimo vino, acciò si allegrino gli assetati. Vn soauissimo liquor d'oglio si è versato dal cielo per rallegrare gl'infermi. Ma auuertite, auuertite ancora, che dal monte del Signore senza operation di mano, si è distaccata vna pietra, acciò si spa-

si fauentino gli negligenti. Però guai à te huomo ingrato se finalmente sarai tanto negligente della tua salute, e non riconoscerai tanto benefitio dal tuo Signore.

Eccoti dunque ò huomo finalmente racquistata l'eccelenza, e magior della prima da questo Signore. Eccoti ò huomo il satisfattor conuenientissimo Dio, e huomo, il quale hà riparato all'innocenza, che perdesti nel gustare il vietato pomo. Eccoti o huomo il mediatore conuenientissimo conforme all'vna parte, e l'altra ciò è a Dio per la diuinità, e all'huomo per l'humanità, e all'vna, e l'altra parte amico, il quale hà riformata l'amicitia tra Dio, e l'huomo. *Mirabile misteriũ declaratur hodie. Deus homo factus est.* Che maggior amore, che maggior charità ci poteua mostrar quello eterno Padre con la sua potenza, il Figliuolo con la sapienza, e lo Spirito santo con tanta pienezza d'amore, e di charità? *Mirabile misterium declaratur hodie Deus homo factus est, & de Virgine nasci dignatus est.* O Beatissima Vergine potro io far, che di te non dica qualche cosa? che hauendo noi col'tuo aiuto, e fauore dato principio al nostro ragionamento, con l'istesso ancora li daremo fine, e sento grandissimo dispiacere, che nè sò, nè posso pienamente dire delle tue lodi quãto io vorrei, e ringratiarti quanto debbo, e non sapendo che altro mi dire, dirrò come disse Anselmo santo con molta breuità, e gran sostantia, ciò è. *Salum de sancta Maria Virgine prædicare, quod est mater Dei, excedit omnem alt tudinem, quæ post Deum dici, vel prædicari potest.* Solamente predicare, ò dire che la Vergine Maria, e Madre de Dio eccede, & auanza ogni altezza, che si puo dire, ò pensare, dopò la maestà di Dio: La B. Vergine ci portò il frutto nel santo Natale del suo Figlio, il quale fù seminato ne la concettione, germogliò nella Natiuità, fu raccolto nelle fasce, fù portato à casa nella purificatione, fù battuto nel tronco, fù ventilato nelle accuse de falsi testimonij, immolato nella passione, fù purgato nella resurrettione. Si mangia ogni giorno nella santa communione, & si gode nella celeste fruitione. Fu ancora la B. Vergine, cielo che hà rorato Christo, fù nuouola, che hà piouuto Christo, fù monte, che stilla latte, e miele. Fù terra, che hà germogliato il Saluatore. Nella la natiuità del Signore. La B. Vergine fu terra, dalla quale è stato formato il nuouo Adamo. Terra dalla quale è nata la verità, terra dalla quale è nato il frutto della terra sublime, terra buona, e terra santa; nella quale cascò il diuin seme, terra, che scorre latte, e miele, terra dalla quale è nato vn fonte, che bagna tutta la faccia della terra, terra, che produce herba verde; Horsu dunque ò huomo beui in questo fonte, *vt fiat tibi fons salientis in vitam æternam*; mangia di questa herba tenera, e fresca, che raguzzerai il gusto. E perche l'herba? perche l'huomo, che perse l'honore (come habbiamo detto da principio) fu fatto à guisa di vitello, di giumento, e di bestia indomita, che per la sua infirmità giaceua nella valla, e per la pecorina somiglianza, haueua bisogno del fieno, e per l'indomita fierezza,

ligato

ligato nel presepio (si come è scritto) in chamo, & freno, &c. per questa causa ò huomo, che stai nella stalla infermo, inuolto nelle puzze, e carogne di grauissimi errori, e peccati sappi, che Christo è nato nella stalla, per liberar te da questa stalla, e darti il cielo, lascia, lascia omai (ti priego) ò huomo sensuale di vsar più quest' insipido, e arido fieno di questo mondo, e mangia di questa herba fresca, qual ti appresenta la Vergine santissima Madre di Dio, mangia di questo pan celeste, vsa questo cibo angelico, che ripieno di esso, questo medico diuino sanarà tutte le infermità tue, e ti scioglierà dalli legami crudeli dello infernal nemico, acciò libero, e sciolto, sano, e saluo, ripieno della sua diuina, e santa gratia, sicuramẽte andarai à godere quelli diuini thesori, & à riempire quelle celesti sedi, quali Iddio per amore *à constitutione mundi præparauit diligentibus se*. Il che per intercessione della sua Madre Santissima, e per sua gran misericordia, qual fu causa della nostra redentione, ce ne facci degni tutti in secula seculorum. Amen.

REGESTVM.

† †† ††† †††† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z


Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hg Ii Kk Ll Mm Nn

a b c d e f g h i k

Omnes sunt quaterniones, præter Nn a b c d e f g h i k duerniones.

ROMÆ, Apud Iacobum Mascardum. MDCXI.

SVPERIORVM PERMISSV.



0056 46997


UB